




NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
1
32 -C
4
ROMA

C. IULII CAESARIS
COMMENTARII
DE BELLO GALLICO.

RECENSUIT ET ILLUSTRAVIT
CAR. ERN. CHRIST. SCHNEIDER
LITT. ANT. PROF. VRATISL.

PARS II.

HALIS
E LIBRARIA ORPHANOTROPHEI.
MDCCCXXXXIX — MDCCCLV.

COMMENTARII

DE BELLIS

C. IULII CAESARIS.



RECENSUIT ET ILLUSTRAVIT

CAR. ERN. CHRIST. SCHNEIDER

LITT. ANT. PROF. VRATISL.

PARS II.

C. IULII CAESARIS COMMENTARIORUM
DE BELLO GALLICO
LIBRUM V. VI. VII.
CONTINENS.

HALIS
E LIBRARIA ORPHANOTROPHEI.

MDCCCXXXXIX — MDCCCLV.

PRAEFATIO.

Ex quo tempore prima huius operis pars in publicum prodiit, virorum aliquot doctorum partim inter nostrates, partim apud exteros in Caesaris commentariis opera posita factum est ut nova quaedam ad huius partis emendationem adiumenta accesserint. Primum Parisiensis codicis A. varietas a Beyerlio collecta, quam Carolus Nipperdey anno MDCCCXLVII. in omnium commentariorum editione publicavit, etsi mihi, qui Vossianum A. simillimum illi ex Fabriciano exemplari satis cognitum haberem, non magnum auxilium tulit, tamen nonnullis locis de generis illius auctoritate dubitationem minuit. Similem in alterius generis scriptura usum praestiterunt Havniensis A. lectiones eodem anno Havniae ab H. K. Whitte, artium magistro, in scholae Ronnensis programmate vulgatae, quibus inde a medio libro sexto, ut Parisiensibus a libri quinti capite XXIV. sum usus. Praeterea Whittius alterum codicem Havniensem seu Gottorpiensem denuo contulit et discrepantem eius ab Elberlingii exemplo scripturam in eodem libello proposuit, Nipperdeius autem ea, quae inter *convertit* 5, 44 §. 10 et *periculum* c. 48 §. 7, item quae inter *antiquitus* 6, 11 §. 4 et *parent* c. 13 §. 10 leguntur, quae omnia in Par. A. desunt, a Beyerlio conferri cum Parisiensi B. alteri generi

adscripto iussit et variam huius lectionem indicavit. Proprium vero huius partis subsidium praebuit Gustavi Haenel, viri amplissimi, codex libri septimi capita viginti extrema continens, cuius scripturam Herzogius in secunda editione ad calcem Haen. adiecit. Codex est chartaceus, forma ea, quam octavam vocamus, foliis CCXXVIII. constans, quorum tria ultima vacua sunt, septem (CCXVIII — CCXXIV) *Commentariorum C. Caesaris prelium cum beptingentoride commissum apud Alexiam oppidum in Gallia* exhibent. Ei subscriptum est *MCCCCLXVIIII. XII. Kl. Augustas Presbyter Nicolaus Pini Eccliae sancti Angeli plebanus manu hoc op' absolvit.*

Emendationem ipsam hac in parte eadem ratione atque in prima ita, ut in illius praefatione Pag. XLVII. significatum est, instituendam et administrandam putavi, sed aliquanto saepius et quo longius procedebatur, eo crebrius ab optimo genere codicum discedendum et alterum sequendum fuit, quia per librariorum negligentiam integritas illius paulatim imminuta est et multa in eo desunt, quibus vel nullo modo vel non nisi aegre carere possis. Itaque propius hoc volumen ad recensionem Oudendorpianam accedens si tamen adnotatione critica, quam Vol. I. Pag. XXXVII. dissensionis potissimum nostrae ab Oudendorpio tuendae causa conscriptam ostendimus, uberiore, quam illud instructum est, factum id eo est, quod novissimi de bello Gallico commentariorum in usum scholarum editores multa ab Oudendorpio recte et sapienter constituta mutarunt easque nonnunquam lectiones exhibuerunt, quae Caesare indignae unam a codicibus commendationem habent. Quod malum ne serperet, neve unius generis codicum admiratione corruptius in dies opus pulcherrimum discipulis traderetur, pro viribus obsistendum et

pluribus verbis, quam apud doctiores necessarium erat, agendum hoc fuit, ut non temere olim viros doctissimos aliquid tribuisse generi alteri, temere vero quae probabiliter in hoc scripta sunt, etiamsi ex coniectura scripta esse posse concedatur, contemni et eorum loco aut corruptelae signa, quae ponere facile est, aut alia, quae certo coniecturae debentur, poni appareret. Quamquam validissima ad hoc efficiendum ratione, qua Oudendorpius usus est, quae universa librorum omnium varietate proponenda continetur, nobis, qui eius opera iam satis effectum illud esse sperantes Caesarem potius, quam librarios cogniturís scribere instituissemus, ob id ipsum ne nunc quidem quamvis illa spe falsis licuit uti. Interim librum sextum integro apparatu critico instructum annis MDCCCXLVIII. XLIX. L. natalem regium mandato universitatis litterarum Vratislaviensis celebrandum indicentes edidimus.

Interpretandi quoque viam eandem, quam ab initio ingressus eram, ut ea potissimum, quae ab aliis praetermissa essent, persequerer et quae minus recte explicata, pro viribus constituerem, tenui, imprimisque illud, quod adhuc ab omnibus interpretibus neglectum tamen attente et saepius legenti obscurum esse nequit, longe maximam rerum in his commentariis traditarum partem vel a Caesare vel ab eius legatis in castris et paulo post, quam gestae essent, litteris mandatas ex iisque scriptionibus superato Vercingentorige et omni Gallia devicta confectos ab ipso editosque commentarios esse, cum ad singulorum locorum difficultatem expediendam, tum ad universum hoc scribendi genus illustrandum utiliter adhiberi magis magisque expertus sum. Neque enim ideo, quod Caesarem in Gallia bellantem eiusmodi scriptioni vacasse et ephemerides, quae proprie dicerentur, scriptitasse diserto testimonio proditum

non sit, memoria autem ille insigni et plane mirabili fuit, irrita habenda sunt quae Vol. I. Pag. XXXI — XXXIII. de ea re docui; quae vero Nipperdeius contra nos disputavit, ea quanti facienda sint, in *Schola secunda de interpretandis Caesaris commentariis* indici lectionum Vratislaviensi anno MDCCCLI. praemissa demonstravimus.

D. a. d. III. Idus Octobres MDCCCLV.

LIBER V.

L. Domitio, Ap. Claudio consulibus discedens ab hibernis Caesar in Italiam, ut quotannis facere consuerat, legatis imperat, quos legionibus praefecerat, uti,

Cap. 1. §. 1. L. Domitio] Rom. a. Med. a. P. Man. *Lucio* — Vind. A. Dr. B. Ven. f. et pleraeque, etiam Oud. *A.* — Ven. d. *a* — Ven. e. *aulo* — m. Vrat. B a. m. s. „*Lucio* om. MSS. pler. et Edd. Inc.“ Bong. ABC. Pet. Pal. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. (in Goth. A utrumque nomen abscissum est) Hamb. Gu. Vind. BCDEF. Ven. bc. Ber. Id facilius fieri potuit, si *L.*, quam si *Lucio* positum a principio fuit.

Ap.] Bong. A. P. Man. Ald. nep. Lips. sqq. *App.* Gott. Vrat. B. *Apio* Voss. A. Egm. Dr. AB. Vrat. A. Hamb. *Appio* Vind. A. cum reliquis meis reliquaeque ante Lips. edd. (*et Appio* Pet. sec. ex. Fabr. *et Publio* sec. ex. Confl.)

consuerat] „MS. Brant. mei 15. Inc.“ *consueverat* Dr. A. Hamb. Vind. D. et pro v. l. Urs. edd. ante Iu. excepta Ven. f. *con .... ciscens* (*consueverat proficiscens?*) Goth. A. *instituerat* Urs. S. Iu. Graev. Dav. Cl. quo verbo Caesar nonnunquam ita utitur, ut consuetudinem significet. Cf. 6, 3: *concilio Galliae primo vere, uti instituerat, indicto.* Ib. 44: *ut instituerat, in Italiam ad conventus agendos profectus est.* 7, 13: *Germanos equites — quos ab initio secum habere instituerat.* Itaque Scal. non temere hoc recepit. Nam *quotannis*, quod Oud. mirum videbatur, si cum *instituerat* coniungeretur, cum *facere* construendum est. Nihilo minus recte Oud. *consuerat* codicum causa restituit: *instituerat* non casu, sed consulto factum videtur ab aliquo, qui Caesaris orationem ornare vel variare vellet. De syncope cf. adn. crit. ad 4, 24 §. 4. Ceterum post *cons.* in Vind. D. et edd. ante Ald. est *venit*, glossema ineptissimum.

Cap. 1. §. 1. ab hibernis] Hiberna, ut libro 4 extremo dictum est, in Belgis erant, eaque, ut postea dicetur, plura; sed verba proxime sequentia *ut quotannis facere consuerat* h. l. non una alterave nec singula, sed omnia omnino, et milites legionesque potius, quam castra significari docent.

quos legionibus praefecerat] His verbis non certi quidam legati describuntur, sed Caesar et legionibus praefecisse legatos et praefectis illud imperasse dicitur. Non igitur iis legatorum, quos

quam plurimas possent, hieme naves aedificandas veteresque reficiendas curarent. Earum modum formamque
2 demonstrat. Ad celeritatem onerandi subductionesque paulo facit humiliores, quam quibus in nostro mari uti

praefecerat, sed legatis omnino ut iis, quos praefecerat, imperat. Id *imperat* verbum inter *legatis* et *quos* interpositum demonstrat. Cf. 7, 61: *exercitus equitatusque equitibus Romanis administrantibus, quos ei negotio praefecerat, celeriter transmittitur.* Ib. 70: *Paulum legiones Caesar, quas pro vallo constituerat, promoveri iubet.* Pertinet autem hoc ad declarandam rationem, qua, dum ipse abesset, legionum imperium administraretur: non uni alicui omnes attribueret, sed singulis singulas. Certe aliam distributionem nullam ostendit, et erant ei octo legiones, ut ex cap. 8 apparet, totidemque legatos cap. 24 nominat.

quam plurimas possent] h. e. tam plurimas, quam illi possent plurimas facere. Male Ond. et alii *quamplurimas* scribunt, quo facto verbi *possent* ratio non constat. Et duo esse vocabula ex talibus apparet, quale est 7, 74 *regiones secutus quam potuit aequissimas.*

Earum modum formamque] Pronomen etsi quodammodo ad utrasque referri potest, tamen ad novas pertinere videtur, ut solet a Caesare ad longius remota referri. Cf. 1, 1 §. 4 ibique notata. *Modus* non alia neque angustiore significatione dictum videtur, quam 3, 13: *ipsorum naves ad hunc modum factae armataeque erant.* Quod addit *formamque*, id angustius est et speciem in illo ut in genere inclusam exhibet. Sic 2, 19 §. 1 *ratio ordoque agminis* aliisque ibi notatis locis.

§. 2. Ad celeritatem onerandi subductionesque] Ut copiae in colliem 1, 22 et 24, ita naves *in aridum subduci* dicuntur 4, 29, et simpliciter *subduci* infra c. 11 et 24. Et Vitruvius dicit 10, 2 §. 11. Schu. *funibus et trochleis subductiones navium efficiuntur.* Significatio *ad* praepositionis, etsi h. l. reddi potest zum Behuf, tamen latior est, et ut Graecum πρός τι respondet nostro mit Rücksicht auf. Cf. Civ. 2, 8: *quam* (turrim) *primo ad repentinos incursus* (hostium) *humilem parvamque fecerant.*

In nostro mari] Id mediterraneum interpretatur Dav. secundum Pomp. Melam, qui 1, 1 §. 4. Tz. postquam maris ab occasu ex Oceano recepti fines a freto Gaditano usque ad Maeotidem paludem pertinere ostendit, *id omne*, inquit, *qua venit quaque dispergitur, uno vocabulo nostrum mare dicitur.* Sed tam late neque Caesar neque alius ante Pomponium scriptor dixisse *nostrum mare* videtur. Cf. Salust. Iug. 17, 4 de Africa: *ea finis habet ab occidente fretum nostri maris et Oceani.* Ib. 15, 4 de Herculis in Hispania exstincti exercitu: *navibus in Africam transvecti proxumos nostro mari locos occupavere.* Idem Histor. 1, fragm. 7: *omni Gallia cis Rhenum atque inter mare nostrum atque Oceanum nisi quae a paludibus invia fuit, perdomita.* Liv. 26, 42 §. 4: *in Hispaniae ora, quae nostro adiacet mari.* Id. 28, 1 §. 3: *nostri maris ora omnisque ferme Hispania, qua in orientem vergit, Scipionis ac Romanae dicionis erat.* His omnibus locis pars mediterranei ea significata est, quae ab Italia occidentem versus ad Oceani fre-

consuevimus, atque id eo magis, quod propter crebras commutationes aestuum minus magnos ibi fluctus fieri co-

§. 2. minus] *magis* Aud. Ox. margo Goth. B. Aldiuae, Gr. a. Steph. Turr. margo Frell. quod Oud. probabiliter ex superiorum pertinet, eaudemque a Caesare dici verisimile fit eo, quod deinde *reliqua maria* commemorat, quae, si *nostrum* ita, ut Mela vult, iutelligi voluit, parum commode de partibus nescio quibus Oceani accipi necesse est, sin artius illud dixit, sine dubio ad rcliquas partes mediterranei referre licet, quemadmodum fecit Lippertus. Ratio autem appellationis his quidem scriptoribus non ea fuisse videtur, quam post Grotium de iure b. et p. 2, 3 §. 13 p. 236 Barb. statuit Sincerus, quod maris mediterranei imperium Romani sibi iam pridem vindicaverint; quae Ukerti quoque sententia est, Gall. p. 79 superbam appellationem vocantis, ceterum Iber. p. 247 b, ubi locos auctorum indicat, tempora eorum non magis, quam a Grotio factum est, distinguentis. Nulla enim causa erat cur Caesar eam Oceani partem, in qua tum classe usurus erat, aut eam, in qua anno tertio belli Gallici pugnaverat, alienae potius quam Romanae ditionis esse significaret, quod sic intellecto *nostro mari* opponens eas faceret. Livii autem aetate non solum totum mare mediterraneum, sed etiam Oceani partes navigabiles omnes Dionysio teste Antiq. 1, 3. Romanorum in potestate erant. Itaque praestat *nostrum* hoc ita accipere, ut alia, quae apud nos sunt, etiamsi non nostra in potestate sint, tamen *nostra* dicuntur. Cf. 6, 28 de uris: *amplitudo cornuum et figura et species multum a nostrorum boum cornibus differt.* Terent. Eun. 2, 3 v. 21: *Haud similis virgo est virginum nostrarum.* Ac nescio, an postea quoque, cum latius dici *nostrum mare* coeptum esset, non sit de possessione cogitatum, sed manente viciniae notione ambitus dictionis amplificatus, quemadmodum Graeci nomine *τῆς παρ' ἡμῖν θαλάττης*, quo utitur Plato Phaedone p. 113 A, et *τῆς καθ' ἡμᾶς*, quod postea frequentatum est, primum Aegaeum, deinde ultra Italiam usque ad fretum porrectum appellarunt. Cf. Plin. Nat. hist. 6, 28 (§. 32 p. 336, 12 Hard.) et 9, 30 (§. 48 extr.) et 12, 22 (§. 48 init.) quibus tamen locis non secus, quam Flor. 3, 6 §. 9, artius et ita, ut a Caesare, dictum accipi potest. Sed 9, 35 (§. 56 p. 522, 14) latius intelligendum videtur. Ibi enim Plinius de unionibus loquens *in nostro mari*, inquit, *reperiri solebant, crebrius circa Bosporum Thracium, rufi ac parvi in conchis, quas myas appellant.* Quamquam Melae terminum ne hoc quidem loco Plinius attingit: Apuleius demum agnoscere eum videtur De mundo p. 124 (Altcb. 1778 T. 2) ita scribens: *sed ante Aegaea et Myrtoa sunt maria. his sane vicinus est Pontus, sinus amplissimus maris nostri, cuius extremus recessus in Maeotin senescit et ex Hellesponti faucibus concipitur, vestibulumque eius Propontis vocatur.* in quibus etiam pluralis *Aegaea et Myrtoa maria* Melae dictionem refert, qui 1, 2 §. 1 *nostris aequoribus* excipi Asiam, §. 5 in *nostra maria* eandem excedere, 15 §. 2 *nostra maria* contingere Taurum, 2, 6 §. 9 *qua nostra maria sunt* et 3, 8 §. 5 in *nostra maria* venturum Euphratem dicit.

gnoverat: ad onera ac multitudinem iumentorum transportandam paulo latiores, quam quibus in reliquis uti-
3 mur maribus. Has omnes actuarias imperat fieri,

ribus irrepsisse existimat. Nam quod Glareanus haerebat in *minus*, quod aestus maris minuere fluctus non posset, Caesar non aestus, sed crebras aestuum commutationes efficere id scribit. Commutatur autem aestus cum incitatum mare residet; quod ubi fit, fluctus minui uecesse est.

ac multitudinem] Leid. A. Vind. A. *ad mult.* plerique codd. *et ad mult.* Dr. B. cum edd. omnibus, quod per se optimum, sed a codicibus parum tutum, quoniam asyndeton ab iis oblatum deficiente tertio, quod Caesar spectare potuerit, alienum videbatur, cum illo commutandum putavi, quod quamquam a correctione originem ducere potest, quemadmodum scriptura Hamb. *multitudinemque*, tamen vulgato maiorem auctoritatem habet. Cf. 6, 22: *ne accuratius ad frigora atque aestus vitandos aedificent.*

in reliquis utimur maribus] Hanc genuinam esse Caesaris manum praeter codices fidem facit Priscianus 7, 16 §. 75 p. 343 Kr. verba *paulo latiores quam quibus in reliquis utimur maribus* ut a Caesare in quinto belli Gallici posita citans ad probandum ablativum *maribus*, fortasse Charisii causa 1, 13 §. 6 p. 18 Lind. ita praecipientis: *maria quamvis dicantur pluraliter, attamen nec marium nec maribus dicemus.* Nam Priscianus illo loco de genitivo pluralis agit, qui in *mare* nomine cum esse debeat *marium*, quod ipsum raro in usu esse fatetur, tamen a Naevio *marum* sit factus; cui illa de Caesare addit, deinde de gen. plur. disputare pergit. Sed memorabilis est in altero codicum genere varietas lectionis: *in reliquis maribus uti adsueverant* exhibent S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. (hic *adsuverant* cum *e* super *u*) et sec. Oud. Cu. (in ex. Fabr. *uti* sine *adsueverant* habere dicitur) idque Oud. sibi valde arridere ostendit Sed neque Caesar cum suis legionibus per *reliqua maria* navigaverat aut bella gesserat, neque legati eius transportandis oneribus et iumentis operam dare consueverant. Accedit quod in And. Ox. *in alio mari uti adsueverant* legitur, quemadmodum in Aldinis quoque et Gr. a. et Turr. scriptum est (in his *assuev.*), quod in reliquis eiusdem generis libris cum vulgato commixtum pro indole codicum And. et Ox. antiquius illo videri debet. Hoc vero neque pro glossemate haberi potest, quia sensum vulgatae non eundem aliis verbis reddit, sed omnino mutat, neque ab ipso Caesare post illa *quibus in nostro mari uti consuevimus* commode scribi potuit. Potius ex Ephemeridibus ductum crediderim, in quibus Caesar Venetici belli ratione habita hoc in aliqua parte huius descriptionis posuerit, et alicui formae navium tunc a militibus usu cognitae hanc comparaverit. Cf. 3, 9 §. 1. 11 §. 5. 13 extr. Ceterum verba *in reliquis* in Vind. F. desunt, et Sambucus ex V. C. refert *utimur in mari*, et in Ven. f. *utuntur* pro *utimur* exstat.

§. 3. actuarias] Secundum Isidorum Orig. 19, 1 §. 24 Lind. *actuariae naves sunt quae velis simul et remis aguntur.* Id pro-

quam ad rem multum humilitas adiuvat. Ea, quae 4
sunt usui ad armandas naves, ex Hispania adportari
iubet. Ipse conventibus Galliae citerioris peractis in 5
Illyricum proficiscitur, quod a Pirustis finitumam par-

§. 3. multum humilitas] *h. m.* Dr. B. Vrat. C. (Vind. E. Gu.) edd. ante Cl. exc. inc. Ven. f. quem ordinem Oud. in 1. recte secundum „MSS." mutatum in 2. imprudens restituit. *h. militum*, a m. s. *multum* Hamb. *humiliatas multum* Goth. B. Pal. *utilitas multum* Vind. F.
adiuvat] *adiuvabat* Ox. Leid. A. Vind. A. *συνεβάλλετο* Metaphr.
§. 4. adportari] Voss. A. Egm. Vind. A. (Boug. A.) non *app.*
§. 5. Ipse] *ita* And. Ox. Vind. A.
finitumam] Boug. A. Egm. Oud. 2. Cf. adn. crit. ad 1, 2 §. 3 et ad 4, 23 §. 5.

bat Schefferus De mil. nav. 2, 2 p. 83, ubi docet remis viginti usque ad quadraginta instructas fuisse. Frequens earum mentio est in belli civilis commentariis, 1, 27. 34. 3, 62. 102. Alex. 9. 44. 45. Afr. 28. 44.

quam ad rem] sc. ad agilitatem, cuius significationem habebat ipsum *actuariae* navis nomen. Itaque reddi potest nostro Schnellsegler. Ad dictionem cf. infra cap. 38: *se ad eam rem profitetur adiutorem.* 7, 55: *quam ad spem multum eos adiuvabat, quod Liger ex nivibus creverat.* Civ. 1, 82: *quod spatii brevitas — non multum ad summam victoriae iuvare poterat* et quae supra ad §. 2 dicta sunt de *ad* praep.

§. 4. ad armandas naves] Naves *armare*, qua dictione Caesar iterum Civ. 1, 36 et 2, 4 utitur, est *armamentis* instruere. In armamentis vero idem funes et ancoras 4, 29 (*funibus, ancoris reliquisque armamentis amissis*) Livius vela et antennas ponit 21, 49 §. 9. 11. cl. 33, 48 §. 5 et 8. 36, 44 §. 2. Seneca solas antennas (Benef. 6, 15 *vela stringi, armamenta demitti*), Virgilius (Aen. 5, 15 *Colligere arma iubet*) vela eo nomine significat. Neque Caesar propterea, quod 3, 14 Gallicis navibus spem omnem constitisse dicit *in velis armamentisque*, vela non posuisse in armamentis existimandus est, quippe quod eadem ratione dictum esse possit, qua 4, 14 §. 4 *inter carros impedimentaque.* 7, 3 §. 2 *per agros regionesque* et alia, quae speciei adiunctum genus habent. Et de genere haud dubie intelligenda sunt etiam illa Civ. 1, 36 *parum clavis aut materia atque armamentis instructis ad reliquas armandas reficiendasque utuntur.* et ib. 58 *neque dum etiam vocabulis armamentorum cognitis.*

ex Hispania] quae et sparto abundabat ad funes et ferro ad ancoras et clavos necessario. Cf. Strabo lib. 3 p. 429 et 390 Tz. Praeerat autem Hispaniis Cn. Pompeius proconsul, per Afranium et Petreium legatos, dum ipse rei frumentariae procurandae causa cum imperio ad Urbem commoratur, provinciam utramque administrans. Cf. Pighii Annales T. 3 p. 397.

§. 5. a Pirustis] *Πειροῦσται* a Strabone lib. 7 p. 415 Tz. inter Pannoniae populos, *Πιροῦσται* a Ptolemaeo 2, 16 p. 135 Nobb. inter Illyricos relati, etiam Livio 45, 26 §. 13, ubi *Tirustas* legebatur, et Velleio 2, 115 §. 4, ubi *Perustae* editur, memorantur.

6 tem provinciae incursionibus vastari audiebat. Eo cum venisset, civitatibus milites imperat certumque in lo-
7 cum convenire iubet. Qua re nuntiata Pirustae legatos ad eum mittunt, qui doceant nihil earum rerum publico factum consilio; seseque paratos esse demon-
8 strant omnibus rationibus de iniuriis satisfacere. Percepta oratione eorum Caesar obsides imperat eosque ad

§. 7. seseque paratos esse demonstrant] — *demonstrent* Dr. B. Vind. F. ut scribendum censebat Ciacconius, cui non recte occurrit Oud. modorum enallagen exemplis quibusdam alienis tueri studens, quasi nullum significationis discrimen sit. Indicativus Pirustas hoc demonstrasse, non demonstrandum legatis mandasse significat. Cf. adn. crit. ad 4, 22 §. 1. In Pet. a m. pr. *seseque paratos* omissum, in Duk. et 4 aliis Oud. Vrat. B. Gu. *sese*, in Leid. A. *seque* pro *seseque* scriptum est.

rationibus] om. And. Ox. Voss. B. Vind. A. Hav. A. Flor. Ven. f. et repetitio quaedam Oud. 2. post eius mortem edita. Id errore librariorum factum esse ob homoeoteleuton facile committendo diversitas librorum pariter decurtatorum arguit, neque a Caesare ita scribi potuisse videtur. Nam qui de iniuriis se satisfacturos demonstrant, eos per se intelligitur de omnibus satisfacere velle. Sed *omnibus rationibus*, fortasse durioribus, satisfacturos se dicentes serio agere et dolere factas iniurias videntur. Sic Caelius ad Cic. Fam. 8, 11 init. *Curio — cui omnibus rationibus comitiales eripiebantur*. Lentulus ibid. 12, 15 §. 6 Or. *pecuniam — cogam omnibusque rationibus ad vos mittam*. Similiter Caesar Civ. 1, 65 et 67 *omni ratione*, ib. 3, 83 *quibus rationibus*, ib. 58 *his rationibus*, 18 *aliis rationibus* dixit.

iniuriis] *ini. omnibus* Hamb.

§. 8. Percepta oratione] *praecepta or.* Pal. Goth. B. cod. Turr. *perc. ratione* Urs. *accepta ratione* S. Leid. A. Vind. A. Hav. A. *accepta oratione* Cu. Ox. (Par. B.) Ald. et sqq. una excepta Lips. *Ratione* nullo modo probari potest, non quod praecessit *rationibus*, quae res Oud. ab eo probando deterruit; nam eiusmodi repetitio a Caesare non est aliena; sed quod neque excusatio illa dici poterat ratio eorum; minime enim negaverant temere se fecisse; neque reddita ab iis iniuriarum ratio; nam re vera reddita erat nulla. *Orationem* igitur eorum si *acceptam* a se dixit Caesar, primum ambigue dixit, cum nescias probatamne dixerit, an auditam, ut Salustius Iug. 22: *quorum Iugurtha accepta oratione* (al. *ratione*) *respondit*. quod ipsum post illa *seseque — demonstrant* parum esset aptum; deinde, si probatam, quod plerique existimant, mirum est quod iisdem, quorum orationem probasset, bellum minatur. Itaque media quadam significatione dictum fuerit, fere ut Oud. explicat: audita oratione, qua contentus fuit et adquievit ob rationes in ea expositas. Sic Livius loco ab Herzogio citato 6, 37 fin. *huius generis orationes ubi accipi videre*. et ipse Caesar 6, 4: *excusationem accepit* et ib. 9: *Ubiorum satisfactionem accepit*. Sin scripsit *percepta*, amplius quid quam auditam designasse videtur, ut 6, 8 *percepta Ubiorum fuga* plenius cognita et tota audita esse po-

**certam diem adduci iubet: nisi ita fecerint, sese bello
civitatem persecuturum demonstrat. His ad diem ad- 9
ductis ut imperaverat, arbitros inter civitates dat, qui
litem aestiment poenamque constituant.**

**2. His confectis rebus conventibusque peractis in
citeriorem Galliam revertitur atque inde ad exercitum
proficiscitur. Eo cum venisset, circumitis omnibus 2**

test; neque id hoc loco alienum. Haud dubie pluribus verbis Pirustarum legati apud Caesarem egerant et tamen, ut ex seqq. intelligitur, non plane ei satisfecerant. Itaque non levi ex auditione, sed diligenter et attente audita eorum oratione responsum a se esse hoc verbo significat. Alias, ut 6, 9, causam cognoscit, deinde responsum dat. His de causis secundum codices cum Lipsio *percepta* restitui, quod etiam Ecksteinius fecit.

§. 9. aestiment] *aestument* Bong. A. Egm. sed ille Plüschkio teste cum *i* super *u*. Et *i* in reliquis locis obtinet, quos indicat adn. crit. ad 2, 17 §. 5. *extiment* Dr. AB. Vrat. C. Vind. I. *existiment* MSS. duo Oud. Bong. C. et Pal. sec. ex. Confl. Hamb. Vind. CF.

Cap. 2. §. 1. conventibusque] *conventisque* Bong. A. Egm. Dr. A. Vrat. A. Vind. B. quod licet *conventiculum* in usu fuerit, ferri posse non videtur. *conventibus peractis* cap. 1 §. 5, *ad conventus agendos* 1, 54 et 6, 44 legimus.

§. 2. circumitis] Leid. A. Vind. A. Voss. C. Dr. A. Vind. B. Ber. Vulgo legitur *circuitis*, ut 3, 25 §. 2 ante Clarkium lege-

§. 9. ad diem] Cf. adnot. ad 2, 5 §. 1.

ut imperaverat] Hoc ne cum Hottomanno frustra additum putes, ad numerum et ad conditionem referas obsidum imperatorum: adducti sunt ita, ut adduci eos iusserat. Itaque comma post *adductis* tollendum fuit.

arbitros inter civitates dat] ut praetor urbanus Romae *dare* arbitros solebat, si non essent ab ipsis litigantibus delecti. Cf. Civ. 3, 1: *constituit ut arbitri darentur.* Afr. 97, 5: *arbitris a senatu datis.* Hi inter civitates provinciales et Pirustarum arbitri futuri erant. Eadem brevitate Cicero a Claconio collatus Leg. 1, 20: *plane vellem me arbitrum inter antiquam Academiam et Zenonem datum.*

poenamque constituant] quam Pirustae praeter damnorum restitutionem penderent. Dictio eadem est 6, 13 et 7, 71.

Cap. 2. §. 1. His confectis rebus] Infra c. 56 et 7, 90 est *his rebus confectis.* Similiter nunc *his rebus cognitis*, *his rebus constitutis*, nunc *his cognitis rebus*, *his constitutis rebus* scriptum videmus. Praeposito verbo ponderis aliquid addi et h. l. significari videtur Caesarem non prius discessisse, quam confecta essent omnia, quae de Pirustis constituerat. Aliquid etiam numero orationis sonoque in his dictionibus datum fuerit.

conventibusque peractis] quam causam profectionis supra c. 1 §. 5, quia altera gravior erat, praetermissam nunc demum docemur.

proficiscitur] Exeunte mense Maio, ut tunc erat perturbata anni ratio, Caesarem adhuc in Gallia citeriore versatum esse,

hibernis singulari militum studio in summa omnium rerum inopia circiter sexcentas eius generis, cuius supra demonstravimus, naves et longas xxviii. invenit instructas, neque multum abesse ab eo, quin paucis

batur, quo loco etiam Bong. A. *circumitis* habet. Item Civ. 3, 93 et Alex. 31 *circumire* pro *circuire* secundum codices scribendum videtur. Sed Afr. 15, 2 codices tuentur *circuire*, et *circuitus* ubique legitur. Cf. Harlesii Orthogr. Cellar. p. 91, ubi ex Cassiodoro refertur Papirianum grammaticum tradidisse sequentibus vocalibus *circum* in enuntiatione *m* litteram amittere, in scriptura servare.

sexcentas] Dr. AB. Vrat. AC. Goth. AB. Hamb. Vind. CDEF. Rom. a. Ven. b. et sqq. usque ad Aldum nep. qui *DC* substituit. *sexaginta* Med. a. *secentas* Vrat. B. *sescentas* Bong. A. sec. Pl. ut 7, 11 §. 2 idem et Voss. A. *sescentos*. Sed 1, 38 §. 4 et 49, 1. 3 *sexc.* tenet.

cuius] *quas* Leid. A., *cui* Goth. B.

xxviii.] Bong. ABC. Pet. Pal. Voss. A. Lov. Vind. E. (hic cum *o* super *III*) edd. ante Ald. Cl. *viginti* octo Egm. Vrat. A. Hamb. Vind. D. *duodetriginta* Leid. A. S. Vind. A. Ald. Gr. ab. Steph. P. Man.·Frell. Turr. *XXIX* Gott. Voss. C. Leid. C. Vrat. B. Gu. inc. *XXVIIII* cum *o* super *IIII* Dr. A. *XXX* Ox. *XVIII* Vind. F. *δύο καὶ τριάκοντα* Met. *XXIIX* rell. edd. sine auctoritate.

ab. eo] *ab* om. Voss. C. Ciacconius utrumque delebat, probantibus Scal. et Graev. qui uncis incluserunt. Iis Dav. locum obiicit Cic. Tusc. 1, 31 *tantum abest ab eo, ut malum mors sit*, et Livianum Heldius 25, 6 §. 11 *tantum afuit ab eo, ut ulla ignominia iis exercitibus quaereretur*, qui facilem explicationem habent. Nam dictio *tantum abest ut* nihil aliud significat,

quo tempore Q. Cicero Roma ad eum venit, ex Marci ad Q. fr. epist. 2, 15 init. intelligitur. Supplementum autem narrationis exhibet c. 24 §. 1.

§. 2. in summa omnium rerum inopia] Fortasse Pompeianorum in Hispania legatorum negligentia his verbis notatur, qui si ad armandas naves necessaria suppeditassent, milites in Gallia omnium rerum inopia laborare non potuissent.

cuius supra demonstravimus] *Cuius* non per attractionem, quam Heldius statuit, pro *quam* positum, sed per ellipsin verborum *generis naves* explicandum videtur. Similiter Civ. 3, 15 *cum essent in quibus demonstravi angustiis* audiendum est *eos esse*, et Afr. 69 *eadem ratione, qua ante dixi*, in Caesaris legionarios impetum faciunt Numidae — *factum esse*. Attractione utitur idem 41: *in eo loco, quo paulo ante commemoravi, ante oppidum constitit*. et 96: *cum quibus paulo ante nominavi*. Item Vitruvius 2, 1 §. 4: *spatio inter eas* (arbores) *relicto quanto arborum longitudines patiuntur*. Quae Graecorum imitatione dicta videntur. Aliter Cicero Att. 5, 3: *nullas adhuc acceperam praeter quae mihi binae in Trebulano redditae sunt*. et Lentulus Fam. 12, 15 §. 5: *cum ab Rhodo cum quas habueramus navibus in Lyciam venissemus*. quo loco *iis* ante *quas* inserendum non erat Orellio.

diebus deduci possint. Conlaudatis militibus atque 3

nisi rem, quae sit, tanto intervallo abesse ab alia, quae cogitetur, quae ipsa res cogitata notionem adiunctam habet rei effectae ideoque non accusativo cum infinitivo, sed *ut* coniunctione et coniunctivo enuntiatur. Itaque *tantum abest ut malum mors sit* nobis significat die Sache ist so weit entfernt eine solche zu seyn, daß der Tod ein Übel ist, et hoc idem plenius dicitur *tantum abest ab eo, ut malum mors sit.* Sed ubi sequitur *quin*, ibi rei effectae cogitationi addita est negatio, ut h. l. daß die Schiffe nicht können in See gehen. Quod si effectum cogitatur eo, quod non multum abest, facile intelligitur id, a quo res non multum absit, non esse illud, quod non possunt deduci; ab hoc enim multum abest res; sed illud esse, quod deduci possunt, a quo si non multum abest, paene possunt deduci. Ergo si rationem quaerimus dictionis *non multum abest quin naves deduci possint*, hanc statuere debemus: es ist kein großer Abstand von der Möglichkeit des in See gehens, welcher bewirkt, daß nicht zu denken ist, daß sie in See gehen können. Hac vero ratione excluditur *ab eo* additamentum, quippe quod sequens *quin deduci possint* pro eo accipi iubeat, a quo res non multum absit, nisi forte *ab eo* vi demonstrandi, h. e. sensu carere volumus. Itaque non temere illi in hoc offenderunt. Nihilo minus tamen pro vero habendum videtur. Usus enim *quin* coniunctioni negativae in his dictionibus vim simplicis coniunctionis tribuerat, cum praegressa negatio eam, quae in ipsa inest, sustulisse videretur. Atque etiam illud, quod ellipsi adhibita rationi consentaneum erat, *non multum abest quin deduci possint*, plerique non aliter intellexerunt, quam hoc *tantum abest ut malum mors sit.* Et post *non dubito* cum dicebant *quin verum sit*, fortasse non omnes id sentiebant, quod in ratione erat: ich hege keinen Zweifel, so daß ich nicht denke, daß es wahr ist, sed verbis *quin verum sit* rem ipsam, quae in dubitationem vocatur, significabant. Quid quod ipse Cicero Fam. 5, 7 scribit: *illud non dubito, quin — res publica nos inter nos conciliatura sit*, in quibus posteriora (*quin — sit*) si continent id, quod *illud* demonstrat, non magis negativa sunt, quam h. l. *quin deduci possint.* Ceterum in his dictionibus *abesse* distantiam, non defectum significare, *multum, tantum, paulum* non nominum, sed adverbiorum vim habere in adnot. ad 3, 18 §. 4 docui, ubi dictis adde Civ. 1, 48 *neque multum a maturitate aberant*, sc. frumenta, et Alex. 22 *hoc detrimento milites nostri tantum abfuerunt ut perturbarentur;* secundum quae etiam hoc de navibus dictum videri potest, non multum eas afuisse; quamquam necessarium non est.

possint] „MSS. pler. inc." Bong. AB. Pet. Gott. Voss. A. Egm. Dr. A. Vrat. AB. Viud. AB. Vulgo *possent.* Illud, si *invenit* praesens est, quod esse Ald. et Gr. a. senserunt (*invènit*) nullam offensionem habet.

§. 3. conlaudatis] Voss. A. Egm. Vrat. A. Vind. A. (Bong. A.) non *coll.*

§. 3. Conlaudatis] Quod Herzogius dicit *collaudare* esse coram aliis vel multos simul palam laudare, id utrumque ex Caesaris

iis, qui negotio praefuerant, quid fieri velit, ostendit atque omnis ad portum Itium convenire iubet, quo ex

omnis] Id ab Oud. ex uno Ox. receptum consentientibus Vind. A m. pr. et quantum ex Pl. silentio colligi potest, Bong. A. tenendum putavi. Ald. Gr. ab. Steph. Frell. Turr. ut solent, *omneis*, reliqui *omnes* habent.

Itium] „Sic Urs. et mei codd. praeter recentem Bong. tert. Al. *Icium* vel *Ictium*. *Ytium* MSS. 2.“ In ex. Fabr. *Itium* ex Bong. A. Egm. Voss. A. (ex hoc *portu initium*) *Iccium* ex Bong. C. (Ald. nep.) *Ytium* ex Gott. (Dr. A) *Initium* ex Bong. B. affertur. *Icium* habet Vind. D. cum edd. ante Steph. *ictum* Dr. B. *mitium* Goth. A a m. pr. Vind. I. *micium* Vr. B. *interim* Hamb. Steph. dedit *Ictium*, Lips. et sqq. *Itium*. Apud Ptolem. 2, 9 §. 2 *Ἴκιον ἄκρον* est; vitiose Met. *εἰς τὸν Ὀχτίῳ καλουμένῳ λιμένι συνιέναι.* Cf. cap. 5 §. 1.

usu petitum videtur, quem quidem hic locus et infra c. 52 et 6, 23 et 7, 2 ostendit; sed praepositionis non ea est vis. Cf. Plauti Capt. 2, 3 v. 61: *quantis laudibus suum herum servus collaudavit.* Horat. Sat. 1, 6 v. 70: *Ut me collaudem* (quod Reisigius non recte explicat um mich bei der Gelegenheit mit zu loben). Probabilius alii *valde laudare* interpretantur, modo ne omnibus ex partibus conflatam aut ex pluribus compositam laudationem intelligi iubeant, cui rationi fidem non facit analogia. Potius admotam alicui et quasi iniunctam atque ita studiosius impertitam laudem significari dixerim, quemadmodum *cohortari, comprobare, commonere* composita simplicium notionem auctam exhibent.

quid fieri velit, ostendit] Id quale fuerit, non constat. Formulae solennis, respondentis nostro er ertheilte die nöthigen Befehle, exempla significavi in adn. cr. ad 3, 26 §. 1. Fortasse ad tempus et rationem proficiscendi pertinuit, quae pro situ hibernorum diversa fuerit.

ad Portum Itium] Strabo l. 4 p. 66 Tz. de Morinis: *παρ' οἷς ἐστι καὶ τὸ Ἴτιον, ᾧ ἐχρήσατο ναυστάθμῳ Καῖσαρ ὁ θεὸς, διαίρων εἰς τὴν νῆσον. νύκτωρ δ' ἀνήχθη καὶ τῇ ὑστεραίᾳ κατῆρε περὶ τετάρτην ὥραν, τριακοσίους καὶ εἴκοσι σταδίους τοῦ διάπλου τελέσας.* Secundum haec probabilis est Glareani sententia hunc portum Itium eundem esse statuentis, ex quo Caesarem superiore anno solvisse legimus 4, 23: *tertia fere vigilia solvit — hora circiter diei quarta cum primis navibus Britanniam attigit.* Non enim sine certa re neo sola ex locis Caesaris capta coniectura Strabonem illa scripsisse ex eo apparet, quod in spatii mensura a Caesare discrepat. Nam quod Brantio teste h. l. pro *xxx* nonnulli in melioribus libris legi *xxxx* aiunt, qui numerus passuum a Strabone traditus est, cum in nostris codicibus nulla scripturae varietas exstet, suspicioni potius ex ipso Strabonis loco iniectae datum, quam pro testimonio dictum videtur. Caesar vero superiore anno tot milia passuum, quot Strabo ponit, emensus tamen postea brevissimum iter non amplius triginta milium esse compertum habere potuit. Accedit ad Strabonis auctoritatem quod portum Itium Caesar h. l. tamquam omnibus suis notum commemorat, ex quo colligi potest eundem esse, quem priore expeditione cognovissent; quamquam in hac ipsa narrau-

portu commodissimum in Britanniam traiectum esse cognoverat, circiter milium passuum xxx. transmissum a

traiectum esse — transmissum] In hac codicum tantum non omnium scriptura offensioni esse potest repetitum *transmissum*, quod significatione non diversum a *traiectu* abundare videtur. Utitur eo Caesar c. 13 Hiberniam describens, quam *pari spatio transmissus atque ex Gallia esse in Britanniam* dicit. Itaque Faërnus *transmissum* delebat, quod eam vocem abesse a veteribus libris animadvertisset, ut ait Ursinus in Emend. (Hotomannus dicit Faërnum testari in suo libro abesse vocem *transmissum*) eumque secuti sunt Lips. et sqq. usque ad Oud. qui in ed. 1. vocem rariorem et minime similem glossematis restituit, sed offensus et ipse repetitione inutili *traiectum* glossema esse et pro eo *transmissum* ponendum suspicabatur. Et in Vrat. B. *traiectum* a m. pr. omissum, in margine a m. s. ante *esse* positum est, quem locum etiam in Dr. A. Vind. B. tenet. Suspicionem suam Oud. in ed. 2 secutus est, atque ita recentiores plerique ediderunt. *Transmissum* eiici codices vetant. Nam praeter Faërnianos parum cognitos illos omnes in eo consentiunt, unus Voss. B. *transmissurus* habet, quod tolerabile visum esse Oud. miror. Non transmissurus demum Caesar hoc cognoverat, sed priusquam transmissurus esset; neque suo loco positum hoc, nec non inutile additamentum esset *a continenti*. Paulo minus displiceret *transmissuris*, quod idem Oud. scribi posse putabat; quamquam exempla, quibus utitur, omnia participium habent praesentis et idoneam addendi causam, quae hoc loco nulla est. Sed Voss. B. auctoritas non tanta est. *transmissum* etiam post *traiectum* servari posse sensit Lippertus, ob interiecta verba *esse cognoverat* iteratam desiderans traiectus significationem. Sed haec sola repetitionem non flagitant. Cf. 6, 35 §. 6; *transeunt Rhenum navibus ratibusque*, xxx. *milibus passuum infra eum locum, ubi pons erat perfectus*. Et si pro *commodissimum* dixisset *brevissimum*, nihil desideraretur. Nunc novum hoc de spatio traiectus addens nectit illud quidem ex superioribus, sed ne hanc ipsam commoditatem dicere videatur, quod spatium non sit longius, iterum ponit *transmissum*, ipsa repetitione nominis hoc alterum per se intelligendum nec pro mera prioris explicatione habendum esse demonstrans. Cf. 7, 16 §. 1: *Vercingetorix — locum castris deligit paludibus silvisque munitum, ab Avarico longe milia passuum* xvi. in quibus *longe* idem effecit, ut posterius per se intelligendum esse videatur. Itaque scripturam Oud. 1. restitui. (Pro *traiectum* unus Gott. *transda*, quoniam non erat cur nomen ostenderet, omnino *in Morinos* se profectum dicit 4, 21 §. 3, *quod inde erat brevissimus in Britanniam traiectus*. Neque nostro loco erat cur superioris anni mentionem faceret, praesertim si, id quod verisimile est, ea, quae de commoditate et spatio addit, hoc demum anno certius cognoverat. Ceterum de situ portus Itii cf. Ukertus Gall. p. 554, ubi varias scriptorum de eo opiniones refert, ipse iis assentitur, qui portum Caletanum (in oder bei Calais) significatum putant.

4 **continenti. Huic rei quod satis esse visum est militum, reliquit: ipse cum legionibus expeditis IIII. et equitibus DCCC. in fines Trevirorum proficiscitur, quod hi neque ad**

iectum habet, quod per Aldum nep. obtiuuit, Hamb. *traictum;* pro *transmissum* Hav. A. *tramissum.*)

§. 4. rellqnit] „Bong AB. (prior *reliquid*, testibus Fabr. et Pl.) Leid. A. Voss. A. Lov. Ox. et multi alii.“ Ante Oud. ab Aldo nep. inde legebatur *relinquit*, quod tantum ex Bong. C. in ex. Confl. Dr. B. et Vind. C (EF). enotatum habeo, praeterea in ed. Steph. Frell. et P. Man. inveni. Perfectum Oud. haud raro coniungi a Caesare cum praesenti docuit, sed tamen frequentius est praesens. Sic 6, 6 *Commium Atrebatem cum equitatu custodis loco in Menapiis relinquit: ipse in Treviros proficiscitur.* 7, 11 *Ea qui conficeret, C. Trebonium legatum relinquit. Ipse — proficiscitur.* Ib. 40 *legiones — ex castris educit — C. Fabium legatum cum legionibus* II. *castris praesidio relinquit.* Cf. 2, 5 §. 6. Relinquendi enim actio duobus modis fieri potest: aut remanere iubetur is, qui relinquitur, aut discessu relinquentis fit ut remaneat. Illud magis in sensus incurrit, hoc effectionem mente colligendam potius quam oculis cernendam habet. Illud igitur facilius in medium produci et repraesentari potest, quam hoc, quod quasi corpore destitutum est. Itaque *relinquit* additum habere solet certae personae nomen, quae remanere iubetur: *reliquit* ubi scripsit Caesar, ibi fere eos, quos reliquerit, non secum duxisse et eo ipso ut remanerent effecisse ostendit, iubendi significatione omissa. Non aliter h. l. Accedit quod dilatatae per relativum descriptioni perfectum magis convenit. Cf. adn. crit. ad 1, 46 §. 2.

IIII.] Gott. Voss. A. Bong. A. Vrat. BC. Goth. B. edd. ante Ven. f. et sup. or., Vind. A. Goth. A. *quattuor* Ven. f. *quatuor* reliqui codd. a me visi et edd. Ald. et sqq. usque ad Ald. nep. qui IV scribere coepit, quod deinde obtinuit. Cf. adn. cr. ad 1, 12 §. 4.

Trevirorum] *Treverorum* „MSS. pler.“ Bong. AB. Voss. A. Egm. Dr. AB. Vrat. ABC. Vind. B. et a m. s. Goth. A. Ven. f. *Treviorum* Hamb. Vind. F. Cf. adn. cr. ad 1, 37 §. 1.

§. 4. Huic rei] sc. quod omnes ad portum Itium convenire iussi erant. Ad id efficiendum praesidio opus erat ad ipsum portum constituendo, ne forte ab hostibus occuparetur, qui advenientes aditu prohiberent. Itaque tot milites, quot res requirere videbatur, ex hibernis eductos ibi reliquit.

quod satis esse visum est] Cf. adnot. ad 3, 16 §. 2 et locus 1, 51 §. 1: *praesidio utrisque castris quod satis esse visum est reliquit.*

neque ad concilia veniebant] Concilia Gallorum, qui proprie vocabantur, et Belgarum inter ipsos habita in superioribus commentariis aliquoties commemorata sunt, primum totius Galliae 1, 30 et 31, Belgarum 2, 4, Uellorum 3, 18, eaque ad rem publicam pertinebant Gallorum. Cf. 6, 20: *de re publica nisi per concilium loqui non conceditur.* Erant autem diversi generis, ut *armatum*, quod infra c. 56 describitur, *Druidum* 6, 12; alia ex tempore a magistratibus con-

concilia veniebant neque imperio parebant, Germanosque Transrhenanos sollicitare dicebantur.

3. Haec civitas longe plurimum totius Galliae equitatu valet magnasque habet copias peditum Rhenumque, ut supra demonstravimus, tangit. In ea civitate duo 2
de principatu inter se contendebant, Induciomarus et

Cap. 3. §. 1. demonstravimus] *diximus* Lov. a m. pr. quae varietas nihil commendationis addit Gruteri de glossemate suspicioni, quod non reliquorum consensu prorsus tollatur. Et deesset aliquid ad numerum orationis, si nihil nisi *Rhenumque tangit* legeremus.

§. 2. inter se] Haec quoque Grutero suspecta fuerunt. Desunt Vind. D. et edd. ante Ber. et in Leid. A. ante *de principatu* posita sunt, et Dr. A. *inter* superne adscriptum habet. Neque omnino necessaria erant. Cf. 6, 13: *Druides — si sunt plures pares — nonnunquam etiam armis de principatu contendunt.* Sed frequentius addita reperiuntur. Cf. 1, 31 §. 4 de Haeduis et Arvernis: *hi cum tantopere de potentatu inter se multos annos contenderent.* Civ. 1, 40: *crebroque inter se equestribus proeliis contendebant.* 3, 82: *iamque inter se palam de praemiis ac sacerdotiis contendebant.*

Induciomarus] „MSS. plur. et vetustiores. alii per *t*“ *t* ha-

vocabantur, ut a Vercingetorige plura libro septimo memorata. Sed Caesarem concilia Gallorum convocare solitum esse supra non est significatum, et primis annis non videtur convocasse. Nam quos Haeduorum principes secum in castris habebat, eos 1, 18 convocans idque *concilium* appellans non consuetudinem quandam suam, sed rem semel factam demonstrat. Deinde vero compluribus populis devictis convocare eos instituit, idque *primo vere*, ut 6, 3 ostendit, convocatisque auxilia et reliqua, quibus opus ipsi esset, imperabat. Cf. ib. c. 4. Atque eos, qui convenire recusabant, defectionem indicabat parare, quod imperium Romanorum detrectare viderentur. Ib. c. 3. Id Treviri et hoc et proximo anno videntur fecisse. Nam tribus annis primis amici Romanis fuerant (1, 37. 2, 24. 3, 11) in quarto autem libro non commemorantur. Poterant quidem et ii, qui semel non venissent, quia deinde quoque non venturi viderentur, ad *concilia* non venientes dici; sed ex c. 5 §. 3 verisimile fit etiam hoc vere Caesarem concilium convocasse.

neque imperio parebant] His verbis genus universum comprehensum est, cuius generis ista recusatio erat. Similiter 6, 9: *Ubii — legatos mittunt, qui doceant neque ex sua civitate auxilia in Treviros missa neque ab se fidem laesam.* Nobis in eiusmodi dictionibus deesse *omnino* alteri parti videtur. Cf. quae supra c. 1 §. 4 de *velis armamentisque* dicta sunt.

Germanosque Transrhenanos] Cisrhenani Germani 6, 2 commemorantur.

Cap. 3. §. 1. totius Galliae] Cf. adn. ad 1, 3 §. 5.

supra] 3, 11 §. 1. Pertinebat autem haec Rheni propinquitas ad augendum periculum a Transrhenanorum sollicitatione impendens.

§. 2. Induciomarus] Baum-

3 **Cingetorix; e quibus alter, simulatque de Caesaris legionumque adventu cognitum est, ad eum venit, se suosque omnes in officio futuros neque ab amicitia populi Romani defecturos confirmavit, quaeque in Trevi-**
4 **ris gererentur, ostendit. At Induciomarus equitatum peditatumque cogere iisque, qui per aetatem in armis esse non poterant, in silvam Arduennam abditis, quae**

bent Rom. a. Ven. a secundum Elberlingium, Med. a. Ber. Ven. f. In. Graev. Dav. Cl. in *c* vero consentiunt h. l. codices (*Indiciomarus* Pet. et Petrar. 12, 2. *Inducionarus* Hamb. *Ducionarius* hic et deinceps Pal. Confl.) sed in sqq. nonnulli, etiam Bong. A. bis, *t* exhibent, idque Oberlinus ob nummum quendam praetulit, in quo est *Germanus Induti IIII*, quae mihi auctoritas exigua videtur. Cum Bong. A. sibi non constet atque infra §. 5. etiam *ct*, ut Voss. A. §. 4, habeat, *c* cum Oud. scripsi, quae scriptura apud Ciceronem quoque pro Font. §. 17. 26. 36 potior habetur, quo loco Allobrox est Induciomarus, a Treviro nostro diversus. Dionis 40, 11 in ed. pr. *'Ινδυοτιμάρους* est genitivus, sed 31 *'Ινδουτιομάρου*, ex quo R. Steph. p. 483 illud emendavit. Cod. Med. a. *'Ινδυοτιμάρου* habet. Orosii 6, 10 Haverc. dedit *Indutiomarus*, sine varietate.

§. 3. e quibus] „MSS. qdd." Bong. AB. Gott. Voss. A. Egm. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. Hamb. Gu. Vind. BC. Gr. b. Frell. Vulgo *ex q. e finibus* 1, 5 §. 1 omnes.

omnes] *omnis* Vind. A a m. pr. Ber. *omneis* Ald. a. Gr. ab. Steph. Frell. Turr.

Treviris] *Treveris* Bong. AB. Gott. Voss. A. Egm. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. A a m. s. Vind. AB. Ven. f.

§. 4. Arduennam] *Arduemnam* Bong. A. Vrat. A. *Ardueninam* Egm. Fabr. *arduenam* Vind. 1. *arduernam* Vind. C.

starkius paenultimam huius nominis, ut *Viridomari* 7, 38 et deinceps, producit. Sed apud Propertium 5, 10 v. 41 Lachm. *Virdumari* hexametrum incipit.

Cingetorix] Hoc nomen Ohrienus apud Oberlinum lingua Celtica significasse caput ad expeditionem statuit (*Cin — go — toir*) praepositoque *fear* seu *vir* exstitisse nomen *Vercingetorix*. Infra c. 22 *Cingetorix* est Britannicae regionis rex, ibidemque nobilis Britannus *Lugotorix* nominatur. Caesarem probabile est *orix* pro terminatione habuisse, cum eodem modo fecerit *Dumnorix*, *Eporedorix*, *Ambiorix*.

§. 3. in officio futuros] Cf. Cic. Fam. 14, 4 §. 4 Or. ubi exul de servis suis scribit: *est autem in officio adhuc Orpheus, praeterea magno opere nemo.* Nos dicimus feine Schuldigkeit thun. Latini vero agendi rationem quasi locum, in quo quis versatur, cogitabant, ut nos cum dicimus in Thätigkeit fein. Itaque *ab officio discedere* 1, 40 §. 2 is dicitur, qui aliam atque debet agendi rationem init. Officium ipsum sequentibus Cingetorigis verbis ita definitur, ut libri primi loco definiendum videbatur. Alibi fere obedientiam significat, ut in dictionibus *in officio continere, tenere, permanere, manere,* quibus Caesar saepius utitur, e. g. §. 6.

quaeque in Treviris gererentur] quorum partem gravissimam Caesar in sqq. proponere videtur.

ingenti magnitudine per medios fines Trevirorum a flumine Rheno ad initium Remorum pertinet, bellum parare instituit. Sed posteaquam nonnulli principes ex ea civitate et familiaritate Cingetorigis adducti et ad-

Trevirorum] *Trererorum* MSS. Fabr. Bong. A. Dr. AB. Vrat. A. Vind. BF. et a m. s. Vrat. B. Goth. A. Ven. f. *Trerlorum* Hamb. Ven e.

Remorum] Ciacconius propter locum 6, 29, ubi ea silva ad Nervios pertinere dicitur, hic quoque *Nerviorum* malebat, Orosii insuper auctoritate motus, qui 6, 10 ad Nervios usque eam pertingere a ripis Rheni finibusque Trevirorum scribit. Aliis contra locus 6, 29 propter discrepantiam cum hoc suspectus fuit. Sed h. l. Caesar non quousque omnino, sed quam late Trevirorum intra fines Arduenna silva patuerit, ostendit, ut valde commodum eam Induciomaro receptaculum senum et puerorum praebuisse intelligatur, neque in finibus Remorum et Trevirorum desinere eam dicit, sed longius porrectae et per Remorum fines ad Nervios usque pertinentis rationem nullam habet, quia ea pars Induciomaro inutilis erat. At libro 6 totam describit ita, ut Remos nec nominet nec excludat. (*Rhemorum* Bong A Goth B. (Vind. I. Gu.) Ven. b etc. usque ad Oud.)

§. 5. posteaquam] Male Oud. h. l. et c. 32 §. 1 et 7, 82 §. 1 *postea quam* scripsit, alibi recte exhibens *posteaquam*, ut 1, 31 §. 5. 46 §. 4. 4, 19 § 2. 5, 6 §. 4. 6, 10 §. 4. Ubi enim coniunctio est, ut *postquam* unum vocabulum est: ubi duo sunt, ibi prius adverbium est et respondet nostro ſpäter, nicht eher. Eodem modo *priusquam* et *prius quam* differunt.

familiaritate] *auctoritate* „VV. CC. duo apud me miro consensu" Urs. Not. Cu. S. Ox. Leid. A. Vind. A. Hav. A. margo Pet. et ed. Steph. *τῷ τοῦ Κιγγετόριγος ἀξιώματι* M. *auctoritate* si verum est, principes illos statuere debemus in factione Cingetorigis fuisse. Adversarios vero Induciomarus ad Caesarem venisse mirari non poterat neque propterea vereri, ne *ab omnibus* desereretur, quod in sqq. ob hoc ipsum veritus esse dicitur. Neque intelligitur, cur magis hi, quam ipse Cingetorix, adventu legionum perterrerentur et de suis privatim rebus a Caesare peterent et civitati consulere posse negarent. Itaque statuendum est a partibus Induciomari eos stetisse, sed familiares fuisse Cingetorigis. Nec mirum, si principes nonnulli iuvenes et eius aequales atque amici, postquam contendere cum socero (Cingetorigem enim Induciomari filiam in matrimonio habuisse infra c. 56 docemur) de principatu in civitate coepit, non statim ab Induciomari, quem adhuc omnes secuti erant, partibus deficiebant et tamen familiaritate Cingetorigis adducti ad Caesarem veniebant. His de causis *familiaritate* verum, *auctoritate* glossema videtur profectum ab aliquo, qui illos in factione Cingetorigis fuisse putaret et Caesarem saepius eo nomine in simili re uti meminisset. Quamquam quod Oud. suspicabatur ex 1, 3 verbis *his rebus adducti et auctoritate Orgetorigis permoti* in hunc locum illatum esse, propterea minus probabile videtur, quod illud longissime remotum et in re non simillima est positum. Propiora exempla sunt 4, 21 §. 6 de Commio: *cuiusque auctoritas in his regionibus magni habebatur.* infra c. 4 §. 3 de eodem Cingetorige: *eius auctoritatem inter suos quam plurimum valere.* 6 §. 1 de Dumnorige: *quod eum — magnae inter Gallos auctoritatis cognove-*

ventu nostri exercitus perterriti ad Caesarem venerunt et de suis privatim rebus ab eo petere coeperunt, quoniam civitati consulere non possent, veritus, ne ab omnibus desereretur, Induciomarus lega-
6 tos ad Caesarem mittit: sese idcirco ab suis discedere atque ad eum venire noluisse, quo facilius civitatem in officio contineret, ne omnis nobilitatis discessu

rat. Constructio autem eadem 3,8 §. 3 de Venetis: *horum auctoritate finitime adducti.* Ceterum *familiaritatis* nomine Caesar praeter h. l. usus non videtur: Hirtius item semel est usus 8, 50 extr.

privatim] *privatis* And. Ox. Cu. Leid. A. Vind. A. Hav. A. *περὶ τῶν ἰδίων πραγμάτων* Met. Non vitiosum hoc (cf. Civ. 3, 32: *suo etiam privato compendio serviebant*) sed non comparandum cum vulgatae elegantia, in qua adverbium ita, ut *suis* pronomen, pertinet ad substantivum *rebus*, et de iis rebus petere illi dicuntur, quae privatim res cuiusque essent. Simile est de Suevis dictum 4, 3 §. 1: *publice maximam putant esse laudem quam latissime a suis finibus vacare agros.* quo loco Caesar secundum hoc *de maxima publice laude Suevorum* rettulisse dici potest. Partim simile est Liv. 5, 30 §. 2 *quod ad se privatim attineat*, quod recte unius codicis scripturae *privatum* praetulit Drak., sed iis exemplis tuetur, ut rationem adverbii perspectam habuisse idque cum pronomine artius quam cum verbo iungendum vidisse non videatur. Atque huic Liviano comparari potest illud, quod post Oudendorpium Elberlingius nostro comparavit, 1, 17 §. 1: *qui privatim plus possint, quam ipsi magistratus*, si quis *privatim* ad *qui* quam ad *possint* referre mavult.

possent] Pluralem And. Ox. Cu. Leid. A et ed. Ven. f. cum sqq. habent; in reliquis est *posset* (quod tamen Pl. ex Bong. A. non enotavit) quod facili lapsu invectum teneri potuit ab iis, qui hoc de Induciomaro dictum putarent.

veritus, ne ab omnibus desereretur, Induciomarus] *Induciomarus ver. ne ab omn. des.* And. Ox. Cu. Pet. Leid. A. Vind. A. Steph. Oud. *Induciomarus* om. Vind. B. Idem delendum censebat Ciacc. et uncis incluserunt Scal. Graev. Neque Oud. necessarium putabat, et si post *bellum parare instituit* minore interpunctione utare, plane supervacaneum reddideris. Accedit quod singularis *posset*, quae plurimorum scriptura est, videri poterat hanc interpretationem requirere. Itaque nescio, an cum Vind. B. faciendum sit. Tamen ferri potest quod restitui; de quo verborum ordine cf. notata ad 1, 24 §. 1 et ad 4, 8 §. 1.

§. 6. omnis nobilitatis discessu] Hic ablativus, qui, si passivum sequeretur, velut *in errorem impelleretur*, haud dubie causae, si res fortuita, ut *Germani advenirent*, temporis indicium praeberet simplex, nunc utrumque significat et discessum ita tempore coniunctum ponit cum lapsu, ut causam tempore coniunctam esse oportet cum effectu. Nam solum tempus significari h. l. nihil attinebat, quemadmodum attinebat 7, 20 §. 1: *quod eius discessu Romani tanta opportunitate et celeritate venissent*, item ib. 5 §. 7 *eorum discessu*, et 74 §. 1 *eius discessu*. De sola causa autem quo minus cogitemus, obstat verbum

plebs propter inprudentiam laberetur. Itaque esse civitatem in sua potestate, seque, si Caesar permitteret, ad eum in castra venturum, suas civitatisque fortunas eius fidei permissurum. 7

§. 6. inprudentiam] Voss. A. Egm. Vind. A. (Bong. A.), non *impr*.

§. 7. suas] om. Vind. A. *et suas* Ald. et sqq. Sed *et* codices Oud. „longe plurimi" ignorant, ego in nullo meorum inveni. In ex. Fabr. copula omissa esse significatur in Bong. AB. Voss. A. Egm. Gott. Lov. *suasque* Duk. Vind. F. Asyndeton h. l. eandem vim habere videtur, quam 1, 46 §. 1 in eo inesse ostendi ad 4, 20 §. 2.

fidei] *fide* Leid. A.

permissurum] Sic etiam Parisienses, Hav. A. inc. *commissulabi*, rei effectae significatione carens, et quod in *discessu* temporis indicium simul inesse potest neque id h. l. ineptum, modo ne seiunctum a causae indicio. Tempus ipsum vero anterius cogitandum est, propter efficientiae rationem, quae earum rerum, inter quas intercedit, alteram alteram priorem poni iubet. Itaque fieri potuit, ut solum quoque tempus, modo anterius, ablativo indicaretur. Ex duplici enim significatione rei post alteram et propter alteram factae, quam utramque habet ablativus efficientiae index, posteriore sublata prior remansit sola. Atque ita Caesar *discessu* non solum locis supra citatis, sed ubique dixit, etiam 7, 41: *Fabium discessu eorum duabus relictis portis obstruere ceteras;* item *adventu*, ut infra c. 54: *cuius frater adventu in Galliam Caesaris regnum obtinuerat*, ubi tempus ab adventu proximum significat, et Civ. 1, 18 §. 5: *quorum adventu altera castra ad alteram oppidi partem ponit;* quibus locis Heldio res eodem tempore factae indicari videbantur. Ceterum quod de *omnis* nobilitatis discessu Induciomarus loquitur, cum praeter Cingetorigem *nonnulli* venisse ad Caesarem dicantur, non est mirum. Videbat enim nihil obstare, quo minus omnes venirent, et scire quoque poterat omnes venire voluisse. Hac igitur de causa non erat quod Oud. 2 post *omnis* incideret.

plebs propter inprudentiam] plebi propriam, praesertim Gallicae, *quae paene servorum habebatur loco et nullo adhibebatur consilio*, ut 6, 13 scriptum legimus. Quamquam ex eo, quod Caes. ib. *nihil eam per se audere* docet, facile intelligitur hanc Induciomari rationem probari ei vix potuisse. Designat autem Induciomarus h. l. omnem Trevirorum plebem, etiam partium adversarum: hanc quoque per principum absentiam labi ad defectionem potuisse, ideoque a se praesente et cum suis seu suarum partium plebe versante coerceri debuisse. Haec enim sententia est illorum verborum, quibus sese idcirco *ab suis* discedere noluisse demonstrat, quo facilius *civitatem* in officio contineret. Itaque ne hac quidem de causa opus erat ut Oud. 2 interpunctionem mutaret.

§. 7. si Caesar permitteret] His verbis Induciomarus et sibi suisque ut tuto venire liceat postulat, et amicitiae causa, si Caesar velit, non quod sibi opus sit, se venturum ostendit.

suas civitatisque fortunas] Cf. adnot. ad 3, 12 §. 3. Cernitur

4. Caesar, etsi intellegebat, qua de causa ea di-
cerentur, quaeque eum res ab instituto consilio deter-
reret, tamen, ne aestatem in Treviris consumere co-
geretur omnibus ad Britannicum bellum rebus compa-
ratis, Induciomarum ad se cum ducentis obsidibus ve-
2 nire iussit. His adductis, in iis filio propinquisque

rum Pal. Confl. Vrat. C. Goth. B. Vind. D. edd. ante Ald. a. quod non est deterius.

Cap. 4. §. 1. intellegebat] Egm. Fabr. (Bong. A.) Cf. adnot. crit. ad 1, 10 §. 2.

ea dicerentur] *haec dicebantur* Leid. A. *ea* om. Ven. cde.

Treviris] *Treveris* Bong. A. Dr. AB. Vrat. A. Vind. ABF. Ven. f.

omnibus ad Britannicum bellum rebus comparatis] „MSS. fere omnes.“ Usitatius erat *omnibus rebus ad Britannicum bellum comparatis*, quod Vind. A. Ald. ab. P. Man. Gr. a. Turr. Lips. Iu. Graev. Dav. Cl. exhibent, ut 1, 6 §. 3 *omnibus rebus ad profectionem comparatis*, et ita scripsisset Caesar, si dicere voluisset nihil, quod ad Britannicum bellum pertineret, non comparatum fuisse; sed simul demonstraturus omnia illa, quae comparata essent, non alio nisi ad Britannicum bellum pertinuisse, verba *ad Br. b.* priori loco posuit. Qui si hoc unum demonstrare voluisset, primum illis omnium locum dedisset, ut in V. C. Faërni scriptum esse refert Ursinus: *ad Br. b. omnibus comparatis rebus.* Ad prioris autem ex duabus, quas vulgata continet, sententiis perspicuitatem opus erat ut participium non sine vi in fine positum esse significaretur, quem usum praepositum ei nomen *rebus* praebet, male omissum illud in Gott. Voss. C. Vrat. B. Gu. inc. quippe quo remoto posterioris rursus sententiae declaratio periret. Est vero illud cum *comparatis* construendum, non cum prioribus, ut Herzogius vult, qui hanc dictionem similem esse dicit illi c. 3 *de suis privatim rebus;* cui etiam hoc obstat, quod *omnes ad Br. b. res* sine verbo dicere vix licet. Ceterum in Vind. I. *omnibus rebus ad Britaniam comparatis* legitur, et pro *Britannicum* in edd. ante Ven. f. *Britanniam*, in Bong. A. Goth. B. *Brittanicum*, in Vind. A. *Brittannicum*, in Goth. A. Hamb. *Britanicum*, in Dr. B. *Britannum*, et pro *comparatis* in Bong. A. *conparatis* est scriptum.

ducentis] Bong. A. Voss. A. Gott. Egm. Vrat. AB. Hamb. Vind. F. Dr. B et a m. s. A. *centis* idem a m. pr. *cc*[tis] Vind. A. Vulgo *cc.*

§. 2. His] *Iis* Boug. A. Rom. a. Med. a. Ven. b. Ber. *hiis* Bong. B. Voss. A. Gott. Egm. Vrat. ABC. Hamb.

in iis] *et* Pet. Pal. Fabr. (Carr.) Ox. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Lips. *et in his* Cu. Bong. BC. Fabr. Gr. b. Frell. *et in iis* VV. CC. Urs. Iu. Graev. Dav. Cl., quorum neutrum per se improbandum. Ad posterius cf. Hirt. 8, 45: *principes eorum vivos in suam redegit potestatem, atque in iis Surum Haeduum.* Sed

autem in hac parte orationis magna hominis de se opinio, qui civitatis fortunas uno eodemque loco cum suis habere videatur.

eius omnibus, quos nominatim evocaverat, consolatus Induciomarum hortatusque est, uti in officio maneret; nibilo tamen secius principibus Trevirorum ad se con- 3
vocatis hos singillatim Cingetorigi conciliavit: quod

codices *et* non satis tuentur, quo sublato *iis* probabilius est. *in hiis* Gott. Vrat. BC. Hamb. *in his* Brant. Hav. A. cod. Turr. Dr. AB. Goth. A. Vind. ABCI. Gu. Ven. cdef. St.

filio] *filiis* Cu. S. Leid. A. Par. B. Vind. A. Hav. A. *filia* Hamb. Utrumque errore illatum videtur. Neque enim in Ephemeridibus pluralis esse potuit, si in Commentario singularem posuit Caesar; nam quo tempore illas scribebat, certius de hac re cognitum habebat, quam quo hos edebat; neque apparet, quae librariis mutandi causa esse potuerit. *filio* autem facile inter plurales abire potuit in *filiis*.

omnibus] om. Dr. A.

evocaverat] *evocarat* St. *vocaverat* Vind. C.

maneret] „Bong. AB. Voss. A. Pet. aliique 4" Gott. Egm. Dr. A. Vrat. A. Gu. Vind. A. et a m. pr. Goth. A. *remaneret* Voss. C. Vrat. B. inc. *permaneret* reil. et edd. Aptum id de eo, qui est in officio et ut perseveret monetur. Sed codices indicant tantam perseverantiae significationem a Caesare factam non esse.

§. 3. Trevirorum] *Treverorum* Bong. A. Dr. AB. Vrat. A. Vind. BF. Ven. f. *Treviorum* Hamb.

singillatim] „MSS. praeter unum alterumque recentiorem" *sigillatim* Vrat. AB. Rom. a. Ber. Ald. b. Lips. lu. Graev. Dav. Cl. *sigilatim* Dr. B. Hamb. Vind. C. *singilatim* Dr. A. Ven. b. Ald. a. quorum nihil probum. *singulatim* Goth. A. a m. pr. Vind. I. Ven. cdef. P. Man. quod, si codices comprobarent, praeferri posset. Cf. adn. crit. ad 3, 2 §. 3.

Cap. 4. §. 2. quos nominatim evocaverat] Cf. 3, 20 §. 2: *multis praeterea viris fortibus — ex his regionibus nominatim evocatis.* 7, 39 §. 1: *Eporedorix — et una Viridomarus — in equitum numero convenerant, nominatim ab eo evocati.* Pronominis autem significatio eadem h. l. videtur esse, quae supra 1 §. 1 in verbis *quos legionibus praefecerat*, ut Caesar et filium Induciomari et propinquos eius omnes nominatim evocasse dicatur.

§. 3. principibus Trevirorum ad se convocatis] Hos omnes cum Induciomaro in castra venisse verisimile fit eo, quod *convocasse* eos *ad se*, non *evocasse* aut *in castra* convocasse Caesar dicitur. Similiter 1, 16 §. 4 in castris iam versantes Haeduorum principes *convocat*. Et fuisse eos in factione Induciomari sequentia docent: *hos singillatim Cingetorigi conciliavit*; quae minus ad illa adstricta sunt, ut convocatio per se aliquid momenti habuisse ostendatur. Nam quod illi consolationi oppositum ab eaque diversum et tamquam alio ab animo profectum verbis *nihilo tamen secius* demonstratur, id duabus constabat partibus, convocatione et conciliatione, quarum prior posterioris causa instituta ideoque huic innexa, non verbo finito *convocavit* declarata, tamen ut eodem pertinens eodemque consilio facta ab altera est distincta. *Principes convocatos conciliavit*

cum merito eius a se fieri intellegebat, tum magni interesse arbitrabatur eius auctoritatem inter suos quam

cum] *tum* Leid. B. Dorv. Pal. Conf. Vrat. AC et a m. s. B. (a m. pr. *enim*) Goth. B. Vind. E. edd. ante Ven. f. Et sunt, qui *tum — tum* ibi praeferant, ubi prius et posterius eiusdem dignitatis esse videantur; contra quos disputavit Stuerenburgius ad Cic. Arch. §. 31 p. 164 — 180 ed. a. 1832, *tum — tum* nihil aliud esse docens nisi nostrum bald — bald, id vero, quod nos dicamus sowohl — als auch, esse *cum — tum*. Idem in altera eiusdem orationis ed. a. 1839 p. 189. reliqua tenens hoc correxit, quod *cum — tum* esse sowohl — als auch statuerat: proprie significare wenn schon — dann. Potest id nonnunquam aptum esse, sed propric *cum — tum* duas res ita coniungunt, ut quo tempore unam, eo alteram esse et locum habere demonstrent. Cf. Hirt. 8, 18 §. 4: *nostri* (equites) *constanter incursum sustinent insidiatorum, neque plures in unum locum conveniunt, quod plerumque equestribus proeliis cum propter aliquem timorem accidit, tum multitudine ipsorum detrimentum accipitur.* Usu vero factum est ut *temporis* significatione sublata ea coniunctio indicaretur, quae inter res *eiusdem generis* intercedit, quarum rerum altera, quam *tum* monstrat, cum hoc ipso gravior esse significatur, tum eo, quod tertia addi nulla potest; quo triplici discrimine *cum — tum* ab *et — et* differunt. Ceterum non negat Stuerenb. etiam *tum — tum* aliquo tempore pro *cum — tum* positum videri, sed a Cicerone et Caesare et a reliquis bonis scriptoribus factum esse negat. Atque de his commentariis recte auguratus est. Nam Civ. 1, 50 §. 2, ubi vulgo legitur *quod illis prohibere erat facile tum ipsius fluminis natura atque aquae magnitudine, tum quod ex totis ripis in unum atque angustum locum tela iaciebantur*, pro priori *tum* in Leid. A. Vind. A., qui optimi illorum librorum codices sunt, *cum* exstat. Reliquis in locis fere non minus certa, quam hoc nostro, vulgatae *cum — tum* fides est. Sunt autem hi: 2, 4 §. 7. 3, 16 §. 2. 5, 54 §. 5. 6, 30 § 2. 32 §. 5. 7, 23 §. 5. 56 §. 2. Civ. 1, 62 §. 2. 2, 35 §. 5. 3, 42 §. 5. 47 §. 1. 49 §. 4. 60 §. 2. 68 §. 1. Praeterea Hirtius illis utitur 8, praef. §. 7. Alex. 11 §. 3. 48 §. 1. 75 §. 4. Horum omnium unus Hirtii praef. aliquid a codicibus dubitationis habet.

merito] *meritis* ed. Cellarii.

a se] *ad se* Dr. A. *ab se* S. Leid. A. Ox. Vind. A. St. Oud. quod contra reliquos codices a me visos omnes et contra Bong. A. tenendum non putavi.

intellegebat] Vind. A. (Bong. A.) *debere intelligebat* Pet. Conf.

tum] *cum* Ven. de. *um* Ven. c. *tamen* Leid. A. Ox. Goth. A. Vind. AI.

inter suos quam plurimum valere] *qui int. s. q. pl. valeret* Vind. A. Pro *quam plurimum*, quod Oud. 2 et recentiores nonnulli male in unum contrahunt, Vind. 1. *plurimum*, Voss. A. *multum* habent.

etiam de iis dici poterat, qui non hanc ob rem convocati essent. Cf. 4, 21 §. 6: *quibus auditis — eos domum remittit.* et quae ibi similia attuli.

plurimum valere, cuius tam egregiam in se voluntatem perspexisset. Id factum graviter tulit Induciomarus, 4
suam gratiam inter suos minui, et qui iam ante inimico in nos animo fuisset, multo gravius hoc dolore exarsit.

tam] om. Cu. Vind. A. St.

§. 4. Id factum graviter tulit] *id tulit factum graviter* Lov. Fabr. cod. Brant. Par. A. (sec. Dübnerum in horum comm. ed. Paris. a. 1846) Boug. A. Dr. AB. Vrat. AC et a m. sec. B. Goth. AB. Hamb. edd. ante Ald. a. Cl. „MSS. aliorum et mei II“ (quamquam Oud. hanc auctoritatem fert scripturae *id tulit factum*, adverbii *graviter* mentionem nullam faciens, quae res in errorem induxit Apitzium et Herzogium, quorum ille *graviter* in plurimis libris omissum, hic *id graviter tulit factum* in multis legi perhibent. Sed Oud. in solum participium intentus et ex varia eius in codicibus sede coniecturam de eo eiiciendo capiens adverbium neglexit, quod eum in undecim illis MSS. non omissum, sed ultimo loco positum inveuisse ex. Fabr. et Plüschkii testimonium et meorum librorum ratio probat.) *factum* om. Gott. Leid. C. Voss. C. Vrat. B a m. pr. Inc. *id factum tulit graviter* Vind. C. *id in se factum graviter tulit* Carr. Scriptura Boug. A. probari nequit. *factum* enim non tantam vim habet, ut separari a suo pronomine debuerit, neque *graviter* a verbo suo diremtum eique postpositum placet. Deleto autem, id quod Oud. volebat, participio, relinquitur *id tulit graviter*. Ne id quidem usui accommodatum est. Cf. 1, 14 §. 1: *atque eo gravius ferre.* infra 6 §. 2: *quod dictum Haedui graviter ferebant.* Civ. 2, 13: *graviterque eam rem tulerunt.* 3, 73: *ne ea, quae accidissent, graviter ferrent.* Accedit quod eorum librorum, qui *factum* omittunt, non tanta auctoritas est, ut ipsi genuinam, Boug. A. et eius aequales interpolatam scripturam habere putandi sint. Neque causa erat, cur quis *factum* interpolaret, cum *id* sine eo facilius intelligi et in sqq. explicatum videri posset verbis *suam gratiam inter suos minui*, ut 1, 7 §. 1 *Caesari cum id nuntiatum esset* verbis *eos per provinciam nostram iter facere conari.* Itaque verisimilius est participium, eo consilio a scriptore adiectum, ne *id* totum ad sequentia pertinere videretur, consulto a librariis omissum quam interpolatum esse. Verbum *tulit* autem in codice aliquo nostris antiquiore fortuito errore praetermissum et in margine additum alibi deinde, quam quo debebat, loco in ordinem receptum videtur, quam ob rem in Boug. A. etc. secundo, in Vind. C. tertio loco positum est.

perspexisset] Coniunctivus id, quod in Cingetorige perspexerat Caesar, tamquam notam proponit, ex qua virum ab eo augendum et evehendum agnoscamus. Cf. 2, 27 §. 1 *procubuissent*, ib. 33 §. 3 *iacerent*, 4, 21 §. 8 *auderet*, et infra §. 4 *fuisset*. Aliter cap. seq. §. 3 *quorum in se fidem perspexerat*, quibus verbis *perpauci* illi simpliciter describuntur.

§. 4. suam gratiam inter suos minui] His verbis non quid factum

5. His rebus constitutis Caesar ad portum Itium
2 cum legionibus pervenit. Ibi cognoscit LX. naves, quae in Meldis factae erant, tempestate reiectas cursum te-

Cap. 5. §. 1. Itium] In Bong. AB. Voss. A. Egm. Gott. sec. ex. Fabr. eadem h. l., quae cap. 2 §. 3 leguntur: ex meis Dr. A. Vrat. B. *ytium*, Vind. I. *mitium*, Goth. A a m. pr. *nutium*, Hamb. *itum al. interim*, Dr. B. *ictum*, margo Goth. B. *Iccium* exhibent. Oud. de suis h. l. tacet. Editorum scriptura eadem est, quae supra, nisi quod iam Gr. a. *Iccium* habet. *Ἴκτιον* Met.

§. 2. LX.] XL Ox. et sec. Oud. Lov. (iu quo ex. Fabr. *sexaginta* ab Heinsio iuventum esse tradit) margo Goth. B. Ald. et sqq. usque ad Oud. (CL ed. Bryling. a. 1548) *τεσσαράκοντα* Met.

Meldis] *Medis* Hamb. *Meluis Heduis*, in m. *Meldis*, And. Ox. *al. belgis* Vind. F. *Belgis* Reg. Boug. C. Pal. Leid. B. Duk. Dorv. Car. Vrat. C. Vind. CEI. Goth. AB. margo Bong. A sec. Oud. et margo Vrat. B. uterque a m. s. edd. ante Ald. et Cl.

graviter tulerit Induciomarus, significatur, sed quid in eo, quod erat a Caesare factum, male eum habuerit et quomodo id interpretatus sit. Inest igitur in iis epexegesis quaedam, non minus quam in illis, quae ex 1, 7 §. 1 in adn. crit. adscripsi, et in his, quae Heldius comparavit, 4, 32 §. 2, *Caesar id, quod erat, suspicatus, aliquid novi a barbaris initum consilii;* sed pro additamento ad descriptionem perficiendam necessario novam rei iam descriptae quasi formam exhibent atque id, quod quid fuerit iam scimus, quid esse visum sit Induciomaro, docent.

Cap. 5. §. 1. His rebus constitutis] Res a Caesare hic demonstratae eae sunt, quas in Treviris fecerat, quod Induciomarum cum obsidibus ad se venire iusserat et quod principes conciliaverat Cingetorigi. Utrumque ad futuri temporis usum pertinebat neque utile esse Caesari poterat, nisi et obsides illos secum duceret et hos principes Cingetorigi obsequi iuberet. Haec igitur et quae his coniuncta essent, quo etiam numerus equitum, quem mitterent, pertinuerit, *constituisse* h. e. ut fierent imperasse et quomodo fierent demonstrasse dicitur. Cf. adn ad 4, 13 §. 4, ubi est *his constitutis rebus*, ut ib. 23 §. 1. 6, 9. 7, 9. 64, de qua verborum collocatione dixi ad cap. 2 §. 1. *his rebus constitutis* iterum legitur 6, 5, quo loco aeque ac nostro plura significata, quam ante nominata, et in Ephemeridibus haud dubie copiosius exposita valde contracta sunt. *ea re constituta* dictum est 2, 11 §. 1.

cum legionibus] iis, ut videtur, quibuscum in Treviris fuerat: reliquas navibus confectis ex hibernis egressas omnes ad portum Itium iam convenisse ibique a Caesare advenieute inventas esse verisimile fit eo, quod etiam naves plerasque ibidem invenit. Alioqui ipse in itinere eduxisse eas ex hibernis et cum omnibus pervenisse ad portum Itium videri posset.

pervenit] quod plerumque praeteritum est, h. l. videtur praesens esse, cum et praesens sequatur et omnino narratio festinet. Haud dubie praesens est 6, 19: *uter eorum vita superarit, ad eum pars utriusque — pervenit.* et *perveniunt* legitur 6, 40. 7, 46. 79.

§. 2. cursum tenere] Cf. adn. ad 4, 26 §. 4.

nere non potuisse atque eodem, unde erant profectae, revertisse: reliquas paratas ad navigandum atque omnibus rebus instructas invenit. Eodem equitatus totius 3
Galliae convenit, numero milium quattuor, principesque

Sed in Belgis, quod iam Ablancourtius docuit, naves factae erant omnes, ut ex libri 4 fine et 5 initio intelligitur. Et *Μέλδοι* memorantur a Strabone L. 4 p. 52 Tz. supra Parisios ad Sequanam, post eosque ad Oceanum Lexovii. Itaque naves apud eos factae per Sequanam deduci in Oceanum potuerunt. Ptolemaeo quidem 2, 8 §. 15 Nobb. *Μέλδαι* infra Parisios sunt cum oppido, quod *Ἰάτινον* nominatur, et Plinio Nat. hist. 4 §. 32 Hard. *Meldi liberi* inter Aulercos utrosque et Parisios, quem locum hodie *Meaux* vocatum oppidum tenere putant, qui situs mediterraneus suspicionem multis iniecit, vanam ab Ukerto quoque Gall. p. 326 iudicatam.

revertisse] *relatas* Aud. Ox. m. Goth. B. Ald. et sqq. usque ad Oud. exceptis Vasc. et Gr. b. Id ex 4, 28 §. 2 illatum videri potest: *tanta tempestas subito coorta est, ut nulla earum cursum tenere posset, sed aliae eodem, unde erant profectae, referrentur.* Sed mirum est, quod pro infinitivo est participium. Neque per se ineptum est *relatas*, quia reditus minime voluntarius fuisse videtur. Itaque potest ex Ephemeridibus originem ducere, in quibus hoc tantum significatum esset, tempestate eas reiectas ad ostium Sequanae versus esse relatas: revertisse eas illuc et cessisse tempestati atque illum locum repetisse postea cognitum et in Commentario demum positum esse potuit. De forma activa cf. adn. cr. ad 1, 8 §. 3.

§. 3. equitatus totius Galliae] Boug. A. Dr. AB. Vrat. AC. Goth. AB. Vind. B. et, qui a m. pr. *equitatu*, Hamb. edd. pleraeque ante Oud., qui tacite cum Steph. et Graev. scripsit *t. G. e.*, quod ne per se quidem aeque bonum est. Post legiones et naves, quae supra commemoratae sunt, *equitatus* convenisse dicitur, qui non minus nominandus ante, quam cuius terrae esset, significandus erat, quam paulo post *principes ex omnibus civitatibus*. Itaque verborum ordinem ab Oud. neglectum correxi.

quattuor] Boug. A. Goth. AB. Ven. f. *quatuor* Vrat. A. Hamb. Vind. F. Ald. et sqq. usque ad Lips. *IIII* Gott. Vrat. BC. edd. ante Ven. f. et adscripto superne *or* Dr. AB. Vind. A. *IV* Lips. et sqq. Cf. adn. crit. ad cap. 2 §. 4.

§. 3. equitatus totius Galliae] quem ipse videtur in concilio Gallis omnibus imperasse. Cf. adn. ad c. 2 §. 4. Superiori anno v. milia habuerat. Cf. 4, 12 §. 1 cum 6 §. 5.

convenit — principesque] Eodem modo pluralis nominis singulari verbi subiectus est c. 12 §. 2: *hominum est infinita multitudo creberrimaque aedificia.* Civ. 3, 21: *cum resisteret Servilius consul reliquique magistratus.* Afr. 86: *si posset Virgilius quique cum eo obsidebantur — a pertinacia deduci.* Contra singularis plurali Civ. 2, 2: *sed tanti erant — adparatus tantaque multitudo tormentorum, ut* etc. Similiter postpositi verbi numerus ad propius nomen accommodatus est 4, 11 §. 3: *quorum si principes ac*

ex omnibus civitatibus, ex quibus perpaucos, quorum in se fidem perspexerat, relinquere in Gallia, reliquos obsidum loco secum ducere decreverat, quod, cum ipse abesset, motum Galliae verebatur.

6. Erat una cum ceteris Dumnorix Haeduus, de

ex omnibus civitatibus] *o. e. c.* Leid. B. Oud. 1.

senatus sibi iure iurando fidem fecisset, quo loco adscriptis adde Civ. 2, 37, ubi quod Oud. 1. dedit *uti II. legiones reliquusque equitatus ad se mitteretur*, probabilius est, quam quod in ed. 2. — *mitterentur*. et altero modo Afr. 57: *quod postquam Scipio quique cum eo erant, cognoverunt*.

ex omnibus civitatibus] Praepositio non solum ad subiectum, sed etiam ad praedicatum pertinet, ita, ut si hoc motus significatione careret, potius *omnium civitatium* dicendum fuisset. Cf. c. 13 §. 1: *quo fere omnes ex Gallia naves appelluntur* et 3, 14 §. 4: *turribus autem excitatis tamen has altitudo puppium ex barbaris navibus superabat* ibique adscripta.

ex quibus] Pronomen si ad eos refertur, qui modo dicti sunt ex omnibus civitatibus convenisse, Caesar etiam eos, quos relinquere in Gallia decreverat, convocasse statuendus est. Quod si minus probabile videtur, *quibus* ad principes omnino referatur, quorum longe maximam partem convenire iusserit; quasi Germanice dicas aus deren Gesammtzahl.

in se] Cf. adn ad 1, 43 §. 7.

quod, cum ipse abesset, motum Galliae verebatur] Cui motui si secum abducendis principibus medebatur, haud dubie mentitum esse iudicabat Iuduciomarum c. 3 §. 6 timendum sibi dictitantem, *ne plebs nobilitatis discessu propter inprudentiam laberetur*. Eodem pertinet quod 6, 13 de plebe Gallica scribit: *per se nihil audet* et *nullo adhibetur consilio*. De significatione imperfecti *abesset* dixi ad 4, 16 §. 1.

Cap. 6. §. 1. Erat una cum ceteris Dumnorix Haeduus] Haec verba non eo spectant, ut ubi fuerit Dumnorix, accipiamus, sed et alios et una cum iis Dumnorigem in castris et apud Caesarem fuisse demonstrant: Es befand sich hier zugleich mit den übrigen der Häduer D. Cf. Civ. 1, 40: *ea, quae citra flumen fuerant, superioribus diebus consumpserat*. Aliter dicta sunt illa 2, 24 §. 1: *equites nostri levisque armaturae pedites, qui cum iis una fuerant.* quibuscum conferri possunt haec 6, 32: *omnium Germanorum, qui essent citra Rhenum.* quo utroque loco per praepositionem addita praedicatum efficiunt, quod duobus prioribus locis ipso verbo substantivo continetur. — Pro *ceteris* poterat *reliquis* dici ad significandos eos, qui dempto Dumnorige superessent. Sed quia paulo ante *reliqui* dicti sunt ii, quos Caesar suspectos habebat, aptius erat *ceteris*, quod omnes alios, qui aderant, significat. Cf. 7, 41: *Fabium discessu eorum duabus relictis portis obstruere ceteras*. Omnino multo frequentius Caesar *reliquos* dicit quam *ceteros*, quo ibi fere utitur, ubi vel universitatis vel differentiae significatio praecipue apta est, ut 1, 32 §. 2: *animadvertit Caesar unos ex omnibus Sequanos nihil earum rerum facere, quas ceteri facerent*. (sed paulo post

quo ante ab nobis dictum est. Hunc secum habere in primis constituerat, quod eum cupidum rerum nova-

Cap. 6. §. 1. aute ab nobis] Bong. A. Gott. et a m. pr. Vrat. B. cum ed. inc. et, ut videtur, Voss. A. et uno alteroque Oud. *ante a nobis* reliquorum plerique cum edd. ante Ald. *ante nobis* Vind. B. *ante* Bong. B. (qui deinde pro *dictum est* sec. Fabr. habet *dicto*) *a nobis ante* Pal. St. Gr. b. Frell. *a nobis antea* Vind. A. Ald. et rell. ante Oud. *ab nobis antea* Oud. quod in nullo codice repertum ex Bong. A. et Aldi scripturis conflatum est. *a nobis* 1, 40 §. 5. Civ. 2, 32 §. 3. 3, 60 §. 3. 86 §. 3. *ab nobis* praeter hunc locum nusquam in Comm. exstat: *a nostris* sexies, *ab nostris* septem apud Oud. locis, sed in codicibus, quales Aldus sequitur, aliquando rarius legitur; *a nonnullis* Civ. 1, 3 §. 6, *ab nonnullis* supra 2, 1 §. 3 et 4; *a novis* Civ. 3, 67 §. 2, *ab novissimis* supra 2, 25 §. 1 bis legimus. Secundum haec *ab n.* cum Oud. scribendum, adverbii autem formam et collocationem eam, quae haud dubie maiorem auctoritatem haberet, restituendam putavi. Ad formam cf. *ut ante dictum est* 1, 16 §. 2 et 3, 20 §. 1. *de quo ante dictum est* 4, 35 §. 1. *ut ante demonstravimus* 2, 22 §. 1. *ut ante dixi* Afr. 32 §. 1. *quae ante dixi* ib. 51 §. 6. *qua ante dixi* ib. 69 §. 4. et *ita ut antea demonstravimus* 7, 76 §. 1. *eademque ratione, qua factum a Libone antea demonstravimus* Civ. 3, 100 §. 1.

habere] *abire* S. Voss. A. Egm. „tres alii“ Vrat. AB. Gu. inc. *abire al. habere* Gott. Cu. sec. Fabr. *habere al. abire* Pet. sec. Fabr. *ducere* Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. D. et a m. s. margines Vrat. B. et Goth. A. cum Petrarcha H. C. 12, 6 et edd. plerisque ante Oud. qui *habere* ex Bongarsianis (tribus teste Fabr.) Leid. A. Ox. Pet. Cu. m. Duk. „aliisque“ et edd. Vasc. Strad. Steph. restituit. Idem Dr. AB. Vind. AF. Hav. A. Gr. b. habent, et post *in primis* positum Vind. I. Goth. A. Ven. f. Cf. 7, 13 §. 2: *laborantibus iam suis Germanos equites circiter cccc. summittit, quos ab initio habere secum instituerat.*

§. 4: *hoc esse miseriorem et graviorem fortunam Sequanorum, quam reliquorum, quod soli ne in occulto quidem queri neque auxilium implorare auderent.*) 6, 25 de silva Hercynia: *multa in ea genera ferarum nasci constat, quae reliquis in locis visa non sint; ex quibus quae maxime differant ab ceteris et memoriae prodenda videantur, haec sunt.* Cf. 2, 3 §. 3. 4, 3 §. 3. 5, 30 §. 3. Apud Hirtium vero 8 praef. promiscue posita videntur: *cuius tamen rei maior nostra, quam reliquorum, est admiratio; ceteri enim quam bene atque emendate, nos etiam quam facile atque celeriter eos perfecerit, scimus.*

aute] Primum 1, 3, deinde aliquoties eodem in libro: postea non amplius.

in primis constituerat] h. e. praecipue se velle ostenderat; qua interpretatione ad 4, 6 §. 5 demonstrata efficitur ut illa, quae §. 3 dicta sunt, commodius intelligantur, quam si *constituerat* idem esse putatur, quod in fine superioris cap. *decreverat.* Et haud dubie Caesar non solum legatis suis praefectisque illud consilium suum demonstraverat et quid illis faciendum esset praeceperat, sed etiam ipsi Dumnori-

rum, cupidum imperii, magni animi, magnae inter Gal-
2 los auctoritatis cognoverat. Accedebat huc quod in concilio Haeduorum Dumnorix dixerat sibi a Caesare regnum civitatis deferri, quod dictum Haedui graviter ferebant neque recusandi aut deprecandi causa legatos ad Caesarem mittere audebant. Id factum ex suis
3 hospitibus Caesar cognoverat. Ille omnibus primo

§. 2. quod io] *quod iam in* And. Ox. Leid. A. Hav. A. Ald. et sqq. exceptis St. Gr. b. Frell. Id non lneptum est, si Dumnorigem significat non tum primum temerarios et seditiosos sermones babuisse, sed iam antea tale quid dixisse, sive indicat eum non clandestinis meodaciis et loter suos spargendis buiusmodi de Caesare rumoribus operam dedisse, sed iam eo audaciae processisse, ut in concilio illud diceret; qua significatiooe praeditom est *iam* Taciti Ann. 1, 21 loco ab Haudio Turs. 3 p. 137 n. 13 adhibito, qui genere non differt ab iis, quos ibidem n. 14 et 15 contulit. Sed haec ipsa ambiguitas iograta, codicum autem ratio ea est, ut *iam* aut additum ab aliquo, qui alterutra illarum significatiouum augere Caesaris verba vellet, aut ex Ephemeridibus ductum videator, io quibus alia praecesserlot, ad qoae hoc pertioeret; quibos brevitatis causa omissis in Commentario etiam hoc omitti debuit.

hospitibus] *hostibus* Boug. A.

gi idem ostenderat. — *in primis* sunt qui ad *hunc* referant, ut 6, 14 *in primis hoc volunt persuadere, non interire animas;* sed verborum collocatio ea est, ut ad verbom refereodum videatur, ot 7, 45: *in primis monet, ut contineant milites.*

magni animi, magnae — auctoritatis] De brevitate huius dictionis vid. adn. ad 1, 28 §. 4: *quod egregia virtute erant cogniti.* Ad geminationem cf. Civ. 1, 56: *magnum numerum sagittariorum, magnum Albicorum — imponunt.* Graeci, ad quorum imitatiouem hoc referendum videtur, *μέγα μὲν φρονοῦντα, μέγα δὲ ἐν τοῖς Κέλταις δυνάμενον* dicerent.

§. 2. sibi a Caesare regnum civitatis deferri] Hoc ille finxisse videtur, ut Caesari invidiam apud Haeduos coutraheret et horum animos ab eo abalienaret. De forma rei publicae Haeduorum 1, 16 §. 4. 17 §. 1. 18 §. 2. et 7, 33 ea relata legimus, quae ab regno eos abborruisse demonstraot. Regem vero Caesar etiam in Atrebatibos a se victis fecerat 4, 21 §. 6, Commium, item in Senooibus Cavarinom, de quo infra c. 54. Itaque Haeduis non incredibile videri poterat quod dixerat Dumnorix.

neque recosandi] Hoc simile est illi 4, 26 §. 4: *nostri — eos in fugam dederunt neque longius prosequi potuerunt*, quod ad praetermissam coutrarii sigoificationem attinet; ad oexum autem cum proximis intercedentem cf. quae in adn. crit. ad 4, 4 §. 2 dicta sunt.

ex suis hospitibus] qualis in provincia ulteriore C. Valerius Procillus fuisse dicitur 1, 53. Eadem necessitudo infra c. 27 loter Q. Titurium Sabioum, legatum Caesaris, atque Ambiorigem, regem Eburonum, et 1, 47 inter M. Mettiom atque Ariovistum intercessisse traditur. De Gallorum inter ipsos hospitio testis est

precibus petere contendit, ut in Gallia relinqueretur, partim quod insuetus navigandi mare timeret, partim quod religionibus impediri sese diceret: posteaquam 4

§. 3. impediri sese diceret] Hoc ordine „MSS. pler." Bong. AB. Gott. Egm. Lov. sec. Fabr. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. (quorum prior a m. pr. *se* pro *sese* habet, quod etiam in Vind. I. et, ut videtur, in Vind. C. legitur) Hamb. Gu. Vind. BF. edd. ante Ald. *s. d. i.* Vind. A. Ald. et sqq. quod ut paulo elegantius sit, tamen rectae alterius simplicitati praeferri non debet. Non minus recte Sulpicius ad Cic. Fam. 4, 12 §. 3: *ab Atheniensibus locum sepulturae intra urbem ut darent, impetrare non potui, quod religione se impediri dicerent.*
§. 4. vidit] *videt* Vind. A.

Hirtius 8, 3, ubi Bituriges in finitimas civitates aut *privatis hospitiis confisi* aut societate consiliorum confugisse dicuntur. Cf. adn. ad 1, 31 §. 7.

§. 3. quod religionibus impediri sese diceret] De coniunctivi ratione dictum est ad 1, 39 §. 3. Praeterea cf. simillimum huic Sulpicii locum in adn. crit. exhibitum et Cic. Att. 4, 1 §. 6: *cum abessent consulares, quod tuto se negarent posse sententiam dicere.* — *Religiones* alii auspicia et omina interpretantur, ut Davisius, qui locum Alex. 74 adhibet, ubi Pharnaces *auspiciis et religionibus inductus* proelium commisisse dicitur, et Oud. qui Suetonii verba addit Caesarem c. 86 neglexisse dicentis *quae religiones monerent*, et c. 59 ne *religione* quidem ulla a quoquam incepto *absterritum;* alii, ut Hotomannus, officia quaedam sacra et a religione praescripta intelligunt, velut votum solvendum vel sacrificium obeundum. Etiam sollicitudines et anxiae de diis cogitationes eo nomine significantur, ut 6, 37: *pierique novas sibi ex loco religiones fingunt* et Liv. 1, 31 (quem locum Oud. quasi eiusdem generis ad Suetonianos adiunxit) de Tullo Hostilio: *ut — omnibus magnis parvisque superstitionibus obnoxius degeret religionibusque etiam populum impieret.* sed ita fere, ut aliquid reprehensionis accedat. Itaque praestat de rebus externis ad religionem pertinentibus accipere, ut 6, 13 (Druides) *religiones interpretantur*, et ibid. 16 *natio est omnis Gallorum admodum dedita religionibus*, et quia *impediri* verbum ad legitimam remanendi necessitatem aptius est, quam ad cunctationem a metu impendentis mali obiectam, cui *absterreri* accommodatius erat, ad votum vel sacrificium vel talem rem aliquam potius quam ad omina et auguria referre. Nec aliter Athenienses illi, qui Sulpicio sepulturam intra urbem petenti negabant, *religione se impediri* dixerint, nisi de legibus sacris cogitantes, idemque statuendum de illo, quisquis fuit, qui *religione Vulcanaliorum impeditus* dicitur apud Salustium fragm. p. 241 n. 14 Geri. et quod Cicero in Pis. c. 24 §. 58 Pomptinum dicit *susceptis religionibus impediri* quo minus triumphet, non metum Pomptino iniectum, sed necessitatem publice agnitam omittendi propter religionem et deorum causa triumphi addito *susceptis* demonstrat.

§. 4. posteaquam] Cf. 7, 58: *Labienus primo vineas agere — conabatur: postquam id diffi-*

id obstinate sibi negari vidit, omni spe impetrandi adempta principes Galliae sollicitare, sevocare singulos hortarique coepit, uti in continenti remanerent; metu territare: non sine causa fieri ut Gallia

sevocare] Bong. B. Voss. A. Duk. Ox. vett. codd. Urs. Vind. C. (*se vocare* hic) Goth. A. *evocare* uuus cod. Urs. *revocare* „alii" Gott. Egm. sec. Fabr., omnes sec. Brant., Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. (hic *rev.*) Hamb. Gu. Vind. AEF. edd. ante P. Man. Turr. *revocari* cum *e* super *i* Goth. B. Itaque *revocare* a codicibus firmius, et fortasse probandum et cum Metaphraste interpretandum esset ἀπὸ τοῦ Καίσαρος ἀπεκάλει, nisi additum *singulos* (quod tamen Vind. A. Ald. a. Gr. a. Turr. non post hoc, sed ante proximum *sollicitare* positum habent) actionem requireret non ad universos spectantem, qualis esset a Caesare revocatio, vel diversam in partem vocatio, si forte hoc, ut 3, 17 §. 4, in eo verbo inesset, sed ad singulos quosdam pertinentem, quibus ille vel facillime se persuasurum esse existimaret vel maximam apud reliquos auctoritatem esse intelligeret, ad quam significationem unice quadrat *sevocare*, quod propterea, etsi alibi a Caesare non usurpatum, tenui.

uti] *ut* Dr. B. Vrat. BC. Goth. B et a m. pr. A. Hamb. Vind. AC. cum edd. ante Oud. Is secundum „MSS. meliores" *uti* scripsit, quod in ex. Fabr. tantum ex Voss. A. Egm. allatum est. Saepius Oud. *uti* pro *ut* vel ut elegantius, vel quod a librariis cum frequentiori *ut* permutatum existimaret, fere ut *ab* ante consonantem pro *a*, posuit, non semper codicum rationem habens, ut Civ. 1, 22, ubi *uti in oppidum reverti liceat* ex uno Liv. recepit, et 8, 6 *uti in fines Suessionum legiones — adduceret* ex Gott. Voss. C. inc., quibus accedit Vrat. B. quo utroque loco *ut* tenendum nec nihil tribuendum erat sequenti *in*, ne hiatum captasse scriptor videretur. Admissum tamen hiatum vidimus supra c. 4 §. 2 *uti in officio maneret*, ubi unus Vind. A. habet *ut*, et 4, 33 §. 3 *uti in declivi*, ubi v. adn., et 3, 1 §. 3 *uti in his locis*, ubi tantum Pet. et Boug. C. sec. Confl. et Dr. B. Hamb. cum Steph. Gr. b. *ut* exhibent; et Civ. 1, 70 §. 5 *uti ipse* sine ulla est varietate. Itaque etiam h. l. *uti in* probabile est. (*in* om. Ven. cdc.)

metu territare] om. vett. codd Urs. Vind. A. (*in m. t.* Vind. C. *m. teritare* Vrat. B. *— ri* Goth. A a m. pr. *m. tentare* Hamb.)

cilius confieri animadvertit — egressus — pervenit. quo loco pariter atque hic vulgo plene, non colo interpungunt.

metu territare] Ut 7, 63 *supplicio* de obsidibus sumpto dubitantes *territari* dicuntur, ita h. l. principes Galliae *metu* sc. iniiciendo, ut *timore perterriti* fierent, quo pleonasmo Caesar cum alibi, tum 1, 22 §. 4, 23 §. 3, 27 §. 4 utitur. Inest autem in his verbis dicendi significatio, ex eaque pendent sequentia, quae colo ab his secernenda sunt. Ipsum vero *territare* infinitivus est historicus, quem deinde intervallo paulo maiore excipiunt duo alii *interponere* et *poscere*, quos ipsos historicos esse facilius intelligi-

omni nobilitate spoliaretur: id esse consilium Caesa- 5
ris, ut quos in conspectu Galliae interficere vereretur,
hos omnes in Britanniam traductos necaret; fidem 6
reliquis interponere, iusiurandum poscere, ut, quod esse
ex usu Galliae intellexissent, communi consilio admi-

§. 5. ut quos] *q. u.* Vind. C. *ut quosquos* Vind. A. quod si aut Caesari aut omnino in usu esset, facile probari posset. Nam id quidem Dumnorix dixisse non videtur, Caesarem omnes nobiles in Britanniam necare velle, sed omnes eos, quos in conspectu Galliae interficere vereretur; et propterea omnes abduci, ut quoscunque interficere liberet, e conspectu suorum remotos interficeret.

traductos] *transductos* Ald. nep. et sqq. (*inductos* Gott. Voss. C. Vrat. B. Gu. inc. *traiectos* Vrat. A.)

§. 6. reliquis] *de reliquis* Voss. B.

tur, si iam hic eodem modo uti scriptor coepit.

omni nobilitate spoliaretur] quasi veste insigni et decora, quam Caesar Galliae detraheret. Interfectionem sequentibus demonstrat, atque ita duobus nominibus eum accusat, quod Galliam spoliet, et quod nonnullorum caedem nefariam moliatur.

§. 6. fidem reliquis interponere] non *suam*, quam plerique interpretantur, quod pronomen scriptor si intelligi voluisset, non minus addidisset, quam infra c. 36 *inque eam rem se suam fidem interponere*, pro *reliquis* autem, qui dativus commodi et parum aptus videri deberet, posuisset *apud reliquos;* sed fidem omnino, quemadmodum Lippertus statuit in appendice p. 591, ut Dumnorix h. l. idem ab reliquis postulasse dicatur, quod ipse cum Orgetorige et Castico fecisse dictus est 1, 3 §. 6: *inter se fidem et iusiurandum dant.* Usitatius erat *fide reliquos obstringere*, sed huic deerat impediendi significatio, quam *interponere* coniunctam habet cum efficiendi, ut aliquid in medium prodeat et adsit, significatione. Cf. 4, 9 §. 3: *eius rei causa moram interponi arbitrabatur*, ib. 11 §. 4: *tridui mora interposita*, 7, 40: *nulla interposita dubitatione legiones expeditas quattuor educit.* Itaque Dumnorigem accipimus impositam reliquis principibus et iniunctam fidem simul inter conatum proficiscendi et profectionem ipsam pro impedimento interposuisse. Similiter duplicata unius praepositionis significatione Cicero Fam. 10, 12 §. 2 *oblatam Cornuto religionem* dicens simul allatam et obiectam dicit. — In *reliquis* Lippertus bis erravit, semel in adnotatione, eos interpretans, quos Caesar relinquere in Gallia decrevisset, iterum in appendice, neutrum esse statuens adverbii vi praeditum: übrigens, hinsichtlich des übrigen. Ipsa verborum collocatio, quam causatur Lippertus, *reliquos* hos opponi demonstrat illis, quos metu territabat Dumnorix, quos singulos sevocaverat, potentissimos, ut videtur, quos ad necem duci dictitabat, atque eos esse, qui praeter illos aderant.

ut — communi consilio administrarent] Hoc erat id, quod Dumnorix volebat, cuius voluntatis perficiendae causa iusiurandum eos poscebat. Sed formulam iurisiurandi hanc ipsam fuisse concludimus ex eo, quod id vo-

nistrarent. Haec a compluribus ad Caesarem deferebantur.

7. Qua re cognita Caesar, quod tantum civitati Haeduae dignitatis tribuebat, coërcendum atque deter-

Cap. 7. §. 1. tribuebat] *tribuendum* Vrat. C. *tribuerat* And. Ox. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ven. f. St. Oud. quod probari

lens iusiurandum ab iis postniavit. Nam qui velle aliquid dicitur et simul iusiurandum poscere, is haud dubie id iurare iubet, quod ipse fieri vult. Itaque vertendum: er verlangt einen Eid von ihnen, daß sie nach einem gemeinschaftlichen Plane thun sollten, was sie als nützlich für Gallien erkannt haben würden. Si accusativus cum infinitivo esset, ut 1, 31 §. 7 *iureiurando civitatem obstringere, sese neque obsides repetituros* etc. vertendum esset daß sie thun wollten, in quo daß obiectum significaret non voluntatis Dumnorigis, sed declarationis ipsorum. Cf. 3, 5 §. 3: *milites certiores facit, paulisper intermitterent proelium* et ibi adscripta, et praeterea quao infra c. 27 §. 10 ieguntur, *illud se polliceri et iureiurando confirmare, tutum iter per fines daturum*, cum iiiis 7, 66: *sanctissimo iureiurando confirmari oportere, ne tecto recipiatur — qui non bis per agmen hostium perequitarit.* — Ad reliqua cf. Plancus ad Cic. Fam. 10, 21 §. 1: *me bono Lepido esse usurum communique consilio bellum administraturum.* Civ. 3, 14: *una* (navis) — *quod erat sine militibus privatoque consilio administrabatur.* Alex. 1: *ut — acies uno consilio atque imperio administraretur.*

Haec a compiuribus ad Caesarem deferebantur] Videtur inter principes piures amicos habuisse Caesar, quam inter Haeduos, quorum in concilio dictum quod fuerat a Dumnorige, ex suis tantum hospitibus cognoverat. Simul temeritas notari videtur Dumnorigis, qui tale consilium inisset, cui exequendo idoneos homines non haberet. Neque coniurationem, quam volebat, perfecisse videtur; nisi forte Caesar ne perfidiae participes faceret hos, qui rem ad ipsum detulerant, tantum poposcisse eum iusiurandum, non impetrasse ostendit. Ceterum in editis ante Morum haec verba novum caput incipiunt, quae Morus recte ut magis ad res supra scriptas pertinentia cum hoc coniunxit.

Cap. 7. §. 1. Qua re cognita] Paulo insolentior est numerus singularis in re non prorsus simplici, cum et metu et fide et iureiurando usus esset Dumnorix, et quam in proximis plurali significatam accepimus: *haec — deferebantur.* quod contra alibi etiam si res non multae sunt, pluralis locum habet. Tamen quia haec omnia ad unum spectabant, singularis vitio caret. Similiter 7, 34 *qua re cognita Vercingetorix* etc.

tantum] non quantum tribuebat, quod utrum multum an minus esset, nusquam hic significatum esset, sed quantum vel sufficiebat vel requirebatur, ut ita cum uno ex Haeduis agendum statueret. Cf. 7, 77: *atque ego hanc sententiam probarem: tantum apud me dignitas potest.*

coërcendum atque deterrendum] His verbis non violenta actio, velut in carcerem compingendi, sed verbis vel lenioribus vel gravioribus, etiam minis et

rendum quibuscunque rebus posset, Dumnorigem statuebat: quod longius eius amentiam progredi videbat, prospiciendum, ne quid sibi ac rei publicae nocere posset. 2 Itaque dies circiter xxv. in eo loco 3

non potest, nisi ita, ut Caesar constantiae causa id, quod sequentia demonstrant, faciendum sibi putasse statuatur: propterea, quod civitatem Haeduam tanti fecisset, lenius sibi cum homine eius civitatis quamvis per se nihil tale merente agendum eumque ad sanitatem revocandum potius quam puniendum existimasse. Nam de potentia Haeduorum, quam respexerit Caesar, sermo esse nequit, quia nihil causae erat, cur eam hac in re respiceret, minus etiam, cur tributam a se Haeduis, non simpliciter habitam ab iis diceret. Iam parum credibile est praeteriti temporis iudicium suum de Haeduis tantum apud Caesarem valuisse, ut, etiamsi tunc secus de iis statueret, tamen constantiae causa illud sequeretur. Itaque praestat *tribuebat*, ut ea dignitas, quam Caesar hoc ipso tempore Haeduae civitati non manu nec rebus quibusdam, sed iudicio et animo tribuebat, tantum effecisse dicatur, ut illo modo agendum cum Dumnorige putaret. Atque ita *tribuere* de iudicio dictum est 1, 13 §. 4 *ne ob eam rem aut suae magnopere virtuti tribueret*, ubi cf. adn., nec aliter 7, 37 Convictolitanis Haeduus *se plus communi libertati tribuere* profitetur quam beneficio Caesaris. Ceterum non spernendum esset, quod Ciacconius et sec. Fabr. Lipsius coniecerunt, *civitatis Haeduae dignitati*, sed necessarium non est.

§. 2. prospiciendum] *prospiciendumque* Vind. A. *perspiciendum* „MSS. quidam" Bong. ABC. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Dr. B. Vrat. AC. Hamb. Vind. F. Goth. B et a m. s. A. quae auctoritas satis magna est. Sed *perspectum* Dumnorigem (alio enim referri non posset) Caesar iam habebat, neque sufficiebat id ad periculum, quod ab eo impendebat, avertendum. Itaque alterum tenendum, quod facile ita corrumpi potuit.

metu tentanda hominis in officio retentio significatur, ut 1, 17 §. 3: *hos a se coërceri non posse.* Civ. 1, 67: *quibus rebus* (luce et tribunorum centurionumque praesentia) *coërceri milites et in officio contineri soleant.* Et Civ. 3, 57, ubi Scipio praeter auctoritatem *vires quoque ad coërcendum* (Pompeium) *habere* dicitur, de pondere cogitandum est, quod vires eius et quod exercitui praeesset, verbis ipsius Pompeium a bello revocantibus additurae essent, cum timendum foret Pompeio, ne si Scipioni non obtemperaret, hic exercitum suum ab eo abduceret.

§. 2. quod longius] sc. quam par erat; nam aliquantulum amentiae facile ei concedebat. Ceterum haec praecedentibus opposita ab iisque diversa esse, ita ut *sed* particula uti scriptori licuisset, in adn. crit. ad 2, 15 §. 1 ostendi.

§. 3. dies circiter xxv.] Cf. 1, 15 §. 5: *ita dies circiter quindecim iter fecerunt.* 2, 2 §. 5: *diebusque circiter quindecim ad fines Belgarum pervenit.* infra c. 26 §. 1: *diebus circiter quindecim, quibus in hiberna perventum est.* ex quibus apparet Latinis numerum *quinque* secus atque nobis visum esse rotundum. Col-

commoratus, quod chorus ventus navigationem impe-

§. 3. chorus ventus] *corusuentius* Rom. a. *ventus* om. Lov. Pal. Vrat. C. Goth. B. *chorus* (pro *corus*) „MSS. pler." Boug. AB. Gott. Voss. A. Egm. Dr. A. Vrat. ABC. Vind. ABCI. et cum puncto sub *h* Goth. A, item Ven. cdef. Ald. Gr. a. Tanta auctoritate munitam aspirationem eo minus removendam putavi, quod eam peregrinae vocabuli originis notam esse voluisse scriptor videbatur, quemadmodum *Cheruscorum* in nomine 6, 10, cui similia alia neque Latina neque Graeca origine *ch* habent, de quibus vid. Schneideri Gramm. 1. p. 209 sq. Atque hoc venti nomen fuerunt etiam qui ex Graeca lingua derivarent, Isidorus Orig. 13, 11 §. 10 a χορὸς ducens, *quod ventorum circulum claudat et quasi chorum faciat*, cui syllabae mensura repu-

locationem adverbii, quae h. l. obtinet, qua proxime coniungitur cum nomine numerali, eam Handius Turs. 2 p. 72 legitimam statuit, et velut rarius notat illud Sulpicii ad Cic. Fam. 4, 12: *circiter hora decima noctis.* cuiusmodi multa habet Caesar. Cf. 1, 26 §. 5: *circiter hominum milia* CXXX. ubi Oud. 2. contra codices *c. m. h.* CXXX. scripsit. ib. 27 §. 4: *circiter hominum milia* VI. ib. 49 §. 1: *circiter passus sexcentos ab his.* ib. §. 3: *circiter passus sexcentos* et *circiter hominum numero sedecim milia.* 2, 8 §. 3: *circiter passuum quadringentorum.* ib. 32 §. 4: *circiter parte tertia.* 3, 19 §. 1: *circiter passus mille.* infra c. 11 §. 6: *circiter dies x.*

commoratus — dabat operam] Tempus participii non ad verbum finitum referendum, sed per se considerandum est: non postquam in eo loco commoratus est, operam dabat, sed is, qui commoratus est, etiam operam dabat. Similiter 7, 32: *Caesar Avarici complures dies commoratus — exercitum — refecit.* quo quidem loco nihil obstabat, quominus *commoratus est et refecit* diceretur: hoc nostro *commoratus est et dabat operam* non propter temporum diversitatem, quae eadem est 4, 4 §. 3 in *demigraverunt et — prohibebant,* sed per sententiam dicere scriptori non licebat, ne Caesar consuito tot dies ibi commoratus esse videretur, si scriptum esset *itaque* commoratus *est et* etc. Atque id ipsum in causa fuit, cur scribere noluerit *commorans*, quod quo artius quasi illigatum esset verbo finito *dabat*, eo difficilius avelli ab illo *itaque* potuisset; quamquam si *commorans* tam usitatum fuisset quam *commoratus*, fortasse ambiguitatem additis verbis: *quod chorus — impediebat* satis evitatam arbitratus illo usus esset. Ceterum pertinent huc quae Haasius ad Reisigii scholas in adnotationis 583. parte priori disputavit, quae conferenda sunt.

chorus ventus] Hunc ab aestivo occasu flare et Graecorum esse ἀργέστην consentiens Senecae et Plinii est opinio (quamquam Seneca ἀργέστην leniorem facit) quae hoc loco confirmatur. Gellio ab hiberno occasu, Vegetio ab ortu hiberno flare est visus. Quem vero Diodorus Sic. 5, 26 describit ventum vehementissimum, Galliae proprium, eum nescio an sine causa recentiores quidam chorum interpretati sint. Regione quidem ex eadem flare illum dicit Diodorus, sed orae huic proprium non facit, neque Caesar hunc, de quo loquitur, adeo saevum agnoscere videtur.

diebat, qui magnam partem omnis temporis in his locis flare consuevit, dabat operam, ut in officio Dumno-

gnat, et Glossae a Salmasio Plin. exerc. ad Solinum p. 888 (ed. a. 1689) adhibitae Graecum χωρὸς Latino *chaurus* atque hoc illo reddentes, quibus ipse fidem habet Salmasius et χωρὸς cum φορὸς comparans *euntem* seu vehementer flantem interpretatur p. 889, simulque omnes veteres omnium auctorum libros *chaurum* et *chorum* cum adspiratione scribere affirmat. Sane Virgil. Georg. 3, 278 antiquissimi codices, duo *chaurum*, tertius *chorum*, sed Aen. 5, 126 omnes *cori* tuentur. Lucani codices plurimos semper *chorus* exhibere Oud. testatur ad Phars. 1, 406. Vitruv. 1, 6 §. 5 in verbis *inter Favonium et septentrionem caurus, quem plures vocant corum* nonnulli, ut Guelf. et Vrat., *ch* habent. Lucret. 6, 134 *cauri*, Gell. 2, 22 *caurus*, Plin. Nat. hist. 2, 46. 47. 48. 18, 77 §. 3 Hard. *corus* saepe sine varietate legitur, cui tamen silentio nihil tribuo. Ita et Columellae 11, 2 aliquoties (p. 381 Vict.) et Senecae Nat. quaest. 5, 16 et Veget. de re mil. 5, 8; idque praefert Vossius Etym. p. 120 aspirationem ex prava consuetudine iam a Cicerone et Catullo notata repetens, ipsum vocabulum ab Hebraico *cor* frigus significante ductum putans. Utcunque de his statuendum est, de Caesaris scriptura secundum codices iudicari debet. Litteram maiusculam, qua nonnulli initium huius nominis distinguunt, non damno, sed quia de etymo non constat, in prosa oratione non recipere tutius existimo.

his] *iis* Bong. A. Lov. *is* Voss. A. Egm. Vrat. A. (*hiis* Bong. B. Gott. Vrat. BC. Hamb.)

locis] om. Voss. ABC. Bong. AB. Leid. BC. Lov. Gott. Duk. Dorv. Par. A. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Vind. BCDF. Rom. a. inc. Med. a. Ven. bcde. Ber. *partibus* Pet. Vrat. A. Oud. 2. *regionibus*, idque post *consuevit sufflare* (pro *flare consuevit*) Hamb. *locis* delendum videbatur Ondendorpio in pr. ed. ita, ut apud Frontinum Strateg. 1, 5 §. 26 *loca* in verbis *per diversa loca* cum Med. primo omittendum, et apud Plin. Ep. 8, 17 §. 5 in *ac ne illa quidem loca malo vacaverunt, ad quae non ascendit amnis* idem omitti potuisse a Cortio demonstratum putabat, qui ex Caesare affert *ex omnibus advolant*, quae infra c. 17 §. 2 multorum librorum scriptura est pro *ex omnibus partibus advolant*. Sed *diversa* apud Frontinum, *illa* apud Plinium non minus, quam *per nota*, *per deserta*, *per occulta*, *in diversa*, *in tuta*, quae Oud. ad Front. contulit, certum genus certamque significationem habent: *in his* h. l. intelligi non magis posset quam infra *ex omnibus*. Paulo tolerabilius esset *in iis*, quod referri quodammodo posset ad praecedentia *in eo loco*, recte tamen ita demum haberet, si praecederet *in his locis*. Quod Oud. 2. dedit, bonum haud dubie nec nullius auctoritatis, sed aeque bonum et aliquanto firmius est vulgatum. Cf. 3, 7 §. 3:

omnis temporis] Cf. 6, 18: *spatia omnis temporis non numero dierum, sed noctium finiunt*. Recte Metaphr. τὸν πλεῖστον χρόνον. Heldius nescio quo auctore huno ventum his in locis *per autumnum* flare dicit. Tum quidem aestas erat.

rigem contineret, nihilo tamen secius omnia eius con-
4 silia cognosceret: tandem idoneam nactus tempestatem
5 milites equitesque conscendere in naves iubet. At

quod in his locis inopia frumenti erat. 4, 29 §. 4: *frumentum his in locis in hiemem provisum non erat.* infra c. 22 §. 1: *dum haec in his locis geruntur.* Deinde quod praecedit *in eo loco*, id eiusmodi est, ut nomen ab ipso scriptore repetitum potius quam interpolatum ab aliquo videatur. Denique libri non unius tantum generis (Leid. A. Vind. A. Hav. A. Par. B. Ald.) sed etiam Goth. A. Ven. f. *locis* tuentur. Itaque casu et temere omissum in reliquis videtur.

cognosceret] *cognoscere* Bong. A. quod in Fabr. et a Plüschkio notatum, ab Oud. praetermissum, si transitus ab imperfecto ad infinitivum historicum tam scriptori familiaris, quam per se ferendus esset, non modo probari, sed etiam recipi deberet. Nam id, quo *nihilo secius* hoc Caesar faciebat, non erat *in officio continere* (nam continere non poterat), sed *operam dare, ut contineret.* Itaque proprie dicendum erat *nihilo tamen secius operam dabat, ut — cognosceret*, vel mutata dictione *nihilo tamen secius — cognoscere studebat.* atque hoc ipsum esset *cognoscere* seu *cognoscebat*, ut c. sq. in. *quaeque in Gallia gererentur, cognosceret.* Sed in eandem sententiam vulgatum, si paulo negligentius egisse scriptorem concedimus, interpretari licet, ita ut *nihilo secius* referatur ad *dabat operam*, quasi scriptum sit *nihilo tamen secius ut omnia*, quemadmodum scriptum est in Flor. et Ven. f.

§. 4. idoneam nactus tempestatem] Hunc verborum ordinem Oud. pariter atque illum in superioribus *in officio Dumnorigem* „e MSS. esse" demonstrans non falso, sed minus accurate dixit; non enim par est utriusque auctoritas. *Dumnorigem in officio* Dr. A. Vrat. BC. Goth. B. edd. ante Oud. exceptis Ven. f. St. Gr. b. Freil., *idoneam tempestatem nactus* unus Vind. A. isque addito a manu eadem, sed secunda scriptione participio, edd. vero ante Oud. omnes habent, et in Fabr. *in o. D.* tantum ex Bong. AB. Voss. A. Egm., *id. n. t.* etiam ex Gott. Lov. affertur. Itaque *D. in o.* maiorem a libris commendationem habet quam *id. t. n.* Ceterum Oudendorpii ordo uterque est praeferendus, cum in utroque id, quod gravius est, suum locum teneat et interiecto leviore magis conspicuum fiat.

conscendere in naves] Reg. N. Voss. Cl. „MSS. Bong. Voss. Leid. A. Ox. S. Pet. Lov. aliique magno numero cum ed. inc." sec. Fabr. etiam Gott. Egm. item Dr. A. Vrat. AB. Gu. Hamb. Vind. EF. Flor. Ven. f. c. *in navem* Dr. B. *naves c.* Goth. A a m. pr. (*in n. c.* a m. s) *conscendere naves* Vrat. C. Goth. B. Vind. A. Hav. A. cum edd. plerisque ante Cl. Sane alibi Caesar praepositionem omittit et *naves conscendere* dicit: 4, 23 §. 1. Civ. 2, 4. 3, 6. 96. item *vallum conscendere* infra c. 39 §. 3. Sed *conscendens in phaselum* Cicero dixit Att. 14, 16 §. 1. Idem Fam. 14, 7 §. 2 *navem spero nos valde bonam habere: in eam simul atque conscendi, haec scripsi.* Divin. 1, 32 (§. 68) *conscensionem in naves* (non *navium*). Lentulus ad Cic. Fam. 12, 14 §. 1 *conscenderet in naves* (Dolabella cum exercitu). Valer. Max.

**omnium impeditis animis Dumnorix cum equitibus Hae-
duorum a castris insciente Caesare domum discedere
coepit. Qua re nuntiata Caesar intermissa profectio- 6
ne atque omnibus rebus postpositis magnam partem
equitatus ad eum insequendum mittit retrahique impe-
rat: si vim faciat neque pareat, interfici iubet, nihil
hunc se absente pro sano facturum arbitratus, qui**

9, 12 §. 7 *in maenianum conscendit* (auf den Balkon) eodemque modo poetae. Itaque dubitari uequit, quin Caesar uti praepositione potuerit. Quod autem semel usus est, quiuquies non est, ei simile illud habemus, quod verbo *ascendere* saepius etiam cum solo accusativo coustructo tamen praepositiouem addidit Civ. 3, 69: *equitatus Caesaris, quod angusto itinere per aggeres ascendebat.*

§. 6. mittit — imperat] *misit — imperavit* Ox. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Id propter sequens *iubet* minus bonum est, sine sequentibus reprehendi uequit, et si sequeutia ab Ephemeridibus aberant, ex his ductum esse potest. Et videntur illa Ephemeridibus minus convenire quam Commentario, cum rationem imperatae caedis reddant, quam suae memoriae tradere certe minus quam lectoribus reddere scriptoris iutererat. Accedit quod post *retrahi* addita *si vim faciat neque pareat* fere supervacanea suut, ut non tam per se quam propter sequeutia et una cum his in Commeutario addita esse videautur. Nou magis post *interfici iubet* uecessarium erat illud §. 8 *ut erat imperatum:* hoc noudum posito illud sane requirebatur. Itaque suspicari licet in Ephemeridibus fuisse *misit retrahique imperavit. Ille enim revocatus* etc.

huuc] *eum* S. Leid. A. Vind. A. St. et sec. Coufl. Pet. ut c. 4 §. 3 *eius auctoritatem — cuius — perspexisset.* Contra 7, 77: *nolite hos vestro auxilio exspoliare, qui vestrae salutis causa*

§. 5. omuium impeditis animis] Pessime Ad. Wagnerus: Da alle schwierig geworden waren. Non male Siucerus: als jedermann an andre Dinge zu denken hatte. Ab occupatione impeditionem animi ita differre, ut a negotio curam, Ciceronis locus a Davisio collatus demonstrat Leg. 1 §. 8: *neque enim occupata opera neque impedito animo res tanta suscipi potest: utrumque opus est, et cura vacare et negotio.* Itaque hoc verbo, quo alibi de animo Caesar usus non videtur, non solum negotium omnibus, sed etiam curam allatam esse profectione siguificatur.

§. 6. pro sano] Praepositio similitudinem indicat, adiuncta vel relicta de veritate dubitatione, et frequeutius ita cum hoc quam cum aliis nominibus constructa reperitur. Plautus Menaechm. 2, 2 v. 24 et 5, 5 v. 42 *pro sano loqueris.* Ib. v. 28 *haud pro insano respondit mihi.* Livius 39, 49: *primum adeo incredibilis visa res, ut non pro vano modo, sed vix pro sano nuntius audiretur.* De genere nominis dubitari nequit, quin masculiuum sit, quod ex interpretibus vernaculis primus intellexit Vollmerus: Sincero, Wagueris, Hausio neutrum videbatur,

7 **praesentis imperium neglexisset. Ille enim revocatus**

suum periculum neglexerint. quo tamen loco codices eiusdem generis *hoc* pro *hos*, deinde *eos*, *qui* habent. Sine varietate Civ. 2, 32 *quod si iam, inquit, haec explorata habemus, quae de exercitus alienatione dicuntur* scriptum est; sed ibi *haec* pariter atque priori loco *hos* ad praecedentia referri ita potest, ut ea, quae iam dicta sunt, tamquam praesentia demonstret, non exspectationem moveat sequentium pronomine relativo adiungendorum, quae *is* pronominis propria potestas est. Porro eiusmodi locis, ut c. 6 §. 5: *quos in conspectu Galliae interficere vereretur, hos omnes in Britanniam traductos necaret*, et 4, 2 §. 2: *sed quae sunt apud eos nata, prava atque deformia, haec cotidiana exercitatione summi ut sint laboris, efficiunt*, quibus pronomen demonstrativum haud dubie ad relativum spectat, hoc non aliam ob causam, nisi quod praecedit, ut praesens demonstrari videtur. Denique in talibus, quale est 7, 27: *his, qui primi murum ascendissent, praemium proposuit*, qualia multa sunt, codices non fere desunt, qui *hiis* vel *hii* praebeant, quorum auxilio demonstrativum, quod nihil habeat, quod demonstret, facile corrigi possit. Itaque h. l. *hunc*, si ad praecedentia referendum sit reddendumque dieser Mann, quemadmodum *hos* 7, 77 (diese Männer) *haec* Civ 2, 32 (diese Dinge) referri posse concessimus, minus bonum videri debeat, quam *eum*, ein Mann, quia in praecedentibus commemoratum esse Dumnorigem demonstrare minus necessarium erat, quam praesentis imperium eum neglexisse. Sed satis constat, *hic* pronomen etiam ad sequentia spectare et quae nondum commemorata sint, ut animo loquentis obversantia et ita praesentia demonstrare. Sic 1, 43 §. 8: *populi Romani hanc esse consuetudinem, ut* etc. infra c. 43 §. 5: *sed tamen hunc habuit eventum, ut* etc. 7, 15: *tamen hoc sibi solatii proponebant, quod* etc. secundum quae nihil impedire videtur, quo minus et h. l. *hunc* ad *qui* relatum teneamus, et l. 7 et Civ. 2 *hos* et *haec* ad sequentia referamus, et ubicunque codices idonei *his qui* et *hi qui* praebent, eorum auctoritatem sequamur.

§. 7. enim] *autem* Pet. „et alius recens“ Vind. D. Goth. A a m. s. (a pr. *enim*) cum edd. ante Lipsium et Ci.

item Metaphrastae, qui οὐδὲν ὑγιὲς ποιήσειν posuit. Cf Handius Tursell. 4, p. 583. Simile huic est *pro perfuga* 3, 18 §. 3, ubi vid. adn.

§. 7. enim] Hoc si interpretari volumus denn, ellipsin statuere debemus, nisi forte malumus cum Herzogio opinari Caesarem „per anachronismum“ dici propterea illud arbitratum esse, quod Dumnorix resistere coeperit. Neque vero apparet, quid supplendum sit, cuius haec esse possit causa. Nam quod nonnulli supplendum putant, Caesaris iudicium de Dumnorige verum et eventu comprobatum esse, debebat id ipsum in praecedentibus ostendi, non temere Caesarem illud existimasse, ut recte ostensum esse sic demonstrari posset. Nam scriptorem quidem ubique credimus recte et dicere et iudicare de rebus, quas exponit, voluisse, ideoque facile eum patimur, si quando rationem dicti a se vel iudicati reddendam nobis

resistere ac se manu defendere suorumque fidem implorare coepit saepe clamitans liberum se liberaeque esse civitatis. Illi, ut erat imperatum, circumsistunt 8

inplorare] Bong. A., si recte tacuit Pl., non *impl.*
esse civitatis] Bong. AB. Gott. Voss. A. Egm. Dr. AB. Vrat. A. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. DEF. edd. ante Ald. (*civitates* Ven. d.) *c. e.* Vrat. B. Goth. A. Vind. A. Ald. et sqq. tacente Oud. In Vrat. C. est *liberum se esse esseque liberae civitatis.*

putat, ita eam reddere, ut si testificatus sit non temere se dixisse aut iudicasse; velut 6, 25, cum dicit: *huius Hercyniae silvae, quae supra demonstrata est, latitudo novem dierum iter expedito patet; non* ***enim*** *aliter finiri potest, neque mensuras itinerum noverunt*, ante illud *non enim* nemo desiderat hoc, quo tamen *enim* pertinet: noli putare temere me dicere novem dierum iter; neque 2, 17 §. 4 in verbis *Nervii antiquitus, cum equitatu nihil possent (neque* ***enim*** *ad hoc tempus ei rei student, sed quicquid possunt, pedestribus valent copiis) quo facilius finitimorum equitatum — inpedirent, teneris arboribus incisis — effecerant, ut* etc. monendi eramus, ne temere et sine certa ratione ita de veteri Nerviorum statu iudicatum a scriptore putaremus. Sed Caesarem omnia recte, nihil temere existimasse neque credimus neque credi a nobis scriptor ponere potuit. Itaque id, quod Dumnorix fecisse dicitur, si vel maxime ita comparatum est, ut Caesaris de eo iudicium verum fuisse demonstret, tamen, quia de eius veritate sermo non fuit, ad eam demonstrandam additum videri non potest. Accedit quod hoc ipsum per se tam grave est, ut sua potius causa, quam ad rationem iudicii Caesaris reddendam quasi obiter commemorari debuerit. Remota igitur ellipsi et causae significatione remanet propria particulae vis asseverandi, referenda illa, ut videtur, ad ingenium et mores hominis, quales in antecedentibus descripti sunt, ita ut ille re vera talem se praestitisse dicatur, qualem praestare se hominem eiusmodi consentaneum sit, et *enim* coniunctio fere idem significet, quod dictiones *scilicet*, δῆλον ὅτι, versteht sich, quae pariter tum serio, tum ironice usurpantur. Atque h. l. si sequentia *illi, ut erat imperatum* etc. respicimus, quorum ad modum hic *ille, ut par erat* dici poterat, aliquid sarcasmo simile inesse sentimus. Cf. Handius Turs. 2 p. 393, cuius tamen interpretatio **und jener eben** minime probabilis, inter exempla autem simile huic unum est. Terent. Phorm. 1, 2 v. 62: *Postridie ad anum recta pergit: obsecrat, Ut sibi eius faciat copiam.* ***illa enim*** *se negat: Neque eum aequom facere ait: illam civem esse Atticam.* Alterum ex Caesaris Civ. 1, 81 petitum (*illi enim adverso vitio castrorum* etc.) admodum dubiam habet lectionem. Neque mihi alterum notum est, quod satis auctoritatis habeat; simile tamen est quod Dictys Cretensis Belli Troiani 2, 30 p. 87 Ded. scripsit: *cuncti duces — flagitare Calchanta, quem futurorum praescium memoravimus, uti causam mali tanti ediceret.* ***Ille enim*** *perspicere se originem huius morbi, sed haud liberum esse cuiquam eloqui.* In quibus post *enim* non interpungendum, sed *respondit* supplendum videtur.

hominem atque interficiunt; at equites Haedui ad Caesarem omnes revertuntur.

8. His rebus gestis Labieno in continente cum tribus legionibus et equitum milibus duobus relicto, ut

§. 8. hominem atque] Reg. Voss. Ci. vett. codd. Urs. cod. Brant. „meique magno numero, et quotquot sunt notae melioris cum Edd. primis.“ MSS. sex (Bong. ABC. Cu. P. Pal.) Voss. A. Egm. Lov. sec. Fabr. Hav. A. Dr. B. Vrat. AC. Gu. Hamb. Goth. B et a m. s. A. (a m. pr. *atque* om.) Vind. AEF. Rom. a. Med. a. Ven. bcdef. Ber. St. Gr. b. Frell. Turr. *hominemque* Gott. sec. Fabr. Dr. A. Vrat. B. Vind. B. inc. sec. Elberling. Aldinae, Gr. a. Lips. Iu. Graev. Dav. Cl. *atque hominem* Oud. 2. Scripturam Aldinam non ita destitutam esse auctoritate, ut Oud. putabat, apparet, neque per linguam ferri ea non posset, si *circumsistunt* primum absolute positum esset, deinde alterius verbi obiectum cum illo communicaretur; qua ratione Horatius saepe *que* encliticam alii verbo adiungit, quam cui exspectabatur, e. c. Sat. 1, 6 v. 43: *si plostra ducenta Concurrantque foro tria funera*, quae item sic explicanda videntur, ut si dictum esset *Si pl. du. concurrant*, *concurrantque f. t. f.* Sed Caesar ita non solet, neque codices sufficiunt. Prorsus vero destituta auctoritate est scriptura Oud. 2. quamquam ne ipsa quidem vitiosa, sed eodem modo explicanda et sermonis pedestris usui magis accommodata. Cf. Civ. 1, 63: *morari atque iter impedire.* Alex. 4: *praeoccupat Arsinoe — atque Achillam interficit.* Afr. 88: *continere atque vulnus obligare.* Hisp. 36: *incenderent et moenia delerent.* quibus omnibus locis obiectum prioris verbi licet ex praecedentibus peti possit, aptius tamen illud est, quod post copulam posito verbo additum est.

equites Haedui] Carr. cod. Turr. Boug. AB. Gott. Voss. A. Egm. Dr. AB. Vrat. AB. Goth. A. Hamb. Gu. Vind. ACI. Ven. f. St. Gr. b. Frell. In reliquis meis *equites* postpositum est, ut in editis plerisque, idque Oud. sine adnotatione reliquit. Haeduus etiam Dumnorix erat, qui non revertit: equites Haedui, quos ille secum abduxerat, reverterunt omnes.

§. 8. hominem] Hoc nomine non perfidia Dumnorigis, quae nulla fuerat, notatur, ut putabat Ramshornius Gramm. p. 915, sed obstinationem et contumaciam, quae maxima erat, natura magis ei insitam, quam consilio susceptam ab eo fuisse significatur. Itaque admixtum aliquid reprehensionis, fortasse comtemptus, habet, sed contumeliae nihil. Similiter infra c. 58 de Labieno, qui arte et industria cepit Induciomarum, *comprobat hominis consilium fortuna* dicens sollertiam illam tamquam ingenitam Labieno cum quadam admiratione non sine leni quadam ironia significat. Nec aliter Hirtius 8, 23, si suo nomine de centurione Commium petente dixit *conficere hominem non potuit*, naturale Commii robur respexisse videtur: sin velut centurionis ex ore missa illa putamus, reddere possumus den Kerl.

Cap. 8. §. 1. Labieno — in continente relicto] Hunc superiore anno cum Caesare in Britannia fuisse videri ad 4, 38 §. 1 osten-

portus tueretur et rei frumentariae provideret quaeque in Gallia gererentur, cognosceret consiliumque pro tempore et pro re caperet, ipse cum quinque legionibus et

Cap. 8. §. 1. rei frumentariae provideret] Par. B. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. usque ad Cl. *re frumentaria prov.* Bong. A. Voss. AB. Par. A. *re frumentariam provideretur* ed. Flor. sec. Brut. *rem frumentariam prov.* Reg. N. Voss. Cl. Pet. Conf. Brant. Bong. B. Egm. „et sex septemve alii" Gott. Lov. Lb. cum reliquis meis et edd. ante Ald., etiam Inc., e quibus repetitum a Cl. tenuit Oud. Dativus pariter atque accusativus recte habet. Cf. 3, 18 §. 6: *inopia cibariorum, cui rei parum diligenter ab his erat provisum.* Sed accusativum, inprimis huius nominis, Caesar saepius posuit, ut 3, 20 §. 2, 6, 10 §. 2, 4, 29 §. 4, 6, 44 §. 3, et ponere etiam hic potuit, ut comparando frumento operam dare iussum esse Labienum magis significaret. Differentia enim utriusque dictionis fere eadem est, quae inter nostras Getreide besorgen et für G. sorgen intercedit. Itaque si Labieno mandatum erat, ut frumentum comportandum curaret, quod, si opus esset, submitti in Britanniam posset, accusativus magis conveniebat: sin omnino prospicere iussus erat, ut ne deesset frumentum, sive in Britanniam mittendum sive post reditum necessarium, dativus aptior erat. Iam c. 24 §. 1 frumentum eo anno in Gallia propter siccitates angustius provenisse traditur, in Britanniam autem submissum a Labieno non est demonstratum, sed c. 20 Britanni frumentum exercitui conferre iubentur et conferunt. Hinc colligi posse videtur Labieno curam potius ad futurum tempus pertinentem, quam in praesens dandam comparandi frumenti operam iniunctam a Caesare fuisse. Itaque dativum ab alterius generis libris principibus oblatum praetuli (uam etiam Leid. A. enm exhibere ex Oud. adnotatione verisimile fit) sed cum in optimis sit *re frumentaria*, Caesarem suspicor scripsisse *re frumentariae*, de qua dativi forma cf. Schneideri Gramm. 3 p. 356 sq. De genitivo *acie* dictum est in adn. ad 2, 23 §. 1.

quaeque in Gallia gererentur] *que in G. g.* Vind. E. *ne quae in Gallia fierent* And. Leid. A. *quaeque in G. fierent* Ox. Cn. Vind. A. quod variandi studio illatum videretur, nisi illud *ne quae* dubitationem iniiceret, an hoc ex Ephemeridibus repetendi, idque h. i. confirmatur. Quem enim hoc anno tanta cum potestate et plane *legatum pro praetore*, ut 1, 21 §. 2 dictum est, relictum scribit, enm si superiore quoque anno reliquisset, haud dubie ubi et quam ob rem et qua conditione reliquisset, aliquo modo declarasset. Quod autem h. l. simpliciter *Labieno* scripsit, cum 4, 38 *Titum Labienum legatum* dixisset, hanc ipsam ampliorem hominis significationem ab illa voluminis parte usque ad hanc pertinere voluit. Cf. adn. ad 2, 1 §. 1.

rei frumentariae] seu frumento. Cf. 2, 10 §. 4: *ipsos res frumentaria deficere coepit* et *domesticis copiis rei frumentariae uterentur.*

pro tempore et pro re] Similiter Cicero Fam. 12, 19: *sed haec melius ex re et ex tempore constitues*, quem locum Brantius adhibuit.

pari numero equitum, quem in continenti reliquerat, ad solis occasum naves solvit et leni Africo provectus

dum sit, in quibus scriptum esset Labieno curandum praecepisse Caesarem, *ne quae in Gallia fierent*, *ignoraret*. Certe *quaeque* sic temere mutatum in *ne quae* vix videtur.

quem] *quam* And. quod recipiendum putabat Gronovius Obs. 4, 4 p. 559 Piat. recepitque Cellarius. *quam*, cum *par* idem sit, quod non maior minorve, poni potuisse, sicut post *aeque*, *perinde*, *iuxta* a Plinio, Tacito, Livio positum est, non negaverim. Cf. Ramshornii Gramm. p. 498. Sed nihil causae est, cur uni codici illi tantum tribuatur.

reliquerat, ad solis occasum] *relinquebat*, *solis occasu* And. Ox. S. Leid. A. Cu. Hav. A. Vind. A. quod a Gronovio Obs. l. c. commendatum recepit Oud. *reliquerat*, *solis occasu* Par. B. St. Imperfectum reprehendi non potest. Caesar naves solvens seu proficiscens *relinquebat* duo milia equitum seu discedens cum duobus milibus faciebat, ut duo milia remanerent. Sed eodem tempore etiam *reliquerat* ea seu remanere iusserat, quemadmodum Labienum iam *relictum* dici vidimus. Cf. adn. ad c. 2 §. 4. Atqui Labienum *cum duobus milibus equitum* relictum dixit. Hos igitur etiam hic *relictos* potius, quam *relinqui* dictos esse consentaneum est. — *solis occasu* legitur 1, 50 §. 3 et aptum est ad tempus certius significandum: so wie die Sonne untergegangen war. Cf. adn. ad c. 3 §. 6. *ad solis occasum* amplius temporis spatium indicat. Sic Afr. 70: *cum iam ad solis occasum esset*. Civ. 1, 3: *ad vesperam misso senatu*. Atque hoc magis convenit orationi non tam ipsam rem repraesentanti, quam quomodo gesta sit, narranti, eadem fere ratione, qua *reliquerat*. Itaque in illo codicum genere, quod Oud. secutus est, hic quoque id exstat, quod tum, cum res gerebantur, in altero id, quod aliquanto post scribenti accommodatius est. Quare hoc restitui.

provectus] *profectus* cum parte Oudendorpianorum Vrat. A.

pari numero equitum, quem] *Pari*, quia significatione non differt ab *eodem*, eius constructionem quoque recipit. *par et idem* haud raro coniuncta reperiuntur, et *par atque idem periculum* infra c. 16 legitur. Plautus vero etiam *par idem* et sequente *quod* dixit Bacch. 5, 1 v. 24.: *PH. Quid tibi est? NI. Pol mihi par idem est, quod tibi.* Itaque vertamus licet mit der gleichen Anzahl von Reitern, die er zurückließ. Alii *ei* ante *quem* audiendum putant et Livii verba 5, 52 *quam par vestrum factum est, quod in obsidione nuper in egregio adolescente C. Fabio — conspectum est* eodem modo interpretanda statuunt; quod si verum sit, etiam *similis, quem viderat* pro *similis ei* vel *eius, quem viderat* et alia huiusmodi dici liceat, quae non facile quisquam intelligat. Neque Caesar pronomen demonstrativum alio casu ante relativum audiendum relinquere solet, nisi ita, ut illud, quod pronomine, si adesset, demonstraretur, aut subiecti aut obiecti loco habendum sit, ut 7, 31: *qui Avarico expugnato refugerant*, *armandos vestiendosque curat*. Civ. 3, 78: *quique erant ex vulneribus aegri*, *depositis*.

media circiter nocte vento intermisso cursum non tenuit
et longius delatus aestu orta luce sub sinistra Britan- 2
niam relictam conspexit. Tum rursus aestus commu-
tationem secutus remis contendit, ut eam partem in-
sulae caperet, qua optimum esse egressum superiore
aestate cognoverat. Qua in re admodum fuit militum 3

Vind. C. et a m. pr. Goth. A, Lips. In. Graev. Dav. Id mutatum est a Cl. secundum tres ipsius codices (Reg. N. Voss.), Metaphrasten, qui ἀνήχθη posuit, et ed. Rom., quibus Oud. addidit auctoritatem MSS. Bong. Pet S. Ox. Voss. duorum, Egm. et „trium aliorum“ edd.que vetustarum, quae haud dubie sufficiebat. Ablativo *leni Africo* magis convenit *provectus*, passivae significationi propius, maxime vero rei ipsi et altum petenti Caesari accommodatum est. Cf. 4, 28 §. 3: *adversa nocte in altum provectae.* Civ. 3, 8: *a terra provectae naves*, quem locum adhibuit Oud. (Afr. 97 *a Caralibus secundum terram provectus*, quem idem adhibet, lectio dubia est.)

cursum non tenuit] Cf. adn. ad 4, 26 §. 4.

longius delatus aestu] Sic 4, 36 §. 4 *paulo infra delatae sunt.* Praepositio errorem significat eius, qui de via decedit. In eum errorem incidit eo, quod aestus eum *longius* ferebat quam opus erat: ita *delatus* est. Error quidem ipse non longior fuisse dicitur, quam opus erat; nam errore omnino nihil opus est; sed illud *longius ferri* erat *deferri.* Itaque breviter hoc dictum pro *longius latus delatus est aestu.* Ceterum aestus hic utrum fluxus fuerit an refluxus (Fluth oder Ebbe) hodie indicari non potest: ferebat quidem certe vento intermisso naves, ideoque interpretari licet Strömung. Aliis locis non dubia est fluxus significatio, ut 3, 12 §. 1. 13 §. 1. 9. 4, 29 §. 2.

sub sinistra] Hoc ita dictum videtur, ut *sub oculis* c. 16 §. 1 et alibi: ex alto circumspicientes praeternavigatam videbant Britanniam sub sinistra iacentem.

§. 2. secutus remis contendit] Quamdiu aestus commutationem sequi licebat, remis opus non erat. Sed postquam eo pervenerunt, quo longius sequi illam non poterant, nisi iterum eam partem insulae, quam petebant, praetervehi vellent, remis contendere coeperunt.

qua optimum — cognoverat] Si eam partem dicit, qua superiore aestate egressus erat, *bonum* ibi egressum et *meliorem*, quam ubi primum appulerat, esse ipso illo superioris aestatis die, quo est egressus, cognoverat, sed *optimum* esse nisi tota illa ora perlustrata cognitum per se habere non poterat; atque id ipsum superiore anno ab eo iam tum de repetenda Britannia cogitante factum esse verisimilius est, quam aut aliis eum credidisse aut *optimum* h. l. non pro vero positum esse superlativo. Esse autem eandem partem illam significatam, quae 4, 23 descripta est, cum ex hac ipsa descriptione collata cum iis, quae infra c. 9 §. 1 leguntur, tum ex eo colligitur, quod superiore aestate aliam nisi hanc, quae optima ad egrediendum esset, cognitam a Caesare non accepimus. Itaque superioris aestatis mentio aut supervacanea aut ideo facta putanda est, ut partis, qua tum egressus esset, memo-

virtus laudanda, qui vectoriis gravibusque navigiis non intermisso remigandi labore longarum navium
4 cursum adaequarunt. Accessum est ad Britanniam omnibus navibus meridiano fere tempore, neque in eo

§. 3. adaequarunt] „Sic MSS. uno alteroque excepto et Edd. Vett" Vulgatum enim inde ab Aldo erat *adaequaverunt*, factum fortasse ab Aldo ex *adaequaverint*, quod est in vett. codd. Ursini et in Vind. A. Reliqui mei, Bong. A. cod. Brant. Gott. Voss. A. Egm. Fabr. cum edd. ante Ald. et St. Gr. b. Freil. indicativum tuentur cum syncope, qua eadem Caesar 1, 12 §. 3 scripsit *mandarunt*, 2, 17 §. 2 *demonstrarunt*, 3, 20 §. 3 *renovarunt*, 4, 25 §. 6 *adpropinquarunt*, 7, 5 §. 6 *pronuntiarunt*, Civ. 3, 67 §. 1 *renuntiarunt*. Haec sane pauca videntur plenioris formae frequentiam respicientibus, cuius exempla inveni tria et quadraginta, et in quibusdam illorum codices non magis omnino consentiunt quam h. l. Sed tamen consentientium auctoritas maior, neque propterea, quod 2, 24 §. 4 et 3, 25 §. 2 *renuntiaverunt* et 4, 34 §. 5 *demonstraverunt* legimus, in *demonstrarunt* et *renuntiarunt* offendere, sed ita statuere debemus, sonum et numerum orationis nonnunquam syncopen ut faceret, scriptori persuasisse. Multo frequentius ea in Hirtii scriptis apparet, cuius in uno commentario belli Alexandrini totidem exempla exstant, quot in Caesaris omnibus. Atque is ea quoque concidit, quae Caesar integra posuit, ut *confirmarunt* Alex. 21 §. 5 (*confirmaverunt* Civ. 3, 86 §. 3), *dubitarunt* ria revocaretur. Eodem pertinet quod magnae manus Britannorum eo convenisse dicuntur, quod alia ratione fecisse non videntur. Haec si vera sunt, probabiliorem hic locus facit coniecturam nostram ad 4, 23 §. 6 de situ illius partis propositam et ipse aliquid ab ea lucis accipit. Longius delatus aestu Caesar et sub sinistra relictam Britanniam videns haud dubie orientem versus delatus erat. Itaque commutationem aestus sequens ad occidentem versus cursum direxerat. Iam remis contendens, ut eam partem insulae caperet, qua superiore anno egressus esset, si ea ad occidentem versus sita erat ab illo loco, in quo tum primum constiterat, ad hunc prius veniret necesse erat, quam ad eam partem, quam petebat. Hunc vero, utpote montibus angustis litus praecingentibus valde insignem (v. 4, 23 §. 3) facile ex navibus agnoscere eoque agnito illam partem, quae VII. millibus passuum ab eo distabat, facile invenire poterat.

§. 3. vectoriis gravibusque navigiis] Hi ablativi sunt instrumenti, ut ad 3, 12 §. 3 ostendi. *vectoria* navigia, vehendis hominibus et iumentis destinata, Transportschiffe, alia levia erant, ut quam Sueton. Iul. c. 63 *vectoriam naviculam* appellat, alia gravia, ut haec, quam ob rem *gravibusque* additum est. Tertium exemplum non novi.

§. 4. omnibus navibus] Superiori anno Caesar *cum* primis navibus Britanniam *attigisse* scribitur 4, 23 §. 2: hic vero *accessum* seu accessio facta et effecta esse dicitur *navibus*. Passivo iterum usus est Civ. 3, 86: *cum propius sit accessum*. et scriptor Afr. 31: *quod si propius accederetur*.

loco hostis est visus, sed, ut postea Caesar ex captivis cognovit, cum magnae manus eo convenissent, multitudine navium perterritae, quae cum annotinis privatisque, quas sui quisque commodi fecerat,

Alex. 76 §. 3 (*dubitaverunt* Gall. 2, 23 §. 2) quo magis credendum est de Caesare. Etiam belli Hispaniensis auctor o. 13 §. 7 *dubitarunt* posuit, et 18, 5 *nuntiarunt* (Gall. 2, 2 §. 3 et 4, 32 §. 1 est *nuntiaverunt*) 19, 2 *pugnarunt* (4, 37 §. 3, infra c. 15 §. 3, Civ. 2, 14 §. 5 *pugnaverunt*) 34, 3 *occuparunt* (6, 24 §. 2 et 7, 12 §. 6 *occupaverunt*), quamquam huius auctoritas minor est. De reliquis eiusdem coniugationis formis omnino hoc tenendum, in *averat* et *averit* apud Caesarem fere eandem obtinere rationem, quam in *averunt*, ante *s* consonantem vero syncopen non solum frequentiorem quam ante *r*, sed etiam usitatiorem esse, quam formam pleniorem, et *adamassent* (Gall. 1, 31 §. 5) et similia saepius legi non solum quam *adaequarunt* et similia, sed etiam quam *cogitavissent* (Civ. 3, 86 §. 5) et huic similia.

§. 4. cognovit] „MSS. plurimi" Gott. Voss. A. Egm. Lov. Fabr. Brant. Steph. Carr. cod. Turr. tres Confl. Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. BCDEFI. edd. ante Ald. *comperit* Vind. A. Ald. et sqq. *comperire* est pro certo cognoscere et ibi fere ponitur, ubi aliquid interest, ut res certa esse demonstretur. Cf. 1, 22 §. 1: *ut postea ex captivis comperit*, ubi ex captivis postea cognitum ut certum opponitur ei, quod tum rettulerat Considius, quod falsum erat. Hic vero nulla causa est, cur illud verum, non falsum fuisse demonstretur. Itaque restitui *cognovit*. Sic 2, 17 §. 2: *ut postea ex captivis cognitum est*. Civ. 3, 60: *ut postea bello perfecto cognitum est*. Iam conferas et partim corrigas adn. crit. ad 2, 32 §. 4.

magnae — convenissent] *magnum — convenisset* Ven. de. *magnae — cum venissent* Voss. A. *magna — convenissent* Bong. A. quod nisi sequeretur *perterritae* (*praeterritae* Dr. B. *perterrita* a m. pr. Vind. A. *perteriti* Hamb.) ferri posset. Cf. adn. crit. ad 4, 34 §. 5.

annotinis] *annocinis* Hamb. *annotivis* Pal. Confl. *an nocivis* Vrat. B. *annoturis* Vind. C. *publicis* Vind. EFI. et pro var. lect. a m. s. margo Goth. A. et margo Frell.

sui quisque commodi] Post *commodi* edd. ante Oud. praeter inc. et Ven. f. omnes *causa* additum habent, quod ille secundum

annotinis] Ab *anno* adverbio derivatur *annotinus* adiectivum, ut ab *horno hornotinus*, a *diu diutinus*, a *sero serotinus*, a *cras crastinus*, a *prius pristinus*. Adverbio illo post Plautum usus est Lucilius apud Nonium p. 83 Gerl. *utrum anno, an horno te abstuleris a viro*. Itaque naves sunt quibus anno superiore usus erat Caesar, quas c. 1 §. 1 *veteres* dicit, quarum partem reficiendam curaverat. Novas quidem eo anno aedificari non iusserat. Cf. 4, 21 §. 4. 22 §. 4.

sui quisque commodi] Ad *quisque* audiendum est eorum, qui omnino privatas naves fecerant, ut Civ. 3, 103 in verbis *quosque ex suis quisque ad hanc rem ido-*

amplius octingentae uno erant visae tempore, a litore discesserant ac se in superiora loca abdiderant.

Bong. ABC. Voss. A. Egm. Gott. (de quibus idem testatur Fabr.) Pal. et quattuor alios omisit. Abest etiam a cod. Braut. et maiore parte meorum; additum est in vett. codd. Ursini, in Goth. A. Vind. CD. et a m. s. in Vrat. B. denique in Vind. A. Hav. A. qui *sui commodi quisque causa* habent. Cf. adu. crit. ad 4, 1 § 4.

octingentae] DCCCC*tis* Vind. A. (DCCC Ald. nep. et sqq.)

uno erant visae tempore] Hoc Lipsius in *una erant visae, timore* mutavit, quod Ursinus in Notis ex vett. codd., in Emendationibus ex suo libro rettulerat. Lipsium secuti sunt Scal. Graev. Dav. et Cl., quamquam Cl. et ante eum Di. Vossius id minus bonum esse senserant. Cur enim quae *perterritae* dictae sunt, iterum *timore* discessisse dicantur? Sed tamen error non est unius cod. Urs., ut Oud. putabat, sed praeter S., in quo *una* et *timore* pro var. lect. posita sunt, Vind. A. Hav. A. Par. B. (Achaintrius enim *Parisienses* simpliciter memorans falsus videtur) idem exhibent. Illud ambiguum est, utrum *timore* factum sit postquam *uno* corruptum esset in *una*, an utrumque simul mutandi libidine invectum. Ceterum *visae* om. cod. Braut. Lb. Hamb.

a o

superiora loca] *superiore loca* Bong. A. *superiore loco* Bong. B. Id non linguae, sed Caesaris usui repugnat, qui octies praeter h. l. *abdere se* vel *aliquid* cum accusativo posuit. Neque singularis placet et significatio alia est.

neos existimabat quisque eorum intelligendus est, qui omnino familiam habebant. *commodum* autem et lucrum significat et commoditatem, ut partim a mercatoribus, cuiusmodi Romana castra sequentes 6, 37 videmus, partim ab hominibus locupletioribus et commodius navigaturis factas existimare liceat. Etiam in bello civili Caesaris classi adiunctae erant naves privatae, quae privato consilio administrabantur. V. Civ. 3, 14.

amplius octingentae] Auget numerum Athenaeus l. 6 p. 273 B. Larensium Romanum haec dicentem faciens: *Ἰούλιος δὲ Καῖσαρ, ὁ πρῶτος πάντων ἀνθρώπων περαιωθεὶς ἐπὶ τὰς Βρεττανίδας νήσους μετὰ χιλίων σκαφῶν, τρεῖς οἰκέτας τοὺς πάντας συνεπήγετο, ὡς Κόττας ἱστορεῖ, ὁ τότε ὑποστρατηγῶν αὐτῷ, ἐν τῷ περὶ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας συγγράμματι, ὃ τῇ πατρίῳ ἡμῶν γέγραπται φωνῇ.* Cottam, legatum Caesaris, libro de re publica Romanorum edito aliquid de hac expeditione memoriae prodidisse vix credi potest, cum ipse ea occupatus fuisse videatur (a prima enim afuisse 4, 22 est demonstratus) et paulo post reditum in Galliam occisus sit (infra c. 37). Ex illo igitur libro id, quod Athenaeus eius auctoritate tradit, non amplius tres Caesarem servos secum duxisse, petitum et ad primam expeditionem, in qua inopia navium laboratum est, referendum, alterum de mille navibus aliunde ductum et de secunda supra veritatem relatum ab Athenaeo perperam cum prima communicatum videtur. Ceterum Cottae librum alibi memoratum non inveni.

9. Caesar exposito exercitu et loco castris idoneo capto, ubi ex captivis cognovit, quo in loco hostium copiae consedissent, cohortibus decem ad mare relictis et equitibus trecentis, qui praesidio navibus essent, de tertia vigilia ad hostes contendit eo minus veritus navibus, quod in litore molli atque aperto deligatas ad

Cap. 9. §. 1. decem] Bong. A. Vrat. AC. Goth. B. Hamb. Vind. DF. cum edd. ante Ald. nep. quo auctore *x* editum est, quod in Fabr. ex uno Gott. affertur.
trecentis] iidem mei, qui *decem*, et praeterea Dr. B. Vrat. B. Goth. A. Vind. E. *ccc*[tis] Vind. A. *ccc* Dr. A. Ald. b. et sqq.
tertia] Boug. A et omnes a me visi, non *III*, quod inde ab Aldo nep. obtiuuit.

Cap. 9. §. 1. ex captivis] iisdem, opinor, qui c. 8 §. 4 significati sunt, quos Caesar statim postquam exercitum exposuit, excipi iusserit vel ipse cum parte eorum ad regionem cognoscendam profectus exceperit.

cohortibus decem] non una integra legione, ut videtur, sed binis ex singulis legionibus detractis cohortibus.

et equitibus trecentis] Horum verborum collocatio et quod equites tantum praesidio navibus esse dicuntur, eodem videtur pertinere. Cohortes in castris ad mare et haud procul ab eo positis (nam posita esse licet disertis verbis demonstratum non sit, tamen cum per se, tum ex eo intelligitur, quod locum castris idoneum captum esse dictum est) relinquebantur, equites in ipso litore excubias acturi erant.

de tertia vigilia] In hac dictione quamquam de toto vigiliae tempore trium horarum cogitari potest, tamen quemadmodum nos, cum dicimus nach Mitternacht, non nisi primam post mediam noctem horam dicere solemus, ita Latini de tempore initam vigiliam proxime excipiente videntur cogitasse. De Caesare fidem facit locus Civ. 1, 64: *tantum fuit in militibus studii, ut — eos, qui de tertia vigilia exissent, ante horam diei nonam consequerentur.* quo loco certam partem vigiliae eamque proximam initio a scriptore significatam ideoque non *tertia vigilia*, quemadmodum in toto spatio solet, sed *de t. v.* positum esse probabile videtur. Cf. *de tertia v.* 1, 12 §. 2. 21 §. 2. Civ. 1, 63 §. 3. 2, 30 §. 3. 35 §. 7. *de quarta v.* 1, 21 §. 3. 40 §. 14. 41 §. 4. Civ. 3, 75 §. 2. 77 §. 1. et sine praepositione *prima v.* 7, 83 §. 7. *secunda v.* 2, 11 §. 1. 7, 71 §. 5. *tertia v.* 2, 33 §. 2. 7, 58 §. 2. *quarta v.* Civ. 2, 39 §. 1. quibus omnibus locis numeri nomen praecedit, quod reliquorum Commentariorum auctores non observant; ex quibus unus praeterea hoc proprium habet, quod *de tertia v.* dixit pro *a tertia*, von der dritten Nachtwache an, Hisp. 28 §. 1.

veritus navibus] Per se non reprehendenda, sed tamen insolens est haec *vereri* verbi a verbis *timere* et *metuere* petita cum dativo constructio, cuius exemplum a Davisio ex Cic. Acad. 2, 45 (§. 138) allatum *Vos autem mihi veremini, ne labar ad opinionem* ne ipsum quidem propter ea, quae sequuntur, offensione caret.

In litore molli atque aperto] Praepositio tam prope litus constitutas naves significat, ut in

ancoram relinquebat, et praesidio navibus Quintum
2 Atrium praefecit. Ipse noctu progressus milia pas-
3 suum circiter XII. hostium copias conspicatus est. Illi
equitatu atque essedis ad flumen progressi ex loco su-

ancoram] Ab Aldo usque ad Ood. erat *anchoras*. Ood. secundum „MSS. plurimos et meliores" singularem restituit, quem exhibent Gott. Voss. A. Egm. Lov. Fabr. et meorum plurimi cum edd. ante Ald. Pluralem habent Dr. A. Vind. A. Hav. A. Alterum Lippertus non male comparat cum vernaculo vor Anker. Atque idem legitur Civ. 3, 102: (Pompeius) *ad ancoram una nocte constitit*. Alex. 20: *expeditas ad ancoram naves*. De c et *ch* dictum est ad 3, 13 §. 5. H. I. Boug. A. Goth. AB. Hamb. Vind. F. Hav. A. et sec. Fabr. Voss. A. *c* tenent.

Quintum] „Boug. AB. et infra sicut et in Gott." Fabr. Vrat. AB. Vind. BCEI. *Quin*. Frell. *Qu*. Turr. *Q*. reliqui. — Pro *Atrium* Dr. A. et ex coni. P. Man. *Atium*, Ort. sec. Fabr. *Attium*, Duk. Voss. B. Vind. C. *Titurium* habent.

§. 2. XII] *duodecim* Egm. sec. Fabr. Vrat. A. Hamb. Vind. D.

ipso collocatae viderentur, ideoque 4, 23 §. 6 in verbis *aperto ac plano litore naves constituit* recte omissa est, ut ibi ostendi. — *molle* idem esse, quod leniter acclive, inprimis apto exemplo demonstravit Heldius, 7, 46 *ad molliendum clivum* non aliter dictum docens; sed quod insuper addit (eine Küste) welche nicht schroffe Felsenwände dem Meere zukehrt, saxorum mentionem praeter necessitatem facit. Etiam terrenum litus praeruptum *durum*, leniter autem acclive quamvis durissimo silice constans *molle* dici poterat. Mollities enim haec metaphorice dicitur, non proprie, quod ex loco l. 7 apparet, ubi clivum per ambages seu amfractus molliri audimus. — *apertum* litus est nullis impedimentis praeclusum a terra aditum ad naves habens, cuiusmodi sunt rupes, saxa in litore iacentia, silvae; ut, si tempestas saevire coepisset, facilius succurri navibus posset. Heldius interpretatur eine Küste, zu welcher der Zugang nicht durch Klippen verschlossen ist. Sed de scopulis, qui quidem mare infestent, sermo esse nequit.

et praesidio navibus Quintum Atrium praefecit.] In his *navibus* pendet ex *praesidio*, quemadmodum hoc ex *praefecit*. — *Q. Atrium* alibi commemoratum non vidi, sed *P. Atrius* eques Romanus est Pompeianos Afr. 68, et in inscriptionibus Atrii aliquot exstant. Hic videtur praefectus equitum fuisse. Quod autem Caesar ad hostes contendisse *et* Q. Atrium praefecisse dicitur, si *contendit* idem est, quod *profectus est*, hysteron proteron habemus simile illi, de quo in adn. cr. ad 2, 11 §. 3 dixi; sed nihil obstat, quo minus illo verbo inceptam necdum absolutam actionem significari statuamus.

§. 3. essedis] Cf. adn. ad 4, 24 §. 1.

ad flumen] Id flumen Mannertus in Geogr. 2, 2 p. 43 non aliud esse potuisse dicit, nisi quod hodie vocetur *Stour*, quod per Canterboriae fines a mari fere ubique tria miliaria geographica distans feratur et apud insulam *Thanet* in mare influat.

ex loco superiore] Cf. adn. ad 1, 26 §. 3.

periore nostros prohibere et proelium committere coeperunt.
Repulsi ab equitatu se in silvas abdiderunt 4
locum nacti egregie et natura et opere munitum, quem domestici belli, ut videbatur, causa iam ante praeparaverant; nam crebris arboribus succisis omnes introitus erant praeclusi.
Ipsi ex silvis rari propugnabant 5
nostrosque intra munitiones ingredi prohibebant.
At 6
milites legionis septimae testudine facta et aggere ad munitiones adiecto locum ceperunt eosque ex silvis expulerunt paucis vulneribus acceptis.
Sed eos fugien- 7
tes longius Caesar prosequi vetuit, et quod loci natu-

§. 4. nacti] *nancti* Voss. A. sec. Oud. Cf. adn. ad 4, 36 §. 3. et Struvius de decl. et coni. p. 207 sq.

videbatur] *videbantur* „MSS. 5. et Ed. Inc.“ Gott. Voss. A. Egm. Fabr. Gu. Vrat. A et a m. pr. B et Goth. A. idque Dübnerus secundum meliores codices, ut ait, recepit. Sed a codicibus, etiamsi Par. A. pluralem habeat, baud dubie firmior est singularis. Neque per se probabilis videtur pluralis. Nam ipsi quidem Britanni nullam tum eiusmodi speciem praebebant, ut videri possent domestici belli potius quam ulla alia causa illum locum iam ante praeparasse.

causa] ante *ut videbatur* ponit Vind. A. *iam* Goth. A a m. pr. *cura* Hamb.

§. 6. septimae] Bong. A. Vrat. AB. Goth. A. Hamb. Gu. Vind. DF. Ald. Gr. ab. St. P. Man. Frell. Turr. *VII* reliqui.

et proelium committere] postquam a fluminis transitu prohibere non potuerunt.

§. 4. domestici belli, ut videbatur, causa] Domesticum bellum dicit ab interno hoste illatum, non civile, sed inter eiusdem terrae civitates gestum. Cf. c. 11 §. 7. Itaque munitio illa Caesari non contra Romanos, sed contra Britannos, neque tum primum, sed iam ante praeparata videbatur. Scilicet nullam oppugnationis Romanorum rationem habitam videbat, et similem in Nerviis viderat (2, 17 §. 4) item adversus finitimorum incursiones factam. Ad dictionem cf. Civ. 3, 71: *omnes* (captivos) *productos ostentationis, ut videbatur, causa — interficit*. ib. 57 §. 5. 85 §. 1. Civ. 1, 75 §. 1. De munitione ipsa ad c. 21 §. 3 dicetur quod etiam huc pertineat.

§. 5. Ipsi ex silvis rari propugnabant] Ut §. 2 *ipse* ratione proxime praecedentium habita dictum est, ita hic *ipsi*, quo opponuntur loco, in quo erant — *ex* locum significat, ex quo tela defendendi gratia mittebantur, non quo ex silvis prodirent. Cf. 7, 86: *ex turribus propugnantes*. Etiam *pugnare ex corporibus* dicuntur 2, 27 §. 2 qui stantes in iis pugnant.

§. 6. legionis septimae] Cf. 4, 32 §. 1.

testudine facta] Cf. 2, 6 §. 2. Silvarum locus editus erat.

adiecto] i. e. iacto, non addito, quae usitatior verbi significatio est.

locum ceperunt] Cf. 3, 23 §. 6.

§. 7. prosequi] *Prosequitur* proprie is, qui sequendo procedit, quae actio animi indicium nullum habet et ab amico pariter

ram ignorabat, et quod magna parte diei consumpta munitioni castrorum tempus relinqui volebat.

10. Postridie eius diei mane tripertito milites equitesque in expeditionem misit, ut eos, qui fugerant, per-
2 sequerentur. His aliquantum itineris progressis, cum iam extremi essent in prospectu, equites a Quinto Atrio

Cap. 10. §. 1. tripertito] Ita Bong. A et sec. Fabr. B. Voss. A. Gott. a m. s. (Fabr.) Dr. B. Vrat. ABC. Vind. AC. Hamb. Reliqui cnm editis *tripartito*. Cf. adn. cr. ad 1, 25 §. 6 et infra c. 32 §. 1.

milites] *milite* Bong. A. Voss. A. et *milites* cum puncto snb *s* Goth. A.

§. 2. prospectu] *prospectum* Goth. B. Pal. *conspectum* Vrat. B. *conspectu* Ox. et „alius." Dr. A. Aldinae, Gr. ab. St. Vasc. Frell. Turr. Id et magis usitatum est et aptam significationem habet. Sed non minus aptum est *prospectu*, et simul eos, qui in conspectu essent, procul et ex intervallo conspectos esse indicat. Cf. 2, 22 §. 1, ubi *sepibus densissimis interiectis prospectus impediri* dicitur, et 7, 81: *prospectu tenebris adempto.* Afr. 62: *cum classe se longius a prospectu removit*, ubi dno ex meis *conspectu* habent.

a Quinto Atrio] Pro his Vind. A. habet *a portu* idque posteriori scriptione iniectum, cum prima vacuum spatium reliquisset, atque ab inimico proficisci potest; quare et laudibus et *contumeliosis vocibus* (Civ. 1, 69 §. 1) *prosequi* dicitur. Simul adiuncta est comitandi notio ex spatii notione, quod procedendo deinceps emetimur, accedens, cum in simplici *sequi* loci posterioris significatio praevaleat. Iam ad fugientes translata dictione eadem illa spatii emetiendi notio obtinet, ideoque addi solet aliquid ad eandem pertinens, ut *longius* h. l. et infra 52 §. 1 et 5, 26 §. 5. et *multa milia passuum* 2, 11 §. 4. Denique processus, quem praepositio significat, fere non incipientem, sed continuatam indicat actionem porro eundi. Itaque fugientem hostem *prosequi* dicitur is, qui in fugam versum sequi incepit, et haec continuata actio sequendi est *prosequi*.

Cap. 10. §. 1. milites equitesque] Minus recte Metaphrastes *τό τε πεζικὸν ἅμα καὶ τὸ ἱππικόν*, quam Vollmerus nostras omisso articulo Krieger und Reiter, interpretatus videtur. Nam si omnes misit, ipse solus in castris remansit; quod credibile non est. Cum *tripertito* eos misisse dicatur, tres legiones vel triginta cohortes cum tribus equitum agminibus misisse, ipsum cum reliquis interim remansisse in castris, donec certior fieret, ubi hostes essent, credere licet.

in expeditionem] Id minus bene interpretatus est Vollmerus auf die Unternehmung, daß sie die, welche geflohen waren, verfolgten. *expeditio* enim iter est adversus hostem a militibus expeditis suscipiendum. Cf. 8, 8: *deinde omnium impedimentorum agmen, quod tamen erat mediocre, ut in expeditionibus esse consuevit, cogeret* XI. (legio) Quid autem esset, quod in hac expeditione fieri vellet, sequentia verba demonstrant, in quibus *ut*, quemadmodum c. 8 §. 1, significat mit dem Befehle, daß.

§. 2. cum iam extremi essent in prospectu] Haec, si Caesar

ad Caesarem venerunt, qui nuntiarent superiore nocte maxima coorta tempestate prope omnes naves adflictas atque in litore eiectas esse, quod neque ancorae funesque subsisterent, neque nautae gubernatoresque vim tempestatis pati possent; itaque ex eo concursu navium magnum esse incommodum acceptum.

fortasse quod scriba legere nomen non potuisset. Supplementum non optimum est. *a Titurio* (an *a Q. Titurio*) Leid. A. ac Titurium Sabinum sane Caesar secum habuisse in Britannia videtur. In praenomine omnibus litteris scribendo secutus sum fere eosdem, quos c. 9 §. 1, quem ad locum Oud. hic *Titurio* in Leid. A. et *Attio* in ed. Rom. legi testatur. In edd. a me collatis omnibus *Atrio* exstat, una P. Man. excepta, quae iterum habet *Atio*. In codice Petrarchae Hist 13, 3, quo usus est interpres Italus, *Attio* vel *Accio* videtur fuisse; vertit enim *per Quinto Accio*. In Vrat. B a m. pr. erat *Atraio*.

adflictas] Voss. A. Egm. Vrat. A. (Boug. A.) non *affl.* (*afflicta* Veu. e.)

maxima] *maxuma* cum *i* super *u* Bong. A. Pl.

litore] Ex ablativo factum ab Aldo accusativum, quem exhibent codices And. Ox. S. Cu. Leid. A. Hav. A. Par. B. Viud. A., tenuerunt editores usque ad Lipsium, qui ex primis edd. et Faërni codice, codice Stephani et Brantii codice restituit ablativum, quem reliqui codices tuentur. Eundem tenuit Oud. sed minus aptis exempiis firmavit. Aptiora quaedam Handius Turs. 3, 295 habet, ut Ovid. Met. 13, 536: *Adspicit eiectum Polydori in litore corpus*, et Tac. Ann. 1, 22: *responde, Bluese, ubi cadaver abieceris.* Scilicet *in litus eiectae* dici poterant naves, etiamsi deinde in mare relatae essent: *in litore eiectae* etiam tum erant in litore, idque equites nuntiabant. Itaque *litus* a Caesare positum non videtur.

tempestatis pati] Hunc verborum ordinem codices a me visi

nondum e castris egressus erat, ita intelligere debemus, ut ei hoc ipsum iam nuntiatum fuisse statuamus illo tempore, quo equites a Q. Atrio venerunt. Sed in castra ad eum venisse equites non dicuntur, et in sequentibus sunt quae ipsum quoque e castris egressum in itinere ad hostes fuisse persuadeant. Itaque potius egressum suum silentio praetermisisse, ceterum certior factus, qua in parte hostes essent, ad eos profectus ipse etiam extremos eorum prospexisse atque eo ipso tempore nuntios litterasque ab Atrio accepisse statuatur.

adflictas] h. e. laesas. Cf. adn. ad 3, 12 §. 1.

subsisterent] Quemadmodum homines subsistere dicuntur cum pedem non proferunt, sed aliquo in loco defigunt (e. c. 1, 15 §. 3), ita h. l. ancorae et funes locum suum firmiter tenentes nec revelli se patientes: Anker und Taue stehen fest und halten. De imperfecto recte docuit Heidius ex equitum oratione id esse repetitum. Cf. 1, 40 §. 5 *sublevarent*. In recta autem equitum oratione imperfectum significabat id, quod tempestate saeviente fiebat, nihil praeterea.

vim tempestatis pati] Id fieri dicitur tum, cum vi tempestatis non impediuntur, quo minus vel cursum teneant, si sunt in itine-

11. His rebus cognitis Caesar legiones equitatumque revocari atque in itinere resistere iubet, ipse ad naves revertitur: eadem fere, quae ex nuntiis litterisque cognoverat, coram perspicit, sic, ut amissis circiter XL. navibus reliquae tamen refici posse magno

omnes et Vind. CDEFI. Gu. cum edd. ante Oud. omnibus exhibent: Oud. tacite invertit inversumque in 2. tenuit, a qua discrepantem notare Bong. A. neglexit Pi.

Cap. 11. §. 1. revocari] *revocare* Boug. A.

in itinere resistere] Ita cum plerisque codd. Par. A. et ed. inc. *in it. consistere* Pal. Vind. D. Goth. B. cod. Turr. edd. ante Ald. *in it. sistere* Dr. A. Vind. B. *itinere resistere* Pet. *itinere desistere* Ursini cod. vetustissimus (Vat. B.) And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. praeter unum Lipsium, qui plurimorum codd. scripturam praetulit, quam Hotomannus verissimam esse paucis post versibus cognitum iri dixerat. Ibi equidem nihil video, quod hanc lectionem praestare alteri demonstret, sed bonam esse et ipse censeo et alteri praeferendam propterea, quod ostendit, quid facere Caesar revocatos iusserit, cum altera nihil significet nisi quod non facere eos voluerit. Nam *itinere desistere* est non amplius iter facere. Hoc vero ut iis imperaret, opus non erat ut revocari eos iuberet: magis attinebat ostendere, quo in loco manere revocatos vellet, idque ostenditur, si *in itinere resistere* iubentur, h. e. in itineris ad hostes loco eo, in quem revocati venerant, remanere. Qui locus ubi fuisse videatur, ex iis, quae ad superioris cap. §. 2 dicta sunt, colligi potest. Nam eundem fuisse consentaneum est, in quo Caesar litteras Atrii acceperat, quibus acceptis et ipse in itinere ad hostes suscepto restiterit et revocatos milites equitesque ibidem resistere iusserit. Si vero in castris haec omnia locum habuerunt, sane revocati ad Caesarem, h. e. in castra, *in itinere resistere* iuberi non potuerunt, atque haec causa mutandae scripturae esse potuit; nisi forte per errorem omissa praepositione vitiosae, quam cod. Pet. praebet, lectioni ita medendum auctor Aldinae lectionis putavit. Ad dictionem quidem reprehendi haec non potest, et vix opus erat exemplis, quae Oud. contulit. Sed non minus bona est nostra. Cf. 7, 35: *in occulto restitit.* Ceterum in Leid. A. maiore licentia scriptum est *Caesar equitatum revocari et legiones itinere desistere iubet.*

XL.] *LX* cod. Brant. Lov. *L* Pal. Bong. C. Leid. B. Duk. Dorv. Dr. B. Goth. B et a m. pr. A. Vrat. C. Vind. Cl. *L*[a] Vind. E.

re, vel si in statione sunt, eam ipsam retineant; id quod praeter ancoras et funes, quorum auxilium perierat, vel remigando vel velificando vel contis et perticis naves a terra repellendo effici potuisset, nisi vis tempestatis nimia fuisset.

Cap. 11. §. 1. perspicit, sic] Adverbium non perspiciendi rationem, sed rei perspectae naturam definit et incommodum tale acceptum demonstrat, ut etc. Itaque non ad *perspicit* solum, sed ad totum hoc *eadem — perspicit* referendum est *sic.* Cf. c.17 §. 2.

negotio viderentur. Itaque ex legionibus fabros deligit et ex continenti alios arcessi iubet; Labieno scri- 2

sexaginta Hamb. *quadraginta* Egm. Vrat. A. *quadringentis* m. Vasc. Quae varietas eo ducit, ut primitus scriptum fuisse videatur *XL.* quod in Fabr. ex Pet. Voss. A. Gott. allatum est.

§. 2. deligit] *deligi* And. Vind. A. Hav. A. *delegit* Leid. ABC. Gott. Voss. C et sec. Fabr. A. Goth. A a m. pr. Dr. A. Vrat. B. Hamb. inc. Oud. qui hoc ut perfectum praetulit et hanc temporum diversorum coniunctionem exemplis confirmavit, non reputans *delegit* praesens esse posse, ut in adn. crit. ad 3, 18 §. 1 ostendi. Atque haec ipsa ambiguitas facit, ut *deligit* praestet, cui etiam a codd. maior est auctoritas.

arcessi] „MSS. plerique et Edd. quaedam“ Boug. A. Gu. Vrat. B. Hav. A. inc. Ven. f. *arcersi* Voss. A. *accersi* Lov. Gott. Egm. Hamb. *arcersiri* Vind. A. *accersiri* Dr. AB. Vrat. C. Goth. B et a m. pr. A. (*arcesiri* a m. s.) Vind. BC. edd. ante Oud. praeter inc. Ven. f. omnes. *arcessiri* Bong. B. Leid. A. S. Cu. Duk. et „quattuor alii“ Vrat. A. Oud. cuius de codicibus testimonium tantum ad terminationem pertinet. In prima enim et secunda syllaba *r* et *s* ipse probans *c* et *r*, quae illorum loco vulgo legebantur, ubique cum illis commutavit et in codicum varietate referenda his quoque eam, quam probabat, scripturam tribuit, nullo consilio; quamquam scriptura ipsa secundum codices aestimantibus Caesari quoque probata videri debet, et per se probabilior est. Nam *incesso*, quod in comparationem vocant qui *accerso* tuentur, nusquam quod sciam *incerso* scribitur et haud dubie ab *incedo* ductum eiusque frequentativum est: *arcesso*, quod saue multis locis scribitur *accerso*, item frequentativum et potius ab *arcio* (quod licet compositum sit et idem, quod *accio*, tamen loquentibus simplex videri potuit) ut *capesso*, *facesso*, *lacesso* a *capio* etc., repetendum videtur, quam ab *accedo*, cuius sit causativum. Magis dubia quaestio est de coniugatione. Oud. in adn. ad 1, 31 §. 4 propterea, quod *arcessiri* et similia saepius in codd. inveniantur, alteram formam *arcessio* fuisse statuit: Drakenborchius in adn. ad Liv. 3, 45 §. 3 haec omnia errori accepta refert librariorum, qui formis in *ivi* et

§. 2. ex legionibus fabros deligit] Hinc intelligitur in legionibus certum genus hominum fuisse fabros, qui si nulli fuissent, hoc non potuisset ut novum quoddam illa necessitate effectum significari, cum ad quamvis rem levissimam a fabris perficiendam opus fuisset delectis ex legionibus fabris. Hic vero illi, qui erant singulis legionibus attributi fabri, non sufficiebant. Itaque praefectos quoque fabrum Caesari fuisse necesse est, quales in bello civili Pompeii nominantur Cn. Magius et C. Vibullius, Ciceronis Q. Lepta, Ap. Claudii alius Cic. Fam. 3, 8. qua de re cf. Manut. ad Fam. 2, 17 pag. 201. Iam ex Cic. pro Balbo c. 28 discimus Cornelium Balbum Caesari et praetori et consuli praefectum fabrum fuisse, eundemque Cicero ibidem a. 698, h. e. tertio belli Gallici, praefectum fabrum Caesaris appellat, Caesar ipse tamen nusquam commemorat.

Labieno scribit] Qui quomodo mandatum a Caesare exsecutus sit, c. 23 §. 4 ostenditur.

4 *

bit, ut quam plurimas posset, iis legionibus, quae
3 sunt apud eum, naves instituat. Ipse, etsi res erat

itum exeuntibus decepti fuerint. *lacessiri* duobus locis apud Columeliam exstat (v. Ramshorn. Gramm. p. 211) et ipsum *arcessiri* scriptor b. Afr. 12 §. 2 secundum codices posuisse iudicandus est, quamquam 8 §. 1 scripsit *arcessendum*. Apud Caesarem *arcessere* constans iectio est Civ. 3, 110 §. 5, in reiiquis locis codices nounihil discrepant, et Gall. 3, 9 §. 10 *arcessiunt* habet Leid. A. 3, 23 §. 3 et Civ. 1, 3 §. 3 *arcessiuntur* idem, 7, 33 §. 1 *accersiret* Vind. A. 2, 20 §. 1 *arcessiendi* Egm. 5, 58 §. 1 *arcessiendos* Leid. A. Vasc. 7, 6 §. 3 *arcessiret* Gott. Voss. C. Leid. C. Dr. A. Vrat. B. iuc. *arcerseret*, sup. *i*, Voss. A. et 1, 31 §. 4 *arcessirentur* Leid. AC. *accersirentur* Vrat. B. Bonn. Goth. B. *accersarentur* Vrat. C. Vind. E. et, ui fallor, duo iili, ex quibus Oud. *arcessarentur* affert. Secundum haec auctor recensionis, quam Leid. A. exhibet, quartae coniugationis formas intuiisse videtur, quem si quis uno loco nostro Caesaris manum primam seu Ephemerides secutum esse dicat, in consensu plerorumque eiusdem generis codicum non prorsus improbabile dicat, sed reiiquorum librorum ratione habita verisimilius fit singuiorum scribarum arbitrio omnem h. i. varietatem, quam fontium discrepantiae deberi. Apud Hirtium sine varietate, quod quidem ad nostram quaestionem pertineat, *arcessenda* legitur 8, 10 §. 4 et Alex. 34 §. 5, et *arcessendas* Alex. 51 §. 3. *arcessienda* unus Lov. habet Alex. 26 §. 1. *arcessiret* 8, 11 §. 1 secundum Oud. Pal. Dorv., *accersiret* Pal. sec. Fabr. et Dr. AB. Vrat. C. Goth. B. Hic igitur item semel quartae coniugationis formam admisisse videri potest, sed hunc quoque verisimilius est ubique tertiam esse secutum. iila autem, in quibus *i* est ante vocalem, ut *arcessiuntur*, eo faciiius explicari possunt, quod pro *arcessere* a nonnullis scribi solebat *arcescere*.

posset] *possit* S. Vind. A. Hav. A. St. qnod probatum ab Hotomanno Morus et Bipontini receperunt. Praesentis historici in consecutione temporum eadem, quae praeteriti, vis esse solet; neque si sequeretur *institueret*, quisquam, opinor, offendisset. Cf. supra c. 1 §. 1: *tegatis imperat — uti quam plurimas possent, hieme naves aedificandas — curarent*. 8, 11 §. 1: *litteras ad Trebonium mittit, ut quam celerrime posset, legionem — arcesseret*. (*possit* ibi est in Leid. A. Vrat. B. et edd. pp.) Sequitur autem *instituat*. Itaque *posset* nou solum narrationis causa, sed etiam ad rem incertam significandam positum videtur, quo sensu nos dicimus so viel er im Stande sein würde. in iitteris ipsis scriptum fuerit *quam plurimas poteris*. Eodem modo 7, 8 §. 3 legitur *equitibus imperat, ut quam latissime possent, vagentur et quam maximum hostibus terrorem inferant*, etsi *possint* ibi maiorem quam hic *possit* auctoritatem habet.

quac sunt apud eum] *q. s. a. cum* Dr. A. *a. e. q. s.* Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. F. et sec. Fabr. Boug. C. Pal. *a. e. q. esset* Hamb. qui deinde *instruat* pro *instituat* habet. *οἷς εἶχε τάγμασιν* Met. *ut legiones sibi commissas extruendis classibus*

nultae operae ac laboris, tamen commodissimum esse tatuit omnes naves subduci et cum castris una munitione coniungi. In his rebus circiter dies x. consumit, 4
ıe nocturnis quidem temporibus ad laborem militum ntermissis. Subductis navibus castrisque egregie mu- 5
iitis easdem copias, quas ante, praesidio navibus re-

exerceret Petr. Hist. 13, 4. *q. sint a. e.* Morus et Bipontini, ad quorum exemplum collati Vind. C. discrepantiam is, qui contulit, nullam notavit. *sunt* demonstrat legiones illas esse apud Labienum ita, ut erant tum, cum Caesar in Britanniam proficiscebatur, et alio velut ad frumenta comportanda aut aliquid, quo facto opus visum esset Labieno, agendum missas negat, non quo Caesar eas apud Labienum esse sciret, sed quod esse eas apud eum vellet. *sint* eodem sensu poni poterat, sed tamen admittebat aliquid dubitationis, quemadmodum Germanice si dicas die Legionen, die etwa bei ihm seien. Cf. 7, 78: *constituunt, ut qui valetudine aut aetate inutiles sunt bello, oppido excedant,* ubi *sint*, quod est in Hav. A. Vind. A., rem posset incertam reddere et tantum significare illos constituisse, ut si qui essent inutiles, ii excederent.

§. 4. ad laborem] *a labore* Bong. B.

§. 5. quas ante, praesidio navibus reliquit] Hanc priorum editionum lectionem (ante Ven. f. tamen non *ante*, sed *antea* erat) Aldus primum ita mutavit: *quae ante a praesidio navibus fuerant, reliquit*, deinde in Corrigendis *quae antea p. n. f. r.* scribi iussit, idque a Gr. a. mutato verbi praeterito in praesens *relinquit* obtinuit usque ad Lipsium, qui Hotomanni iudicium secutus *quas ante, praesidio navibus relinquit* scripsit, in qua scriptura sequentes editores acquieverunt, nisi quod Oud. dedit *reliquit.* Quod Aldus in Corr. posuit, id exstat in Cu. S. Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. cum hac discrepantia, ut alii (Vind.

§. 4. ne nocturnis quidem temporibus] h. e. nullis noctium partibus. *Nocturna* enim *tempora* sunt partes noctium. Cf. 7, 16 §. 2: *in singula diei tempora.* Ib. §. 8: *incertis temporibus.* Sic continuatus per totas noctes labor magis in conspicuo positus est, quam si dictum esset *ne noctibus quidem.* Eadem ratio intercedit inter nostra alle Tages-Jahreszeiten hindurch et den ganzen Tag, das ganze Jahr.

ad laborem militum intermissis] Praepositionis significatio h. l. eadem est, quae c. 1 §. 2, et sensus verborum hic: quod ad laborem militum attinet, ne nocturna quidem tempora tamquam intervalla quae illum dirimerent, quo minus continuus et perpetuus esset, intermittebantur seu interiiciebantur. Eodem modo c. 40 §. 5: *nulla pars nocturni temporis ad laborem intermittitur.* Iam vero sic intermissum tempus liberum et vacuum a labore esse necesse est. Itaque non solum *ad laborem*, sed etiam *a labore* intermissum dici poterat; et ita Civ. 1, 32 §. 1 scriptum est *ut reliquum tempus a labore intermitteretur*, et 7, 24 §. 2 *ne quod omnino tempus ab opere intermitteretur*; in quibus *intermittere* deposita interiiciendi significatione idem videtur esse, quod liberum seu vacuum relinquere.

6 liquit: ipse eodem, unde redierat, proficiscitur. Eo cum venisset, maiores iam undique in eum locum copiae Britannorum convenerant, summa imperii bellique

A.) *antea*, alii (Hav. A.) *ante*, et alii (S. Ox. Hav.) *relinquit* Vind. *relinquid*, alii *reliquit* habeant. In reliquis legitur id, quod Oud. exhibuit, sed in Hamb. desunt *praesidio navibus*, in Vind. F. *navibus praesidio*, in Vrat. C. *reliquerat*, in Dr. B. *reliquid* scriptum est. Aldina lectio eo orta esse potest, quod, cum errore *quae* scriptum esset pro *quas*, interpolaretur *fuerant;* sed sententiam nonnihil diversam habet et talem, ut a vero non abhorreat eam in Ephemeridibus a Caesare primum positam, deinde in Commentario cum altera esse commutatam. Primum easdem copias relictas dixerat, *quae ante praesidio navibus fuissent*. Quod cum de cohortibus decem et equitibus trecentis c. 9 §. 1 commemoratis dictum esset, de equitibus solis dictum videri poterat, quippe quos nominatim praesidio navibus esse ibidem demonstrasset. Itaque deinde maluit easdem copias, *quas ante* non navibus praesidio, sed omnino et partim in castris, partim apud ipsas naves reliquisset, *praesidio navibus*, h. e. in castris iam etiam naves continentibus, relictas dicere. Etiam *relinquit* et *reliquit* ad diversam Ephemeridum et Commentarii scriptionem referri possunt, cum illud ad tempus rei praesens, hoc ad posterius magis accommodatum sit. Cf. adn. crit. ad c. 2 §. 4. Quod relativo in Aldina lectione suum verbum attributum, in altera ex sequentibus petendum est, utrumque Caesari usitatum. Sic c. 41 §. 2: *facta potestate eadem*,

§. 5. ipse eodem, unde redierat, proficiscitur] Hoc pronomine iam tertium in paucis versibus utitur semet facientem aliquid opponens sibi iubenti seu alios ut faciant efficienti, quae fortasse negligentia est festinantis. Locus autem, quem petebat, idem est, ex quo supra §. 1 revertisse ad naves dicitur, quae ipsa reversio indicatur verbo *redierat*, quamquam *reditus* proprie eius est, qui mansurus est in loco, ad quem rediit, eius vero, qui recedit, *reversio*. Ex sequentibus autem apparet illum locum, unde redierat, non castra fuisse. Nam in eum locum copiae Britannorum dicuntur convenisse, et c. 15 §. 2 alia in eo loco castra munienda fuisse videmus. Quo magis confirmatur interpretatio nostra verborum c. 10 §. 1 *cum iam extremi essent in prospectu* et supra §. 1 *in itinere resistere*.

§. 6. convenerant] Post *eo cum venisset* exspectabatur tempus historicum, non plusquamperfectum, quod minus convenire huic loco videtur, quam 1, 12 §. 5: *hic pagus unus, cum domo exisset, patrum nostrorum memoria L. Cassium consulem interfecerat et eius exercitum sub iugum miserat.* Illi enim primum exierant domo, deinde consulem interfecerant, videlicet tempore rei scriptae; hic vero non Caesar primum illuc venerat, deinde copiae Britannorum convenerant, sed eo tempore, quo Caesar venit, iam convenerant, et Caesar cum venisset, illos convenisse vidit. Atque hoc ipsum significat *convenerant*.

summa — permissa] Hi sunt ablativi absoluti, demonstrantes quod factum iam erat antequam convenirent.

administrandi communi consilio permissa Casivellauno, cuius fines a maritimis civitatibus flumen dividit, quod appellatur Tamesis, a mari circiter milia passuum LXXX. Huic superiore tempore cum reliquis civitati- 7
bus continentia bella intercesserant; sed nostro adventu permoti Britanni hunc toti bello imperioque praefecerant.

12. Britanniae pars interior ab iis incolitur, quos

quae Ambiorix cum Titurio egerat, *commemorant*. et c. 40 §. 4: *ab nostris eadem ratione*, *qua pridie*, *resistitur*. item 1, 31 §. 1 et 12 §. 7. et saepius. Neque dictionum *praesidio navibus esse* et *relinquere* ratio tam diversa est, ut verisimile sit hanc a librariis propterea, quod eam non caperent, in illam esse mutatam; qua opinione ductus Oud. eos codices, quos alibi sequi amat, h. l. deseruit et suam eis adnotationem ad 1, 51 obiecit, quo loco dubiam scripturam exemplis tuetur eius, quae magis recondita sit, dictionis.

§. 6. Casivellauno] *Cassivellauno* editi omnes, a quibus discrepantes codicum scripturas Oud. nullas nisi has adnotavit: „*Casibellano* vel *Casivellano* MSS. qdd.“ In meis et haec et in penultima etiam *an* pro *au* et alia aliter scripta inveniuntur, item reliquis in locis, qui octo sunt, quibus omnibus comparatis tres tantum codices constantes sibi deprehendi, Vind. A. et sec. Fabr. Lov. ab Heinsio collatum, quibus *Casivellaunus*, et Goth. A. cui *Casivelanus* audit. Vulgatam quinque locis Boug. A. sec. Pi. totidem Vrat A. semel Voss. A. sec. Fabr. habet. In Par. A. nunc *Cassuvellaunus*, nunc *Casivellaunus* exstare traditur. Secundum haec *Casivellaunus* scribendum putavi, quod quinquies est in Egm. quater in Boug. A. Voss. A. ter in Vrat. A. Orosii codices 6, 9 *Cass.* tueri videntur, sed antiquissimus habet *Cassovellaunus*. Apud Polyaenum 8, 23 §. 5 est *Κασόλαυλον* vel *Κασόλαυνον*, apud Dionem 40, 2 *καὶ σουέλλαν τὸν*, ex quibus unum nomen faciendum videtur, cuius tamen prima et penultima incertae sunt. De recentiorum opinionibus et commentis cf. Vollmeri adn. ad h. l. et Oberlini Mantissa p. 819.

Tamesis] V. adn. cr. ad c. 18 §. 1.

§. 7. permoti] *ἐκφοβηθέντες* Metaphr. *territi* Petrarcha: neuter imperite. Cf. 2, 12 §. 5: *magnitudine operum — et celeritate Romanorum permoti legatos ad Caesarem de deditione mittunt.* 4, 25 §. 2: *nam et navium figura et remorum motu et inusitato genere tormentorum permoti barbari constiterunt.* Omnino *per* in hoc verbo non finem significat, ad quem demonstrandum adhibetur *adducere*, sed vehementiam motus. Cf. 1, 3 §. 1: *his rebus adducti et auctoritate Orgetorigis permoti constituerunt* etc.

toti bello imperioque] Cf. adn. ad 2, 19 §. 1. Supra dixerat *summa imperii bellique administrandi*, a parte ad totum tamquam a minori ad maius ascendens.

Cap. 12. §. 1. interior] Cf. adn. crit. ad 2, 2 §. 1. — Quae his tribus capitibus continentur,

natos in insula ipsi memoria proditum dicunt, marituma pars ab iis, qui praedae ac belli inferendi causa ex Belgio

Cap. 12. §. 1. ipsi] *ipsa* Cn. S. Leid. A. Ox. ed. Scal. et sqq. quo posito nescias, homineane omnino, an Britanni iique omnes, an nonnulli proditum illud memoria dicant. *ipsi*, in quo reliqui libri, etiam Vrat. D. haec tria capita exhibens, et Viud. A. Hav. A. consentiunt, eos indicat, qui tum Britanniam interiorem incolebant, posteri illorum in insula natorum, quorum hanc originem divinam ab ipsis traditam memoria se accepisse dicebant. Similiter paulo post ii, qui ex Belgio transierant, cum posteris eorum permutantur, dum *appellari* dicuntur.

marituma] Bong. A. Lov. Oud. 2. *mari : tum* Voss. A. *maritum*, sup. *l' maior tamen*, Vrat. D. *maritum* Hamb *maritimi;* Egm. *maritimi*. Vrat. A. *maritima* rell. et edd. ante Oud. 2.

Belgio] *Belgio* R. N. Duk. Gott. Voss. C. Vr. B. Goth. A. Hamb. Med. a. Ven. bcde. Cl. Oud. *Belgio*, quae reliquorum omnium lectio est, Cluverus Germ. 2, 2 p. 8 improbabat propterea, quod eo nomine proprie partem quandam Belgarum appellari statuebat, quam incolerent Bellovaci, non universam regionem a Belgis habitatam, quam h. l. significari probabile esset. Ac Belgium artioribus finibus circumscriptum Caesari quoque cognitum fuisse infra c. 25 §. 4 apparet, quo loco pro regula adhibito etiam hic Belgium non partem illam tertiam totius Galliae, sed eius partis civitates nonnullas interpretari licet; quo minus enim ad unam Bellovacorum vel aliam quampiam referatur, sequentia *quibus orti ex civitatibus* obstant. Atque ita Ukertus Gall. p. 380 et ipse propter codices et propter Ptolemaei locum quendam *Belgio* probans Bellovacos, Atrebates et Ambianos eo nomine compreheusos statuit. Sed tamen c. 25 dubitari de artiori nominis significatione nequit propter ea, quae c. 24 § 2 et 3 dicta sunt; hoc vero loco nihil est quod admonea Caesar per decem illos dies (c. 11 §. 4) a bello vacuos in Ephemerides rettulisse et Casivellauni ibidem fortasse iam antea factam mentionem (certe quae c. 20 de Mandubratio traduntur, ea iam anno superiori Casivellaunum in Caesaris notitiam venisse demonstrant) in Commentario hoc demum loco propterea fecisse videtur, ut illa commodius adiici possent. Neque enim alia de causa in hoc potius, quam in superiori libro posita haec videntur, quam quod in Ephemeridibus essent hoc loco scripta; quamquam id non obstabat, quo minus quae necessaria essent, hinc petita alio transferret, quemadmodum ea, quae 4, 33 legimus.

natos in insula] αὐτόχθονας, divina stirpe prognatos, cum auctor gentis non aliunde immigrasset. Sic Galli quoque a Dite patre prognatos se praedicabant. Cf. 6, 18.

memoria] non scriptione, sed ore. Cf. Cic. Verr. 1, 18: *quod est proditum memoria ac litteris*, quod Zumptius p. 128 recte declarat *quod audivimus ac legimus.*

praedae ac belli inferendi] Simile hoc illi c. 11 §. 6: *summa imperii bellique administrandi.* Praedae enim cupiditas quasi pars est belli cupiditatis. Ad inaequalitatem membrorum orationis cf. 4, 14 §. 2: *neque consilii habendi neque arma capiendi.*

transierant, qui omnes fere iis nominibus civitatum appellantur, quibus orti ex civitatibus eo pervenerunt et bello inlato ibi permanserunt atque agros colere coepe-

nere de ea possit. Hic igitur, ut Samnium de universa Samnitium regione, ita Belgium de universa Belgarum Romano lectori dictum videri debebat. Nec aliter Hirtius 8, 46, 49 et 54 Belgium videtur appellasse. Atque etiam Belgas ipsos a Caesare videmus nunc omnes tertiae partis Galliae incolas, nunc Belgium proprie appellatum incolentes dictos. Nam 4, 38 §. 4 omnium legionum hiberna *in Belgis* constituta legens dubitare nemo potest, quin de universa Belgica cogitandum sit: contra c. 24 §. 2 et 3 tres legiones in Morinis, Nerviis, Remis, tres alias *in Belgis* collocatas audientes necessario fines eorum contrahere cogimur. Itaque h. l. *Belgio* restituere non dubitavi.

transierant] *transierunt* „MSS. et Edd. qdd." Goth. A a m. pr. Vind. AC. St. Gr. b. Freil. Plusquamperfectum referendum ad tempus illud, quo Britanniam incolere incipiebant, quod ipsum quando fieri coeptum sit, incertum relinquitur. Perfectum per se non ineptum est.

inlato] Voss. A. Egm. (Bong. A.) Vrat. A. Vind. A. non *ill.*

permanserunt] *remanserunt* Cu. S. Leid. A. Ox. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. quod Oudendorpio rectius videbatur, fortasse quod post permansionem minus recte aliud quid fecisse dicerentur, quam post remansionem. Etenim permanere dicitur, qui vel perpetuo vel usque ad certum tempus manet. Illi vero perpetuo manserunt ideoque post eam mansionem neque agros colere neque omnino quidquam facere potuerunt. Sed nihil obstat, quo minus quod verbis *agros colere coeperunt* demonstratur, id non post permansionem, sed eodem tempore factum putemus atque ad posteros illorum et ad horum agri culturam respiciamus, cuius id, quod primi illi fecerunt, initium fuerit. Nam *interiores plerique*, ut c. 14 §. 2 scriptum est, *frumenta non serunt;* neque in maritima parte ante adventum Belgarum agri

omnes fere iis nominibus] Cum Caesar *fere* postponere soleat nomini *omnes* (tantum infra c. 23 §. 4 est *reliquae fere omnes* et 6, 13 §. 5 *fere de omnibus controversiis*) itemque pronomini, ut 6, 18 §. 3 *hoc fere ab reliquis differunt* et 7, 23 §. 1 *muris autem omnibus Gallicis haec fere forma est*, etiam h. l. *fere* ad *omnes* potius, quam ad *iis* referendum est.

civitatum] Exspectabatur *quibus appellantur civitates.* Sed nomina, quibus civitates appellantur, sunt nomina civitatum. Itaque nominibus *civitatum* dixit et ad hanc dictionem sequentia adiecit sic, ut debebat, si pro *civitatum* dixisset *quibus appellantur civitates.* Ita factum est, ut relativum *quibus* alii iunctum sit nomini, quam cui iunctum est demonstrativum *iis*. Simile huic anacoluthon est 1, 18 §. 6: *quod proelium — eius fugae.* Cf. ibi dicta. Ceterum inter civitates Britanniae, quas Caesar c. 21 nominat, si tamen eae maritimae fuerunt, una *Cassorum* est, quae simile Belgis nomen habeat *Velocassibus* 2, 4 et *Bellocassis* 7, 75; sed a Ptolemaeo 2, 3 §. 26 et 28 *'Ατρεβάτιοι* et *Βέλγαι* in Britannis memorantur. Cf. Vollmeri adn. ad h. l.

2 runt. Hominum est infinita multitudo creberrimaque aedificia, fere Gallicis consimilia, pecorum magnus nu-

culti sunt, si Belgae colere eos coeperunt. Neque enim aoristi sunt *pervenerunt*, *permanserunt*, *coeperunt*, quibus narretur, quid illi fecerint, sed perfecta, quae ostendunt, quid per eos effectum sit. Ceterum *remanserunt*, si per codices liceret, ferri posset. Probabile enim est non omnes ad unum Belgas in Britannia mansisse, sed partem discessisse, id quod illo verbo significatum esse potest.

§. 2. pecorum magnus numerus] Pro *pecorum* vetustissimus Ursini codex, Cu. sec. Fabr. „fortasse Ox." Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. usque ad Oud. *pecoris*, pro *magnus numerus* autem Goth. B. Vind. D. et edd. ante Ven. f. *numerus magnus*, idem Ursini liber et sec. Oud. Cu. S. Leid. A. *ingens numerus*, Cu. Fabr. vero et Hav. A. Vind. A. *numerus ingens* habent. *pecoris magnum numerum* Caesar infra c. 21 §. 2 et 6. 6, 3 §. 2. 6 §. 1. 35 §. 6, *pecoris copiam* 7, 56 §. 5, *si quid pecoris* 7, 20 §. 10, praeterea *pecore* 4, 1 §. 8 et 7, 17 §. 3, *pecus* 3, 29 §. 2 et 7, 71 §. 7, pluralem vero *pecora* infra cap. 19 §. 1 et 6, 10 §. 2 posuit: *ingentem numerum* neque Caesar alibi dixisse videtur, neque alium qui dixerit novi, quamquam quod *magnum* dici potuit, idem *ingens* dici potuisse credibile est, et *ingentem magnitudinem corporum* 1, 39 §. 1, *ingentes silvas* supra c. 3 §. 4, *ingentes insulas* 4, 10 §. 4 legimus. Iam *pecoris* et *pecorum* facile a librariis confundi potuerunt et in nonnullis eorum, quos ostendi, locorum confusa sunt, *ingens* vero et *magnus* non item, sed horum aut prius mutandi libidine factum aut posterius ex glossemate illatum videri deberet, nisi propter codices magis verisimile esset Caesarem in Ephemeridibus *pecoris ingens numerus* vel *numerus ingens* scripsisse, inde ad marginem Commentarii *pecoris* et *ingens* adscripta in partem illam codicum venisse, cum Caesar vel ob insolentiam dictionis, quam primum negligentius posuisset, vel quod multitudinis significationem plurali vel greges vel varia genera significante iam satis auctam putaret, vel soni gratia *pecorum magnus* praetulisset. Neque mirum est, si in parte codicum *ingens* ante nomen, in alia parte post id positum est; sic enim accidere iis, quae ex margine recipiuntur, solet. Nisi forte codices illi in eo, quem Cu. Fabr. Hav. A. Vind. A. habent, verborum ordine consentiunt et Oud. atque Ursinus negligentiores fuerunt: *pecoris* certe Oud. ex Cu. Fabr. afferre neglexit.

§. 2. creberrimaque aedificia] De plurali dictum est ad c. 5 §. 3.

fere Gallicis consimilia] De adiectivi significatione v. adn. ad 2, 11 §. 1. Hic vero summa similitudo propter additum *fere* indicata non videtur. Cuiusmodi autem fuerint Gallica aedificia, Caesar non ostendit, nisi quod infra c. 43 *stramentis tecta* et 6, 30 *silva fere circumdata* dicit. Strabo autem l. 4 p. 58 Tz. ex asseribus et cratibus constructa, magna et rotunda, multo imposito tecto ostendit his verbis: *τοὺς δ' οἴκους ἐκ σανίδων καὶ γέῤῥων ἔχουσι μεγάλους, θολοειδεῖς, ὄροφον πολὺν ἐπιβάλλοντες.* Et Vitruvius 2, 1 §. 4 *ex scandulis robustis aut stramentis consti-*

merus. **Utuntur aut aere, aut nummo aereo, aut** 3

§. 3. Utuntur] *nituntur* Vrat. B. inc. sec. Elberl.

aut] Pro eo *autem* secundum Oud. in Pet. et sex aliis, sec. Fabr. in Pet. Boug. C., sec. Conll. in Pet. Boug. C. Pal., praeterea in duobus libris Sambuci, item in Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. F. legitur et ab Aldo in Corrig. positum usque ad Scal. obtinuit, qui *aut* restituit, quod reliqui codices plerique cum ed. inc. Ven. f. et Ald. ante corr. exhibent: in Vind. D. et edd. ante Ven. f. est *tamen*.

aere, aut nummo aereo] Ita codex Ursini vetustissimus, cod. Di. Vossii, Parisienses, Hav. A. Vind. A. cum parte codicum Oudendorpii, qui in „multis" *aere aut nummo aereo* vel *aureo* esse testatur. Et *aureo* pro *aereo* habent Boug. ABC. Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lbb. cod. Brant. Voss. Cl. Reg. N. Pal. (cum Pet. Boug. C.) Conll. Gu. Hamb. Dr. AB. (prior *here* pro *aere*, uterque *numero* pro *nummo*) Vrat. ABCD. Goth. AB. Vind. BCEF. inc. Ven. f. *aere ut nummo aureo* Vind. D. edd. ante Ven. f. *aere pro numo aureo* cod. Turr. margo Goth. B *minimo aere aut auro* cod. Steph sec. Hotom. *aere numo aereo* Ald. ante corr. *numo aureo* Vind. I. *numò aereo* Ald. corr. et sqq. usque ad Scal. et post Scal. Graev., quod Oud. ab uno et altero codice aliorum exhiberi dicens non certo testimonio cuinsquam, sed sua coniectura ductus videtur dixisse. *χαλκέῳ δὲ νομίσματι* Met. *aureo* Lov. ab Heinsio collatus sec. Fabr. *aereo* Scal. Dav. *aere* duo codd. Sambuci, Cn. Cl. Oud. Nummo aureo et praeterea nullo, id quod propter *aut—aut* statuendum esset, usam esse ullam Britanniae civitatem vix credibile est. Nam neque Caesar usquam aurum dicit in Britannia aut nasci aut importari, quemadmodum ferrum nasci, aes importari ostendit, et Cicero hac ipsa aetate Trebatio scribit Fam. 7, 7: *in Britannia nihil esse audio neque auri neque argenti*, idque ex Quinti fratris litteris, quas commemorat, cognitum habere potuit. His de causis *nummo aureo* probari nequit, quamquam Strabo et Tacitus aurum in Britannia inveniri tradunt. Proximum est *nummo aereo*, quod quam facile post *aere* et ante *pro nummo* corrumpi vel corruptum et emendandum videri potuerit, in promptu est; et tamen, si aes rude, non signatum, interpretamur, verba *pro nummo* autem tantum ad taleas referimus, ita ut in commercio seu pro pecunia ci-

tuta vocat. Deinque Iornandes de rebus Geticis initio: *Virgeas habitant casas, communia tecta cum pecore, silvaeque illis saepe sunt domus.* Cui non plane consentit Strabo de ipsorum Britannorum aedificiis haec tradens p. 67: *καὶ αὐτοὶ ἐνταῦθα* (in oppidis, de quibus eadem, quae Caesar infra c. 21 rettulit) *καλυβοποιοῦνται καὶ τὰ βοσκήματα κατασταθμεύουσιν οὐ πρὸς πολὺν χρόνον*. secundum quae stabula separata a casis videntur habuisse.

§. 3. Utuntur aut aere, aut—aut] h. e. ita ut qui una harum rerum utantur, ii altera tertiaque non utantur. Nam ea est *aut* particulae significatio, quam *partitivam* appellare licet. Cf. 6, 13 §. 2 de plebe Gallica: *plerique, cum aut aere alieno, aut magnitudine tributorum, aut iniuria potentiorum premuntur, sese in servitutem dicant nobilibus.* Civ. 2, 5: *facile erat prospicere, ut omnis iuventus — omnesque superioris aetatis cum*

taleis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo.

vitates Britanniae alias aere rudi, alias signato seu nummo aereo, alias nummi loco taleis quibusdam usas dici statuamus, probari facile potest. Neque enim aes, quo importato utebantur, ab aliis aliter ad commercium adhibitum esse mirum videbitur humanitatis differentiam reputantibus, quam scriptor c. 14 §. 1 inter singulas civitates intercessisse ostendit; neque si omnes artis cudendi aeris pariter rudes fuisse sumimus, etiam nummos aereos importatos statuere non licebit. Quodsi verum est, quod Achaintrius significat, etiam in Par. A. legi *aereo*, nihil dubitationis relinqui arbitror, quin Caesar ita scripserit: sin is *aureo* cum reliquis illius generis habet, quod secundum Dübneri adnotationem statuendum est, tamen inter omnes maxime probabilis lectio ea, quam exhibui, videtur.

taleis] Cu. Leid. A. S. Vind. A. Parisini sec. Achaintrium, lu. Dav. Oud. *aliis* Bong. AB. Pet. Voss. AB. Ox. Egm. cod. Di. Vossii, Vrat. A. Hav. A. et quantum ex Dübneri nota colligo, Par. A. *lanceis* alii eiusdem Di. Vossii. *laminis* Lips. sec. Faërnum, qui teste Ursino in Notis aut ita aut *lamellis*, secundum eundem Ursinum in Emend. *lancinis*, quod vitiosum videtur, legebat. *annulis* Reg. N. Voss. Ci. „recentiores codices" Confl. duo Sambuci (in quibus pro *aut* erat *vel*) cod. Brant Bong. C. Pal. Gott. Lbb. Vind. B(DE). m. Goth. B. Ven. bcdef. Ald. a. Gr. a. St. Turr. Graev. Ci. *anulis* Dr. AB. Vrat. BCD. Goth. AB. Vind. CF(I). edd. reli. ante Lips. *anullis* Hamb. *σιδηροῖς δακτυλίοις* Met. *aliis* factum esse ex *taleis* verisimilius est, quam ex *annulis*, et *taleae* 7, 73 §. 9 eodem modo corruptum in quibusdam est in *aliae*, quo loco propria significatione de lignis positum est: Pflöcke. In hoc acquiescendum neque coniectura utendum censeo, qua alii *talis*, alii *clavulis*, Faërnus, Ciacconius, Lipsius *laminis* scripserunt. Non inepte Lippertus, qui *taleis* probat, confert Graecum *ὀβολός*, quod originem ducat ab *ὀβελός*.

pro nummo] om. Aud. Ox. Hav. A. Vind. A. incertum, qua ratione. Aeque enim a Caesare in prima scriptione omitti, deinde perspicuitatis causa addi atque deleri ab aliquo, cui post illa *nummo aereo* supervacanea viderentur, potuerunt. *pro numero* Leid. C. inc. Elz. Lips. *pro nummis* Rom. a. Ber. *nummis* Med. a. Ven. bcde. Graev. *pro numo aureo* duo codd. Sambuci, quod

liberis atque uxoribus publicisque custodiis aut ex muro ad caelum manus tenderent, aut templa deorum inmortalium adirent. Ib. 41: *hi de sua salute desperantes — aut suam mortem miserabantur, aut parentes suos commendabant.*

ad certum pondus examinatis] Praepositio normam esse pondus certum significat, ut altitudinem luminis 4, 17 §. 3, altitudinem valli infra c. 42 §. 5, numerum imperatum c. 20 §. 4; neque aliud *ad* illud est, quo ad arbitrium, ad nutum, ad imperium, ad voluntatem alicuius facere aliquis dicitur. Et h. l. pro *examinatis* dici poterat *factis*; sed quia fieri ad pondus taleae non possunt nisi examinando, illud dicere maluit. Ceterum pondus non omnibus par et idem, et quantum cuique, in ipsis significatum fuerit.

Nascitur ibi plumbum album in mediterraneis regionibus, in maritumis ferrum; sed eius exigua est copia; 4
aere utuntur inportato. Materia cuiusque generis, ut in 5
Gallia, est, praeter fagum atque abietem. Leporem 6
et gallinam et anserem gustare fas non putant, haec
tamen alunt animi voluptatisque causa. Loca sunt 7
temperatiora, quam in Gallia, remissioribus frigoribus.

13. Insula natura triquetra, cuius unum latus

additamentum esse potest alicuius, qui apud Herodiannm 3, 4 legisset Britannos ferrum pro ornamento et divitiarum insigni habuisse item, ut alios barbaros aurum. Ceternm *pro numo* cum Ald. a. Gr. ab. St. Freii. Turr. scripsit Oud. 2. quod neque a codicibus commendatum neque per se probabile est, quamquam in aliorum codicibus et inscriptionibus exstat. Ductum enim ex Graeco *νόμισμα* vel ex eodem fonte derivatum *u* nisi positione longum habuisse non videtur.

§. 4. maritumis] Ita unus Bong. A. quem sequi cum Oud. 2. propter illud §. 1 positum *marituma* non dubitavi.

inportato] Voss. A. Egm. Vind. A. (Bong. A.) *in portato* Vrat. A. *imprôtato* Hamb.

Cap. 13. §. 1. Insula] *insulae* Egm. Vrat. A. non improbantibus Oud. et Elberlingio. Sed neque *naturam* satis recte *triquetram* dici posse puto, neque *cuius* haberet quo commode referretur.

triquetra] „MSS. plerique ineptissime *utrique*, *utriusque*, *utrisque*, *utique*.“ *utrique* Bong. ABC. Voss. A. Lov. Par. A.

§. 4. Nascitur ibi plumbum album] Verbi vis non ea est, ut plumbum album, *κασσίτερος* Graecis, nobis Zinn dictum, purum seu merum gigni in Britannia significetur, quod statuisse videtur Handius in Observ. criticis in Catulli carmina Lipsiae a. 1809 editis pag. 50 sq. de *aere nato* disputans; sed mixta pariter ac pura metalla natura provenientia dicuntur *nasci*, item lapides; et Caesar etiam *collem nasci* dicit 2, 18 §. 2.

utuntur] Cf. adn. crit. ad 4, 2 §. 2.

§. 5. praeter fagum atque abietem] Abietes in Gallia laudatissimas esse scribit Plinius Nat. hist. 16, 76 Hard. Itaque et fagum, quam Ukertus Gall. p. 174 arbores Galliae recensens praetermisit, et abietem in Gallia reperiri, in Britannia non exstare scriptor h. l. docet.

§. 6. gustare] Id aptius h. l., quam *vesci*, quo recte utitur cum affirmatione Salustius Iug. 89, 7: *Numidae plerumque lacte et ferina carne vescebantur.*

animi voluptatisque causa] Sufficiebat *animi*, ut 7, 77 §. 10: *Romanos — animine causa cotidie exerceri putatis?* Cic. Rosc. Am. c. 46 (§. 134): *animi et aurium causa tot homines habet*, *ut* —. Per se tamen ambiguum esse poterat, utrum doloris evitandi, an voluptatis percipiendae causa illud institutum diceretur.

§. 7. remissioribus frigoribus] Nam temperatiora etiam eo esse possunt loca, quod aestus habent remissiores.

Cap. 13. §. 1. natura] Sunt qui *figuram* interpretentur, de

est contra Galliam. Huius lateris alter angulus, qui est ad Cantium, quo fere omnes ex Gallia naves appelluntur, ad orientem solem, inferior ad meridiem spectat. Hoc pertinet circiter milia passuum quingenta.

Dr. B et a m. s. A. Vrat. BD. Goth. A a m. s. Hamb. Vind. Fl. Gu. *utrique al. utrinque* Vind. E. *utriusque* Pal. Vrat. C. Goth. B. et a m. pr. A. *utique* Egm. Vrat. A. Dr. A a m. pr. In Vind. A. prima scriptione tantum erat *tri*, cui additum deinde *pertita. triquatra* Voss. C. Gott. Hav. A. *triquadra* Pet. S. Leid A. Par. B. *triquet˜ unum est* Vind. C. Utrum *d*, an *t* in ultima ponendum sit, dubitari potest et olim dubitatum esse Quintilianus ostendit 1, 6 §. 30 quaeri dicens *Triquetram dici Siciliam, an Triquedram, meridiem, an medidiem oporteat, aliaque quae consuetudini serviunt.* quem mirum est nomen tantum proprium agnoscere videri, cum tamen apud Lucretium (1, 718) Columellam (5, 2 §. 1) Plinium (Nat. H. 2, 23) commune exstet, ut hic, significans triangulum. Littera *d* requiri potuit ab iis, qui compositum putarent ex *quadra*, h. e. tabula quadrata, et corpus tria latera quadrata ostendens interpretarentur, cuiusmodi videri potest ager triangulus et insula triangula. Sed hi quoque *t* probare poterant, cum *quattuor* et *quadraginta* pariter usu recepta essent, et ante *r* facile in *t* transire *d* posset. Et Quintiliani locus demonstrat *t* non minus usitatum hoc in nomine fuisse, quam *r* in *meridies*, et utrumque servire consuetudini. Siciliae vero nomen *Triquetra* nusquam aliter scriptum videtur. Itaque in vulgata acquiescendum. Nam de vocali penultimae dubitationem tollit quamvis corrupta optimorum librorum scriptura.

Hoc pertinet] *hoc continenter* Leid. C. *hoc continet* „unus Lipsii" Ort. Vrat. B. inc. *huius latus tenet* Ox. Ald. ab. P.

qua scilicet cogitandum, sed ita, ut eam statuamus ab ipsa natura insulae attributam dici, minime vero nomine illo significatam esse. Nam quae triquetra sunt, ea fere non natura, sed arte facta sunt. *insula* autem ipsum quasi corpus Britanniae est, cum adhuc dicta ad homines aliasque res in ea versantes pertineant.

Galliam] Cf. adn. crit. ad 4, 20 §. 3.

alter — inferior] Cf. supra 3 §. 3: *alter — Induciomarus.*

qui est ad Cantium] Hoc nomine, quod hodie est *Kent*, Caesar non ut Strabo et Ptolemaeus, promontorium, sed ut ex c. 14 §. 1 et 22, 1 intelligitur, regionem significat, quam ille angulus proximam sibi habeat et attingat. Id enim dicitur *esse ad Cantium*, ut *esse ad Hispaniam* 1, 1 §. 6 et alia ibi adscripta.

omnes ex Gallia naves] sc. venientes, cuius tamen verbi notio inest in *appelluntur*, ut ad c. 5 §. 3 ostendi. Ceterum causa huius Gallorum consuetudinis quaerenda videtur in eo, quod c. 14 §. 1 de incolis Cantii traditum est. Sed Caesarem quoque ad Cantium appulisse, quae Mannerti Britann. p. 193 sq. opinio est, certe ab ipso demonstratum non est: immo haec verba ita comparata sunt, ut ipse ad aliam partem magis ad meridiem versus appulisse videatur.

Alterum vergit ad Hispaniam atque occidentem solem; qua ex parte est Hibernia, dimidio minor, ut 2

Man. *hoc latus tenet* Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Gr. ab. et sqq. Quod si verum est, *tenere* idem significare debet, quod *habere*, ut 7, 69 §. 6: *eius munitionis, quae ab Romanis instituebatur, circuitus XI. milia passuum tenebat* (nam ita cum Egm. Vrat. A scribendum videtur, non *milium*) qui tamen locus propter scripturae varietatem nonnihil dubitationis relinquit. Curtianus autem, quem adhibet Herzogius, 7, 10 §. 1, aliter est comparatus. Nam ibi *octingenta fere stadia in latitudinem vastae solitudines tenent* significat *obtinent* seu *occupant*. Neque apparet, qua de causa Oud. Gryphianam scripturam se praeferre dixerit. In ea vero, quae ante Aldum vulgata erat, quam reliqui codices praebent (nam quod Eiberlingius *pertinet* in tribus tantum codicibus exstare putabat, in errorem inductus est eo, quod Clarkius id ex Rog. N. Voss. affert, Oud. vero in sua adnotatione Clarkianae adiecta suorum codicum eos tantum nominat, qui cum Gryphio faciunt) primum *hoc*, si cum altero *hoc latus* comparatur, genuinum, alterum interpolatum videri debet; deinde *pertinet* rectissime habet: diese Seite erstreckt sich — Sic 6, 10 §. 5 silva Bacenis *longe introrsus pertinere* dicitur, addito sane adverbio quoniam ea pertineat demonstrante, sed hoc latus ab oriente ad meridiem pertinere scriptor iam ostendit, alterum eius angulum ad orientem, alterum ad meridiem spectare dicens. Iam cf. Cic. de nat. de. 2, 55 (§. 139): *eorumque* (nervorum) *implicationem corpore toto pertinentem*, et Iustini 42, 2, cui Armenia *porrigi* in latitudinem *milia passuum septingenta* dicitur, et *pertinere* sufficere intelliges. Itaque restitui quod sec. Fabr. in Bong. ABC. Pet. Voss. A. Egm. Lov. Gott. Pal., sec. Conß. in Bong. C., praeterea in cod. Turr. Dr. AB. Vrat. ACD. Goth. AB. Hamb. Vind. BCDEFI. Gu. scriptum et a Pl. in Bong. A. inventum est; ceterum quod Gryphius edidit, ab ipso Caesare in prima scriptione positum esse potuisse non nego.

quingenta] Bong. A. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. D. edd. ante Ald. nep. et Turr. *quingentorum* Dr. B. Vind. EF. *quinquaginta* Dr. A. Hamb. *octingenta* Duk. Vind. CI. v^{cta} Vrat. D. D^{ta} Vind. A. *D.* Ald. nep. Lips. et sqq.

§. 2. Hibernia] In Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. additum est *insula* (ἡ Ἰβερνία χαλουμένη νῆσος Met.) quod in Ephemeridibus locum habere potuit, si tum primum Caesari innotuit Hibernia, in Commentario, cum et ipse satis eam notam haberet et lectoribus notam esse statueret, omitti potuit. Atque hoc verisimilius puto, quam aut ex interpolatione accessisse, aut per

§. 2. vergit ad Hispaniam] Hanc igitur longius ad septentrionem versus pertinere opinabatur Caesar, fere ut Venetiam 3, 9 §. 8. Nam vergens ad Hispaniam atque occidentem solem latus non aliter eum dixisse, nisi contra eam positum et ab occidente obiectam eam habens, ex eo colligitur, quod primum latus *contra Galliam* esse, tertio *nullam obiectam esse terram* §. 6 dicit. Nec aliter Tacitus Agric. c. 10 *Britanniam in orientem Germaniae, in occidentem Hispaniae obtendi* scribit.

existimatur, quam Britannia, sed pari spatio trans-

negiigentiam librariorum excidisse. Ceterum ante Aid. nep. pleraeque et Turr. *Ibernia*, Ber. Veu. f. P. Man. *Hybernia* habent, quorum prius a Graeco *Ἰέρνη* non discrepat et in Viud. D. et sec. Ursinum in VV. CC. sicut *Ivernia*, posterius in Vrat. BCD. exstat.

existimatur] Dr. AB. Vrat. D. Hamb. Viud. A. Hav. A. Aid. et sqq. usque ad Oud. *extimatur* Vrat. AC. Goth. B et a m. pr. A. Viud. CDI. *aestimant* Vrat. B. inc. *aestimatur* Gott. Fabr. Leid. A. et octo alii sec. Oud. cum edd. aute Aldum. Id revocavit Oud. ut proprium in mensura et pondere. De Bong. A. ex silentio Plüschkii, Oudendorpii et exemplaris Fabriciani nihil certi coiligo, sed idem, quod in Vrat. A., in eo esse suspicor: ceterum nou magnam esse in his verbis codicum auctoritatem ad 2, 17 §. 5 significavi, in qua adnotatione et ipse *aestimatur* h. l. legebam, de quo nunc secus statuo. Caesar enim id, quod de Hiberniae magnitudine scribit, non ex aestimatione, quae vel certis mensuris vel aiiis indiciis, quale oculorum iudicium est, utitur, sed ex opinione, quae tradita est, scribere videtur, quemadmodum paulo post compiures minores obiectas insulas *existimari* et tertium latus milia passuum octingenta in longitudinem esse *existimari* scribit. Utitur enim particula *ut*, et iliam Hiberniae magnitudinem ita tribuit, ut aliquam aliorum sententiam se sequi ostendat. Sic Hirtius Alex. 55, 3 et 64, 4 *ut existimant* dixit. Itaque si quamlibet de magnitudine opinionem *aestimationem* dicere licet, recte habet *aestimatur*: si proprie iocutum scriptorem putamus, praeferre debemus *existimatur*.

transmissus] Hunc genitivum esse recte statuebat Siucerus et inter recentiores Lippertus, quem alii et ego adnotationem criticam ad 1, 28 §. 4 scribens nominativum putabamus, qui esse posset, si ante *pari spatio* positus esset; quae cum praecedant et iuncta prioribus haec particula adversativa sint, scriptor id voluisse videtur, quod Germanice dicas von gleicher Weite der Überfahrt, wie die aus Gallien nach Britannien ist. Itaque *pari spatio* ablativus est qualitatis seu rei adiunctae, similis eius, quo c. 14 Britanni *capillo promisso* et Civ. 3, 75 flumen *ripis impeditis* dicitur esse. *atque* vim habet pronominis relativi, ut 1, 28 §. 4: *in parem iuris libertatisque conditionem atque ipsi erant*. Civ. 2, 15: *contignationem facere instituerunt aequa fere latitudine atque ille congesticius ex materia fuerat agger*. Proprie autem dicendum erat *atque eo, quod* (spatium transmissus) vel si anacoluthon esse volumus quale o. 12 §. 1, *qui* (transmissus) *est ex G. in B.* Denique ratio, cur scriptor insolita hac dictione usus sit neque Hiberniam *pari intervallo distantem* seu *remotam* dixerit, haec videtur esse, quod transmissum commemorari necesse esset. Non enim universum spatium inter Britanniam et Hiberniam interiectum comparat cum universo Galliam inter et Britanniam interposito, sed eam tantum partem, qua ex Hibernia, cum ea, qua ex Gallia traiicitur in Britanniam, cuius spatii magnitudo supra demonstrata est c. 2 §. 3. Atque id ipsum memorabile ei visum videtur, Hiberniam dimidio minorem, quam Britan-

missus atque ex Gallia est in Britanniam. In hoc me- 3
dio cursu est insula, quae appellatur Mona: complures praeterea minores obiectae insulae existimantur; de quibus insulis nonnulli scripserunt dies continuos xxx. sub bruma esse noctem. Nos nihil de eo percontatio- 4

§. 3. obiectae] Cu. And. Ox. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. et pleraeque seqq. (*ἀντικεῖσθαι* Met.); *subiectae* reliqui codices (*subiectas* Lb.) et editi ante Aldum (*subiecti* Ven. b.) et Frell. quod non video quo pertinere possit. Quo minus enim Monae propinquas intelligamus, cum additum *praeterea*, h. e. *praeter Monam*, tum ipsum verbum *subiectae* obstat, quod de rebus in recta planitie adiacentibus dici non consuevit. *obiecta* vero etiam §. 6 septentrionali lateri terra dicitur nulla. Neque obscurum est, quomodo post *minores* hoc in illud corrumpi potuerit, pro quo ipso Boug. B. *in ore* habet.

§. 4. percontationibus] Boug. ABC. Voss. A. Pal. Fabr. Vrat. CD. Goth. B. Hamb. Rom. a. Ber. St. Gr. b. Frell. Turr. Oud. 2. non *percunct*. Cf. adn. crit. ad 1, 39 §. 1. (*perconct*. Pet. Fabr. *percunctantibus* Ald. b.).

niam, tantundem distare ab hac, quantum a Gallia Britanniam, ldeoque positum esse *sed*.

§. 3. In hoc medio cursu] h. e. in medio transmissu seu traiectu; aliter enim *hoc* dictum esse nequit. *cursus* est via, qua incedimus seu navigamus, ut cum dicitur aliquis *cursum tenere* vel *non tenere*. Cf. Cic. Att. 3, 8 §. 2: *fortasse alium cursum petivit*. *medius* autem, ut solet, partem mediam significat. Cf. Civ. 1, 42: *in hoc fere medio spatio tumulus erat paulo editior*. Iam vero in hoc medio cursu nulla est insula paulo maior, qualis haec esse debuit, quae *Mona* appellata minoribus aliis opposita sit; ea autem, quam Tacitus quoque Ann. 14, 29 et Agric. c. 14 et 18 Monam appellat, quae hodie *Anglesey* vocatur, est illa quidem maior et in transmissu, quo ex Britannia in australes Hiberniae partes traiiciunt, posita, sed proxima Britanniae, exiguo spatio et quod nando traiici possit dirempta. Itaque in hoc errarunt ii, quos Caesar auctores secutus est. Cf. Mannerti Britann. p. 230.

obiectae] sc. lateri huic Britanniae, cui etiam Mona obiecta est.

de quibus — esse noctem] In his extrema *dies* — *noctem* obiectum exhibent verbi *scripserunt*, quasi Germanice dicas von welchen Inseln einige das 30 Tage nach einander Nachtsein geschrieben haben, in iisque vix locus erat adverbio *ibi*. Similem Ciceronis locum Brut. c. 15 in. Ramshornius contulit Gramm. p. 890 et illustravit Peter in excursu p. 279. (ed. Bruti a. 1839.). *sub bruma* est eo tempore, quo in Italia est *bruma*. Locis in adn. crit. ad 2, 33 §. 1 indicatis addatur ab Heidio ad b. l. adhibitus Civ. 1, 27 *sub ipsa profectione*. Ceterum scriptores a Caesare significatos Vollmerus nescio quo iure Himilconem Carthaginiensem et Pytheam Massiliensem esse pro certo ponat, cum Caesari Himilconis librum Punice scriptum notum fuisse non constet, Pytheam vero de insula Mona nihil memoriae prodidisse ex ipso Plinii loco, quo utitur

nibus reperiebamus, nisi certis ex aqua mensuris breviores esse quam in continenti noctes videbamus. Huius est longitudo lateris, ut fert illorum opinio,

nisi] *nisi quod* Bong. C. Dr. B. Goth. A. a m. s. Ald. ab. Gr. ab. Vaso. Freil. Man. Turr.

continenti] *continente* Ald. ab. Gr. ab. P. Man. Freil. Turr. Lips. In. Graev. Dav. Cl. Oud. 2. (*concmenti* Vrat. B.).

videbamus] om. Ox. Hav. A. Vind. A.

§. 5. fert illorum] *fere ill.* Duk. *eorum fert* Leid. A. Ox. S. Hav. A. St. *eorum fere* Vind. A. Lectio *eorum fert* talis est, ut ex Ephemeridibus ducta esse possit, in quibus si ita scripserat Caesar, opinionem haud dubie non scriptorum quorundam, sed Britannorum significaverat, quippe de quibus toto hoc loco ageret; postea vero certius demonstraturus eos, qui in illis locis erant, ubi ipse erat et quos erat percontatus, *illorum* pro *eorum* ponere et ita collocare pronomen maluit, ut ne opponi aliis quibusdam viderentur. Sed ita factum est, ut nonnulli, velut Sincerus, hoc ad scriptores §. 3 commemoratos retulerint.

Vollmerus, Nat. hist. 2, 77, colligi possit. Plinius enim postquam solstitii diebus in extremis versus septentrionem terrae partibus senos menses diem et sub bruma noctem esse dixit, addit haec: *quod fieri in insula Thule Pytheas Massiliensis scripsit, sex dierum navigatione in septentrionem a Britannia distante; quidam vero et in Mona, quae distat a Camalduno Britanniae oppido circiter ducentis milibus, affirmant.* Graecos quidem scriptores illos, quos Caesar in mente habuerit, fuisse probabile est. Cf. 6, 24.

§. 4. nisi — videbamus] Hoc igitur reperiebant, non quidem percontationibus, sed tamen reperiebant, ut proinde nihil omnino repperisse dici non possent. Videntes enim illo anni tempore, h. e. aestate, breviores esse noctes quam in continenti, intelligebant hieme dies breviores esse necesse esse, ideoque sub bruma in partibus illis remotioribus etiam aliquot dies continuos noctem esse posse. Ad dictionem cf. Ciceronis locus a Davisio adscriptus Fam. 13, 73: *de re nihil possum iudicare, nisi illud mihi persuadeo, te, talem virum, nihil temere fecisse.* quo loco item *nisi* simul cum adverbii significatione coniunctionis vim tenet, et non totum illud, quod prius positum est, sed tantum partem eius tollit. Utroque loco *sed* pro *nisi* poni potuisse apparet; minime vero *nisi* idem, quod *sed* significat, quod a Gronovio (ad Plauti Menaechm. prol. 59) acceptum Oud. et Dav. tradentes Lippertum in errorem induxerunt, ut *nisi* h. l. interpretaretur sondern vielmehr, sondern im Gegentheil. — *certis ex aqua mensuris* ita dictum est, ut verbi *videbamus* ratio habita sit. Simile est illud §. 1: *omnes ex Gallia naves.*

§. 5. ut fert illorum opinio] Verbi significationem in his similem esse ei, qua *ferunt* pro *dicunt* usurpabant, ad 4, 31 §. 1 ostendi. Neque vero omnino eadem est. Abest enim *proferendi* vel *afferendi* seu *in medium ferendi* notio, quam *ferunt* habet, et sola obtinet notio *in se habendi*, quae illi quoque subest, sed ita conformata, ut personarum,

septingentorum milium. Tertium est contra septentriones, cui parti nulla est obiecta terra; sed eius angulus lateris maxime ad Germaniam spectat. Hoc 6

septingentorum milium] *nccta milia*, sup. *passuum*, Vind. A. et *passuum* ab Aldo usque ad Oud. edd. omnes addunt, non sine omni, ut nunc apparet, auctoritate, sed sine necessitate. Recte ab Oud., cum in nullo eius codicum „numero viginti duorum" compareret, deletum est. In Cu. Fabr. etiam *milium* deest. Pro *septingentorum* Dr. A. a m. pr. habebat *segintorum*. (*DCC* Ald. nep. Lips. et sqq.)

§. 6. septentriones] De singulari, quem edd. ante Oud. excepta iuc. et St. omnes (in Ven. e. est *septentrione*), codices vero pauci et deteriores habent, dixi ad 1, 1 §. 5. — Pro *septemtr.* quod idem Oud. cum Ald. b. Lips. Iu. hic et ubique exhibet, secundum Boug. A. Gott. Voss. A. Egm. Vind. BC. restitui *septentr.* — *Septemtr.* Oud. 2.

Hoc] om. Ox. *haec* Duk. Voss. B. Goth. A. Vind. Cl. Vrat. D. Hamb. iuc. *huic* Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Iu. et sqq. cuius scripturae et auctoritas eadem et significatio similis est atque illius *hoc latus tenet* §. 1. Itaque alteram restitui. Cf. Hisp. 7, 2: *Haec loca sunt montuosa — quae planitie dividuntur, Salso flumine, proxime tamen Ateguam ut flumen sit* (ita codices: vulgo *ut ad flumen sint*) *circiter passuum duo milia*. Civ. 1, 16 §. 2: *pontem, qui erat ab oppido milia passuum circiter tria.* Cic. Fam. 16, 2: *Is locus est citra Leucadem stadia cxx.* Praeterea in Scaligerana scriptura dispilcet singularis *existimatur*, quem tamen codices illi, qui *huic* exhibent, non habent, sed pro *existimatur* praebent *arbitrantur*, quod etiam iu And. Ox. et edd. Ald. et sqq. exstat usque ad Lipsium, a quo secundum Faërni codicem ab Ursino commemo-

quae fere *ferre* dicuntur, naturae convenit, h. e. actionis et motus notione aucta. Quodsi personae loco res ponitur, ut apud Ciceronem Off. 3, 9 (§. 38) *ut ferunt fabulae*, significatio verbi prorsus eadem videri potest atque in his *ut fert illorum opinio.*

§. 6. sed eius — spectat] Hunc angulum tertio lateri communem cum secundo esse oportet, quia alter eidem cum primo communis supra §. 1 ad orientem spectare dictus est. Ut vero angulus ille spectare ad Germaniam possit, cum lateri ipsi terra obiecta sit nulla, latus tertium et secundum non directum, sed incurvatum fingi necesse est, hunc fere in modum:



Germaniae quidem situm fatendum est Caesari non rectius quam Hispaniae cognitum fuisse, neque Britanniae figuram ad veritatem descripsit, sed tamen ea rettulit, quae cogitari possunt, neque, quod Mannertus aliique queruntur, secum pugnantia posuit aut

milia passuum octingenta in longitudinem esse existi-
7 matur. Ita omnis insula est in circuitu vicies centum milium passuum.

14. Ex his omnibus longe sunt humanissimi qui Cantium incolunt, quae regio est marituma omnis, ne-
2 que multum a Gallica differunt consuetudine. Interiores plerique frumenta non serunt, sed lacte et carne
3 vivunt pellibusque sunt vestiti. Omnes vero se Britanni vitro inficiunt, quod caeruleum efficit colorem,

ratum mutatum est in *existimatur*, quod qui tenuerunt, lectionem prodiderunt diversis e codicibus conflatam. Mihi *huic — arbitrantur* a Caesare scribi potuisse, *hoc — existimatur* editum ab eo esse secundum codices videtur.

octingenta] Bong. A. Dr. B. Vrat. BCD. Goth. B. Vind. DE. edd. ante Ald. b. Turr. *octogenta* Vrat. A. *octuaginta* Hamb. LXXX^{ta}, sup. *800*, Dr. A, qui et hoc et sqq. usque ad finem capitis in margine a m. s. posita habet. *DCCC*^{ta} Vind. A. *DCCC* Ald. b. Lips. et sqq.

Cap. 14. §. 1. marituma] Vind. A. et cum *i* super *u* Bong. A. Oud. 2. *maritima* rell.

§. 3. vitro] Sic recentiores inde a Scal., ante quem *luteo* per P. Man. Ald. b. et Lipsium vulgatum erat, quod coniecturae debebatur P. Victorii parum probabili, cum herba illa a Vitruvio 7, 14 §. 2 et Plinio N. H. 33, 26 Hard. secundum codices nonnullos Vitruvii *luteum*, secundum alios et Plinii codices *lutum* appellata colorem non caeruleum, sed aureum, et cum caeruleo mixta viridem efficiat. Ita enim Vitruvius: *qui non possunt chrysocolla propter caritatem uti, herba, quae lutum appellatur, caeruleum inficiunt, et utuntur viridissimo colore.* In codicibus autem nihil est, quod Victorii coniecturam adiuvet, nisi quod margo Vind. C. a m. s. adscriptum habet *lutro*, quod Hotomannus a Caesare scriptum suspicabatur, cum apud Dioscoridem *περὶ ὕλης ἰατρικῆς* l. 4 c. 3 *λυσιμάχιον* plantam a nonnullis *λύτρον* vocatam esse invenisset. Sed caeruleum eam colorem efficere Dioscorides non dicit, neque Caesar, si intelligi voluit,

pro triquetra quadrilateram nobis Britanniam exhibuit. Quod dicit *maxime*, ita intelligendum videtur, ut magno intervallo distare Germania et proprie ad eam spectare angulus dici non posse significetur, sed tamen, si ad aliquam terram spectet, maxime spectare ad Germaniam.

§. 7. milium] Genitivus est qualitatis, similis IIII 1, 25 §. 4: *mons suberat circiter mille passuum*, quod qui pro *mille passus* positum putat, Caesaris loquendi usum ignorat.

Cap. 14. §. 1. a Gallica consuetudine] Quae cum secundum 1, 1 minime simplex esset, tamen omnibus Gallis communia erant multa, quae Caesar 6, 11 — 20 exponit; quibus expositis 6, 21 ita pergit: *Germani multum ab hac consuetudine differunt. Nam neque Druides habent* etc. quorum ex comparatione colligere licet, quam h. l. dixerit *Gallicam consuetudinem*.

atque hoc horridiores sunt in pugna aspectu; capilloque sunt promisso atque omni parte corporis rasa,

scribere ita potuit. Plane diversum ab eo, quod Victorio auctore ante Scal. ferebatur, ab Aldo, Gryphio, Steph. Frell. Turr. editum est: *glasto*, quod in marg. Vrat. B. a m. s. scriptum exstat, ex Aldina editione, ut opinor, petitum, ab Aldo vero retentum ex priorum edd. scriptura *ultro glasto*, quae integra est in Vind. D. et leviter immutata in Vind. B. *glastro ultro* exhibente. Idem legit Metaphrastes: *πάντες δὲ πρὸς τούτοις οἱ Βρητανvοὶ χρίονται γλαστῷ· φυτὸν δ' ἐστὶ τὸ γλαστὸν κυανοῦν χροίαν ἀπεργαζόμενος* (voluit *κυανῆν χροίαν ἀπεργαζόμενον*, et *πρὸς τούτοις* pro *ultro* videtur posuisse.) Nititur id loco Plinii N. H. 22, 2: *simile plantagini* (de qua ante dictum est) *glastum in Gallia vocatur, quo Britannorum coniuges nurusque toto corpore oblitae quibusdam in sacris et nudae incedunt, Aethiopum colorem imitantes.* Sed reliqui codices omnes *glasto* ignorant, et plurimi eorum, XIIII. Oud., XI. mei, cum ed. ino. exhibent *ultro*, quod, cum deesset id, quod caeruleum colorem efficeret, ab aliquo Pliniani loci memore non omnino male in *glasto* mutatum, a Caesare vero *vitro* scriptum videtur, quod exstat in duobus Ursini codd. And. Ox. et Vind. A., in quo *vitro inficiunt* secunda scriptione sunt addita. In Leid. B. est *ultro vel vitro*, in Duk. *ulto*, in Pulm. Gott. Voss. C. Goth. A. Vind. Fl. *nitro*, denique in Hav. A. *nitro* an *vitro* sit, Eiberlingius discernere non potuit. Cf. Vitruvii l. c., ubi post illa, quae supra adscripsimus, haec leguntur: *item propter inopiam Indici cretam Selinusiam aut anulariam vitro, quod Graeci Ἴσατιν appellant, inficientes imitationem faciunt Indici coloris.* Pomponius autem Mela 3, 6 §. 5 ita de Britannis: *sunt inculti omnes, atque — incertum ob decorem, an quid aliud, vitro corpora infecti*, ubi vett. edd. item habent *ultro.* Denique Plinius 35, 27 et 37, 37 vitrum ut plantam vulgo notam et quae ad adulterandum Indicum et caeruleum colorem efficiendum adhibeatur, memorat.

horridiores] Ita codd. plerique et edd. ante Ald. *horribiliores* Leid. A. Vind. A. Hav. A. et, ut opinor, Par. B. (Achaintrius, postquam in aliis *horridiore*, in aliis *horribiliores* legi dixit, eandem varietatem in Parisinis reperiri addit.) *horribiliore* And. Ox. S. Ald. ab. Gr. a. Steph. P. Man. Turr. Lips. in. Gr. Dav. Cl. *horridiore* cod. Brant. et fortasse Par. A. Vasc. Frell. Gr. b. Oud. Nihil horum non bonum, sed nominativo deterior ablativus propter interposita inter ea, quae praedicati locum obtinent, verba *in pugna*. Cur eos horrido *in pugna* aspectu diceret, cum ubique tales essent? Non fugit hoc Apitzium, quem superbius contempsit Lippertus. Nominativus vero integrum praedicatum habet, cui primum additur id, in quo praecipue illud conspicitur, deinde id, quo pertinet. Sic Germanice dicas und um so schrecklicher sind sie in der Schlacht anzusehn; illo vero probato und sie gewähren einen in der Schlacht um so schrecklicheren Anblick. Iam quod ad nomen ipsum attinet, *horribiliores* reprehendi non potest, et 7, 36 Vercingetorix *horribilem speciem* praebere dicitur; sed *horridiores* magis verisimile fit eo, quod

4 **praeter caput et labrum superius. Uxores habent deni duodenique inter se communes, et maxime fratres cum fratribus parentesque cum liberis; sed qui sunt ex his nati, eorum habentur liberi, quo primum virgo quaeque deducta est.**

statim *capillo promisso* esse dienntur, qni etiam proprie horridos aspectu homines reddit. Idem sensit Oud.

§. 4. qui] Bong. A. Leid. A. Ox. S. Hav. A. Dr. A. Vind. AB. St. *si qui* rell. Id ferri poterat, sed nequaquam melius est illo, quod tanto maiorem a codicibus commendationem habet. Oud. vero uno verbo *qui* rectius pronuntians a sequentibus editoribus non est auditus.

quo primum virgo quaeque deducta est] *quo* — codices plurimi, editiones vero praeter inc. et Ven. f. ante Oud. nullae, sed eius loco *a quibus* habent cum uno Vind. D. *a quo* unus Ursini et Brantii liber, *quorum* R. Leid. B. Bouh. sec. Dr. B. Goth. A. Vind. EFI. *quibus* Pet. Conf. Leid. A. Ox. Vind. A. Hav. A. — *primo* — Ox. Vind. A. et a m. pr. Goth. A. — *virgines* — S. Ox. Leid. A. Vind. A. Hav. A. Ald. a. et sqq. ante Oud. — *quaeque* om. Pal. Conf. Goth. B. Pro eo Vind. E. *que* exhibet. — *ducta* — unus Urs. Pet. Conf. *dedicata* Hamb. *aducta* Vind. D. *adducta* cod. Hotom. edd. ante Ald. *deductae sunt* Leid. A. *ductae sunt* S. Ox. Vind. A. Hav. A. Ald. a. et sqq. usque ad Oud. qui verum restituit. *quo* pro *ad quos* plane sic posuit Cic. Verr. 4, 18 (§. 38): *apud eos, quo se contulit.* eiusque significationis declarandae causa in margine scriptum *quorsum* corruptam octo librorum lectionem *quorum* videtur peperisse. *deducere* autem proprium in nuptiis verbum est, de quo dixit Garatonius ad Cic. Verr. 3, 34. Eius rei ignorationi reliqua scripturae varietas debetur.

§. 4. deni duodenique] Cf. Afric. 47: *in tertio quartoque die procedendo.* Sic Latini non unum modo, sed duo pariter, quamquam non simul utrumque, praedicanda ostendunt. Paulo aliter nos, optionem relinquentes: zehn oder zwölf. Rationem huius uxorum, non liberorum, communionis, quam inepte nonnulli cum Platonica in Civitate compararunt, Sincerus non perspexit, dum denis duodenisque unam suffecisse uxorem suspicatur. Recte Lippertus singulis viris singulas feminas attributas statuit ita, ut usus earum post nuptias omnibus decem vel duodecim permissus esset; id quod sequentia comprobant. Itaque totidem erant feminae, quot viri, sed quaeque eiusque eorum uxor erat. Atque haec uxorum communio praecipue fratribus inter se et parentibus cum liberis erat, ita ut trium verbi gratia fratrum non facile unus non cum duobus fratribus, sed cum aliis communem uxorem haberet.

quo — deducta est] Itaque matrimonia apud Britannos eadem ratione inibantur, qua apud reliquas gentes: virgo deducebatur ad virum, cuius uxor futura esset, et quos deinde pariebat, eius *habebantur* et existimabantur (cf. ad 1, 21 §. 4 dicta) liberi, ad quem primum virgo deducta esset, quamvis post nuptias cum reliquis viris istius familiae non minus, quam cum illo primo marito rem haberet.

15.* **Equites hostium essedariique acriter proelio cum equitatu nostro in itinere conflixerunt, ita tamen,**

Cap. 15. §. 1. essedariique] *exedariique* Goth. A. *essedarique* Bong. AB. Voss. A. Fabr. *essedarii sed* Dr. B. *essedarii* Leid. A. Lov. Dorv. Pal. Confl. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. DEF. edd. ante Ven. f. cf. 4, 24 §. 1: *praemisso equitatu et essedariis*, *quo plerumque genere in proeliis uti consuerunt*, *reliquis copiis subsecuti* etc. ib. 32 §. 5: *simul equitatu atque essedis circumdederant* et huius libri c. 9 §. 3: *equitatu atque essedis ad flumen progressi.* quibus tamen omnibus locis non magis, quam hoc, tertium quoddam a peditatu equitatuque (4, 34 §. 5) diversum genus significatum, sed *essedariorum* nomen ad *equitum* Britannorum genus definiendum fere eadem consuetudine additum videtur, quam 2, 19 §. 1 in explicandis verbis *ratio ordoque agminis* cognovimus. Fidem faciunt primum et maxime ipsius Caesaris verba 4, 24 posita *quo plerumque genere in proeliis uti consuerunt*, deinde quod in omnibus proeliis equestribus huius et superioris anni *ex* essedis pugnatum, equitum sine essedis rem gestam nullam videmus. Neque aliter si statuatur, *equestris proelii ratio*, quae c. sq. §. 3 dicitur, commode explicari possit. Iam quod ad praetermissionem encliticae attinet, *equites hostium essedarii*, si ita dictum volumus, ut Tacitus Ann. 2, 16 *cum equite sagittario*, ib. 13, 40 *pedes sagittarius* dixit, ferri non potest, si equites Britannorum omnes essedarios fuisse putamus: si minus, ferri fortasse potest, sed neque a codicibus satis firmum est neque Caesaris usui dicendi accommodatum. Cf. c. 19 §. 1: *milibus circiter quattuor essedariorum relictis.* ib. §. 2: *essedarios ex silvis emittebat.*

ita tamen, ut] Sic Aldus *et* sqq. usque ad Cl. qui secundum codices quosdam et edd. priores Aldina *ita* delevit. Clarkium secutus est Oud. partim codicum auctoritate motus, partim quod *ita* supervacaneum esset. Scilicet non raro Caesar *ut* ponens *ita* audiendum relinquit. Cf. infra 33 §. 1: *haec tamen ipsa timide atque ut eum omnia deficere viderentur.* 7, 23 §. 3: *alius insuper ordo adiicitur*, *ut idem illud intervallum servetur.* Itaque *tamen ut* idem esse potest, quod *tamen ita ut.* Id vero h. l. ineptum est. Cum enim *tamen* adverbium sit, non coniunctio, asyndeton efficitur non ferendum: *acriter conflixerunt*, *tamen ita conflixerunt ut.* Neque id voluisse Oud. videtur, sed *tamen ut* pro *ita tamen ut* positum existimasse. At quomodo *tamen* referri poterit ad *ita*, quod omissum sit? Aldinae lectioni simile est illud 7, 37 §. 4: *esse nonnullo se Caesaris beneficio affectum*, *sic tamen*, *ut iustissimam apud eum causam obtinuerit*, similius etiam Ciceronianum Fam. 13, 56 §. 1: *ego quoque tibi imponam* (onus) — *ita tamen*, *ut tibi no-*

Cap. 15. §. 1. in itinere] sc. eo, quo Caesar ad hostes contendebat profectus ex eo loco, in quem cum venisset, maiores ibi hostium copias congregatas invenisse dictus est 11, 6. Facile enim intelligitur ad illas copias Caesarem proelii committendi causa contendisse, in eoque itinere equites ante agmen legionum praemissos Britannorum essedarii sunt aggressi.

ut nostri omnibus partibus superiores fuerint atque eos in silvas collesque compulerint; sed compluribus interfectis cupidius insecuti nonnullos ex suis amiserunt.
2 At illi intermisso spatio inprudentibus nostris atque occupatis in munitione castrorum subito se ex silvis eiecerunt impetuque in eos facto, qui erant in statione
3 pro castris conlocati, acriter pugnaverunt, duabusque missis subsidio cohortibus a Caesare atque iis primis

lim molestus esse. In his *tamen* facile ad *ita* refertur alteramque descriptionis inchoatae partem adversari quodammodo parti priori significat. Hanc ob rem *ita tamen* secundum S. Leid. A. Ox. Vind. A. Hav. A restitui. *ita* in reliquis libris errore excidisse videtur simili ei, quo 2, 19 §. 5 aute *ut* omissum, deinde alieno loco insertum est.

eos] *omnes* Reg. Cl. N. Voss. ABC. Lov. Carr. Duk. Gott. Egm. „alii" Lb. Pet. Pal. Bong. C. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. BCDEFI. edd. aute Ald. a. etiam Iuc. Id ortum videtur ex $\overline{oes}$, quo compendio scribi *omnes* solebat.

§. 2. inprudentibus] Voss. A. Egm. (Bong. A.) Vrat. A. Vind. A. non *impr.* (*in prud.* Ven. e.)

conlocati] Vind. A. (Bong. A.) non *coll.*

§. 3. iis] Bong. A. Lov. Vrat. A. *is* Voss. A. *hiis* Bong. B. Gott. Vrat. BC. Hamb. Vulgo *his*. Cum Caesar alibi *atque eis*, *atque id* (Civ. 1, 27 §. 4. supra c. 1 §. 2) dixerit, hic vero sequatur *hae*, *iis* praeferendum putavi.

omnibus partibus] Ablativus est loci, ut 7, 61 §. 1: *exploratores — omni fluminis parte — dispositi*, et ib. 25, 4: *omni parte submotis hostibus*, quae tamen dubia est lectio.

fuerint] Cf. adn. ad 2, 21 §. 4.

§. 2. castrorum] quae quidem ad hanc noctem in iis agendam fierent.

§. 3. atque iis] Pronominis vim Heldius et, qui Heldium laudat, Handius Turs. 1. p. 468 non accurate demonstrant, dum nostram dictionem und noch dazu comparant, a qua Handius distinguit eam, quae est und dies, quam confert cum Latina *et id* tamquam diversa ab *atque id.* Et Heldius inter exempla, quibus h. l. utitur, etiam illud refert 3, 14 *atque eo magis*, quasi idem sit, quod *atque id eo magis* supra c. 1. Illud recte dixit Handius, rem fere maiorem vel graviorem designari; verum ea vis est non pronominis, sed coniunctionis, quae aliquid addit, quod ut inhaerere ei, quod iam dictum est, intelligatur, pronomen adiicitur, quo remoto illud, quod additur, ad aliud pertinere videri posset. Velut h. l. *duabus cohortibus atque primis* ambiguitatem haberet, quae tollitur addito *iis*. Minus ambiguum erat *duabus atque primis cohortibus*, quemadmodum est Civ. 1, 50 *in unum atque angustum locum.* Itaque pronomini locus esse solet post substantivum.

primis] Primas cohortes non, ut Glareanus et Glandorpius opinabantur, numero, sed dignitate praestitisse reliquis Lipsius docuit Milit. Rom. 2, 4 ex hoc ipso loco et ex Cic. Att. 5, 20, ubi Bibulus *totam cohortem primam* amisisse dicitur, quam plagam *sane odiosam* Cicero dicit. Gravius est quod numeri differentia

legionum duarum, cum hae perexiguo intermisso loci spatio inter se constitissent, novo genere pugnae perterritis nostris per medios audacissime perruperunt seque inde incolumes receperunt. Eo die Quintus La- 4

hae] om. Egm. Vrat. A. Goth. A a m. pr. *ee* Vrat. BC. *eae* Goth. B. Rom. a. Med. a. Ven. bf. Ber. *hee* Vind. AC. *heae* Bong. B. Gott. *he* Ven. e. „*haec* vel *hec* Bong. A. Leid. A. Duk. Voss. C." (*haec* Bong. A. Vind. I. *hec* Hamb.) An igitur Caesar semel, ut Terentius et Plautus, de quibus dixit Bentl. ad Ter. And. 1, 1 v. 99, *haec* posuit pro *hae?* Supra quidem 3, 10 §. 1 *hae difficultates* et 6, 11 §. 1 *hae nationes* et Civ. 3, 87 §. 5 *hae copiae* satis certa sunt.

perruperunt] *perrumperunt* Dr. B. Vind. CEI. *interrumperunt* Hamb. *perrumpunt* Dr. A. Vind. B. *proruperunt* Leid. AB. Ox. Vrat. B. Vind. D. edd. pleraeque, exceptis St. Gr. b. Vasc. Frell. Ond. 2. *prorumpere* verbum cum *per* praepositione coniungi non aliter posse videtur, nisi ita, ut qui perruperit, ex altera et aversa parte prodire significetur, qui progressus felicitatem potius quam audaciam habet, ad quam demonstrandam *perrumpere* verbum haud dubie aptius est. Cf. Liv. 3, 70 §. 4: *Sulpicius per mediam hostium aciem cum equitatu perrupit. unde cum eadem reverti posset ad suos, priusquam hostis turbatos ordines reficeret, terga impugnare hostium satius visum est.* Britanni vero *eadem* reverterunt, quemadmodum ostendit Heldius. Ceterum *prorumpere* verbo Caesar omnino usus non videtur, Hirtius semel usus est: 8, 41 *fons prorumpebat; perrumpere* autem Caesar plane ut hic, dixit 6, 40 §. 4: *per medios hostes perrumpunt incolumesque ad unum omnes in castra perveniunt.* Ibi quoque codices nonnulli *prorumpunt* habent, non magis affinitate coniuncti, quam qui h. l. idem exhibent, ut singulorum librariorum errori, non generum diversitati discrepantiam deberi appareat.

§. 4. Quintus Laberius Durus] Praenomen omnibus litteris scriptum praebuerunt Bong. AB. Gott. Voss. A. Egm. teste Fabr. et

nulla usquam in veteri cohorte a scriptoribus significata videtur. Vegetii tempore in prima MCV. erant, in aliis DLV. (2, 6), Polybii aetate quaeque cohors CDXX. militibus constabat (Lips. l. c. p. 59) ita tamen, ut nunc pleniores, nunc minus plenae essent. Eundem numerum Caesaris cohortes habuisse verisimile est. Dignitate autem primas praestitisse ex eo colligitur, quod centuriones earum omnibus dignitate antecedebant. Cf. infra c. 44 §. 1.

legionum duarum] Harum famae Caesar pepercisse videtur eo, quod non nominatim eas significavit. Sed quod *novo genere pugnae perterriti* dicuntur, id eiusmodi est, ut superiori expeditioni interfuisse non videantur.

inter se] Sunt haec cum Clarkio, Davisio et Oud. ad praecedentia referenda, sed locum tenent insolentiorem, cum plerumque in his commentariis ante verbum eiusve complementum, ut c. 14 §. 4, poni vel proxime subiungi ei soleant. Attamen similia sunt illa 6, 11 §. 1: *quo differant hae nationes inter sese*, et Civ. 2, 25 §. 5: *concurrunt equites inter se.*

berius Durus, tribunus militum, interficitur. Illi pluribus submissis cohortibus repelluntur.

16. Toto hoc in genere pugnae, cum sub oculis omnium ac pro castris dimicaretur, intellectum est nostros propter gravitatem armorum, quod neque insequi cedentes possent neque ab signis discedere aude-
2 rent, minus aptos esse ad huius generis hostem, equites autem magno cum periculo proelio dimicare, pro-

Vrat. AB. Vind. BI. Pro nomine perperam *Labienus* est in Cu. Leid. A. Vind. A. Hav. A. quibus diversi generis libri Voss. BC. Dr. A. et vetus secundum Ciacconium codex (Ursini, sec. Oud.) cum Orosio (6, 9) accedunt. His Vossius Frecniphum et Celsum addit, in posteriore falsus, cum Petrarcha nec viri nec pugnae huius mentionem fecerit, Vollmerus Bedam, qui Orosium sequitur. Denique pro *Durus* Vind. A. *Durius* habet.

submissis] *summ.* Gott. Ber. *inmissis* Cu. (*imm.* sec. Fabr.) And. Ox. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Oud. 2. id vim et impetum missorum, *submissis* auxilio indigentes milites magis significat. Utrumque per se bonum, sed alterum ad universae narrationis indolem propius accedit.

Cap. 16. §. 1. armorum] *armaturae* Cu. And. Ox. S. Leid. A. Vind. A. Hav. A. St. Oud. 2. ὁπλίσεως Met. Hoc iam in prima ed. Oud. sibi placere demonstravit, et poni haud dubie h. l. poterat, ut Romanos graviter armatos seu gravis armaturae milites fuisse significaretur. Nec habuisse Caesar tum levem armaturam videtur, quales anno secundo belli habuerat Numidas, funditores et sagittarios (2, 10 §. 1. 24, §. 1), anno autem septimo (7, 65) ex Germania arcessere coactus est. Sed fortasse id ipsum in causa fuit, cur *armorum* reponere maluerit, quod generis illius, quod deperisset vel ab ipso dimissum esset, memoriam revocari nollet. Nisi forte mera variandi libidine *armaturae* in illos libros illatum est. Supra quidem 4, 24 §. 2 *magno et gravi onere armorum* oppressi dicuntur milites, et infra 7, 50 §. 2 *similitudine armorum* Haedui Romanos terrent.

§. 2. proelio] om. iidem codices, qui *armaturae* habent, cum Par. B. et omnibus edd. inde ab Aldo usque ad Oud., qui restituit ut quod Caesaris scribendi generi non repugnet et post *periculo* facile omitti potuerit. Sed iis locis, quos respici iubet,

Cap. 16. §. 1. Toto hoc in genere pugnae] h. e. in tota hac huiusmodi pugna, während dieser ganzen Art von Kampf. Similiter Civ. 3, 48 §. 1 *genus radicis inventum* dicitur, aliter *toto obsidionis genere* ib. 47 §. 1, ubi *totum genus* est die ganze Beschaffenheit.

neque ab signis discedere auderent] Hoc iam non gravitate armorum, sed disciplina et pugnandi ratione, qua gravis armaturae milites et legionarii adsuefacti erant, quo minus facerent, impediebantur. Cf. Civ. 1, 44 §. 4: *ipsi autem suos ordines servare neque ab signis discedere neque sine gravi causa eum locum, quem ceperant, dimitti censuerant oportere.* infra c. 33 §. 6. Afr. 15, 1.

pterea quod illi etiam consulto plerumque cederent et, cum paulum ab legionibus nostros removissent, ex essedis desilirent et pedibus dispari proelio contenderent. Equestris autem proelii ratio et cedentibus et inse- 3
quentibus par atque idem periculum inferebat. Acce- 4
debat huc ut nunquam conferti, sed rari magnisque intervallis proeliarentur stationesque dispositas haberent

6, 17 §. 3, 31 §. 1, 7, 6 §. 3, quibus addas Civ. 1, 41 §. 3, 3, 43 §. 4, 72 §. 3, causa adiiciendi manifesta est, ut iustum proelium, non dimicatio singulorum, significetur. Hic vero magis cavendum erat, ne equites viderentur non cum hostibus, sed cum ipso periculo dimicantes dici, ut 3, 17 §. 7 *cum tanta multitudine hostium dimicandum*, et infra c. 49 §. 6 *cum tantis copiis*. Ceterum dubito, an consulto potius quam errore librariorum in illa parte codicum omissum sit. Certe similitudo verborum non tanta est, quanta §. 4, ubi *alii* post *alios* in Leid. A. Ox. Vind. A. Hav. A. excidit, in reliquis tamen eiusdem generis servatum videtur.

§. 3. Haec paragraphus in Pal. Vrat. C. Goth. B. Vind. D. et edd. ante Flor. omissa est.

§. 4. stationesque] *rationesque* Bong. A. sec. Fabr. et Pl.

§. 2. quod illi etiam consulto plerumque cederent] His verbis cum quadam admiratione significatur sollertia barbarorum, qui etiam arte adhibita essedariorum suorum operam adiuvarent eoque malus Romanorum equitibus periculum inferrent. *consulto equites cedere* etiam Caesar iubet c. 50 §. 5.

dispari proelio] ita, ut equitum conditio deterior esset.

§. 3. Equestris autem proelii ratio] Non immerito de horum verborum obscuritate questus est Glareanus, cui quod obscurum erat, utrum Romanorum, an Britannorum, an utrorumque proelium equestre intelligendum esset, id alii aliter declarare studuerunt, omnes vero de pugna equitum cum equitibus commissa cogitasse et hanc partem alteram existimasse videntur descriptionis proximae, qua equitum Romanorum periculum a Britannorum essedariis illatum demonstratur. Cui opinioni vel hoc repugnat, quod forma orationis fere ut c. 18 §. 3 mutata non iam, quid intellectum sit, sed scriptoris ipsius sententia ostenditur, ex quo apparet amplius quid his verbis contineri, quam quod pars tantummodo sit proxime dictorum. Itaque sensus hic videtur: Equestre autem proelium, h. e. secundum ea, quae in adn. cr. ad c. 15 §. 1 demonstravimus, essedariorum ex essedis pugna (nam opponi haec illis, in quibus desilire ex essedis Britanni dicuntur, *autem* coniunctio docet) ita comparata erat, ut et cedentibus et insequentibus Romanis vel legionibus vel equitibus par atque idem seu aeque magnum atque eiusdem generis periculum inferret. Ac legionibus quoque valde periculosos illos fuisse Caesar pluribus exposuit 4, 33, quem locum ipsum ex huius anni Ephemeridibus ductum esse coniecimus, quo collato obscurum esse nequit, quale periculum et cedentibus et insequentibus illatum fuerit.

§. 4. rari magnisque intervallis] Cf. adn. cr. ad 3, 24 §. 3.

atque alios alii deinceps exciperent integrique et recentes defatigatis succederent.

17. Postero die procul a castris hostes in collibus constiterunt rarique se ostendere et lenius, quam
2 pridie, nostros equites proelio lacessere coeperunt. Sed meridie, cum Caesar pabulandi causa tres legiones atque omnem equitatum cum Gaio Trebonio legato misisset, repente ex omnibus partibus ad pabulatores advo-

defatigatis] *defetigatis* Bong. A. de quo cf. adn. cr. ad 3, 19 §. 3. *pro defetigatis* Egm. *pro defigatis* Vrat. A. *defatigatis gratis*, priore altera scriptione addito, Vind. A.

Cap. 17. §. 1. procul — constiterunt rarique] *cum procul — constitissent rari* Duk. *cum p. — constitissent rarisque* Voss. B. *cum p. — constitissent rarique* Vind. Cl. *cum p. — constituissent rarique* Goth. A. In Vrat. A *procul* omissum, in Voss. A. Fabr. Ven. bcde. *constituerunt*, in Hamb. a m. pr. *ratique* scriptum est.

lenius] „Bong. ABC. Pet. Egm. Lov. Voss. A cum quinque aliis“ quorum tres nominatim addit ex. Fabr.: Pal. Gott. Lb. Idem est in Par. A. Vind. EF. Gu. et parte meorum et in edd. ante Ald. *levius* Carr. „cum tribus meis recentioribus“ cod. Turr. Dr. A. Vrat. B. Vind. Cl. Goth. A a m. pr. inc. *latius* Leid. A. *lentius* Vind. A. Hav. A. Ald. et sqq. usque ad Oud. cuius ex adnotatione intelligi non potest, cur *lenius* praetulerit, cum *lenius* idem esse dicat, quod *lentius*, *leniter* idem, quod *lente*. Sed *lenius* magis aptum est ad illa c. 15 §. 1: *acriter proelio cum equitatu nostro contenderunt*, quibus haec opponuntur. Nam *lentius* celeritatis potissimum remissionem significat: langsamer. Cf. Civ. 1, 80 §. 1 *lente atque paulatim proceditur.* ib. 2, 40 §. 2 *lentius subsequitur.* Alex. 71, 1 *Pharnaces lentius agere.* Quod autem *lenius* fieri dicitur, id omnino minore cum vehementia et contentione fieri significatur: ruhiger, gemäßigter. Sic *lenius agere* senatus dicitur Civ. 1, 1 §. 4, quod Vossius recte statuit oppositum esse ei, quod ante dictum sit *audacter ac fortiter sententias dicere.*

§. 2. tres] Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Vind. EF. edd. ante Ald. nep. Turr. *III.* (supra: *es*) Vind. A. *III* Ald. nep. Lips. et sqq.

Gaio] Gott. Voss. A. Egm. Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Vind. BEI. *G.* Hamb. Med. a. *Q.* Leid. A. S. et altera scriptione additum Vind. A. *C.* Dr. B. Vrat. C. Rom. a. Ven. b. et sqq.

ex omnibus partibus] *partibus* om. tredecim Oud. codices, quorum octo ex. Fabr. assentientibus Cons. et Pl. indicat: Bong. ABC. Pal. Pet. a m. pr. (de hoc tacet Cons.) Gott. Voss. A.

Cap. 17. §. 1. constiterunt] Qui pridie in colles fugerant, postero die certum in iis locum ceperunt, quemadmodum ex eventu intellectum est. Cf. 3, 26 §. 3: *ad munitiones pervenerunt atque his prorutis prius in hostium castris constiterunt, quam plane ab his videri, aut quid rei gereretur, cognosci posset.*

laverunt, sic, uti ab signis legionibusque non absisterent. Nostri acriter in eos impetu facto reppulerunt 3

Lov. Accedunt Dr. AB. Vrat. AC et a m. pr. B. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BE. Itaque alterius generis codices restant, Hav. A. Vind. A. et, ut credere licet, And. Ox. S. Leid. A. cuius generis auctoritas, cum etiam Goth. A. et edd. praeter iuc. omnes *partibus* exhibeant, sufficere videtur, ut supra c. 7 §. 3 in lectione *in his locis*. Solum *ex omnibus* propter ambiguitatem et insolentiam ferri non posse videtur. *ex omnibus partibus* legitur 3, 4 §. 1 (decurrere) 4, 32 §. 3 (tela coniici) 5, 50 §. 5 (castra munire) 51 §. 2 (tela coniiciunt) 6, 39 §. 4 (impetum faciunt) 7, 15 §. 5 (urbs flumine et palude circumdata) 27 §. 3 (evolaverunt) 80 §. 4 (clamore et ululatu suorum animos confirmabant). Quibus omnibus locis codices consentiunt, excepto ultimo, in quo unus Hamb. *partibus* omittit. Praeterea aliquoties legitur adiecto genitivo vel alia determinatione, ut 3, 28 §. 3 *ex o. p. silvae*. 7, 47 §. 4 *ex o. urbis p.* 2, 29 §. 3 *ex o. in circuitu p.* 7, 19 §. 1 *ex o. fere p.* 7, 69 §. 4 *reliquis ex o. p.* Quod si tamen h. l. ex interpolatione additum est, non displicet quod Apitzius a Caesare scriptum coniicit, *ex collibus*. Ceterum notandus est Daehnii *ex*, non *partibus*, abesse libris opinantis idque probantis error.

§. 3. reppulerunt] Gott. Voss. A. Egm. Fabr. Boug. A. Pl. Vrat. AB. Idem iisdem auctoribus, detracto tamen Voss. A., restituendum est 3, 28 §. 4 et maiore etiam auctoritate 2, 10 §. 3, ubi et omnes iidem, qui h. l., et praeterea Pet. Bong. B. Par. AB. Vrat. C. et Bonn. *reppulerunt* pro *repul.* exhibent. Cf. Schneiderus Gramm. 1, p. 592 et Buttmannus ib. p. 600, quorum prior *reppuli* cum derivatis usu poetarum confirmari atque etiam scriptoribus usitatum fuisse ostendit, alter rationem demonstrat huic cum *rettuli et repperi* communem, quod originem ducant a formis *pepuli*, *tetuli*, *peperi*.

§. 2. sic, uti ab signis legionibusque non absisterent] Pabulatores, qui pedites erant (cf. 8, 17 §. 3), ad signa legionesque se recepisse existimandi sunt, quo tamen Britanni non deterrebantur, quin premere eos pergerent et propinquitatem legionariorum nihil reformidarent. Itaque *sic*, *uti* descriptionem advolantium ex iis, quae deinceps fecerint, colligit et perficit. Cf. ad c. 11 §. 1 adscripta. *legionibusque* perspicuitatis caussa addidisse scriptor videtur, ne *ab signis non absistentes* milites Romani, non hostes, dici putarentur, ut *nec ab signis absistere* cibum capientes milites dixisse videtur Livius 27, 45 §. 11. Et tamen ne addito quidem illo impedire potuit, quo minus perperam haec intelligerentur. Nam ita Aldus et Gryphius haec verba interpunxerunt: *advolaverunt. Sic, uti ab signis legionibusque non absisterent, nostri* — Ceterum verbo *absistere* nec Caesar nisi h. l., nec usquam Cicero est usus: Caesar *discedere* et *recedere* usurpavit.

§. 3. Nostri] Non de equitibus tantum hoc dictum, sed etiam de peditibus, qui omnes sequebantur, quoad equites praecipites eos egerunt, quo facto pedites necessario finem sequendi fecerunt.

reppulerunt] sc. *eos*, quod omitti non potuisset, nisi praece-

neque finem sequendi fecerunt, quoad subsidio confisi equites, cum post se legiones viderent, praecipites
4 hostes egerunt; magnoque eorum numero interfecto neque sui colligendi neque consistendi aut ex essedis
5 desiliendi facultatem dederunt. Ex hac fuga protinus quae undique convenerant auxilia discesserunt, neque post id tempus unquam summis nobiscum copiis hostes contenderunt.

sequendi] *insequendi* Ox. et fortasse Cu., qui nuns in ex. Fabr. inter eos, qui simplex tuentur, non est relatus, Ald. et sqq. usque ad Oud.

quoad] *quod* Bong. AB. Vind. ACI. Hav. A. et a m. pr. Goth. A. *quo* cum edd. ante Ald. codices reliqui practer Ox. Cu., qui vulgatum inde ab Aldo *quoad* praebent.

post se] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. et addito altera scriptione *se* Vind. A. Reliqui codices et teste Elberl. ed. inc. omittunt *se*, quod necessarium est, sed ex coniectura in editiones venisse videtur, cum codices, quos sequi antiquissimae solent, eo careant. Cf. 7, 11 §. 1: *ne quem post se hostem relinqueret.* Civ. 3, 31 §. 3: *Parthis post se relictis.* Alex. 20, 5. Afr. 9, 2. 83, 3. Solum *post* pro adverbio poni h. l. vel propter ambiguitatem non poterat.

§. 5. hostes] om. Ox. et Oud. ed. minoris iterata a. 1773 exempla, haud dubie contra quam voluerat Oud.

deret *in eos.* Cf. 1, 40 §. 7: *quibuscum congressi — superarint.* ib. 6 §. 2: *Allobrogibus sese vel persuasuros — existimabant, vel vi coacturos, ut per suos fines eos ire paterentur.* 7, 81 §. 3: *dat tuba signum suis Vercingetorix atque ex oppido educit.*

sequendi] Pedem referre coeperant hostes necdum in fuga erant. Itaque *sequendi* (nachrücken) aptius erat, quam *insequendi* (verfolgen), cuius finis ne tum quidem fiebat, cum praecipites agi coepti essent hostes, quippe quos equites iidem, qui praecipites eos egerant, porro insequerentur. *Sequendi* vero finis statim factus est, cum primum in fugam coniecti sunt. Cf. 7, 47 §. 3: *neque prius finem sequendi fecerunt, quam muro oppidi portisque adpropinquarunt.* ib. 70 §. 4: *Germani acrius usque ad munitiones sequuntur.*

praecipites hostes egerunt] Cf. adn. ad 4, 12 §. 2.

§. 4. sui colligendi] Cf. adn. ad 3, 6 §. 1.

§. 5. Ex hac fuga] cuius et ipsae auxiliares copiae participes fuerant. Itaque proprie *ex* ea discessisse dicuntur qui ipsi fuerant *in* ea.

quae undique convenerant auxilia] Haec iungenda esse docui ad 4, 21 §. 4. De re v. c. 11 §. 6.

summis — copiis] „quod est, omni exercitu, omnibus viribus adunatis“ recte Gronovius ad Liv. 38, 50 §. 9 haec verba interpretans; sed quod addit „sic ut summa res semel ageretur“ etsi per se verum, verbis tamen significatum non est. Cf. 7, 42 §. 2: *summis copiis castra oppugnata demonstrant.*

18. Caesar cognito consilio eorum ad flumen Tamesin in fines Casivellauni exercitum duxit; quod flumen uno omnino loco pedibus atque hoc aegre transiri potest. Eo cum venisset, animum advertit ad alte- 2
ram fluminis ripam magnas esse copias hostium instructas. Ripa autem erat acutis sudibus praefixisque 3

Cap. 18. §. 1. Tamesin] „*Thamesim* MSS. et Edd. plerique" quod commemorans Oud. non ad *Th* respexisse videtur, quod ex meis codicibus unus Vind. F., ex edd. Ven. b. Ber. Ald. et sqq. usque ad Scal. habent, quodque Metaphrastes expressit (supra c. 11 §. 6 *Tamesis* Bong. AB. Pet. Gott. Voss. A. Egm. Fabr. *Thamesis* „MSS. et Edd. qdd." Dr. B. Goth. B. Vind. F. Rom. a. Med. a. Ven. b. Ber. Ald. a. Gr. ab. St. P. Man. Frell. Turr. Lips. *Themasis* Hamb. *Thamissis* cod. Turr. *Θάμεσις* Met.), sed ad *im* terminationem, quae est in Bong. B. Gott. Voss. A. Egm. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. Hamb. Vind. BCDF(I). et reliquis edd. ante Davisium, qui tacite scripsit *in*, quod in Bong. AC. Pal. Vind. E. et reliquis a me visis legitur. In re dubia codicum utriusque generis optimorum Bong. A. et Vind. A. consensum secutus sum: *Tamesim* praeferre videtur Schneiderus Gramm. 2 p. 298, atque ita sane *Sabim* 2, 16 et 18, *Ararim* 1, 12 et 7, 90, *Ligerim* 7, 5 positum videmus.

§. 3. praefixisque] Bong. A. Ox. S. Leid. A. Vind. A. Hav. A. Ald. a. Gr. a. *praefisis* Hamb. *profixis* Dr. A a m. pr. *praefixis* reliqui codices editionesque, cui nihil sane est quod obiici possit, praeter raram illam codicum consensionem. Ea vero cogit ut scriptorem statuamus praefixas illas ripae sudes opponere defixis sub aqua voluisse, ideoque ripam munitam dixisse *acutis sudibus praefixisque* pro *a. s. iisque praefixis*. Cf. Civ.

Cap. 18. §. 1. cognito consilio eorum] quod quale fuerit, ex superioribus colligi potest, adhibitis iis, quae initio capitis sq. leguntur. Etenim illud, quod supra dictum est de summis copiis, consulto ab hostibus factum, idque consilium eorum a Caesare cognitum est.

Tamesin] Post Caesaris aetatem *Tamesa*, vel *Tamesas* appellabatur. Tac. Ann. 14, 32 *in aestuario Tamesae*. Dio Cass. 40, 3 *τὸν Ταμίσαν*. Ptolem. 2, 3 p. 69 Nobb. *Ἰάμησα εἴσχυσις*, quod Manuertus Brit. p. 182 secundum Tacitum et Dionem emendandum censet. Sed minus considerate idem iudicat in nota: Cäsar, der mit den einheimischen Namen so vertraut noch nicht sein konnte, endigt ihn auf is, Tamesis. Quidni terminationem quoque a Caesare ad ipsum illud, quod per duas aestates audivisset, adaptatam credamus?

§. 2. ad alteram fluminis ripam — instructas] Praepositio propinquitatem significat instruendi actione effectam. Cf. Civ. 3, 85 §. 1: *Pompeius — ad infimas radices montis aciem instruebat.*

§. 3. Ripa autem] Cf. adn. ad c. 16, 3 *Equestris autem.*

sudibus] Similem huic usum sudes Pompeianis praebuisse narrantur Civ. 1, 27 §. 3: infra c. 40 et 7, 81 ad iaculandum comparatas et adhibitas videmus. Quod nominativi singularis exemplum deest, casu factum videtur.

munita, eiusdemque generis sub aqua defixae sudes
4 flumine tegebantur. His rebus cognitis a captivis perfugisque Caesar praemisso equitatu confestim legiones
5 subsequi iussit. Sed ea celeritate atque eo impetu milites ierunt, cum capite solo ex aqua exstarent, ut hostes impetum legionum atque equitum sustinere non possent ripasque dimitterent ac se fugae mandarent.

19. Casivellaunus, ut supra demonstravimus, omni deposita spe contentionis, dimissis amplioribus copiis, mi-

1, 68 §. 3: *ut — militesque inermi sublevatique alii ab aliis magnam partem itineris conficerent.* Alex. 28, 2: *in quo* (flumine) *magnam et paratam classem habebat.*

sub aqua defixae] h. e. in fundo fluminis, non in ripa. De his Beda circiter septingentis quinquaginta annis post Hist. Angl. 1, 2 ita scribit: *quarum vestigia sudium ibidem usque hodie visuntur, quod singulae earum ad modum humani femoris grossae et circumfusae plumbo immobiliter haereant in profundum fluminis infixae.*

§. 5. Sed ea celeritate] Legiones properare iusserat Caesar, ut quam primum equites praemissos et alio loco (vadum enim et ripam ad vadum impediebant sudes) flumen transgressos consequerentur et impetum eorum adiuvarent. Sed ea celeritate ierunt, ut ipsi prius etiam quam equites impetum in hostes facerent. Id praepositum in sqq. *legionum* nomen significat. Itaque *sed* celeritatem, quam praestabant milites, opponit ei, quam Caesar *confestim* eos subsequi iubens postulaverat.

atque eo impetu] Hunc impetum non solum transeuntium, sed etiam flumen transgressorum militum, ipsosque transitu quamvis laborioso nihil impeditos cogitare debemus, quo minus summa vi in hostes impetum facerent. Ceterum si haec vera sunt, quae de virtute militum praedicat Caesar, vera non videntur quae Polyaenus Strateg. 8, 23 §. 5 narrat, de elephanto, quem maximum squamis ferreis tectum Caesar imposita cum sagittariis et funditoribus turri in flumen immiserit, quo viso Britanni equique eorum perterriti in fugam se coniecerint. Mirum etiam, si Caesar funditores et sagittarios habuit, non ad pugnam eis usum esse, ad quam ipse c. 16 questus est milites suos minus aptos fuisse. Praeterea cf. adn. ad 1, 10 §. 5.

Cap. 19. §. 1. ut supra demonstravimus] cap. 17 extremo et ineunte 18, cuius loci interpretatio his adiuvatur.

spe contentionis] Hoc ita dictum est, ut 2, 7 §. 2 *spes defensionis* et 3, 18 §. 6 *spes Venetici belli*, aliter ac spes fugae, salutis et aliarum rerum, quae ipsae sperantur. Male nonnulli contentionem h. l. successum et eventum contentionis interpretantur.

dimissis amplioribus copiis] Incautius Petrarcha Hist. 13, 8: *dimissis equitibus atque peditibus solis essedariis utrorumque officia praestantibus utebatur.* Non modo equites ab essedariis diversos (Cf. quae ad c. 15 §. 1 dicta sunt) sed ne pedites quidem, quos tamen superiore anno 4, 34 §. 5 convenisse legimus, secundum haec verba habuisse Casivellau-

libus circiter quattuor essedariorum relictis, itinera nostra servabat paulumque ex via excedebat locisque impeditis ac silvestribus sese occultabat, atque iis regionibus, quibus nos iter facturos cognoverat, pecora atque homines ex agris in silvas compellebat; et cum equitatus noster 2 liberius praedandi vastandique causa se in agros eiecerat,

Cap. 19. §. 1. quattuor] Voss. A. Egm. Bong. A. Dr. B. Goth. A. edd. ante Ald. a. *quatuor* Vrat. A. Hamb. Vind. A. Ald. a. et sqq. usque ad Ald. nep. Turr. *IIII*or Dr. A. Goth. B. Vind. F. *IIIIC* inc. *IIIIC* Gott. *IIII*c Vrat. B. *CCCC* Ort. *IV* Vrat. C. Ald. nep. Lips. et sqq. Cf. adn. cr. ad 1, 12 §. 4.

paulumque] Bong. AB. Gott. Egm. Lov. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BF. inc. St. *paululum* Goth. A. Vind. C. *paululumque* Oud. ex Voss. A. Ox. Bong. C. Duk. affert, reliquos *paullumque* habere testatus, quod in Hav. A. esse dicit Elberl. Vind. A. et reliquae ante Ald. nep. *paululumque* exhibent, Ald. nep. et sqq. *paullulumque*.

iis] *is* Voss. A. Vrat. A. *his* Dr. AB. Vind. ABCFI. edd. ante Ald. *hiis* Vrat. BC. Hamb.

§. 2. eiecerat] *eiiceret* Pet. Duk. Vind. I. et a m. pr. Goth. A. Idem ex cod. Steph. referre voluisse videtur Hotomannus, cuius in adnotatione legitur: *effunderent*) Steph. *eiicerent*" — *effunderet* Aud. Ox. S. Cu. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq., quod reprehendi non potest. Cf. Civ. 2, 7 §. 3: *omnis sese multitudo ad cognoscendum effudit.* et quod ad tempus modumque attinet, 7, 16 §. 3: (Vercingetorix) *omnes nostras pabulationes frumentationesque observabat, dispersosque, cum longius necessario procederent, adoriebatur magnoque incommodo afficiebat.* ubi de re non semel, sed saepius facta sermonem esse liquet. Vide etiam adn. cr. ad 3, 15 §. 1. Sed hoc pro genuino posito dici non facile potest, quomodo *eiecerat* in reliquos codices venerit, cum neque errore neque consulto factum videri possit. Ferri vero et ipsum potest. Cf. supra c. 15 §. 2: *subito se ex silvis eiecerunt.* Alex. 20, 1: *remigum magnus numerus et classiariorum ex longis navibus nostris in molem*

nus videtur, sed essedarios tantum, quorum maiorem partem dimiserit. Certe numeri tantum, non generis diversitas dimissorum a scriptore significata est.

relictis] Non intelligo, qua ratione Oud. dicat hoc idem esse, quod „*reliquis* sc. secum." *Relictis* nihil aliud est nisi *remanere iussis*, sicut *dimissis* est *discedere iussis*, et *secum* in illo audiri non magis opus, quam *a se* in hoc. Alibi sane pronomen additum est, ut Civ. 1, 41 §. 1 (quem locum conferri iubet Oud.) *Eo biduo Caesar cum equitibus nongentis, quos sibi praesidio reliquerat, in castra pervenit.* et 7, 34 §. 2 *Equitatus partem illi attribuit, partem sibi reliquit.* sed priori loco pendet ex *praesidio*, altero oppositum est *illi*. Neque *relinquebatur* §. 3 est idem, quod *reliquum erat*, quemadmodum Oud. dicit, sed *flebat ut reliquum esset.*

servabat] h. e. operam dabat, ut ne eum fugerent.

omnibus viis notis semitisque essedarios ex silvis emittebat et magno cum periculo nostrorum equitum cum iis confligebat atque hoc metu latius vagari prohibebat.
3 **Relinquebatur ut neque longius ab agmine legionum discedi Caesar pateretur, et tantum in agris vastandis incendiisque faciendis hostibus noceretur, quantum labore atque itinere legionarii milites efficere poterant.**

se eiecit. Liv. 6, 3: *cum pro se quisque tenderent ad portas, si qua forte se in agros eiicere possent* sc. ex urbe. Sane haec omnia ita dicta sunt, ut exeundi ex loco magis quam in locum perveniendi conatus significetur, neque *liberius* tam aptum ad hoc violentioris actionis verbum videtur quam ad *effunderet*. Sed haec ipsa mutandi occasionem dedisse scripturae illius auctori probabile est, scriptorem vero ad impetum significandum, quo equitatus identidem augustos eundi et praedaudi limites egredi conaretur, illo verbo usum eos, qui in ea re minore cum metu et cautione, quam par erat, egerant, *liberius* se eiecisse in agros dixisse. Cf. 7, 1 §. 3: *liberius atque audacius de bello consilia inire incipiunt.* ib. 49, 1: *quo minus libere hostes insequerentur.* Ex Ephemeridibus quidem *effunderet* ductum non videtur, partim quod, si ibi positum esset, Caesar retenturus fuisset, partim quod totum hoc caput, plurium dierum res comprehendens, ex illis derivari in Commentarium vix potuit.

omnibus] *omnes* Vind. A.

notis] Aud. Ox. Hav. A. Vind. A. et sec. ex. Fabr. Pet. Pal. Boug. C. Ald. ab. P. Man. Lips. et sqq. In reliquis ab Oud. adhibitis et a me visis libris, sec. Conf. etiam in Pet. et Pal. sec. Fabr. in Boug. AB. Gott. Voss. A. Lb., in Vind. BCDEFI. et in edd. non solum Aldina vetustioribus, sed etiam in St. Vasc. Gr. b. et Turr. omissum est, errore vel negligentia, ut mihi quidem videtur, librariorum. Certe interpolandi causa non apparet, cum facile intelligatur ignotis viis emitti illos non potuisse, et, si omnibus viis semitisque emitti dicantur, Casivellaunum nihil ad diligentiam reliqui fecisse satis ostendi. Addendi vero causa scriptori haec fuisse videtur, ut simul conditionem Casivellauni meliorem quam Romanorum eo fuisse significaret, quod illi omnes viae notae essent, ideoque nulla eum nocendi occasio falleret. Cf. 4, 26 §. 2 *hostes vero notis omnibus vadis* etc. ex quo tamen loco Apitzius petitum additamentum suspicatur. Atque etiam Ecksteinius et Dübnerus *notis* eiecerunt.

magno cum periculo] *c. m. p.* Boug. AB. Voss. A. Egm. Lov. ab Heinsio coll. sec. Fabr. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Hamb. Vind. BDF. edd. ante Ven. f. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. (Oud. et Pl. tacent.)

§. 3. quantum] Cf. adn. ad 2, 11 §. 5. Neque enim legionarii milites ipsi agros vastabant incendiaque faciebant, sed equites, quorum in eo genere efficientia, cum longius eos ab agmine legionum discedere Caesar non pateretur, latius patere non poterat, quam quousque illis vires ad eundum suppeterent.

20. Interim Trinovantes, prope firmissima earum regionum civitas, ex qua Mandubratius adulescens Caesaris fidem secutus ad eum in continentem Galliam ve-

Cap. 20. §. 1. Trinovantes] „Leid. A. et mox idem ac Bong. A. Voss. ABC. Gott." Vind. A. Petr. 13, 9. *Trenobantes* Lov. Fabr. *Ternobantes* Vind. l. et a m. pr. Goth. A. *ἀπὸ τῶν Τριβονατῶν* Met. *Trinobantes* reliqui codices et edd. omnes, ut Oros. 6, 9 et Tac. Ann. 14, 31, cuius tamen in codice Mediceo Baiterus invenit *Trinovantibus*. Caesarem *v* littera usum esse codicum utriusque generis optimorum consensus initio c. 21 et fine c. 22 demonstrat. Ptolemaeo 2, 3 §. 22 *Τρινόαντες* vocantur.

firmissima] *firmissuma*, quod in Bong. A. Egm. teste Fabr. legitur et in exemplari eo, ex quo Hamb. ductus est, qui *firmis sûma* a m. pr. habebat, exstitisse videtur, etsi secundum ea, quae in adn. crit. ad 4, 23 §. 5 dicta sunt, probari potest, tamen Pl. et Oud. de Bong. A. silentium et Vrat. A. cum Egm. dissensio et quod 1, 3 §. 6 omnes in *firmissimos* consentiunt, vulgatum ut teneamus, suadent.

Mandubratius] *Mandubracius* „MSS. plerique" Bong. A. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Goth. B. Vind. BF. *Mandudratius* Hamb. *Mandrubatius* Vind. A. Apud Orosium l. c. haec leguntur: *Interea Trinobantum firmissima civitas cum Androgorio duce datis quadraginta obsidibus Caesari sese dedidit.* Is fortasse codice usus non ita dissimili Vind. A. scripsit *cum Mandrogorio*. Ceterum terminationem magis Latinam et ad modum nominum *Trebatii*, *Atii*, *Latii* factam §. 2 etiam Bong. A. tuetur.

adulescens] Voss. A. et cum o super *u* Bong. A. Vulgo *adol.* Cf. adn. cr. ad 1, 47 §. 4 et 52, 6.

Cap. 20. §. 1. earum regionum] non totius insulae, ut Petrarcha Hist. 13, 9 interpretatus est; totam enim insulam Caesar cognitam non habebat; sed earum regionum, quibus tum imperabat belli dux Casivellaunus, quas incolebant *reliquae* illae, quae c. 11 extr. memoratae sunt civitates, quae antea bella gerere cum Casivellauno solitae tunc summae eum imperii praefecerant.

Caesaris fidem secutus] Cf. adn. ad 4, 21 §. 7. Aliter Gesnerus in Thesauro in *sequor* p. 402, 38: *promissionibus illius fretus.* Sed Caesar nihil promiserat. Rursus aliter Sincerus: sich um seine Freundschaft und Protection bewerbend, quod non magis probandum. Nam *sequi* ubi significat *sectari*, *appetere*, obiectum habet eiusmodi, quod consequi possis, fidem vero alicuius consequi nemo potest. Rectius reddideris sich vertrauensvoll an C. anschließend. Eodem sensu infra c. 56 Cingetorix *Caesaris fidem secutus* dicitur. Ceterum Mandubratius id, quod fecisse h. l. dicitur, hac ipsa aestate videtur fecisse.

in continentem Galliam] Non sine ratione *Galliam* scriptor adiecit, qui si tantum *in continentem* dixisset, Mandubratius etiam in Italiam vel Illyricum venisse videri posset; *in Galliam* vero non sufficiebat ad demonstrandum ex insula eum venisse: etiam si in Hispaniam vel Italiam fugisset indeque se in Galliam contulisset, ex Trinovantum civitate oriundus ex ea in Galliam venisse dici poterat. Ut igitur ex insula Britannia et recta in Galliam venisse

nerat, cuius pater Imanuentius in ea civitate regnum obtinuerat interfectusque erat a Casivellauno, ipse fuga mortem vitaverat, legatos ad Caesarem mittunt pollicenturque sese ei dedituros atque imperata facturos:
2 petunt, ut Mandubratium ab iniuria Casivellauni defendat atque in civitatem mittat, qui praesit imperiumque
3 obtineat. His Caesar imperat obsides XL. frumentumque exercitui Mandubratiumque ad eos mittit. Illi im-

Imanuentius] Ita edd. excepta inc. omnes (*Inman.* Graev.) usque ad Oud. 2. in qua uncinis inclusum est, quia auctor codices omnes id omittere putabat. Omittunt sane cum ed. inc. longe plurimi, sed tamen de Andino tacet Oud., de Cuiaciano idem et Fabr., de Vind. DI. is, qui utrumque contulit, et in Hav. A. legitur *Imannuetitius*, in Vind. A. *in ianuue tutus*, neque credibile est ab editoribus excogitatum esse id, quod editiones a principio exhibent. Num igitur in Ephemeridibus positum, in Commentario ut supervacaneum inductum a scriptore statuamus? Codicum quidem genus ab eiusmodi suspicione non abhorret, sed primarum editionum ratio obstat, et infra c. 54 Moritasgum, alibi alios eiusdem numeri barbaros haud dubie ab ipso nominatim memoriae traditos accepimus. Itaque sic potius statuendum videtur, corruptum in alterius generis codice antiquissimo nomen, cum legi non posset, a librariis omissum, in altero autem genere servatum ita esse, ut quomodo scribendum sit, pro certo dici nequeat. Vulgati forma similis est Latinorum *Cluentii*, *Iuventii*, *Balventii*.

§. 2. Mandubratium] *in M.* Bong. C. Confl. *Mandubracium* Voss. A. Egm. Lov. Vind. BF. *Mandubrachium* Vind. C. *Mandrubracum* Hamb. *Mandrusbatium* Vind. A.

§. 3. Mandubratiumque] *Mandubraciumque* Bong. A. Voss. A. Egm. Lov. Vind. BF. *Mandubrantumque* Hamb. *Mandrusbatiumque* Vind. A. *Mandubrantium — obsidesque — miserunt* (in fine capitis) Vrat. B. in m. a m. s. (a m. pr. haec omnia om.)

significaretur, utroque nomine opus erat.

§. 2. ut Mandubratium ab iniuria Casivellauni defendat atque in civitatem mittat] Cum Mandubratius illo tempore apud Caesarem atque in tuto esset, defensionem eius, quam petunt Trinovantes, ad dimissum spectare necesse est, et tamen secundo loco hoc ipsum, ut eum in civitatem mittat, petunt. Itaque praesidium a Caesare petisse videntur, quod enm et in itinere et post reditum ad suos ab iniuria Casivellauni defenderet, idque re vera sibi petebant Trinovantes et suas vires non sufficere ad defendendum Mandubratium fatebantur, sed ita petebant, ut suam imbecillitatem dissimularent.

qui praesit imperiumque obtineat] Etiam Cantio praeerant reges quattuor, ut c. 22 §. 1 relatum legimus, sed imperium ii non obtinebant, verum parebant Casivellauno. Eidem Trinovantes interfecto Imanuentio, eiecto Mandubratio parebant, ut communi consilio summae imperii praefecto: nunc ad Caesarem transeuntes sui iuris esse cupiunt.

perata celeriter fecerunt, obsides ad numerum frumentumque miserunt.

21. Trinovantibus defensis atque ab omni militum iniuria prohibitis Cenimagni, Segontiaci, Ancalites,

frumentumque] *frumentaque* Leid. A. Ox. Hav. A. Vind. A. Oud. Singularis nihil nisi rem ad Caesaris voluntatem factam a Trinovantibus demonstrat, nec amplius demonstrare voluisse scriptor videtur.

Cap. 21. §. 1. Trinovantibus] Bong. A. Gott. Voss. A. Vind. A. Goth. A. *Rinouantibus* Vind. C. *ternouantibus* Vind. I. *Thriobantibus* Goth. B. *Trinobantibus* rell. cum edd.

Cenimagni etc.] Sine ratione Ciacconio hic locus mancus videbatur. Certo quod Orosius, quem adhibet, Trinovantium exemplo *urbes alias complures* in foedus Romanorum venisse scribit, id neutiquam eiusmodi est, ut plura quam quinque civitatum nomina eum hic legisse suspicandum sit. Neque Lipsii iudicium probabile videtur, qui ad Tac. Ann. 12, 32 *Cenimagni* mutabat in *Iceni*, *Cangi*, propterea quod „Cenimagni nusquam lecti inter Britanniae gentes." Idem statuendum de Cambdeni coniectura *Iceni*, *Regni* scriptum a Caesare existimantis. Neque Dion. Vossio satis causae erat, cur *Cenomani* scribi mallet, quod supra c. 12 §. 1 Britanniae civitates maritimae dicantur fere iis nominibus civitatum appellari, quibus ex civitatibus orti incolae eo pervenerint. Cenomanos enim non Belgas esse, sed Celtas ipse Vossius videbat; de his vero quinque civitatibus ne illud quidem constat, utrum maritimae fuerint necne. Ceterum codicum in his nominibus dissensio non tanta videtur, ut Oud. hoc potissimum loco „plerumque in MSS. varia occurrere monstra in nominibus propriis" commemorare et propterea varietatem eorum non enotare debuerit. In Vind. A. omnia quinque omissa sunt. Ad *Cenimagni* in Fabr. adscripta est auctoribus Bong. AB. Voss. A. Ex Leid. B. Oud. *Sĕmagni*, ex Egm. *Cenomagni*, in m. *Cenomanni*, affert. *Ceni Agni* a Cambdeno in MS. repertum narrat Dav. Praeterea *ceni magni* Vrat. B. *ceui magni* Goth. A a m. s. *cenomagni* (ut Egm.) Vrat. A. *conmagni* Vind. I. *Cevimagni* Vind. D. edd. ante Ald. a. *οἱ Κενιμανοί* Met.

Segontiaci] Bong. AC. Egm. Gott. Voss. A. Fabr. Ex Bong. B. in marg. ex. Fabr. *Segonti ariuncalites* affertur ita, ut distinctionis varietas certa, littera *r* autem ambigua sit. *legontiaci* Dr. B. *Segonciati* Pet. Fabr. Hamb. *segontiani* Vind. E. *Segontaci* Pal. Coufl. *Sengoriaci* Goth. A. Vind. CDI. edd. ante Ald. a.

Ancalites] *Ancalides* Vind. C. *Anchalites* Dr. A. Hamb. et a m. s. Goth. A. *Anchalides* Vind. I. ct a m. pr. Goth. A. *Ancarites* Ven. cde.

Cap. 21. §. 1. Trinovantibus defensis] misso, ut videtur, praesidio, quod cum illi una cum Mandubratio ut mitteret, postulassent, Caesar acceptis demum obsidibus et frumento miserit. De hyperbato non cogitandum, quod Hausius admittit, dum ad *defensis* adscribit: „sc. ab omni iniuria, et prohibitis."

ab omni militum iniuria] qualem supra c. 19 §. 3 in finibus Ca-

Bibroci, Cassi legationibus missis sese Caesari dedunt.
2 Ab iis cognoscit non longe ex eo loco oppidum Casivellauni abesse silvis paludibusque munitum, quo satis magnus hominum pecorisque numerus convenerit.
3 Oppidum autem Britanni vocant, cum silvas impeditas vallo atque fossa munierunt, quo incursionis hostium
4 vitandae causa convenire consuerunt. Eo proficiscitur

Bibroci, Cassi] *Bibrocicassi* Vrat. B a m. pr. *bibrocicasi* Dr. A. Vind. B. *bibrociacassi* Pal. Confl. Goth. B. *Bibrocilassi* Pet. Fabr. Confl. *librocicassi* Hamb. *Bibroci Cassi* Vind. C. *Bibrogi Cassi* Vind. D. edd. ante Ald. a. *Bribroci cassi* Bong. B. Fabr. et in unum coniuncta Vrat. C. *Broci Crassi* cum puncto sub altero *r* Goth. A. *Βούβροκοι — Κάσσοι* Met.

legationibus] *legati omnibus* Vind. A.

§. 2. iis] Bong. A. Egm. Voss. A. Lov. ab Heinsio coll. *hiis* Bong. B. Gott. Vrat. ABC. Hamb. Vulgo *his*, ut 7, 83 §. 1: *locorum peritos adhibent: ab his* (vel *ex his*, ut est in Bong. A. aliisque) *superiorum castrorum situs munitionesque cognoscunt*. Sed infra c. 45, 4: *ille — ad Caesarem pervenit. Ab eo de periculis Ciceronis legionisque cognoscitur.*

§. 3. Britanni vocant] *Brittantium vocari* Vind. A.

munierunt] *munierint* Leid. A. S. Cf. adn. cr. ad 4, 33 §. 1.

incursionis hostium vitandae] *incursiones h. vitandi* Leid. A. S. Vind. A. quod simile est Liviano 2, 25 §. 3 *consul — experiendi animos militum causa parumper moratus*, neque abhorret ab illo, quod 2, 21 §. 5 etiam plures eiusdem generis libri praebent, *in quaerendo suos* vel *inquirendo suos*. Pluralis autem, quo Caesar supra c, 1 §. 5 et 6, 10 §. 5 et Hirtius 8, 11 §. 2 utitur, significare potest belli causa oppida esse instituta eoque eos, qui hostibus resistere non possent, se recipere et per totum bellum ibi consistere consuesse. Singularis vero, qui 6, 23 §. 3 et 8, 3 §. 2 occurrit, rebus ita ferentibus, si quando incursio hostium non repellenda, sed vitanda videretur, oppidorum refugio eos usos esse demonstrat. Atque hoc probabilius est. Minime enim in omnibus bellis omnes hostium incursiones vitari ab adversariis solent, neque Britannorum oppida omni belli tempore frequentata incolis videntur fuisse. Velut supra c. 9 §. 4 commemoratum, oppidum haud dubie, quamquam illo loco nondum ita a scriptore vocatum, fortasse quod nunc demum ab illis legatis edoctus, quid Britanni oppidum vocarent, sicut in Ephemeridibus, ita etiam in Commentario hoc demum loco commemorandum id existimavit.

sivellauni illatam legimus. Quamquam illis, ut hostibus, iniuria non fiebat; sed Trinovantibus defensis et in fidem receptis si nocuissent, iniuriam fecissent.

§. 2. non longe ex eo loco] sc. quo in loco legatorum orationem et deditionem acceperat; cuius tamen loci accuratior definitio desideratur. Ad dictionem cf. 1, 53 §. 1 *milia passuum ex eo loco circiter quinquaginta*. 4, 22 §. 5 *quae ex eo loco ab milibus passuum octo vento tenebantur.* Frequentius est de tempore, ut 1, 42 §. 3 *ex eo die quintus*.

**cum legionibus; locum reperit egregie natura atque
opere munitum; tamen hunc duabus ex partibus op-
pugnare contendit. Hostes paulisper morati mili- 5
tum nostrorum impetum non tulerunt seseque alia ex
parte oppidi eiecerunt. Magnus ibi numerus pecoris 6
repertus, multique in fuga sunt comprehensi atque in-
terfecti.**

22. Dum haec in his locis geruntur, Casivellaunus ad Cantium, quod esse ad mare supra demonstravimus, quibus regionibus quattuor reges praeerant, Cingetorix, Carvilius, Taximagulus, Segovax, nuntios mittit atque his imperat, uti coactis omnibus copiis

§. 4. reperit] *reperiit* Vind. I. *repperit* Bong. A. Vrat. A. Rom. a. Med. a. Ven. bcdef. quod h. l. minus aptum. Cf. adn. cr. ad c. 17 §. 3. — §. 5 Bong. A. etiam *reppertus* habet, quod vitiosum est.

§. 5. alia ex parte] „MSS. meliores" Bong. AB. Voss. A. Egm. Dr. B. Vrat. AC. Goth. B. Hamb. Vind. EF(I). Ven. f. *ex alia parte* Vrat. B. Goth. A. Vind. ABD. (Gu.) edd. rell. ante Oud. excepta St. in qua *ex parte alia* est. *ex alia paulisper*, in m. a m. s. — *parte*, Dr. A. Cf. 3, 22 §. 1: *alia ex parte oppidi Adcantuannus* etc. Quod ante Oud. legebatur, minus probum videtur. Etiam *altera* praecedere praepositionem solet.

Cap. 22. §. 1. Dum] *Cum* „MSS. undecim" Bong. AB. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Hamb. Vind. ACFI. Ven. f. memorabili in errore consensu, cum alibi, ut 1, 46 §. 1, 4, 32 §. 1, 34 §. 3, in dictione *dum haec s. ea geruntur* omnes teneant *dum*. Sed 1, 39 §. 1 et 3, 17 §. 1 Vind. A. et priori loco non solus *cum* exhibet, et in aliis scriptoribus frequens hic error librariorum est.

his] om. Vind. A. *iis* Bong. A. Egm. Lov. *hiis* Bong. B. Voss. A. Gott. Vrat. ABC.

quattuor] Bong. A. Dr. B. Goth. B et a m. s. A. edd. ante Ald. *quatuor* Dr. A. Vrat. AC. Hamb. et a m. pr. Goth. A. Ald. a. Gr. ab. St. P. Man. Freii. Turr. *IIII*or Vrat. B. *IIII* Gott. Vind. F. *tres* Vind. A *IV* Ald. nep. Lips. et sqq.

Segovax] „Bong. AB. Voss. A. Leid. AB. Pet. Lov. Egm. et quatuor alii" Gott. Pal. Fabr. Vrat. A. Goth. B et a m. s. A. Vind. E. *Segouas*, sup. *ri* a m. s. super *ua*, Dr. A. *Segonas* Hamb. *Sevogax* Vind. A. *Segoriax* Bong. C. Cons. Dr. B. Vind. F. *Segonax* rell. codd. a me visi et edd. omnes, cui equidem nihil praeter codicum auctoritatem adversari puto. Nam quod

§. 6. repertus] sc. est. Cf. adn. crit. ad 3, 19 §. 5.

Cap. 22. §. 1. ad Cantium — nuntios mittit] Non aliter hoc dictum videtur atque Civ. 2, 38 §. 3 *ad castra equitatum*, ib. 3, 19 §. 2 *ad ripam fluminis legatum* mittere. Nam quod Baumstarkius propinquitatem iudicari statuit (in die Nähe von Cantium) minus aptum est. Itaque non recentiores tantum, ut Haud. Turs.

castra navalia de inproviso adoriantur atque oppugnent.
2 Ii cum ad castra venissent, nostri eruptione facta, multis eorum interfectis, capto etiam nobili duce Lu-
3 gotorige, suos incolumes reduxerunt. Casivellaunus

Dübnerus, qui et ipse *Segovax* scripsit, alteri similitudinem nominum Graecorum ex ἄναξ compositorum obstare dicit, nescio utrum librarios hanc similitudinem captasse, an scriptorem eandem fugisse existimaverit, sed neutrum verisimile esse arbitror. Librarios enim tam doctos non habemus, scriptorem autem etiam verum nomen Romanum non dubitasse videmus uni horum regulorum attribuere, in quo tamen et ipso nonnulla est librorum varietas: *Carulius* habet Hamb. *Cartuilius* Leid. A. *Carnilius* S. idque Lipsius et sqq. usque ad Oud. receperunt, neque in ex. Fabr. ei discrepans quicquam adscriptum est. (*Taximagalus* Hamb. *Tasimagulus* Dr. A. Vind. B.)

his] *iis* Bong. A. Egm. Lov. Fabr. Vrat. A. Goth. A. Hamb. *is* Voss. A. Fabr. *eis* Pet. Conf. *hiis* Bong. B. Gott. Fabr. Vrat. Pel. *iis* quamquam maiorem etiam h. l. quam supra c. 21 §. 2 habet auctoritatem, tamen *his* tenendum puto, quo certius quattuor reges ob id ipsum nominati significentur. *iis* ad Cantii incolas omnino referendum videretur.

inproviso] Vrat. A. Vind. A. (Bong. A.) non *impr.*

§. 2. Ii] Bong. A. Gott. Egm. Lov. Vrat. A. Goth. AB. Gu. *hii* Bong. B. Vrat. BC. Hamb. Vind. AB. *hi* Dr. AB. Vind. C(FI). edd. praeter Turr. *Hic* habentem omnes usque ad Oud., qui tacite, sed non sine codicibus, ut ex. Fabr. demonstrat, *ii* reposuit. Id non deterius esse ex iis locis apparet, qui *is* initio positum habent, ut 1, 2 §. 1, 3 §. 4, 53 §. 7 et plures, qui certius documentum praebent, quam in quibus *ii* est, quod fere ubique in aliis aliter scriptum legitur.

Lugotorige] „MS. Hot. Brant. Bong. AB. Voss. ABC. Egm. Duk. Dorv." Bong. A. Voss. A. Egm. Gott. sec. Fabr. N. (in quo supra §. 1 ex *Cingetorix* a m. s. factum est *Lugatorix*) Par. A. Vind. I. et a m. pr. Goth. A. inc. *Lugutorige* Dr. A. *Lutogorige* Pal. sec. Oud. *Lutocorige* idem sec. Confl. *Lutotorige* Vrat. C. *Lutugorige* Goth. B. *Logotorige* Leid. C. Petrarcha Hist. 13, 11, postquam *quatuor Britanniae regulos* sine nominibus posuit, de hoc ita scribit: *et uno regum capto, cui Legotorix* (ita ed. pr. sed *Logotoris* cod. Hamb. *Lugotorige* Italus) *fuit nomen. Orgetorige* Aud. *Cingetorige* „MSS. qdd." MSS. plerique sec. Cl. Hav. A. Vind. AE. et a m. s. Goth. A. Ald. ab. Gr. a. St. P. Mau. Turr. Ci. *Κιγγετόριγα* Met. *Cingentorige* Dr. B. Vind. DF. margo. Vrat. B. a m. s. edd. ante Ald. Gr. b. Frell., quae editiones etiam §. 1 cum Dorv. Vind. DF. Goth. B. Vrat. C. et a m. s. B. *Cingentorix* exhibent. Discrepans alterius generis codicum ab reliquis atque inter ipsos scriptura fortasse eo est orta, quod, cum casu factum esset ut in antiquissimo eius generis libro prior nominis pars legi non posset, alii aliter eam partem

1 p. 81 demonstrat, ita loquebantur.

§. 2. Ii cum venissent, nostri] Cf. adn. ad 4, 11 §. 1.

hoc proelio nuntiato, tot detrimentis acceptis, vastatis finibus, maxime etiam permotus defectione civitatum, legatos per Atrebatem Commium de deditione ad Caesarem mittit. Caesar cum constituisset hiemare in continenti, propter repentinos Galliae motus, ne- 4

supplendam putaverunt. Et qui *Cing.* scribebant, de rege cogitare potuerunt, quem h. l. etiam ducem belli et imperatorem nobilem dici existimaverint; quem tamen Caesar eundem illum fuisse haud dubie significasset.

§. 3. civitatum] *civitatium* S. Vind. A. et fortasse Hav. A. de quo tacens Elb. *civitatium* cum Oud. scripsit. Cf. adn. crit. ad 4, 3 §. 1.

§. 4. cum constituisset hiemare in continenti, propter repentinos Galliae motus] *cum instituisset h.* etc. Bong. B. *cum statuisset h.* etc. cod. Brant. Ald. ab. Gr. ab. P. Man. Vasc. Frell. *cum statuisset hyeme in c. p. r. G. m. agere* Vind. A. *cum statuisset hiemem — agere* V. C. Urs. And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. et reliquae praeter Inc. et Ven. f. editiones, quod Oud. elegantius videbatur, quam ut a librario profectum fuisse credi fas esset. Sed magis attinebat ostendere, ubi cum legionibus hiemare, quam ubi ipse hiemem agere statuisset. Nam ita differt lectio utraque, ut altera de exercitus hibernis, altera de imperatoris commoratione potissimum cogitari iubeat. Solebat autem Caesar hiemem in provincia citeriore agere; sed illam hiemem totam ad exercitum mansit, quemadmodum c. 53 §. 3 decrevisse dicitur, ac fieri sane potuit, ut iam tum ita facien-

§. 3. per Atrebatem Commium] Pius Hotomannus in his invenit quam iuest, dum Britannos prius Commium fide publica evocasse et eius opera in hac compositione usos esse narrat. Commium Britannis notum fuisse ex 4, 21 et 27 colligitur; qui si etiam hoc anno, ut superiore, cum Caesare in Britannia erat, quod hic locus ipse in Caesaris silentio demonstrare videtur, quidni ad eum legatos suos miserit Casivellaunus, ut per eum ad Caesarem introducerentur? Quamquam negari nequit *per aliquem legatos ad aliquem mittere* dictionem esse insolentiorem. *Atrebatem*, quod alibi postpositum nomini Commii videmus, hic fortasse ideo praecedit, ut barbarus barbari hominis auxilio usus neque per se adire Caesarem ausus esse intelligatur. Similiter 8, 7 §. 5: *paucis ante diebus ex his castris Atrebatem Commium discessisse ad auxilia Germanorum adducenda:* ubi Atrebas opponi Germanis videtur.

§. 4. propter repentinos Galliae motus] non qui iam exstitissent, sed qui exstituri secundum ea, quae cognosset, viderentur. Quod Strabo l. 4 p. 68 Tz. redisse Caesarem scribit *διά τε τὰς ἐν τοῖς Κελτοῖς γενομένας στάσεις τῶν τε βαρβάρων καὶ τῶν οἰκείων στρατιωτῶν*, id nescio an aliunde petitum sit. Ad verborum collocationem, cuius vim commate ante facto demonstravi, cf. 1, 18 §. 4: *favere et cupere Helvetiis propter eam adfinitatem.* 3, 19 §. 2: *impeditis hostibus propter ea, quae ferebant, onera.* 4, 25 §. 3: *atque nostris militibus cunctantibus, maxime propter altitudinem maris.*

que multum aestatis superesset, atque id facile extrahi posse intellegeret, obsides imperat et quid in annos singulos vectigalis populo Romano Britannia penderet,

dum sibi statueret. Id vero significare non erat huius loci, ubi rationes acceptae Casivellauni deditionis redduntur, neque in *continenti* dicendum ei erat, si tamen significare vellet, verum in *Gallia;* et ex verbis c. 24 extremis collatis cum iis, quae Titurius c. 29 §. 2 dixisse dicitur, apparet Caesarem, cum primum in Galliam redisset, etiam hac hieme discedere ab exercitu et in Italiam proficisci constituisse; cuius consilii scriptor mentionem ita facit, ut non videatur antea ostendisse Caesarem hanc hiemem in Gallia agere voluisse. Quae cum ita sint, lectio ab Ond. servata reiicienda, eius origo autem ad Ephemerides referenda videtur, in quibus prius illud sibi captum consilium commemorans Caesar scribere potuit hiemem se in Gallia agere statuisse. Quo minus enim critici alicuius licentiae hanc varietatem acceptam referamus, primum consensus illorum librorum, in quibus etiam Par. B. numerandum esse ex eo colligo, quod Achaiutrius alteram scripturam (*constituisset hiemare)* tantum ex Par. A. affert, deinde hoc obstat, quod licentiam illam vix credibile est etiam verbum *constituisset* attrectaturam fuisse, quod tamen secundum ea, quae ad 4, 6 §. 5 ostendi, ad *hiemem agere* minus aptum erat, quam *statuisset*. Illud sane mirum, quod editiones primas cum isto genere codicum facere, Aldum ab eo desciscere videmus; sed simile quid in *Imanuentio* c. 20 §. 1 et in huius cap. fine accidisse videmus. Neque si *hiemare* corruptum in *hieme*, quod ipsum in Vind. A. exstat, occasionem mutationis praebuisset, verbum defectui supplendo necessarium tam constanter longius ab nomine suo remotum in illis codicibus locum teneret.

quid] Hav. A. Vind. A. et fortasse unus et alter Oud. qui in MSS. plerisque *quod* vel *quot*, sed *quod* in vetustioribus legi dicit. In ex. tamen Fabr. *quod* tantum ex Bong. AB. *quot* ex Lov. ab Heinsio collato et Lb. affertur. Ex meis Dr. A. Vrat. C. Goth. A. et a m. s. B. cum Bong. A. Carr. cod. Turr. inc. Ven. f. *quod*, Dr. B. Vrat. AB. Hamb. Gu. Vind. EF. Goth. B a m. pr. et pro var. lect. a m. s. A. cum Boug. C. et Pal. Cons. *quot* exhibent. *quod* si idem esse volumus, quod *id quod*, ferre utique possumus: er bestimmt diejenige jährliche Abgabe, die R. zu entrichten hätte. Sed usui scriptoris et naturae convenientius est *quid.* Cf. Civ. 2, 20 §. 8: *Varro — quod penes eum est pecuniae, tradit, et quid ubique habeat frumenti ac navium, ostendit.* Ita codices meliores, non *quod ubique*. Infra c. 53 §. 4: *quid reliqui consilii caperent atque unde initium belli fieret, explorabant.* et alibi.

id facile extrahi posse] *id* non ad *hiemare in continenti*, sed ad *neque multum aestatis* referendum, *extrahi* autem non *differri*, sed *trahendo absumi* interpretandum, quasi Germanice dicas hinausgezögert, h. e. durch Zögern zu Ende gebracht werden. Eodem sensu Civ. 1, 32 *Catone dicendi mora diem extrahente*, ib. 33 *sic triduum disputationibus excusationibusque extrahitur*, et 3, 28

constituit; interdicit atque imperat Casivellauno, ne 5
Mandubratio neu Trinovantibus noceat.
23. Obsidibus acceptis exercitum reducit ad mare,
naves invenit refectas. His deductis, quod et capti- 2
vorum magnum numerum habebat, et nonnullae tem-
pestate deperierant naves, duobus commeatibus exerci-
tum reportare instituit. Ac sic accidit, uti ex tanto 3

§. 5. Mandubratio] *Mandubracio* Bong. A. Voss. A. Gott. Egm. Vind. B. Goth. B. *Mandubragio* Dr. A. *Mandubrucio* Hamb. *Mandobrigio* And. *Mandrusbatio* Vind. A.

neu Trinovantibus] Bong. AB. Fabr. Vind. A. et a m. pr. Goth. B. *neu Trenovantibus* Bong. A. Pl. Pet. Conf. *ne ut renovantibus* Voss. A. Fabr. *neu Ternovantibus* Vind. I. *neu Rinovantibus* Vind. C. *neu Trenobantibus* Gott. Egm. Hamb. *ne Trenob.* Vrat. A. *neu Trinub.* Dr. B. *neu Trenobatibus* Vrat. B. *neu Trinobantibus* reliqui codices mei (Goth. A. a m. s. cum duobus punctis sub altero *n*) et edd. (*neutri nobantibus* Veu. e.) Cf. adn. ad c. 20 §. 1.

noceat] *bellum faciat* Aud. Ox. Cu. Hav. A. Vind. A. Rom. a. Med. a. Ven. bcde. Ber. Oud. Hoc quoque ex Ephemeridibus petitum esse potest. Probam per se et Caesari non insolitam dictionem esse ad l. 3 extr. ostendi; sed non minus proba altera est eademque cum alibi, tum in hoc Commentario frequenter usurpata. Cf. supra 7, 2. 19, 3 et infra 34, 3 et 36, 2. Ad singularem vero hominem simul atque ad populum aptior haec videtur. Itaque quod primum negligentius et per zeugma dixisset, postea verius et sine figura enuntiandum putaverit.

Cap. 23. §. 2. reportare] ante *exercitum* positum est in Lov. Fabr. Dr. B. Hamb. *deportare* Cu. Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. et fortasse Carr. („*deportare constituit.* St. *instituit.* Carr. *reportare constituit.* Flor. Gr. b." Brutus.) St. Oud. 2. cuius iudicium merito improbavit redarguitque Heidius.

instituit] R. N. Voss. Cl. „mei omnes praeter Ox." Gott. Voss. A. Egm. Lov. Fabr. Parisienses, Pet. Bong. C. Conf. Carr. cod. Turr. et mei omnes praeter Vind. A., qui cum Hav. A. et edd. ante Oud. excepta inc. omnibus exhibet *constituit. instituit*, quod Oud. ut efficacius praetulit, etiam aptius est. In sequentibus enim statim factae rei eventus narratur, quem fieri iam coeptae significatio rectius quam faciendae praecedit.

tractandis conditionibus et simulatione deditionis extracto primo noctis tempore accipienda.

§. 5. interdicit atque imperat] Cf. c. 58 §. 4: *praecipit atque interdicit — unum omnes petant Induciomarum, neu quis quem prius vulneret, quam illum interfectum viderit.* Etiam Casivellauno duae res praescribuntur, una ad ipsum et ad eius inimicum, altera magis ad civitates spectans ideoque verbum aliud adiunctum habens.

Cap. 23. §. 3. sic accidit] Cf. 7, 74 §. 1: *si ita accidat.* Fortunae eiusque secundae vim verecunde Caesar, ut solet, significat; et vere admirabilis erat res, praesertim in illa maris novitate. Simul praetermissa quaedam, de eventu navium 4, 28 memorata-

navium numero, tot navigationibus, neque hoc neque superiore anno ulla omnino navis, quae milites porta-
4 ret, desideraretur, at ex iis, quae inanes ex continenti ad eum remitterentur, et prioris commeatus expositis militibus, et quas postea Labienus faciendas curaverat numero LX., perpaucae locum caperent, re-
5 liquae fere omnes reiicerentur. Quas cum aliquamdiu

§. 3. ulla] *nulla* Cu. Leid. A. Hav. A. Vind. A. et teste Ond. et Fabr. Bong. A. quod ferri nequit, etsi Latini nonunquam iterandis negationibus imitati sunt Graecorum sermonem. Sed Caesar ita non solet. Cf. 1, 8 §. 3: *negat se more et exemplo populi Romani posse iter ulli per provinciam dare.* ubi unus Dr. A. et a m. s. *nulli* habet. infra c. 55 §. 2: *neque tamen ulli civitati Germanorum persuaderi potuit, ut Rhenum transiret.* 6, 11 §. 4: *neque aliter si faciant, ullam inter suos habent auctoritatem.* Civ. 3, 75, §. 3: *neque vero Pompeius cognito consilio eius moram ullam ad insequendum intulit.* ut omittam plura iuxta positorum *neque ullus* exempla, quae omnia pariter atque illa, si *nullus* ponatur, pro negantibus affirmantia fiant. Hoc loco tamen, si prius *neque* abesset, quemadmodum a Dr. B. abest posterius, *nulla* ferri posset. Sic Terentius Eun. 5, 8 v. 47, quo loco usus est Reisigius Schol. p. 408, *ad omnia haec magis opportunus nec magis ex usu tuo nemo est*, et Heant. 1, 1 v. 11, quem addidit Haasius, *agrum in his regionibus meliorem neque preti maioris nemo habet.* De reliquis, quae vera et recta sunt, quae *neque — neque* post *nullus* habent, cf. Moebii ad h. l. adnotatio.

§. 4. et prioris] *et* om. Bong. C. Confl.

reiicerentur] Hav. A. Vind. A. (uterque *reic.*) Vind. D. et edd. praeter inc. et Ven. f. omnes: *referentur* Bong. C. *reficerentur* reliqui codices (*reffic.* Hamb.) inc. Ven. f.

rum (cf. adn. ad 4, 37 §. 2) et de Labieni navibus supra c. 11 §. 2 significatis, hoc modo supplet.

§. 4. remitterentur] Coniunctivi ratio eadem est, quae in *portaret*, ut genus significet. Male Lippertus: welche zurückgeschickt werden sollten.

et prioris commeatus expositis militibus] Etiam haec male interpretatus est Lippertus, dum *et* und zwar, nämlich significare ostendit. Recte Heldius interpretatur sowohl, et verbi *remitteretur* partem priorem ad alterum genus navium non pertinere monet. Ad plenam autem dictionem aliquid deest, et proprie dicendum erat *quo in genere et eae erant, quae prioris commeatus expositis militibus remittebantur.*

postea] quam factae sunt eae, quibus Caesar in Britanniam profectus est, quarum pars erant modo commemoratae illae prioris commeatus milites portantes.

reiicerentur] Non satis respondere hoc illi *desideraretur* apparet. Sed cum Ephemerides scribebat Caesar, nihil amplius de harum navium eventu scire poterat, quam quod ex iis audisset, qui fuerant in illis perpaucis, quae locum ceperant. Id igitur in Commentario tenuit: quid denique iis factum esset, aut ipse nunquam comperit, aut

Caesar frustra exspectasset, ne anni tempore a navigatione excluderetur, quod aequinoctium suberat, necessario angustius milites collocavit ac summa tranquillitate consecuta, secunda inita cum solvisset vigilia, prima luce terram attigit omnesque incolumes naves perduxit.

24. Subductis navibus concilioque Gallorum Samarobrivae peracto, quod eo anno frumentum in Gallia

§. 5. a navigatione] *et n.* S. *a* om. Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. AD. edd. ante Oud. excepta Ven. f. Cf. 7, 55 §. 9: *ab re frumentaria Romanos excludere*, ubi eiusdem generis libri nonnulli praepositionem omittunt. Sed Civ. 2, 41 §. 6 omnium consensu *ab acie excludebant* legitur.

summa tranquillitate consecuta] *s. t. secuta* „plerique recentiores" N. Gott. et sec. Confl. Pet. Pal. Bong. C. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BE. *summam tranquillitatem consecutus* Ox. Hav. A. Ald. ab. P. Man. Turr. Lips. lu. Gr. Dav. Idem in Cu. et And. legi suspicabatur Oud., nescio quo argumento, sed in Vind. A. et Par. B. non ita legitur (Achaintrius *summa consecuta tranquillitate* ex Parisinis libris afferens verborum ordinem curasse non videtur) neque ita scribi a Caesare potuit; qui si exspectasset, quoad tranquillitas exstitisset, fortasse *consecutus tranquillitatem* posset dici. Cum vulgata conf. 3, 29 §. 2: *eiusmodi sunt tempestates consecutae, ut* etc.

inita] *nuta* inc. teste Eiberl. om. And. Ox. Cu. cod. Turr. Hav. A. Vind. AD. Petr. Hist. 13, 13. edd. ante Ald. Cf. adn. cr. ad 2, 2 §. 1.

Cap. 24. §. 1. Samarobrivae] *Samarobuae* Bong. ABC. Pet. Gott. Voss. A. Egm. Fabr. in qua scriptura coronis ad *b* litteram adiecta et *ri* significans fefellisse eos, qui illos codices contulerunt, videtur. Certe nec Oud. nec Pl. ex Bong. A. diversam

propter rerum insequentium gravitatem referre in Ephemerides neglexit, aut in Commentario supplendum non putavit.

§. 5. quod aequinoctium suberat] Itaque ante diem aequinoctii profectus est. Cui non obstat quod Cicero Attico 4, 17 §. 3 scribit se ab Quinto fratre et a Caesare accepisse a. d. IX. Kal. Nov. litteras, *confecta Britannia, obsidibus acceptis, nulla praeda, imperata tamen pecunia, datas a litoribus Britanniae proximo* (id corruptum videtur) *a. d. VI. Kal. Octobr. Exercitum Britannia reportabant.* Cf. adn. ad 1, 16 §. 2.

perduxit] De praetermissa loci significatione v. adn. cr. ad 3, 29 §. 3. Hic intelligendus est is, quo tendebat: er brachte sie alle wohlbehalten ans Ziel.

Cap. 24. §. 1. concilioque Gallorum] Cf. adn. ad o. 2 §. 4. In eo consilium suum de distribuendis in plures civitates legionibus communicasse cum Gallis videtur.

Samarobrivae] Eam urbem hodie *Amiens* ab Ambianis vocatam et ad flumen *Somme* dictum positam esse statuunt, cui flumini olim Samarae nomen fuerit. Cf. Ukerti Gallia p. 146 et 547.

**propter siccitates angustius provenerat, coactus est
aliter ac superioribus annis exercitum in hibernis col-
2 locare legionesque in plures civitates distribuere; ex
quibus unam in Morinos ducendam Gaio Fabio legato
dedit, alteram in Nervios Quinto Ciceroni, tertiam in
Essuos Lucio Roscio; quartam in Remis cum Tito La-
3 bieno in confinio Trevirorum hiemare iussit. Tres in**

a vulgata scriptnram afferunt, et in Confl. Pet. et Bong. C. eandem exhibere traduntur, nt ab Ursino in Notis „Faërnus et V. C.“ Sed in Emendationibus Ursinns *Samarobrinae* Faërni libros et snum habere testatur, quod Oud. in MSS. quibusdam rec. exstare dicit, ego in Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. edd. ante Lips. et Graev. inveni. Sed Ursinnm etiam in Em. *Samarobrivae* poni voluisse ex eo apparet, quod addit: Ptolemaeus *etiam Σαμαρόβριουα.* (L. 2, 9 §. 8 Nobb.) *Samarirubriuae* Vind. A. *Samabarosiuae* Hamb. *marobrinae* Vrat. A. *Samatobrinae* Goth. A. a m. pr. *Samathobrine* Vind. Cl. *Samorobrinae* Leid. A. et a m. s. Goth. A. Cf. infra c. 47 §. 2 et 53, 3, quibus locis codices item multi *n* pro *v* exhibent. Sed in *brina* exiens nomen nullnm exstat, in *briva* terminationem vero *Briva Isarae* (hodie *Pontoise*) et *Brivodurum* Galliae et *Durobrivae* Britanniae et *Gambrivii* Germaniae firmant. Praeterea apud Ciceronem Fam. 7, 11, 12 et 16 codex Mediceus *v* tueri videtnr (Vrat. A. nbiqne *n* exhibet). Deniqne in fragmento Itinerarii prope oppidum *Tongres* in Belgis reperto et in *Nouvelles archives des Pays-bas par M. de Reiffenberg* a. 1829 m. Nov. N. 3. p. 175 exhibito est SAMARABRIVA. (referente F. O. *in Zeitschr. f. d. A. W.* a. 1835. N. 36. p. 296).

§. 2. Gaio] Bong. AB. Gott. Voss. A. Egm. Par. A. Dr. A. Vrat. AB. Vind. BCE. *G.* Hamb. Vind. I. Med. a. Ven. b. *C.* vnlgo. Iisdem auctoribns paulo post *Quinto* (hoc etiam Vind. I.) *Lucio* (etiam Vind. AI.) *Tito* (etiam Dr. B. Vind. I. Ber.) pro *Q. L. T.* scripsi.

Essnos] *Esuos* Goth. A. Vind. Cl. *al. Lexovios* snperscriptum in Vind. B. *Eduos* Lipsius teste Fabr. (L.) Et *Aeduos* dedit Cl. recte improbante ob ea, qnae c. 53 leguntnr, Ukerto. Cf. adn. cr. ad 2, 34.

§. 3. Tres] *tris* Oud. 2.

siccitates] Cf. adn. ad 4, 38 §. 2. Herzogio pluralis perpetuitatem significare videbatur, cni assentiri non possnm.

legionesqne in plnres civitates distribnere] His verbis continetnr declaratio *aliter collocati exercitus.* Dictio ipsa non insolita, nec satis cansae est, cnr breviter hoc dictum putetur pro *mittere in civitates et in iis distribuere,* qnemadmodum putabat Moebius.

§. 2. Qninto Ciceroni] Hnic Caesar *hiberna et legionem eligendi optionem detulerat*, teste fratre ad Att. 4, 18 §. 3.

in Essnos] Hos Ukertns in tabnla geographica probabiliter collocat inter Aulercos Eburovices (3, 17) et Aulercos Cenomanos (7, 75). Legio in eos dncta infra c. 53 tertia decima appellatur.

hiemare iussit] Mutatae dictionis ratio colligi posse videtur ex

Belgis collocavit: his Marcum Crassum quaestorem et Lucium Munatium Plancum et Gaium Trebonium legatos praefecit. Unam legionem, quam proxime trans 4 **Padum conscripserat, et cohortes v. in Eburones, quo-**

Belgis] *Belgio* And. Cu. Hav. A et *l* superne adscripto Vind. A. cum edd. praeter inc. omnibus. Cf. adn. cr. ad c. 12 §. 1.
Marcum] Vrat. A. Hamb. Vind. CEI. Par. A. Ber. *M.* vulgo.
quaestorem] „Pet. Lov. Ox. Boug. C. fort. et And. Cu." om. Duk. Vrat. C. Vind. ACD. Hav. A. et a m. pr. Goth. A. Met. edd. ante Ven. f. *q.* Vind. T. *quintum* „reliqui" Bong. B. Gott. Voss. A. Egm. Lov. ab Heins. coll. et Lb. sec. Fabr. (Par. A.) Boug. A. Dr. AB. Vrat. AB. Goth. B. Hamb. Gu. inc. Hoc ex nota, qualis est in Vind. F., ortum videtur. Vitiosum esse Oud. ex eo colligit, quod Caesar singulas legiones singulis legatis dederit. Accedit quod *Quintus* Munatius Plancus nullus videtur exstitisse. Crassum vero quaestorem Caesar iterum c. 46 §. 1 et tertium 6, 6 §. 1 nominat, dissentientibus sane codicibus eiusdem generis, cuius nonnulli hic *quaestorem* omittunt. Nam 46, 1 item omissum est in Ox. et Vind. A. et 6, 6 pro *Caesar partitis copiis cum C. Fabio legato et M. Crasso quaestore* And. et Ox. habent — *cum C. Fabio et M. Crasso legatis.* Sed haec varietas ex Ephemeridibus repeti potest, in quibus cum M. Crassum id, quod illo anno erat, appellasset, *legatum*, in Commentario honestiore nomine ab anni proximi dignitate *quaestorem* vocaverit, cum proprie *pro quaestore* esset. Eodem modo infra c. 53 §. 6 L. Roscium in Comm. vocavit *quaestorem*, quem in Ephem., si coniectura de codicum genere non fallit, *legatum* nominaverat. Nec male Pighius loco ad 4, 13 §. 4 citato coniecisse videtur Roscium anno superiore quaestorem, hoc pro quaestore Caesari fuisse. Cf. infra ad c. 25 §. 5 adscripta. Hoc vero loco praetermissio nominis *quaestorem* non videtur ex Ephem. repetenda, quippe in quibus Crasso, Planco et Trebonio aut nulla aut diversa dignitatis significatio, qualem in Comm. habemus, addi debuerit. Itaque vel errore ex nota obiecto vel consulto propter locum 6, 6 omissum illud videtur.
Lucium] Bong. AB. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Lb. Dr. A. Vrat. AB. Vind. BCE. *L.* (Par. A.) vulgo.
Gaium] Bong. AB. Gott. Voss. A. Egm. Dr. A. Vrat. A. et, sup. a m. s. *C*, B. Vind. BCEI. Par. A. *Caium* Goth. A. *G.* Hamb. Med. a. Ven. b. *C.* vulgo.

Ciceronis ad Quintum fratrem epistolae 3, 8 initio, quod Labienum illo tempore Romam profectum fuisse demonstrat, venisse vero Romam non ostendit.

§. 4. proxime] Factum videtur huius anni initio, cum in citeriorem Galliam ex Illyrico revertisset. Cf. supra c. 2 §. 1, quo loco praetermissam conscriptae legionis significationem hic supplet. Sed quo tempore in Britanniam navigavit Caesar, haec nondum ad eum venerat. Cf. c. 8 §. 1.

cohortes v.] Quidni integram legionem? Addita enim illa, quam proxime trans Padum conscripserat, novem habebat. Cf. adn. ad 3, 1 §. 1. An dimidiam sibi re-

rum pars maxima est inter Mosam ac Rhenum, qui sub
5 imperio Ambiorigis et Catuvolci erant, misit: his
militibus Quintum Titurium Sabinum et Lucium Au-
6 runculeium Cottam legatos praeesse iussit. Ad hunc
modum distributis legionibus facillime inopiae frumen-
7 tariae sese mederi posse existimavit; atque harum
tamen omnium legionum hiberna praeter eam, quam

§. 4. Mosam ac Rhenum] *ac* „MSS. optimi et plurimi." Voss. A. Egm. Fabr. (Boug. A.) Goth. AB. Vrat. A. Hamb. Vind. C. *et* Dr. AB. Vrat. BC. Vind. A. edd. ante Oud. quod multo est usitatius. Unum illi simile est Caesaris 1, 33 §. 2 *apud Ariovistum ac Sequanos* (ubi tres codd. deteriores *atque* exhibent) sed Hirtiana duo, 8, 11 §. 2 *Remorum ac Lingonum*, et Alex. 65, 3 *in Bithynia ac Ponto*. (*Mossam* Goth. A. Hamb. *renum* Vrat. B. Vind. A.)

Catuvolci] Sic scribendum putavi, cum codices optimi et plurimi hoc loco *Catuolci*, c. 26 §. 1 *Catuuulco* et 6, 31 §. 5 *Catuuolcus* exhibeant. Idem placebat viro docto in marg. Fabr. ad c. 26, quem Oud. Gudium dicit. *Catuolci* Rom. a. Med. a. Ber. *Catuloici* inc. *Catuloci* Ven. bcdef. *Catiuulci* Ald. et sqq. usque ad Oud. *Cativolci* Oud. quemadmodum in Lov. ab Heinsio collato legi testatur Fabr.

§. 5. Quintum] Gott. Voss. A. Egm. Bong. A. Vrat. AB. Vind. BCE. Par. A. *Crassum quintum* Pal. Confl. *Q.* vulgo. Cum iisdem et Dr. A. Vind. 1. paulo post *Lucium* et §. 7 *Lucio* cum iisdem et Dr. A. scripsi pro *L.*

liquit? Sed post interitum harum xv. cohortium, cum numero earum duplicato initio anni sequentis tres novas legiones accepisset (6, 1 extr.), tamen non amplius decem in reliquo bello Gallico habuit. Cf. 6, 36 §. 2 et 8, 4 §. 3, 54 §. 3, quibus locis Hirtius decimam sextam et decimam quintam commemorat. Scilicet in proeliis et expeditionibus tot perierant, quot in quinque cohortibus esse solebant, ut etiamsi novem legiones esse dicerentur, re vera tamen octo tantum cum dimidia essent; ac nisi hae copiae cum Titurio et Cotta interissent, fortasse Caesar non xv. cohortes, sed duas legiones missas scripsisset. Cf. c. 35 §. 7.

quorum pars maxima est inter Mosam ac Rhenum] *Partem* h. l. scriptor plane ut 1, 1 §. 4 regionis dicit eius, quam illi incolebant, quae tum quoque cum Commentarios scribebat, inter Mosam ac Rhenum erat, quo tempore Eburonum gens pene tota occiderat, ut ad 4, 6 §. 4 ostendi. Neque enim quod illic ad tempus praesens (*qui sunt Trevirorum clientes*) explicandum adhiberi poterat Ephemeridum tempus, idem hic fieri potest, cum totum hoc additamentum in illis vix locum haberet. In Commentario vero haec regio propter calamitatem ibi acceptam accuratius describenda erat. Eodem pertinet mentio regum.

§. 5. his militibus] Nomen, quo offendebatur Hotomannus, perspicuitatis causa additum videtur, ut et legioni et v. cohortibus, non his tantum, praefuisse illos intelligeretur.

Lucio Roscio in pacatissimam et quietissimam partem ducendam dederat, milibus passuum centum continebantur. Ipse interea quoad legiones collocatas 8
munitaque hiberna cognovisset, in Gallia morari constituit.

25. Erat in Carnutibus summo loco natus Tasgetius, cuius maiores in sua civitate regnum obtinuerant.

§. 7. centum] *c* Ald. b. Lips. et sqq.

§. 8. collocatas] *collocasset* And. Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. AD. Rom. a. Med. a. Ven. bcde. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. Iu. Graev. Oud. 2. (hic, ut solet, *conl.* et ipse scripsit et codicibus editisque, quos commemorat, tribuit). Id si per se consideretur, haud immerito ut exquisitius et post illa §. 3 *tres in Belgis collocavit* dubitationi et mutationi obnoxium alteri recto illi quidem, sed magis vulgari praelatum videatur, neque vero eiusmodi est, ut casu factum credi possit. Sed codicum rationem habenti aut ex Ephemeridibus ductum aut variandae orationis studio illatum videri debet. Iam in Ephem. positum *collocasset* propter ipsa illa §. 3 verba mutari in simplicius ab ipso scriptore potuit: variandi libidinem cur hoc potissimum loco grassatam dicamus, nulla causa apparet. Itaque illud probabilius puto.

Cap. 25. §. 1. cuius] *huius* „MSS. plerique" Bong. AB. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Lb. (de Bong. A. tacet Pl.) Pet. Pal. Bong.

§. 7. milibus passuum centum continebantur] non in circuitu, ut interpretantur plerique, vulgarem verbi significationem sequentes, qua ratione neque Caesar ad rei frumentariae facultatem multum profecisset, neque Ambiorix ea, quae c. 27 §. 9 leguntur, de distantia castrorum Ciceronis et Labieni dicere potuisset; sed in longitudinem, ita ut quae longissime inter se distarent hiberna, tamen non longius centum m. p. distarent. *Contineri*, ut 1, 38 §. 4, significat *iungi*, et centum milia passuum mensura est lineae, quae longissime distantia castra iungebat ita, ut una eius pars extrema castra una, altera altera tangeret. Quod autem centum milia *omnium* legionum hiberna continuisse dicuntur, scilicet minus distantia minore continebantur mensura, quae cum in nullis centum milia excederet, hac continebantur omnia. Ceterum falsum hoc visum est Cluverio Germ. L. 2 cap. 2 extr. a castris Titurii usque ad Crassi castra CLXXX. m. p. fuisse contendenti; tantum enim distare inter se *Tongeren* et *Crevecoeur* dicta oppida. Itaque aut Caesarem errasse, ut saepe, aut excidisse LXXX. vel alterum C. putat. Sed locum in Eburonibus Titurio, in Bellovacis Crasso capiendum tam certo definire Caesar non poterat: spatium quidem, quo longius eos inter se distare nollet, haud dubie definitum ab eo est centum milibus, neque maius esse potuit, si nimium eos inter se distare noluit. Ut igitur fuerint tam remoti, quam putat Cluverius, nihilo minus vere Caesar ostendit, quid ipse praescripserit, quid vero factum sit, non ostendit.

§. 8. in Gallia morari constituit] Cf. adn. cr. ad c. 22 §. 4.

2 **Huic Caesar pro eius virtute atque in se benivolentia, quod in omnibus bellis singulari eius opera fuerat usus,**
3 **maiorum locum restituerat. Tertium iam hunc annum regnantem inimici multis palam ex civitate auctoribus**

C. Confl. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. C. Par. A. edd. ante Ald. a. quod ferri nequit.

§. 2. benivolentia] „MSS." Gott. Egm. Fabr. Bong. A. Pl. Hav. A. Par. A. et a me visi omnes cum edd. ante Ven. f. *benev.* Ven. f. et sqq. usque ad Oud. Cum non solum h. l., sed etiam 7, 43 §. 4 et Civ. 2, 31 §. 3 codices *i* tueantur, eisque et grammatici et inscriptiones (cf. Forcellinus in *benevolus*) suffragentur, hoc cum Oud. tenendum potius quam cum Cellario analogiam sequendam putavi. Idem praeter eos, quos nominavit Forcellinus, in Terentio fecit Bentleius.

§. 3. iam hunc] *h. i.* V. C. Urs. in Not. Vind. C. et a m. pr. Goth. A. St. Gr. b. Frell. Cl. *in hunc* Pal. Confl. *iam huic* Hamb. *iam nunc* edd. ante Ven. f.

inimici] Leid. AB. Ox. Bong. C. Voss. C. Hav. A. Vind. AD. Hamb. edd. ante Oud. *inimicis* Pal. Confl. Goth. B. *inimici iam* Vind. Fl. Gu. Dr. B. Oud. 1. *iam inimicis* Dr. A. *inimicis iam* reliqui codices et inc. *inimici etiam* Oud. 2.

multis palam] *p. m.* Vind. A. Hav. A. St. *multi p.* Vind. CF. et, in marg. *multis*, I. *p. multis iam* Goth. B. *p. multi etiam* Ven. f. *p. multis etiam* Vind. D. et reliquae edd. ante Oud.

ex] *in* Vind. D.

auctoribus] Leid. A. S. Ox. Hav. A. Vind. A. Ald. a. et sqq. (nonnullae *author.* vel *autor.*) „*et iis* vel *his a.* MSS. plerique et inc." *et iis a.* Pet. Confl. Lov. Fabr. Bong. A. Pl. Vrat. A. Goth. B. Par. A. *et hiis a.* Vrat. BC. (hic *autor.*) Hamb. Vind. E. inc. sec. Elberl. *et* $\overset{h}{iis}$ *auct.* Bong. AB. Gott. Voss. A. Egm.

Cap. 25. §. 2. in omnibus bellis] primi, secundi et tertii anni. Nam tertio anno eum remuneratus est, ut ex §. 3 colligi licet. In illis bellis equitatui praefectus fuerit.

§. 3. Tertium iam hunc annum regnantem] Pronomen ad Tasgetium referendum videtur, ut iunctura sit sententiarum, quae, si *hunc annum* construas, quomodo Cicero ad Q. fr. 1, 1 §. 12 *nunc vero tertius hic annus habeat integritatem eandem* scripsit, disiunctae sine ratione sint. Nam quod Lippertus iudicat initio ponendum fuisse, si ad Tasgetium pertineret, propterea minus commode fieri poterat, quod proximum enuntiatum *huic* initio positum habebat, anaphorae autem locus hic non erat. Praeterea *iam*, ad demonstrandum tempus praesens (jetzt das dritte Jahr) aptissimum, si multum temporis significet, id quod in illa constructione, ne bis idem dicatur, necessarium est, minus aptum fiat: jetzt schon das dritte Jahr; quasi magnum id spatium sit. Neque vero *eum*, quod, si *hunc annum* coniungimus, ante *interfecerunt* admittere cogimur, sero positum placet. Ad demonstrativi collocationem cf. 7, 26 §. 3: *iamque hoc* (vel *haec*) *facere noctu apparabant.*

interfecerunt. Defertur ea res ad Caesarem. Ille 4
veritus, quod ad plures pertinebat, ne civitas eorum inpulsu deficeret, Lucium Plancum cum legione ex

Fabr. *et is a.* Voss. A. sec. Oud. *et his a.* V. C. Faërni apud Urs. in Not. cod. Brant. Lbb. Vind. BC. Gu. et a m. s. Goth. A. (a m. pr. pro *et his* videtur *ceteris* habuisse.) *et his actoribus* Dr. A. *ex his au.* Leid. B. *multis a.* Pal. sec. Oud. Dr. B. Vind. F. *iis aut.* Vind. D. Rom. a. *iis auct.* Med. a. Ven. b. Ber. *his a.* Vind. I. Ven. edef. (haec *aut.*)

interfecerunt] Leid. A. S. Ox. Hamb. Hav. A. Vind. A. Ald. a. et sqq. usque ad Oud., qui cum reliquis codd. et inc. *eum int.* scripsit. — Lectio codicum eorum, quos optimos habemus, *tertium iam hunc annum regnantem inimicis iam multis palam ex civitate et iis auctoribus eum interfecerunt*, si compararetur cum alterius generis scriptura, *tertium iam hunc annum regnantem inimici palam multis ex civitate auctoribus interfecerunt*, vix dubitari possit quin ab interpolatione originem ducat, cui facili lapsu ex *inimici* ante *multis* factum *inimicis* occasionem dederit, cum *inimicis multis* ablativi absoluti esse viderentur, quibus primum adiiceretur *iam*, quo idem, qui iam tertium hunc annum regnaret, iam multos inimicos habuisse demonstraretur, deinde alteri ablativi absoluti ingererentur ad caedis rationem, quam priores nondum satis redderent, plenius et certius reddendam, denique *eum* in illa pronominis *hunc* interpretatione sane necessarium adderetur. Nec desunt similis interpolationis etiam in illo codicum genere exempla. Cf. 1, 13 §. 3. 2, 8 §. 2 et 27 §. 1. Accedit loci, quem alterum *iam* tenet, inconstantia, et verborum *et iis* varietas. Itaque cum Elberlingio alterum genus codicum sequendum et ex optimis nihil nisi ordinem verborum *multis palam* ut ab ambiguitate liberum et in quo illi quamvis interpolati non peccare potuerint, retinendum putavi. Quo minus enim Caesarem ita, ut in optimis scriptum est, scripsisse credamus, non solum molesta *iam* particulae repetitio, sed etiam notionum ablativis *inimicis* et *auctoribus* comprehensarum discrepantia, tum verborum *inimicis multis palam ex civitate* abhorrens ab usu et ratione collocatio, maxime vero hoc impedit, quod verbi *interfecerunt* subiectum desideratur. Non enim publice et iussu civitatis Tasgetium interfectum esse sequentia clare demonstrant. Ceterum memoratu digna videtur Oudendorpii coniectura *tertium iam hunc annum regnantem inimici, sed iam multis palam ex civitate necis auctoribus, eum interfecerunt* primitus scriptum a Caesare existimantis. Davisio *et iis* ortum ex *caedis* videbatur.

§. 4. inpulsu] Voss. A. Egm. (Bong. A.) Par. A. non *imp.* (*impulsione* Carr. cod. Turr. Duk. Aic. Goth. A. Vind. C. (bic *inp.*) I. om. Vind. F.)

Lucium] Gott. Voss. A. Egm. Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Vind. BCE. Par. A. om. Vind. A. Gr. b. Vulgo *L.*

cum legione] *c. legatione* Hamb. *c. religione* Bong. A. *culti*

§. 4. pertinebat] sc. ea res, quae deferebatur. Sic 7, 43 §. 3 *ex direptis bonis, quod ea res ad multos pertinebat.*

Belgio celeriter in Carnutes proficisci iubet ibique hiemare, quorumque opera cognoverit Tasgetium interfectum, hos comprehensos ad se mittere. Interim ab omnibus legatis quaestoribusque, quibus legiones tradiderat, certior factus est in hiberna perventum locumque hibernis esse munitum.

26. Diebus circiter quindecim, quibus in hiberna

legione Ox. in quibus numeri vestigia inesse suspicatus Oud. dubitabat, an *cum VI. legione* scribendum esset, non reputans inter Caesaris legiones sextam nullam fuisse. Cf. adn. ad 3, 1 §. 1. Neque Marklandi coniectura a Daehnio significata probabilis est, *cum I.* (una) *legione*, cum Plancus non amplius quam unam haberet. Bongarsiani codicis scriptura pariter atque Hamburgensis negligentiae tribuenda videtur: in Ox. numerum VII. vel XI. positum eumque ex Ephemeridibus illatum esse potuisse non negaverim.

Belgio] *Belgis* Gott. Duk. Voss. C. Aic. Vrat. B. Vind. CI. Goth. A. (hic sup. *o*) Hamb. a m. s. ed. inc. Cf. c. 24 §. 3.

cognoverit] *cognoverat* „MSS. plerique" Lov. Fabr. (Confl.) cod. Brant. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Vind. I. Par. A. edd. ante St. P. Man. Ald. h. Turr. quod probari nequit. Unde enim Caesar Samarobrivae de caedis auctoribus cognovisset? Neque aliud nisi caedem ad se delatam et multos palam eius auctores fuisse ostendit, quos ipsos indagare, convincere, convictos denique ad se mittere Plancum iussit. Itaque veram scripturam hic quoque servarunt codices iidem, quos §. 3 sequendos esse statuimus. Exstat enim in V. C. Faërni apud Ursinum in Notis, in ipsius Ursini libro sec. Emend., unde susceptum a Lipsio videtur, et in Hav. A. Vind. A., ex quibus coniectura de Oudendorpianis praeter *plerosque* reliquis fieri potest. De Bong. A. etsi tacet Pl., ut cum Oud. 2. facere videatur, tamen vix credendum.

§. 5. quaestoribusque] *quaestoribus* Voss. B. *quaestoreque* duo codd. MSS. teste Ciacconio, qui singularem necessarium putabat. Secundum ea, quae ad c. 24 §. 3 in adn. crit. dicta sunt, pluralis ferendus et ad Crassum et Roscium referendus videtur, nisi forte Caesari trium provinciarum proconsuli tres quaestores dati fuerunt. De proquaestore etiam Oud. cogitabat. Aliorum interpretationes plane improbabiles sunt, ut Sinceri, qui singulis legatis singulos quaestores adiunctos, ut Mori, qui duces in universum et infinite significatos, ut Moebii, qui etiam poetico more locutum Caesarem statuit. Illud fatendum, si c. 24 §. 3 unum M. Crassum quaestorem nominaverit, h. l. pluralem negligentius esse positum.

tradiderat] *transd.* Ald. b. Lips. et sqq.

Cap. 26. §. 1. quindecim] Voss. A. Egm. Fabr. Bong. A. Dr. AB. Vrat. A. Hamb. Vind. E. *XII.* Vind. A. *XV.* vulgo.

Cap. 26. §. 1. Diebus circiter quindecim, quibus] *quibus*, pro quo *postquam* exspectari poterat, vel *quam*; ut Suetonius Tib. c. 60 dicit *in paucis diebus*, *quam Capreas attigit — iussit*, quo-

ventum est, initium repentini tumultus ac defectionis ortum est ab Ambiorige et Catuvolco; qui cum ad 2
fines regni sui Sabino Cottaeque praesto fuissent frumentumque in hiberna comportavissent, Induciomari Treviri nuntiis inpulsi suos concitaverunt subitoque oppressis lignatoribus magna manu ad castra oppugnatum venerunt. Cum celeriter nostri arma cepissent 3

ventum est] *est* om. Carr. cod. Turr. Cf. adu. cr. ad 1, 16 §. 2.

Catuvoico] *Catuvulco* „MSS. plerique“ Dr. A. Vrat. A. Goth. B. et a m. s. A. Vind. B. Boug. A. Par. A. Rom. a. Med. A. Ber. *Catunulco* Dr. B. Vrat. C. *Catumilco* Hamb. *Catuolco* Pet. Confl. Vind. D. *Catuulco* Vind. F. et a m. pr. Goth. A. *Gatuulco* Ven. bcdef. *Cativulco* Gr. a. et sqq. ante Oud. *Gativulco* Ald. a. *Catinulco* Bong. C. Confl. *Cattivulco* Lov. Fabr. *Catimulo*, in m. a m. s. *Catuloco*, Vrat. B. *Cativileo* Vind. Cl. *Patulco* Vind. A. *Cautusulco* Leid. A. „alii aliter corrupte“ Oud. qui *Cativolco* tenuit. Cf. adn. cr. ad c. 24 §. 4.

§. 2. Treviri] *Treveri* Boug. AB. Voss. A. Egm. Vrat. A. Goth. A. a m. s. Vind. A. Par. A. Ven. f. *treverii* Vind. C. *et Treviri* Bong. C. Confl. Vind. F. *et Treveri* Dr. B. *et Trevirorum* m. Frell. *καὶ τῶν Τρεϋίρων* Met. *Treverensis* Petr. cod. Hist. 14, 2. (*Trevirensis* ed.).

ad castra oppugnatum] *ad c. expugnatum* Lbb. *ad c. pugnatum* Vind. D. edd. ante Ven. f. *c. oppugnatum* Faërnus sec. Urs. in Em. „Noster et Faërninus et Romanus et Steph.“ Hotom. idque Lips. et sqq. ediderunt. *ad c. oppugnanda* Par. B. Hav. A. Vind. A. Leid. A. S. Ox. „et alius“ Ald. et sqq. usque ad Lips. *ad c. oppugnandi* alii sec. Cl. Id Rhellicanus, qui ed. Bas. a. 1531 utebatur, in qua est *oppugnanda*, in lemmate positum expiicat ita, ut *gratia* supplendum dicat, sed ubi ita scribit *paucis ante diebus*, quomodo intelligendum sit, ad 4, 18 §. 1 ostendi; *diebus quindecim* autem eiusdem temporis, cuius *quibus* initium, finem significat, ita ut totum, quod inter tumultus initium et in hiberna adventum interiectum tempus fuit, quindecim dierum tempus fuisse demonstretur. Sed utra res initium spatii, utra finem significet, verba ipsa non demonstrant, et usu tantum factum est ut *postquam*, non *priusquam* intelligeretur. Pro *quibus* dici poterat *cum*, ut est in epistola Planci ad Cic. Fam. 10, 23: *quem triduo, cum has dabam litteras, exspectabam*; quo loco Reisigius Schol. gramm. p. 712 perperam *cum* pro *antequam* positum putabat. Ut Caesar, ita Terentius Andr. 1, 1 v. 77: *fere in diebus paucis, quibus haec acta sunt, Chrysis vicina moritur:* nisi quod *in* addidit, ut Suetonius l. c. Qui hunc ablativum (*diebus*) per *intra* explicant, ut Garatonius ad Cic. Verr. 2, 15, posterioris (*quibus*) rationem non habent.

repentini tumultus] bellici, Kriegslärm. Sic Civ. 2, 25 §. 2 *repentini tumultus timore*.

ortum est] Locis Caesaris et Hirtii ab Heldio allatis addo Tac. Ann. 2, 1 *initio apud Parthos orto* et 15, 41 *principium incendii huius ortum*.

vallumque ascendissent atque una ex parte Hispanis equitibus emissis equestri proelio superiores fuissent, desperata re hostes suos ab oppugnatione reduxerunt. Tum suo more conclamaverunt, uti aliqui ex nostris ad colloquium prodiret: habere sese quae de re com-

ptum invenerit, non magis ostendit, quam Aldus nepos, qui „in aliis optime" ita legi demonstrat. *ad castra oppugnatum*, quod reliquorum codicum ab Oud. adhibitorum (Boug. ABC. Pet. Pal. Gott. Voss. A. Egm. Fabr.) tum cod. Brautii, V. C. Ciacconii, Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Hamb. Vind. BCEI. Par. A. ed. inc. et. Ven. f. auctoritate recepimus, cum hac ipsa auctoritate, tum eo praestat, quod sic facilius intelligitur, quomodo reliquae lectiones siut ortae. Neque per se non bonum est. Nam *ad castra venire*, etsi plerumque de hoste dicitur, ut 3, 6 §. 2, 4, 34 §. 5, 5, 22 §. 2, 29 §. 2, tamen etiam de amico dici poterat, ut 6, 41 §. 2. Itaque non sine causa additum est *oppugnatum*. Similiter 1, 30 §. 1: *totius fere Galliae legati, principes civitatum, ad Caesarem gratulatum convenerunt:* quem locum apte contulit Apitzius, qui et ipse hanc scripturam praefert. Per se tamen melius et simplicius videtur quod Lipsius Faërni, ut opinor, auctoritate motus recepit, quodque Hotom. in quattuor codicibus exstare testatur. Neque Aldina scriptura est cur improbetur, ad quam tuendam Ciacconius adhibuit locum 1, 44 §. 4: *omnes Galliae civitates ad se oppugnandum venisse*, cui similis est Civ. 1, 14 §. 1: *cum Lentulus consul ad aperiendum aerarium venisset*, et secundum idem genus codicum 4, 30 §. 1: *qui post proelium factum ad ea, quae iusserat Caesar, facienda convenerant.* Id igitur a Caesare scriptum esse posse non negem. Sed *oppugnandi* ab eius oratione alienum et Rhellicani errori tribuendum puto.

§. 3. suos ab oppugnatione] *ab o. s.* Vind. A. Oud. qui quam tacite discessionem a prioribus editoribus fecit, non sine omni auctoritate et ad ambiguitatem vitandam fecisse videtur; cui tamen in tanto librorum consensu, cum non facile quispiam *hostes suos* coniungere possit, assentiendum non putavi.

aliqui — prodiret] Boug. A. sec. Fabr. et Oud. Par. A. Lov. Egm. Voss. ABC. Gott. Vrat. A. et fort. a m. pr. B. Gu. Hamb.

§. 3. Hispanis equitibus] Horum nusquam praeterea mentio in bello Gallico fit, sed in bello civili in Africa rex Iuba (Civ. 2, 40) et Caesar (Afr. 39) Hispanos equites habuisse dicuntur. Coëmpti in Hispania belli Gallici causa equi memorantur 7, 55, et ex Hispania supra c. 1 res armandis navibus idoneae apportari iubentur, et c. 27 Q. Iunius est ex Hispania quidam; sed cur, quomodo, quando hi equites in illa castra venerint, frustra quaeras.

suo more] non sua lingua, ut Hausius interpretatur; sed quod Romani per legatos, id barbari per clamorem universorum efficiebant, ut quid vellent, alteros docerent. Cf. c. 37 §. 3: *tum vero suo more victoriam conclamant atque ululatum tollunt.* 7, 21 §. 1 *conclamat omnis multitudo et suo more armis concrepat.*

muni dicere vellent, quibus rebus controversias minui posse sperarent.

27. Mittitur ad eos conloquendi causa Gaius Arpineius, eques Romanus, familiaris Quinti Titurii, et Quintus Iunius ex Hispania quidam, qui iam ante missu Caesaris ad Ambiorigem ventitare consuerat; apud quos Ambiorix ad hunc modum locutus est: Sese pro Cae- 2

Vind. A. Inc. *aliquis — prodiret* Leid. AC. Par. B. *aliqui — prodesset* Voss. B. (an Leid. B?) *aliqui — prodirent* Vrat. B. fort. a m. s. et reliqui cum scripti tum editi. Singularis postulato magis quam pluralis convenit. Cur enim plures requirerent? *aliqui* vero substantivi loco etiam apud Cic. pro Sulla c. 13 §. 39) in optimo codice legitur: *non hoc quaerendum arbitror, num purgetur aliqui, sed num arguatur.* cui quod Stürenburgius in adn. Lat. ad Cic. pro Arch. p. 91 obiicit, quod sequatur *sed*, cuius prima littera extremam pronominis hauserit, id, si per se minus probandum esset *aliqui*, aliquam vim haberet. Nunc sola codicum auctoritate nitendum videtur.

Cap. 27. §. 1. conloquendi causa] om. Ox. Hav. A. Vind. A. (*conl.* Voss. A. Egm. Par. A. Vrat. A. Bong. A.).

Gaius] Gott. Voss. A. Egm. Leid. A. Bong. A. sec. Pl. Par. A. Dr. A. Vrat. A. Vind. CEI. *Gayus* Vrat. B. *G.* Med. a. Ven. b. *Caius* Bong. AB. Fabr. Vind. B. om. Vind. A. *C.* vulgo.

Arpineius) Bong. A. sec. Pl. Vind. C. *Arpinius* V. C. Urs. Leid. A. Hav. A. (Vind. E.) Iu. Graev. Dav. Cl. *Carbinius*, corr. *Carvinius*, Vind. A. *Carpineius* „reliqui" Dr. B. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. DFI. Par. A. edd. ante Iu. *Capineius* Vind. B. *Capineus* Dr. A. *Carpienius* Bong. C. Cond. *Carpicinus* Hamb. *Arpinus* Oud. 2. culpa, ut videtur, typothetae. Cf. c. 28 §. 1.

Quinti] Gott. Voss. A. Egm. Fabr. Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Vind. BCEI. Ven. f. *quinque ti*, deleto *que*, Par. A. *Quintus* Ven. cde. om. Vind. A. *Q.* vulgo.

Titurii] *Tituri* Vind. A. *Titurius* Ven. cde.

Quintus] iidem, qui paulo ante *Quinti*, et Par. A. Ven. cde. *Q.* vulgo.

consuerat] „Voss. A. Egm. et quatuor alii" Voss. A. Egm. Lov. Fabr. Vrat. AC. Goth. B. Vind. I. Gu. Par. A. Ven. f. *consuerant* Bong. A. *consuerunt* Gott. Voss. C. Leid. C. Dr. A. Vrat. B. (hic *consueverat* in m. a m. s.) Hamb. Vind. BE. et sec. Oud. Lov. Inc. *consueverant* Leid. A. Ox. Hav. A. Vind. AF. *consueverat* reliqui codd. et edd. Syncopen et Caesaris usus, de quo v. adn. cr. ad 4, 24 §. 4, et codices tuentur: pluralem, quem et ipsum tueri codices videntur, verbi *mittitur* numerus vitiosum esse arguit, nec mirum, si ante *apud quos* (Ven. f. *apud quem* exhibet) multi eum probabilem putaverunt; et tamen in Bong. A. Plüschkius dubitabat an lineola super *a* ducta a m. s. esset, cui adiiciendae etiam *missi* eodem in libro perperam pro *missu* exaratum occasionem potuit dare.

ad hunc modum] plures Oud. codices, Bong. ABC. Pal. Gott. Voss. A. Egm. Fabr. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. EFI. Hamb. Gu. (Par. A.) edd. ante Ald. a. St. Gr. b. Frell. Oud. 2.

**saris in se beneficiis plurimum ei confiteri debere, quod
eius opera stipendio liberatus esset, quod Aduatucis
finitumis suis pendere consuesset, quodque ei et filius
et fratris filius ab Caesare remissi essent, quos Adua-
tuci obsidum numero missos apud se in servitute et
3 catenis tenuissent; neque id, quod fecerit de oppu-
gnatione castrorum, aut iudicio aut voluntate sua fe-
cisse, sed coactu civitatis; suaque esse eiusmodi im-
peria, ut non minus haberet iuris in se multitudo,
4 quam ipse in multitudinem. Civitati porro hanc fuisse
belli causam, quod repentinae Gallorum coniurationi
resistere non potuerit. Id se facile ex humilitate sua
probare posse, quod non adeo sit imperitus rerum, ut**

hoc modo Vind. A. *in hunc modum* Ox. Cu. S. Pet. Leid. A. Hav. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. In. Graev. Dav. Cl. Oud. 1. *ad hunc modum* 2, 81 §. 1, 3, 13 §. 1, 5, 24 §. 6 et Civ. 3, 88 §. 1, *ad eundem modum* 4, 17 §. 5, *mirum in modum* 1, 41 §. 1, *in servilem modum* 6, 19 §. 3, omnia sine varietate, leguntur. Itaque Aldina scriptura non minus bona quam altera, sed tamen minus usitata et propter dissensum unius illorum codicum minus tuta videtur.

§. 2. finitumis] Bong. A. Voss. A. Egm. Par. A. Oud. 2. non *finitimis*.

§. 3. fecerit] R. N. Voss. Cl. „MSS. tredecim iique meliores“ Bong. ABC. Pal. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Vind. E. et maior pars meorum. *fecerint* S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. *fecerat* „MSS. aliquot“ Vrat. AB. Goth. A. a m. pr. Vind. CD. edd. ante Ven. f. Ald. ab. Turr. Lips. In. Graev. Dav. Oud. 2. haud dubie invito ipso Oud., quippe qui in ed. 1. exemplis perfecti usum firmaverit, quibus ne opus quidem erat. Quamquam *fecerat* vitiosum non est.

haberet] *haberent* Voss. A. quod praestare putabat Oud. confisus iis, quae ad 3, 17 §. 4 collegit, quo loco multo maiori auctoritati tamen non obsequendum videbatur. Hic vero etiam verborum collocatio obstat. Solet enim multitudinis nomen singulari numero cum plurali verbi constructum anteponi.

Cap. 27. §. 2. quodque ei] Cf. adn. ad 1, 5 §. 3 *cum iis*.

§. 3. suaque] Hoc Dübnerus interpretatur *suae gentis;* quod si in mente habuisset scriptor, non *in se* et *ipse*, sed *in regem* et *rex* scripsisset.

haberet] Imperfectum Heldius recte ex illo *locutus est* §. 1 pendere statuit, quo tota haec oratio praeterito tempori attribuatur. Sic cum alibi, tum 2, 4 §. 3: *qua ex re fieri, uti earum rerum memoria magnam sibi auctoritatem — sumerent.* Civ. 3, 57 §. 3: *Scipionem ea esse auctoritate, ut — errantem regere posset.*

§. 4. porro] Postquam semet ipsum excusavit Ambiorix, pergit ad civitatis culpam extenuandam; quam significationem particulae attigit Handius Turs. 4 p. 482, cuius exemplis hoc addi potest.

suis copiis populum Romanum superari posse confidat; sed esse Galliae commune consilium: omnibus hibernis 5 **Caesaris oppugnandis hunc esse dictum diem, ne qua legio alterae legioni subsidio venire posset. Non facile** 6 **Gallos Gallis negare potuisse, praesertim cum de recuperanda communi libertate consilium initum videretur.**

§. 4. superari] *superare* Pet. Pal. Bong. C. Hamb. Vind. FI. St. *se superari* Turr. et, si fides habenda est de *se* pronomine silentio, Vind. BC. *se superare* Aud. Ox. Cn. S. Leid. A. Vind. A. (in Hav. A. omnia inter *probare posse* et *confidat* interiecta ob homoeoteleuton omissa sunt) Ald. ab. Gr. a. P. Man. Lips. et sqq. *superari* praeferendum putavi cum codicum causa, tum ideo, quod Ambiorix omnino non se, sed civitatem bellum eum Romanis gerendum suscepisse fingit, cui se, si minus rerum peritus esset, fortasse etiam si sola suscepisset, assensurum fuisse dicit, quod suis copiis superari Romanos posse crederet. Accedit, quod in altera lectione ambiguitas quamvis innoxia inest.

§. 5. alterae] „Aud. Bong. A. Lov. Dorv. *altere* Voss. AB. Egm.“ *altere* meorum plures, item Vind. EF. et cum *i* super *e* sec. Pi. etiam Bong. A. *alterae* Par. A. *alteri* Par. B. Hav. A. Dr. A. Vrat. B. Goth. A. Vind. AB. inc. Ald. a. et sqq. usque ad Oud. qui ex primis edd. et reliquis codicibus *alterae* repetiit. *alteri* femininum Civ. 2, 31 §. 1 et 3, 89 §. 1, masculinum infra c. 44 §. 13, Civ. 3, 10 §. 7, 16 §. 5, 72 §. 2 consentientibus libris legitur: 7, 25 §. 3 *altero* in eodem genere codicum, in quo h. l. *alteri*, in ceteris *alteri* exstat, quod quia dativus requiri videretur, eum scriptor ablativum posuisset, emendatione illatum videri potest. Sic undique anceps est de h. l. iudicium.

§. 6. recuperanda] *recipienda* Aud. Ox. *reciperanda* a m. pr. Hav. A. quod praetulit Elberlingius. Cf. adn. cr. ad 3, 8 §. 2.

sed esse] Proxima eo consilio dicta ab Ambiorige sunt, ut civitatem quoque Eburonum coactam bellum suscepisse probet, quippe quae tam humilis et imbecilla sit, ut ipse summae imperitiae damnari debeat, si suis copiis et ab Eburonibus solis populum R. superari posse confidat. Itaque non solos eos nec sua sponte rem suscepisse, sed esse Galliae commune consilium, es sei Galliens gemeinsamer Beschluß seu der Beschluß von ganz Gallien.

§. 5. hunc esse dictum diem] quo die, utpote communi consilio huic rei dicto et ad hanc rem constituto, ipsi quoque oppugnare castra Titurii et Cottae coepissent. Nescio, quomodo Horkelio obscurum esse potuerit, quemnam *hunc* diem dicat Ambiorix.

§. 6. negare] non *se*, quod Volimero audiendum est visum, sed *id*, *quod Galli petissent*, ut commune cum ipsis consilium inirent.

videretur] Ad difficultatem negandi sufficiebat opinio, quam Eburones de illius coniurationis causa concepissent, neque opus erat ut Ambiorix rem certam potius quam speciem rei praetexeret. Immo hoc personae, quam agebat, convenientius erat, si dubitationis aliquid de veritate opinionis illius relinquebat. Itaque non optime Volimerus: besonders da wegen Wiedererlangung

7 Quibus quoniam pro pietate satisfecerit, habere nunc se rationem officii pro beneficiis Caesaris: monere, orare Titurium pro hospitio, ut suae ac militum saluti
8 consulat. Magnam manum Germanorum conductam Rhenum transisse: hanc adfore biduo. Ipsorum esse
9 consilium, velintne prius, quam finitumi sentiant, eductos ex hibernis milites aut ad Ciceronem aut ad Labienum deducere, quorum alter milia passuum circiter
10 quinquaginta, alter paulo amplius ab iis absit. Illud

§. 7. nunc se] *se n.* Vrat. C. Goth. B. Vind. D. edd. ante Oud. exceptis luc. Ven. f. St. Id in Oud. 2. denuo comparet, haud dubie contra ipsius voluntatem.

§. 8. adfore] Bong. A. Voss. A. Egm. Pet. Cousl. et a m. s. Goth. A. non *aff.*

§. 9. finitumi] Bong. A. Egm. Par. A. Oud. 2. *finitum* Hamb. *finitimi* rell.

quinquaginta] Bong. A. Vrat. A. Goth. AB. Hamb. Vind. D. edd. ante Ald. b. qui *L* scribere coepit.

ab iis] Bong. A. Egm. Lov. Fabr. cod. Steph. sec. Hotom. Par. A. P. Man. Ald. b. Cl. *ab is* Voss. A. Fabr. *ab hiis* Boug. B. Gott. Fabr. Par. B. Vrat. BC. Hamb. *ab his* cum reliquis ante Lips. edd. codices reliqui praeter Faërni eundemque an alium Ursini codicem et Hav. A. Vind. A. in quibus ut in edd. Lips. In. Graev. Dav. utrumque omissum est. Oud. *ab his* restituit, sed minus recte rettulit ad hiberna. Certe facilius ad eosdem, qui *ipsorum* pronomine significati sunt, rettuleris, praesertim cum *alter — alter*, non alterius *hiberna* dicantur abesse. Itaque *ab iis* cum Cl. scribendum putavi. Ceterum Oud. etiam in Aud. et Ox. omissa haec suspicabatur, quoniam ex iis nihil excerpti hic haberet. De Audino nescio, quo iure: Oxoniensem quidem ipse ad 1, 40 §. 12 ostendit a Wassio ad ed. Clark. esse collatum.

der gemeinsamen Freiheit der Plan, wie man sähe, eingegangen wäre.

§. 7. Quibus quoniam pro pietate satisfecerit] sc. Gallis, ut fratribus. Metaphrastes *quibus* pro ablativo generis neutrius videtur habuisse, *δι' αὐτῶν κατὰ τὸ δίκαιον ἀρκούντως ποιήσασθαι νομίζων* interpretatus. *Pro pietate* non aliter atque *pro beneficiis* et *pro hospitio* dictum convenientiam significat.

§. 8. conductam] h. e. congregatam, ut in adn. ad 2, 1 §. 4 ostendi, idque Gallis auctoribus. Cf. c. 55, cuius §. 2 hoc mentitum esse Ambiorigem tacite arguit.

§. 9. Ipsorum esse consilium] Male nonnulli *ipsorum* ad Ambiorigem et Catuvolcum referunt: ad Titurium et Cottam referendum esse sequentia demonstrant.

prius, quam finitumi sentiant] qui tamen, si et ipsi hoc eodem die hiberna apud se constituta oppugnabant, non poterant non horum adventum sentire. Itaque recte Lippertus statuit consulto a scriptore Ambiorigem repugnantia dicentem induci, quo magis dolus hominis et imprudentia Titurii patescat.

se polliceri et iureiurando confirmare, tutum iter per fines daturum: quod cum faciat, et civitati sese con- 11
sulere, quod hibernis levetur, et Caesari pro eius meritis gratiam referre. Hac oratione habita discedit Ambiorix.

28. Arpineius et Iunius quae audierunt ad legatos deferunt. Illi repentina re perturbati, etsi ab ho-

§. 10. tutum iter per fines daturum] Hanc plurimorum codd. et primarum edd. scripturam Aldus insertis post *tutum* et *fines* pronominibus *se* et *suos* auxit, quae sequentes editores tenuerunt usque ad Oud. Is *se* eiecit „auctoritate Bongarsianorum, Vossianorum, Egm. Lov. et sex aliorum, atque Edd. Rom. Iuc. Ven. Mediol. Ingrata est repetitio *illud se polliceri se*. V. ad libr. II. c. 31. et cap. seq. Immo et *suos* in nullo ante dictorum Codd. nec Editionum adparet, uti nec in Petav. Istud tamen ob ambiguitatem, quae forsan alicui suboriri posset, et quia And. Leid. pr. Scal. Oxon. et forsan Ursini MSS. servant, servavi quoque. *fines suos* etiam sexcenties iungit Caesar." Sex alii illi Pal. et Gott., quos ex Fabr. nominatim ad Bong. ABC. Voss. A. Egm. Lov. addit, et Leid. BC. Duk. Dorv., prioris igitur pronominis auctores iidem, qui posterioris, videntur, cum etiam Hav. A. et Vind. A. *tutum se iter*, deinde vero *per suos fines* habeant, quae loci inconstantia accedentibus Pet. et Carr. et cod. Turr. et Vind. BCDE., qui omnes posterius tantum omittere dicuntur, etiam minus firmum hoc, quam illud esse arguit. Necessarium vero non magis est. Cf. infra c. 54 §. 2: *Senones — Cavarinum — usque ad fines insecuti.* 7, 33 §. 2: *et quod legibus Haeduorum his, qui summum magistratum obtinerent, excedere ex finibus non liceret.* Itaque ab Oud. discedendum et utrumque eiiciendum putavi.

Cap. 28. §. 1. Arpineius] Sic Oud. teste And. S. Leid. A. et Boug. B. Pet. Voss. A. Egm. qui teste ex. Fabr. ut Par. A. *Arpineus* habent. *Arpinius* V. C. Urs. Not. Voss. B. Hav. A. Vind. A. *Carpineus* Dr. A. Vrat. AB. Vind. C. et sec. Fabr. Bong. A. de quo Pi. tacet. *Carpineius* „Lov. et alii" Vrat. C. Goth. B. Vind. DEF. edd. ante Iu. *Carpitius* „alii" *Carpiticius* Gott. Fabr. *Carpienius* Boug. C. Cond. *Carpienus* Dr. B. Hamb. *Carperineius*, e corr. *C. Arpineius*, Goth. A. *C. Arpinius* Iu. Graev. Dav. Cl. Cf. c. 27 §. 1.

audierunt] *audierant* Hav. A. Vind. AD(F). edd. ante Oud. qui *audierint* a Cellario sine auctoritate exhibitum tenens *audierunt* in plerisque MSS. exstare dicit. Exstat vero in Par. A. Boug. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Vind. I, in ex. Fabr. autem tantum ex Gott. Voss. A. Egm. Lov. refertur. Perfecti rationem ad praesens *deferunt* eandem esse atque plusquamperfecti ad praeteritum recte docuit Heldius. Cf. Civ. 1, 84 §. 2: *Venitur in eum locum, quem Caesar delegit.* Ib. 2,

Cap. 28. §. 1. ad legatos deferunt] Cf. §. 2: *ad consilium rem deferunt.* quod quomodo dictum sit, in adn. cr. ad 4, 27 §. 3 docui.

ste ea dicebantur, tamen non neglegenda existimabant, maximeque hac re permovebantur, quod civitatem ignobilem atque humilem Eburonum sua sponte populo Ro-
2 mano bellum facere ausam vix erat credendum. Itaque ad consilium rem deferunt, magnaque inter eos
3 existit controversia. Lucius Aurunculeius complures-

15 §. 1: *Trebonius ea, quae sunt amissa, multo maiore studio militum administrare et reficere instituit.* Neque indicativum offensioni esse debere apparet. Itaque cum Apitzio, Ecksteinio, Dübnero *audierunt* restitui.

tamen non] Bong. AB. Gott. Voss. A. Lov. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. A. Hamb. Gu. Vind. ACF. Par. A. Ven. f. *n. t.* Goth. B. et reliquae edd., etiam Oud., a quo hic locus silentio est praetermissus. Cf. 8, 50 §. 3: *hunc etsi augurem prius factum — audierat, tamen non minus iustam sibi — causam existimavit.* Ceterum *non tamen* haud deterius est.

neglegenda] Boug. A. Voss. A. Egm. Par. A. (hic semper) et, qui *neglegendam* habet, Vind. A. nou *neglig.*

§. 2. existit controversia] Pro *existit* (seu *exsistit*) quod codices editique plurimi, sec. ex. Fabr. non solum Bong. ABC. Pet. Pal. Gott. Voss. A. Egm., sed etiam Cu., item Hav. A. et, si Achaintrii silentio aiiquid tribuendum est, Par. B. exhibent, in Reg. Leid. AB. Hamb. et ed. Cl. legitur *extitit*, in Vrat. A. *exstat*, in Vind. A. *existu*, in And. et Ox. vero, quibus Oud. Cuiaclauum addit, *ex iis tot causis*, et post *controversia* Aud. Ox. Cu. Par. B. Viud. A. adiectum habent *orta est;* atque *ex his tot causis controversia orta est* Aldus edidit, quem secuti sunt Gr. a. P. Mau. Ald. b. et Turr. Id falsum esse liquet: quae enim essent tot illae causae? Neque illud dubitandum videtur, quin *ex iis tot causis* factum sit corrupto et in *ex is tit* distracto verbo *existit;* quod si omnes, qui *orta est* habent, libri corruptum haberent, hoc ipsum *orta — est* haud dubie additamentum recentius iudicandum esset, quemadmodum statuisse videtur Oud. „ex glossa“ illud repetens. Nunc verisimile fit duplicem olim fuisse scripturam *existit* et *orta est*, fortasse a variandi studio profectam, deinde cum prius leviter corruptum esset, ineptam manum fecisse *ex iis tot causis.*

§. 3. Lucius Aurunculeius] Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Vind. Bl. Par. A. *Lucius aurunculum* Vind. C. *Laurunculeius* Vind. A. *L. Aruncuteus* Dr. B. *L. Aur.* vulgo.

sua sponte] Cf. adn. ad 1, 9 §. 2.

bellum facere] Cf. adn. ad 3, 29 §. 3.

vix erat credendum] Cf. Cornel. Nep. Att. c. 18 §. 6: *quod vix credendum sit, tantas res tam breviter potuisse declarari.* quem locum Heusingerus in ind. cum hoc confert et *credendum sit* pro *credi possit* positum demonstrans rarius tamen ita Latinos, frequentius Germanos nostros dicere solere observat. Accuratius de hoc participio agit Zumptius Gramm. §. 650, et apud Ciceronem et Caesarem ubique id, quod fieri necesse sit vel quod debeat fieri, nusquam quod possit, eo significari ostendit, nisi ubi ad-

que tribuni militum et primorum ordinum centuriones nihil temere agendum neque ex hibernis iniussu Caesaris discedendum existimabant. Quantasvis copias 4 etiam Germanorum sustineri posse munitis hibernis do-

iniussu] *in iussu* Vrat. AB. Ven. bcd. Ber. *in iusu* Dr. B. *iniussit* Rom. a. eadem litterarum *it* et *u* permutatione, qua supra *existu* in Vind. A. pro *existit* scriptum vidimus.

existimabant] *existumabant* Egm. Lov. Par. A. *docebant* And. Ox. Vind. A.

§. 4. Quantasvis copias etiam Germanorum] Pro *quantasvis* Dr. AB. Rom. a. *quanta suis* (*al' quantas vis* margo Dr. A.), Vrat. B. Gu. *quantas suis* (Vrat. B. interposito a m. s. *a*), Hamb. *quantas avis*, Med. a. Ven. bcde. *quam a suis*, Flor. Ven. f. *quamvis*, post id autem omnes cum scripti tum editi praeter And. Ox. et ed. Steph. *magnas* additum, denique *etiam* plerique codices cum ed. inc. Ven. f. et Oud. ante *copias* positum habent:, in Lov. et quattuor recentioribus Oud. Bong. C. Pal. Fabr. Pal. Confl. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. DEF. Rom. a. Med. a. Ven. bcde. Ber. *etiam* omissum, in Goth. A. a m. pr. *esse* pro eo scriptum est. *quantasvis magnas* adversus Hotomannum *quantumvis magnas* vel *quantasvis* usitatum esse monentem Davisius ita tuetur, ut huiusmodi *πλεονασμῶν* non deesse exempla dicat. Sed quae ipse affert ex Livio 44, 27 (*ut quanta maxima posset praeda ex victo Romanis reservaretur*), Curtio 5, 9 §. 1 (*quanto maximo possumus cultu*) et Minucio Felice Octav. p. 11 (p. 24 E ed. Muralt. a. 1836: *audere quosdam — certum aliquid de summa rerum ac maiestate decernere, de qua tot omnibus saeculis sectarum plurimarum usque adhuc ipsa philosophia deliberat*), eorum nullum huic simile est. Nam *tot omnibus saeculis* nihil aliud esse potest nisi tam longa omnium saeculorum serie; illa vero, quae inprimis Livius frequentat (cf. Gronov. et Drakenb. ad 42, 15 §. 1) non augendo, sed facultatis finibus circumscribendo superlativo praepositum habent *quantum* relativum cum verbo *posse* necessario coniunditum habeat *vix* adverbium, quemadmodum h. l. et Cic. de or. 1, 21 extr. *vix optandum nobis videbatur*. Sed ne horum quidem locorum ratio alia esse videtur atque reliquorum omnium. Scilicet notio, quae in illo adverbio inest, non ad necessitatis, sed ad actionis, quam participium demonstrat, notionem referenda et quemadmodum id, quod *credendum* vel *non credendum* esse dicitur, necessario credi vel non credi, sic *vix credendum* id dici putandum est, quod necesse sit vix credi, quod ut credat homo cordatus non nisi vix et aegre adducatur. Id vero eiusmodi esse consentaneum est, ut credi vix possit. Itaque res ipsa fere non obstat, quo minus eius, quod fieri possit, significatio accessisse, necessitatis decessisse participio videatur, sed dictionis vis non eadem est, neque 7, 24 §. 4, ut exemplo utar, pro eo, quod scriptum est a Caesare, *ut quo primum occurreretur*, *aut cui rei ferretur auxilium*, *vix ratio iniri posset*, scribi potuit *vix ratio ineunda esset*.

cebant: rem esse testimonio, quod primum hostium impetum multis ultro vulneribus inlatis fortissime susti-

ctum, fere eadem ratione, qua supra c. 1 §. 1 *quam plurimas possent* dictum esse ostendi, nos größtmöglich, bestmöglich, vel iterato superlativo bestmöglichst dicimus; id quod ex pleniore, qua Cicero nonnunquam utitur, formula intelligi potest. *Cf.* de amic. c. 20: *tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum studiorumque distantia:* wie groß sie die größte sein kann, quibus verbis quasi ad maximum gradum eniteus distantia eum, quem assecuta sit, maximum assecuta esse, maiorem assequi non potuisse demonstratur. Haec igitur ad tuendam codicum plurimorum scripturam adhiberi non debebant. Neque Oudendorpius, quamvis et ipse Apuleianum *quanto maximo nisu poteram* commemorans, *quantasvis magnas* ita dictum existimasse videtur, cum et Perizonium ostendat rationem dictionis monstrasse et in utraque ed. post *quantasvis* inciderit, altero in 1. post *copias*, in 2. post *etiam* commate posito. Perizonius enim ad Sanctii Min. 3, 14 §. 7 p. 490 ed. Amst. a. 1752 Caesaris verbis *quantasvis magnas copias Germanorum sustineri posse* „h. e. tam magnas, quantas vel cogitatione tua vis eas esse" adscribens solum *quantasvis* explicare voluisse, adiectivi nullam habuisse rationem videtur. Iam vero illa, quam Oud. fecit quamque Perizonius, si ad omnia verba attendisset, facturus fuisset, distinctio grammatico vitio sublato rhetoricum infert ac potius logicum aeque grave et *magnas* copias pro maioribus, quam *quantasvis* haberi iubet. Quae cum ita sint, si omnes libri *magnas* tenerent, equidem scriptorem Graecorum more duas dictiones, *quamvis* seu *quantumvis magnas* et *quantasvis*, in unam coniunxisse statuerem: nunc, cum alterius generis principes *magnas* omittant, hos sequendos eo magis putavi, quod *etiam* ita collocatum habent, ut commodissime ad *Germanorum*, quo debet, referri possit. Quod licet Oud. disertis verbis de Andino et Ox. referre omiserit, tamen Aldus, qui quamquam *magnas* tenens *etiam* post *copias* posuit, cui sequentes usque ad Oud. editores omnes obsecuti sunt, non nisi codicum auctoritate videtur posuisse. Atque in eodem genere codicum §. 7 veram lectionem *esse* servatam videmus, alterum autem etiam c. 25 §. 3 glossemate inquinatum statuimus. Itaque non intellecto *quantasvis* primum *magnas* adiectum, deinde ab aliquo, qui *quantasvis magnas* vitiosum esse videret, *etiam* suo loco motum et *quantasvis*, *magnas etiam*, *copias* scriptum esse arbitror.

§. 5. inlatis] Voss. A. Egm. Vrat. A. Par. A. (Bong. A.) non *ill.*

§. 5. esse testimonio] sc. eius rei, quam ipsi docerent, quam non vana spe ductos, sed re et facto nisos se affirmare dicebant. De dativo cf. adn. crit. ad 1, 44 §. 8.

multis ultro vulneribus inlatis] Virtutem militum non in sustinendo hostium impetu substitisse, sed ulterius progressam magnum eis damnum intulisse demonstrant. Eadem significatione eaque propria *ultro* dictum est infra c. 40 §. 7: *Cicero — ne nocturnum quidem sibi tempus ad quietem relinquebat, ut ultro*

nuerint; re frumentaria non premi; interea et ex 6
proximis hibernis et a Caesare conventura subsidia;
postremo quid esse levius aut turpius, quam auctore 7
hoste de summis rebus capere consilium?

29. Contra ea Titurius sero facturos clamitabat,
cum maiores manus hostium adiunctis Germanis convenissent, aut cum aliquid calamitatis in proximis hibernis esset acceptum. Brevem consulendi esse occasionem. Caesarem arbitrari profectum in Italiam; ne- 2
que aliter Carnutes interficiundi Tasgetii consilium

§. 7. esse] Bong. B. V. C. Urs. in Notis, And. Ox. S. Leid. A. Cu. Hav. A. Vind. A. Hamb. Vasc. St. Gr. b. Ald. b. Lips. et sqq. *esset* reliqui MSS. et edd. Cf. adn. ad 1, 14 §. 2.

Cap. 29. §. 1. manus hostium] *h. m.* Oud. sine adnotatione. In Vind. A. ante corr. erat *minus*, in Voss. A. teste ex. Fabr. *manus* a m. s. inter versus adscriptum est. (Elberlingius *m. h.* Dübnerus *h. m.*, uterque sine adnotatione ediderunt. Sed Par. A. habet *m. h.*)

militum concursu ac vocibus sibi parcere cogeretur. 6, 35 §. 4: *trans Rhenum ad Germanos pervenit fama, diripi Eburones, atque ultro omnes ad praedam evocari.* Civ. 1, 79 §. 5: *nam tantum ab equitum suorum auxiliis aberant — ut eos — in medium reciperent agmen ultroque eos tuerentur.* ib. 86 §. 1: *ut qui aliquid victi incommodi exspectavissent, ultro praemium missionis ferrent.* Frequentior in his commentariis altera, quae supra 3, 27 §. 1, 4, 27 §. 5, infra c. 56 §. 1, 6, 24 §. 1, 7, 77 §. 5, Civ. 1, 32 §. 4, 3, 73 §. 6, 80 §. 1 obtinet, quam hic quoque Metaphrastes (*ἑκουσίως*), Sincerus, Herzogius (ohne Geheiß) et Moebius (nullo impellente) secuti sunt, h. l. aliena, ceterum ex priore ita repetenda videtur, ut *ultro* faciens quasi fines vel postulationis vel exspectationis transgredi et addere aliquid de suo cogitetur. Et quibusdam in locis dubitari etiam potest, utra significatione dictum sit. Cf. Civ. 3, 37 §. 6: *sed nostri fortiter eorum impetum tulerunt, celeriterque ad suos quisque ordines rediit, atque ultro universi in hostes impetum fecerunt.* ib. 69 §. 2: *Pompeiana enim legio, celeris spe subsidii confirmata, ab decumana porta resistere conabatur atque ultro in nostros impetum faciebat.* item supra 1, 42 §. 2: *cum id, quod antea petenti denegasset, ultro polliceretur.* et 4, 13 §. 1: *ab his, qui per dolum atque insidias petita pace ultro bellum intulissent.*

Cap. 29. §. 1. sero facturos] sc. id ipsum, quod tamquam levissimum et turpissimum aspernarentur. Sic aperte Ambiorigi assentiebatur Titurius.

§. 2. neque aliter Carnutes — fuisse capturos] De caede Tasgetii statuendum est famam per Gallos in Eburones et ad Romanos ibi hiemantes perlatam esse, cui quamvis verae tamen temere et sine certa re fidem habentem et aliquid falsi ex ea colligentem Titurium scriptor fortasse eodem consilio facit, quo supra c. 27 §. 9 Ambiorigem repugnantia dicentem.

fuisse capturos, neque Eburones, si ille adesset, tan-
3 ta contemptione nostri ad castra venturos esse. Non
hostem auctorem, sed rem spectare: subesse Rhenum;
magno esse Germanis dolori Ariovisti mortem et supe-
4 riores nostras victorias; ardere Galliam, tot contu-
meliis acceptis sub populi Romani imperium redactam,

§. 2. tanta] *magna* Gott. Voss. C. Leid. C. inc. Vrat. B. Gu. Vind. B. et, in m. a m. s. *tanta*, Dr. A.
contemptione] *contentione* „MSS. plurimi" Bong. ABC. Pet. Pal. Gott. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Hamb. Gr. Vind. BDEF. Par. A. a m. pr. (cum puncto sub secunda *n* et *p* a m. s. sup.) edd. ante Ald. *cum temptatione* Vind. A. *cum contemptione* (Vind. Cl.) Ald. et sqq. excepta St. quae praepositionem omittit. Eandem Oud. a Bong. AB. Voss. ABC. Leid. ABC. Egm. et duobus aliis, ex. Fabr. a Bong. AB. Egm. Gott. Lov., Brutus a Carr., ex. Conf. a Bong. C. abesse testantur; quorum auctoritati obediendum putavi. Nam sequens *con*, propter quod Oud. excidisse praepositionem suspicabatur, cum per se anceps est, tum h. l. in contrariam potius partem momentum habere ex Vind. A. scriptura intelligitur, quam ex *contemptione* ortam esse valde probabile est. Neque quod idem Oud. commemorat, amare Caesarem addere praepositiones, ad tuendam *cum* sufficit. Infra enim c. 58 §. 1 sine controversia legitur *cum maiore in dies contemptione Induciomarus ad castra accederet*. Ceterum *p* littera, quam Oud. amovit, cur retinenda videatur, in adn. ad 3, 17 §. 5 expositum est.
§. 3. spectare] *spectari* Leid. C. *exspectare* „MSS. novem" Gott. Voss. A. Egm. Gu. *exp.* Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. BF. Par. A. edd. ante Ber. *suspectare* Vind. A. quod nonnihil adiuvat Davisii coniecturam Caesarem *se spectare* scripsisse suspicantis, recte tamen illam ab Oud. repudiatam una cum altera viri cuiusdam docti, qui margini adscripserit f. *spectarem* (in ex. Fabr. *spectarent* Lipsio vel alicui placuisse traditur, atque hoc ipsum Oud. videtur in mente habuisse.). Cf. adn. crit. ad 2, 31 §. 1. Quodsi *se* necessarium esset, non hic, sed inter *non* et *hostem*, ut Ciacconius volebat, ponendum fuisset.
§. 4. contumeliis] *iniuriis* Vind. A.

ad castra venturos esse] Hoc idem significat, quod *castra oppugnaturos*. Nam de iis, qui etiamtum venturi et in itinere essent, dicere non poterat Titurius *tanta contemptione* eos venire, cum scire non posset, quae animi signa illi in itinere darent. Eodem modo locis in adn. cr. ad c. 26 §. 2 monstratis intelligi potest.
§. 3. subesse] Cf. adn. ad 1, 25 §. 4.

Ariovisti mortem] Hanc quoque Titurius ex fama pro certa ponere et Romanis imputatam a Germanis fingere videtur, cum 4, 16 §. 7 Ubii *pulsum* tantum *Ariovistum* et infra c. 55 §. 2 item Germani nihil nisi *Ariovisti bellum* memorent.
§. 4. ardere Galliam] non bello, quemadmodum Salustius dixit verbis a Mario Victorino in Cic. de Inv. p. 5. v. 37 ed. Orell. allatis *ardebat omnis Hispania*

superiore gloria rei militaris exstincta. Postremo quis 5
hoc sibi persuaderet, sine certa re Ambiorigem ad eiusmodi consilium descendisse? Suam sententiam in utramque partem esse tutam: si nihil esset durius, 6

§. 5. sine certa re] *sint certare* Goth. A. a m. pr. *sine cetera* Dr. A. *sine certa spe* Cu. Ox. Hav. A. Viud. A, cod. Turr. margo Goth. B. margo. Gr. a. ed. St. *ἄνευ τινὸς ἐλπίδος (τὸν πόλεμον βουλεύσασθαι)* Met. quem Oud. alios codices habuisse statuit, ego *certa* pro *quadam* accepisse suspicor.

§. 6. nihil] *nil* Ald. et sqq. incertum qua auctoritate. Licet enim Oud. hoc pariter atque reliqua ab Aldo hic exhibita (*utramque partem* pro *utraque parte* et *sit* pro *esset* et *consentiat* pro *consentiret*) ad And. Ox. Cu. S. et Leid. A. referat, tamen cum non solum Elberlingius, qui se Hav. A. cum illis „optimis" consentientem sequi profitetur, *nihil* scripserit, sed etiam in Viud. A. *nichil* a me repertum sit, horum librorum in ceteris cum Aldo conspirantium dissensio rem dubiam reddit. In ex. Fabr. *nihil* tantum ex Bong. AB. Pal. Gott. Lov. et Lb. relatum est; mei vero omnes *nihil* cum Carr. et cod. Turr. vel *nichil* exhibent. Quamvis igitur Aldus non sine libris *nil* scripserit, tamen non satis causae videtur, cur Caesarem hoc uno Commentariorum loco id posuisse credamus. Afr. 57 §. 2 ipse Oud. *nihil* ex codicibus restituit. Nec aliter Nepotem solere Heusingerus ad Thrasyb. 2 §. 6 observat.

esset — consentiret] *sit — consentiat* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Viud. A. Ald. et sqq. Hoc cum per se non minus bonum, in reliquo vero huius orationis usu temporis imperfecti minus simile per emendationem illato sit quam *esset* et *consentiret*, non temere ab Oud. retentum atque etiam constantiae causa ab iisdem codicibus, qui paulo ante haud dubie veram scripturam (*utramque partem*) praebuerunt, accipiendum videtur. Sed haec quidem a falsa (*utraque parte*) tam tenui discrimine separata est tamque facile in eam corrumpi potuit, ut propterea illi codices puriore ex fonte quam hi derivati videri non debeant; imperfecta vero per errorem librariorum ex praesentibus fieri vix potuerunt, sed aut ab ipso scriptore aequabilitatis causa posita aut a criticis eandem ob causam facta sunt existimanda. Iam criticorum couamina, quae in meliore genere codicum quibusdam locis vitium intulerunt (cf. c. 25 §. 3 et c. 28 §. 4) nullo negotio agnoscuntur et fere innoxia sunt: hoc vitium, si est vitium, eiusmodi est, ut fidem, quam illi generi plurimis in locis adhuc constare vidimus, plane convellat. Itaque sic iudicandum videtur, Caesarem in Ephemeridibus fortasse

citerior, sed ad ulciscendum, ut 6, 34 §. 7: *etsi omnium animi ad ulciscendum ardebant.*

superiore gloria] de qua Caesar 6, 24 dicit.

§. 5. sine certa re] Cf. Cic. Fam. 12, 25 §. 2: *neque solum spe, sed certa re iam et possessione deturbatus est meo iustissimo honestissimoque convicio.* (Calvisius provincia Africa, quam Cicero operam dederat ut obtineret Cornificius.)

in utramque partem] Similiter Cic. Att. 11, 6 §. 2: *Brundisii*

nullo cum periculo ad proximam legionem perventuros: si Gallia omnis cum Germanis consentiret, unam esse
7 in celeritate positam salutem. Cottae quidem atque eorum, qui dissentirent, consilium quem haberet exitum? in quo si non praesens periculum, at certe longinqua obsidione fames esset timenda.

et aliorum verborum huius orationis et horum praesenti tempore, in Commentario imperfecto usum et ex illis illud in codices illos esse inductum; cuius iudicii ratio similis eius est, quod in adn. ad c. 24 §. 8 feci.

nullo cum periculo] *nullo esse periculo* Hamb. *nullo periculo* ed. Graev. quam tacite secutus est Oud.

§. 7. si non praesens periculum] *si non per. pr.* Lov. Fabr. *si pr. per.* Dr. A. *si pr. per. non* „MSS. multi" Bong. AB. Gott. Voss. A. Egm. Par. A. Vrat. AB. Hamb. Gu. Vind. F. et margo Dr. A a m. pr. *si non pr. per. sit* Gr. b. Frell. *si non pr. per. esset* Pet. Confl. *si pr. per. non sit* Leid. B. Pal. Confl. Dr. B. Vrat. C. Goth. AB. Vind. BCEI. edd. ante Ald. *non*, fortasse littera singulari *n* scriptum, per negligentiam omissum, deinde ex margine alienum in locum receptum originem dare lectionis varietati potuit: Caesar quidem *si praesens periculum non, at certe* scribere non potuit, neque simile huic est quod Cicero in Bruto c. 73 (§. 255) posuit: *hanc autem, inquit, gloriam — tuae quidem supplicationi non, sed triumphis multorum antepono* et quae alia eius generis collegit Handius Turs. 4 p. 268 sq. Ac videtur vestigium illius, quam dixi, originis superesse in Bong. B. et Gott. *sin* exhibentibus, quod in ex. Fabr. ad *in* ante *quo* relatum est.

longinqua] *longa* And. Ox. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. usque ad Dav. exceptis Gr. b. Frell. quae *longinqua* habent, quod Dav. ex N. et edd. ante Ald. restituit. Idem in Bong. AB. Gott. Voss. A. Egm. Fabr. Pal. Confl. Vind. FI. Gu. et reliquis a me inspectis legitur. Cf. Civ. 3, 80 §. 3: *se confidere munitionibus oppidi, si celeriter succurratur: longinquam oppugnationem sustinere non posse.* et supra 1, 47 §. 4: *qua* (lingua Gallica) *multa iam Ariovistus longinqua consuetudine utebatur.* quo loco cod. Ciacconii, Vind. D. et edd. ante Ven. f. *longa* exhibent. Sed horum librorum exigua est auctoritas nec conferenda cum iis, qui hic *longa* habent; qui si *longinqua*, ceteri *longa* haberent, magis utrique sui similes viderentur. Iam etsi tales quoque mutationes exquisitorum in vulgaria ab illorum librorum nullo uno absunt, hoc tamen in plurium consensu ex Ephemeridibus potius repetendum videtur, in quibus positum *longa* deinde ab ipso in *longinqua*, quod magis ei placere coepisset, mutatum sit. Neque enim alibi in his quidem de bello Gall. Commentariis positivum sic de tempore usurpatum inveni, nisi 6, 8 §. 1: *longum esse perterritis Romanis Germanorum auxilium exspectare.*

timenda] plures Oud. codices, Par. A. Bong. ABC. Pet. Pal. Gott. Voss. A. Egm. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Hamb.

iacere in omnes partes est molestum.

§. 7. exitum] Cf. adn. ad 4, 8 §. 1.

30. **Hac in utramque partem disputatione habita, cum a Cotta primisque ordinibus acriter resisteretur, Vincite, inquit, si ita vultis, Sabinus, et id clariore voce, ut magna pars militum exaudiret: neque is** 2
sum, inquit, qui gravissime ex vobis mortis periculo terrear: hi sapient et, si gravius quid acciderit, abs te rationem reposcent: qui, si per te liceat, peren- 3
dino die cum proximis hibernis coniuncti communem cum reliquis belli casum sustineant, non reiecti et relegati longe ab ceteris aut ferro aut fame intereant.

Vind. BCDEF. edd. ante Ald. St. Gr. b. Frell. *pertimescenda* And. Ox. Cu. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. et sqq. Id facilius credi potest a critico factum esse elegantiarum studioso, quam a Caesare in prima scriptione positum deinde cum altero esse permutatum. Sin *timenda* a vulgarium amatore profectum, *pertimescenda* genuinum esse volumus, iisdem difficultatibus implicamur, quibus §. 6 *si sit* et *consentiat* tenemus.

Cap. 30. §. 1. in utramque partem] *in utraque parte* „MSS. multi“ Par. A. Bong. A. Pal. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Carr. cod. Turr. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. BCDI. edd. ante Ven. f. *in utraque partem* Vind. EF. quod ut cum fide relatum credam, facit Hamb., in quo supra c. 29 §. 5 ipse *in utramque parte* scriptum vidi. Ablativos Dübnerus recepit, *in utraque parte* exquisitius esse ratus. Sed ubi haec disputatio habita esset demonstrare minus attinebat; et accusativo eundem in modum usus est Caesar Civ. 1, 86 §. 3: *paucis cum esset in utramque partem verbis disputatum.* Codicum autem auctoritatem in hac terminatione non magnam esse multis exemplis constat. Cf. adn. cr. ad cap. sq. §. 2.

§. 2. sapient et] *si sapient* Vind. A. *sapienter* „MSS. tres“ Vrat. C. Goth. AB. Vind. I. (Gu.) Ber. margo Frell. P. Man. Ald. b. *sapient* „plerique“ Par. A. Bong. AB. Gott. Voss. A. Egm. cod. Turr. Dr. AB. Vrat. A et a m. pr. B. Hamb. Vind. CEF. Post *sapient* facile excidere potuit *et*, quod in Carr. et edd. primis servatum tam aptum est, ut in eo acquiescendum videatur. Quod Oud. proponebat, *hi sapient*, *hi si*, propterea minus placet, quod verbi *sapient* significatio non ea est, ut per se positum satis intelligi possit, sed declarationem requirit, quam lectio vulgata praebet. Cf. 1, 44 §. 17: *magno se illum praemio remuneraturum et quaecumque bella geri vellet, sine ullo eius labore et periculo confecturum.*

§. 3. reliquis] *ceteris* Vind. A.

non] „MSS. tredecim“ Par. A. Bong. ABC. Pet. Gott. Voss. A.

Cap. 30. §. 1. primisque ordinibus] Cf. adn. cr. ad 2, 25 §. 1 p. 183.

si ita vultis] Cf. adn. cr. ad 4, 25 §. 3.

ut magna pars militum exaudiret] Cf. adn. cr. ad 1, 40 §. 1.

§. 3. reiecti et relegati] His verbis Caesar notari videtur, qui iniquiorem his cohortibus locum assignaverit quam reliquis.

ceteris] Cf. adn. ad huius libri c. 6 §. 1.

31. Consurgitur ex consilio; comprehendunt utrumque et orant, ne sua dissensione et pertinacia rem in
2 summum periculum deducant: facilem esse rem, seu maneant seu proficiscantur, si modo unum omnes sentiant ac probent; contra in dissensione nullam se salu-
3 tem perspicere. Res disputatione ad mediam noctem perducitur. Tandem dat Cotta permotus manus: supe-
4 rat sententia Sabini. Pronuntiatur prima luce ituros. Consumitur vigiliis reliqua pars noctis, cum sua quisque miles circumspiceret, quid secum portare posset, quid ex instrumento hibernorum relinquere cogeretur.
5 Omnia excogitantur, quare nec sine periculo manea-

Egm. Lov. Carr. Hav. A. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B et a m. pr. A. Hamb. Vind. ACF. Rom. a. St. *ne* Dr. B. Goth. A a m. s. (Vind. I.) Med. a. Ven. bcdef. Ber. Ald. a. Gr. ab. Frell. Turr. Graev. *nec* And. Ox. Cu. Leid. A. „et forsan alii" (Gu.) P. Mau. Ald. b. Lips. In. Dav. Cl. Oud. Secundum haec *non* pro genuino habendum ex eoque primum *ne*, fortasse ab aliquo, qui coniunctivi *intereant* vim perspectam non haberet, deinde *nec* factum videtur, quod ferri scilicet potest, sed neutiquam est melius.

Cap. 31. §. 2. dissensione] *discessione* Leid. A. *dissensionem* „MSS. decem" Bong. A. Gott. Voss. A. Lov. Dr. A (cum puncto sub *m*). Vrat. B (*dissenc.*) C. Goth. B. Rom. a. Med. a. Ven. bcdef. *desessionem* Hamb. Cf. adn. cr. ad c. 30 §. 1.

§. 3. permotus] post *manus* positum est in Carr. cod. Turr. Vind. D. edd. ante Ald. Gr. b. Freil. *promotus* Ald. b. *permotum* Voss. B. *permotas* And. om. Duk. Vind. Cl. et a m. pr. Goth. A.

manus] *manum* teste Oud. Bong. A. („antiquissimus Bongarsianus") de quo tamen ex. Fabr. et. Pl. tacent. Neque vero eadem est dictionum *manum dare* et *manus dare* significatio, et qui victum se fatetur, eum non unam, sed utramque manum vinciendam dare oportet. Exempla collegit Vollmerus.

§. 5. nec sine periculo] bis deinceps scripta habet Dr. B. *ne*

Cap. 31. §. 1. comprehendunt] manibus haud dubie, quarum propria est *comprehensio*, ut Cicero docet de nat. d. 1, 33 (§. 92) interrogans: *quid pedibus opus est sine ingressu? quid manibus, si nihil comprehendendum est?* atque etiam manus illorum prehendisse orantes credendum est, sed verbi *comprehendere* significatio latius patet et pariter ad brachia, humeros, collum pertinet, a retinendi vero conatu coercendique difficultate aeque aliena videtur.

§. 3. perducitur] Cf. adn. cr. ad 3, 5 §. 1.

§. 4. instrumento hibernorum] h. e. rebus ad usum et commoditatem hibernorum pertinentibus, quibus quisque instructus in hiberna venerat. Cf. 6, 30 §. 2, ubi *militare instrumentum* Ambiorigis commemoratur, et Cic. Att. 12, 32 §. 2, ubi filio Athenas profecturo ibique commoraturo Atticum videre iubet, *quid viatici, quid instrumenti satis sit*.

§. 5. Omnia excogitantur, quare — augeatur] In his interpretandis recentiores plerique secuti sunt Morum ac potius Fran-

tur, et languore militum et vigiliis periculum augeatur.

s. p. Leid. A. Vind. A. *nec* om. Hamb. totum locum sic exhibens: *omnia excogitaturum quare sine periculo maneant et langor militum et vigiliis periculi augeatur.*

ciscum Wagnerum, qui ea hunc in modum convertit: Man kann dabei auf alle mögliche Mittel, theils die Gefahr zu zeigen, gegen (wegen?) welcher man nicht bleiben könne, theils diejenige zu vergrößern, welche dem durch Arbeit und Wachen müden Soldaten beim Ausmarsch bevorstände. Sie brachen aber etc. Sed a militibus quoque diversas in partes itum, aliis profectionem, aliis mansionem tutiorem visam et ab utraque parte omnia excogitata esse, quibus suam quisque sententiam probaret, neque verisimile est neque a scriptore in superioribus aut sequentibus significatum. Inter duces controversia exstiterat, eaque composita milites nihil nisi de profectione, in quam consenserant duces, cogitabant: *sua quisque circumspicere, quid secum portare posset, quid relinquere cogeretur.* Profectio autem ipsa ita describitur, ut omnibus de veritate consilii Tituriani persuasum fuisse videatur: *sic proficiscuntur, ut quibus esset persuasum ab homine amicissimo Ambiorige consilium datum.* Inter haec *milites omnia excogitantes* et omnes causas exquirentes, quibus alii mansionem non carere periculo, alii profectionem etiam magis periculosam esse demonstrarent, vix locum habere possunt. Praeterea difficile dictu est, quid potuerit post illa, quae Titurius docuerat, excogitari ab iis, qui in eadem sententia essent, nec facile intelligitur, quomodo horum adversarii aliquid excogitandum putaverint, quare languore militum profectionis periculum augeretur, cum id per se satis esset clarum. Sed etiam verba illam interpretationem respuunt. Non sine periculo *maneri*, posteaquam prima luce ituros pronuntiatum esset, dici non amplius poterat, sed si qui essent, qui tamen manendum putarent, his dici debebat sine periculo *maneri non posse.* Diversae autem sententiae post *quare* particulis *nec — et* comprehensae non possunt non iisdem tribui videri, qui omnibus modis utrumque simul demonstrare conati sint, quare et in mansione et in profectione periculum esset; illud vero, quod Morus volebat, huiusmodi fere orationem requirebat: *omnia excogitantur ab una parte, quare sine periculo maneri non possit, ab altera, quare* etc. His de causis *quare* non pro *quam ob rem*, ut in interrogatione, sed pro *ut ea re*, ut in effectus declaratione, positum esse statuendum est, quemadmodum ad 1, 33 §. 2 ostendi, ubi *multae res hortari* Caesarem dicuntur, *quare sibi eam rem cogitandam et suscipiendam putaret.* Similiter Cicero pro Rosc. Amer. c. 33 (§. 94): *Permulta sunt quae dici possunt, quare intelligatur summam tibi facultatem fuisse maleficii suscipiendi.* Nepos Cat. 2, 3: *multas res novas in edictum addidit, quare luxuria reprimeretur.* Plancus ad Cic. Fam. 10. 21 §. 1: *Omnia feci, quare Lepido coniuncto ad rem publicam defendendam minore sollicitudine vestra perditis resisterem.* quo loco item ut hoc et Ciceroniano Forcellinus in Lex. *quare* interpretatur *ut* (*affinchè*, *per*, *ὥστε*). Sed finis et propositi significatio a *quare* abesse, et si quo loco obtinet, ob

6 **Prima luce sic ex castris proficiscuntur, ut quibus esset persuasum non ab hoste, sed ab homine amicissimo Ambiorige consilium datum, longissimo agmine maximisque inpedimentis.**

32. At hostes, posteaquam ex nocturno fremitu vigiliisque de profectione eorum senserunt, conlocatis insidiis bipertito in silvis opportuno atque occulto loco, a milibus passuum circiter duobus, Romanorum adven-

§. 6. inpedimentis] Par. A. Egm. Vind. A. (Bong. A.) non *imp. impedimentis incedunt*. Goth. A. Dr. B et altero in m. a m. s. addito A. Ber. Vasc. Gr. b. (Freil.) *incedunt* Hotomannus „in aliis omnibus" additum videns hanc ipsam, quam statuebat „librorum consensionem" potiorem arbitrabatur. Est vero paucorum in glossemate consensio.

Cap. 32. §. 1. conlocatis] Egm. Vrat. A. Bong. A. (Par. A.) non *coll. conlatis*, in m. *conlocatis*, Voss. A.

bipertito] Par. A. Bong. A. Gott. Voss. A. et per compendium Egm. Hamb. Vind. A. Vulgo *bipartito*. Cf. ad c. 10 §. 1 adscripta.

opportuno] *o. consilio* Duk. Leid. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. D. edd. ante Ven. f. quae lectio suas satis Veneres habere Oudendorpio, Oberlino vero etiam egregia esse videbatur. Sed ipsis, qui consilium ceperant, opportune id accidisse dici non poterat, Romanis vero multo minus. Contra ad insidias collocandas non solum occulto, verum etiam opportuno opus erat loco. Itaque additamentum illud ineptum, vulgata lectio optima videtur. (*oportuno*, ut saepe, scriptum est in Bong. A. Vrat. A. Goth. AB. Vind. A. Rom. a.)

duobus] Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Vind. EFI. edd. ante Ald. b. Turr. *duorum* Vind. A. II. Ald. b. Lips. et sqq.

rei effectae et propositae cognationem illata videtur. Nam qui, ut h. l. Titurius eiusque assensores, omnia talia excogitare dicuntur, ut per ea mansioni periculum adiungatur, profectio vero etiam periculosior fiat, ii eo scilicet consilio excogitare illa videri possunt ac debent, ne sine periculo maneatur et ut proficiscentium periculum augeatur. Ad sensum igitur recte Davisius Ablancourtium secutus haec verba his declaravit: *ita se gerunt, quasi id operam dent, ne sine periculo* etc. Sed rationem non reddidit neque a recentioribus auditus est, qui *quare* ita, ut plerumque, dictum putantes a vero aberrarunt.

§. 6. Prima luce] Quae Hausio discrepare ab his visa sunt Dionis Cassii verba 40, 6 *συσκευασάμενοί τε σπουδῇ, εὐθὺς ἀφ' ἑσπέρας ἀφώρμησαν*, ea in concordiam redigi possunt commate post *σπουδῇ* sublato.

maximisque inpedimentis] quae inter singulas cohortes, ut videtur, interposita faciebant ut agmen longissimum esset. Cf. c. 33 §. 3 et 2, 17 §. 2, 19 §. 2.

Cap. 32. §. 1. senserunt] Cf. adn. crit. ad 1, 54 §. 1.

a milibus passuum circiter duobus] Haec mihi adnotationem

tum exspectabant, et cum se maior pars agminis in magnam convallem demisisset, ex utraque parte eius vallis subito se ostenderunt novissimosque premere et primos prohibere ascensu atque iniquissimo nostris loco proelium committere coeperunt. 2

§. 2. et] om. Ox. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. St.
maior] om. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. St.
couvallem] om. Vind. A.
demisisset] *dimisisset* „MSS. plerique“ Voss. A. Egm. Lov. Fabr. Pet. Confl. Bong. A. Pl. Dr. B. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Vind. C. edd. aute Ald. *dimisissent* Dr. A. *dimissis et* Vind. A a m. pr. *dimi sis et* idem a m. s. *demississet* Par. A. Cf. Civ. 2, 34 §. 2: *cum se in vallem demitterent.* quod eodem modo in magna parte codicum est corruptnm.
nostris] Pet. Cu. And. Ox. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. *nostrorum* „ceteri cum Edd. pp. minus bene, nisi lateat alind quid *nostro militi* vel simile.“ Par. A. Bong. ABC. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Carr. cod. Turr. Dr. B. Vrat. ABC. Goth. A. Hamb. Gu. Viud. BDFI. edd. ante Ald. *nostro*, in m. a m. s. *al. nostrorum*, Dr. A. *eorum*, in m. *nostrorum*, Goth. B. *τοῖς Ῥωμαίοις ἐν τῇ δυσχωρίᾳ οὔσι ταύτῃ* Met. *Iniquissimis pugna locis instituitur* Petr. Hist. 14, 10. Oudendorpium *nostrorum* ad 2, 7 §. 3 et ad 4, 22 §. 5 scribenti ita dicta videbautur, ut a loco seu parte milia passuum circiter duo a castris distante species seu imago collocatarum insidiarum oblata cogitaretur. (Von zweitausend Schritten, d. h. von dem so weit entfernten Punkte her kam die Erscheinung eines Hinterhaltes.) Atque ea explicatio, quamvis ad nostrum sensum dura, tamen melior videbatur nou modo Handiana (in einer Entfernung von) quae nulla est, sed etiam illa, quam Zumptius proposuerat, qui postea in nona Grammaticae editione a. 1844 verba alia fecit, sententiam non mutavit neque libri quarti locum refragantem attigit. Nunc perlecta Dübneri ad libri secundi locum adnotatione dubitare coepi, an simplicius et verius sit *a* praepositioni significationem tribuere eandem, quam habet in dictionibus *a prima luce* (Civ. 1, 81 §. 3) *a prima obsidione* (infra c. 45 §. 2) *a superiore aestate* (8, 1 §. 1) et similibus, in quibus certa pars temporis ponitur, qua praeterita incipere et processum habere aliquid cogitatur. Secundum quas *a milibus passuum duobus* collocatae insidiae eae erunt, quae confectum illud spatium excipiunt, ita ut simul cum eius terminatione incipiant insidiae. Sic et spatii distantiaeque notio retinetur, et praepositioni sua non minus constat significatio, nobis quidem et ipsa insolita, sed tamen, si pro nomine cardinali ponamus ordinale, intellectu faciiis: vom zweitausendsten Schritte an war ein Hinterhalt gelegt. Eadem ratio ad alios locos adhiberi potest, velut ad 2, 30 §. 2: *quod tanta machinatio ab tanto spatio instrueretur.* ac si qui sunt, quibus ea minus conveniat, non propterea abiicienda, sed illud reputandum est, semel receptam non sine ratione dictionem latius paulatim serpere et sua ratione excidere vel aliam confinem sequi potuisse.

Romanorum] Cf. adn. ad 2, 24 §. 4.

33. Tum demum Titurius, qui nihil ante provi-

non prorsus improbantem suspicari licet genitivum statuisse pendere posse ex *iniquissimo*, ita ut iniquissimus Romanorum is locus sit, quem *iniquissimum suum* dicere potuerint Romani, quemadmodum Cicero Verr. 5, 69 (§. 177) dicit *ego mei iam rationem officii confido esse omnibus iniquissimis meis persolutam*, vel quem *iniquissimum habuerint*, ut idem Cicero Fam. 1, 4 scribit *eo die acerbum habuimus Curionem*, *Bibulum multo iustiorem*, *pene etiam amicum;* nisi forte ad substantivum potius respexit Oud. et locum Romanorum interpretatus est eum, in quo Romani versarentur, qui cum ipsis iniquissimus esset, iniquissimus locus eorum sit dictus. Neutrum vero credi potest Caesari probabile visum esse aut placuisse magis quam optimum illud et ultro se offerens *nostris;* in quo unum incommodum hoc est, quod non facile apparet, qui sic corrumpi potuerit. Quod ipsum Oudendorpium moverit, ut aliud quid latere suspicaretur: *nostro militi* vel simile, v. c. *agmini* vel *exercitui;* quae tamen omnia et longius a litterarum similitudine recedunt et orationem nimium exaggerant. Quamobrem nihil verisimilius videtur, quam errore librariorum, fortasse a compendii, quo *nostrorum* scribi solet, figura obiecto, *nostris* mutatum esse in *nostrorum;* cuius erroris alterum exemplum exstat loco non ita huic dissimili 2, 9 §. 2: *ubi neutri transeundi initium faciunt*, *secundiore equitum proelio nostris Caesar suos in castra reduxit*, in quibus pro *nostris* Hamb. *nostri*, Dr. B. Vind. CF. Leid. B. Boug. C. Goth. A. et pleraeque ante Oud. edd. *nostrorum* partim ante *proelio* positum habent. Quamquam fatendum est ibi consulto potius quam errore factum videri.

Cap. 33. §. 1. qui] *uti qui* Ald. ab. Gr. a. P. Mnu. Lips. lu. Graev. Dav. Cl. *ut qui* Ox. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Vasc. St. Gr. b. (Frell.) Oud. *ut qui* scribere Caesarem potuisse in adn. crit. ad 4 23 §. 5 ostendi, neque aliter scripsisse videtur, si trepidationis, qua tunc agere coeperit Titurius, rationem reddere voluit. Sed dubitari potest, an eius diversum potius a priori agendi modum significare voluerit, ad quem non *ut qui*, sed *qui* solum adhibendum erat, ea praeditum *cum* coniunctionis vi, quam in adn. ad 1, 14 §. 5 declarare studui. Cf. 6, 36 §. 1: *Cicero*, *qui omnes superiores dies — milites in castris continuisset ac ne calonem quidem quemquam extra munitionem egredi passus esset*, *septimo die — quinque cohortes frumentatum in proximas segetes mittit.* Civ. 3, 37 §. 4: *Scipio — qui magna exspectatione venisset*, *temere progressus turpem habuit exitum.* ib. 79 §. 3: *quod Domitius*, *qui dies complures castris Scipionis castra collata habuisset*, *rei frumentariae causa ab eo discesserat.* Quae omnia ita dicta sunt, ut diversam rationem advertere lectorem iubeant. Eodem modo subsequens Titurii trepidatio coniungi cum antecedente eius inertia potuit: Nun erst gerieth er, der vorher (in thörichter Sicherheit) für nichts gesorgt hatte, in ängstliche Bewegung. Idque eo fit verisimilius, quod postea pluribus verbis expositum legimus, quemnam effectum illa hominis imprudentia habuerit: *haec tamen ipsa timide — quod plerumque iis accidere consuevit, qui in ipso negotio consilium capere coguntur.* qui nulli

disset, trepidare et concursare cohortesque disponere, haec tamen ipsa timide atque ut eum omnia deficere viderentur; quod plerumque iis accidere consuevit, qui in ipso negotio consilium capere coguntur. At Cotta, 2
qui cogitasset haec posse in itinere accidere atque ob eam causam profectionis auctor non fuisset, nulla in re communi saluti deerat et in appellandis cohortandisque militibus imperatoris et in pugna militis officia praestabat. Cum propter longitudinem agminis minus facile 3

alii sunt nisi qui *nihil ante providerunt*. Timiditatis cuius rationi, quae illis verbis reddita est, non commodissime praemissa videtur eodem in enuntiato trepidationis ratio quamvis vera neque ullam, nisi altera sequeretur, offensionem habitura. Iam illa ipsa *quod plerumque — coguntur* in Commentario adiecta, ab Ephemeridibus remota videntur fuisse. Itaque in his *ut qui* locum habere ex iisque in illos codices derivari potuit.

et concursare] *et* om. Reg. Ci. Oud. sine idonea ratione.

atque ut eum] *a. ut cum* Bong. C. Cousl. *atque cum* Hamb. *a. ut ei* Leid. A. Hav. A. *atque ei* Vind. A. *utque ei* Ox. Cf. adn. cr. ad 2, 10 §. 4.

§. 2. cogitasset] *cogitasse videtur* Ox. *cogitasse videretur* Cu. Hav. A. Vind. A. St. Hanc scripturam interpolatam expressit Metaphrastes: ὁ δὲ Κόττας ταῦτ' ἐν τῇ ὁδῷ συμβήσεσθαι ἐδόκει ἐννοηθῆναι.

§. 3. Cum] „MSS. fere omnes" Par. A. Bong. A. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. D. Rom. a. Ber. Ven. f. *quod cum* Leid. A. *quod* Vind. A. *et cum* Bong. B. *cumque* Dr. B. Goth. A. Med. a. Ven. bcde. Ald. et sqq. quod raro (vide 2, 17 §. 2 ibique dicta) a Caesare usurpatum et h. l. minus aptum videtur. Cf. 6, 2 §. 1: *Illi finitimos Germanos sollicitare et pecuniam polliceri non desistunt: cum ab proximis impetrare non possent, ulteriores tentant.* et quae etiam magis similia sunt, 7, 80 §. 6: *utrosque et laudis cupiditas et timor ignominiae ad virtutem excitabat. Cum a meridie prope ad solis occasum dubia victoria pugnaretur, Germani — impetum fecerunt eosque propulerunt.*

minus] *non* Leid. A. Vind. A. St.

facile] *facere* „MSS. plurimi" Par. A. Bong. AB. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Carr. cod. Turr. Bong. C. Pal. Consl. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. BCDE. edd. ante Ven. f. om. Ven. f. Veram scripturam ab Aldo et sqq. exhibitam Hav. A. Vind. A. tuentur.

Cap. 33. §. 1. haec tamen ipsa timide] Cf. Cic. Att. 10, 4 §. 6: *cum eo de meo animo a suis rationibus alienissimo et consilio relinquendi Italiam* (sc. collocutus est Caesar) *et haec ipsa timide.*

viderentur] Cf. adn. ad 1, 40 §. 5. Re vera enim omnia cum deficiebant, quae eiusmodi casus requirebat.

§. 2. imperatoris — militis] Idem Sallustius de Catilina c. 60, quem locum Brantius contulit, praedicat: *strenui militis et boni imperatoris officia simul exsequebatur.*

omnia per se obire et quid quoque loco faciendum esset, providere possent, iusserunt pronuntiare ut inpedimen-
4 ta relinquerent atque in orbem consisterent. Quod consilium etsi in eiusmodi casu reprehendendum non
5 est, tamen incommode accidit; nam et nostris militibus spem minuit et hostes ad pugnam alacriores effecit, quod non sine summo timore et desperatione id
6 factum videbatur. Praeterea accidit quod fieri necesse erat, ut vulgo milites ab signis discederent, quaeque

omnia per se] Bong. AB. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Fabr. Par. A. cod. Turr. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Vind. EF. edd. ante Ald. *per se* Hamb. *per se omnia* Vind. A. Ald. et sqq. quem verborum ordinem, tacite ab Oud. servatum, etsi iisdem libris, quibus *facile*, acceptum referendum, cum neque necessarius neque melior altero sit, tenendum non putavi.

providere possent] *p. posset* St. et Met. (*μόνος προστάττειν μὴ δυνάμενος*) *p. non posset* Ven. de. *p. non possent* Lov. Dorv. Bong. C. Pal. Cousl. cod. Brant. Dr. B. Vrat. C. Goth. B et a m. s. A. Hamb. Vind. EF. Rom. a. Med. a. Ven. bc. Ber. *scire possent* V. C. Urs. Par. B. Hav. A. Vind. A. *scire poterant* And. Ox. Id vero magis a vulgata scriptura et ab ipso initio periodi, quale etiam in And. et Ox. exstare credendum est, discrepat, quam ut e communi glossematum fonte finxisse videatur, ex quo codicis Ursiniani et Par. B. atque Hav. A. lectio facilius repeti potest. Nam in Vind. A. qui initio *quod* pro *cum* exhibet, *possent* fere eandem dubitationem movet, quam in And. et Ox., si *cum* tenent, *poterant*. Itaque ne *scire* quidem pro glossemate habendum, sed omnis huius loci varietas ad Ephemeridas referenda videtur, in quibus haec paulo aliter atque in Commentario conformata fuerit periodus.

inpedimenta] Voss. A. Egm. (Bong. A) non *imp*.

§. 6. quaeque] *quam* Hamb. *quae* Bong. A. Dorv. Vrat. C. Goth. B. Rom. a. Med. a. Ven. bcde. Ber. Oud. cui haec tria eleganfius copula carere videbantur. At ratio eorum non eadem,

§. 3. obire] Recte Hausius interpretatur *administrare*, quo sensu Cicero et Livius (Caesar alibi hoc verbo non utitur) bellum, negotium, munus *obire* dicunt. Inest vero etiam loci adeundi significatio.

providere] Cf. 2, 22 §. 1: *neque certa subsidia collocari neque quid in quaque parte opus esset, provideri neque ab uno omnia imperia administrari poterant.* 6, 37 §. 6: *neque quo signa ferantur, neque quam in partem quisque conveniat, provident.* quibus locis pariter atque hic *providere* fere idem significat, quod ante constituere et imperare ea, quae post utilia et necessaria futura videntur.

pronuntiare] Cf. adn. ad 2, 5 §. 6. H. l. tribunos et centuriones cogitandos esse recte ostendit Hausius, sed quod idem plane expungi posse *pronuntiare* dicit, probari nequit.

in orbem] Cf. adn. ad 4, 37 §. 2.

§. 6. accidit quod] Cf. adn. ad c. 39 §. 2.

quisque eorum carissima haberet, ab inpedimentis petere atque arripere properaret, clamore et fletu omnia complerentur.

34. At barbaris consilium non defuit; nam duces eorum tota acie pronuntiare iusserunt, ne quis ab loco discederet: illorum esse praedam atque illis reservari quaecunque Romani reliquissent: proinde omnia in victoria posita existimarent. Erant et virtute et numero pugnan- 2

sed primum artius coniunctum cum secundo quam utrumque cum tertio est, ut duo potius quam tria habenda sint. Cf. praeter illa, quae in adn. cr. ad 1, 50 §. 1 adscripta sunt, 7, 84 §. 2: *Pugnatur uno tempore omnibus locis, atque omnia tentantur; quae minime visa pars firma est, huc concurritur.* Itaque culpa librarii in Boug. A. *que* praetermissum videtur, praesertim cum in cognatis omnibus, etiam in Parisiensibus libris, item sec. Elberl. in ed. inc. exstet. Bis autem deinceps positum idem alibi legitur, ut 1, 39 §. 5: *milites centurionesque quique equitatui praeerant.* Civ. 3, 112 §. 7: *paucisque utrimque interfectis.*

arripere] *erripere* Dr. B. Hamb. *abripere* And. Ox. Duk. Leid. C. Oud. qui hoc praetulit, quod non modo manum iis rebus iniecerint, sed etiam eas secum abstulerint. Sed non tam id agebant, ut eas ab impedimentis removerent, quam ut ipsi iis potirentur. Cf. ab ipso Oud. collatus Livii locus 3, 48 §. 5: *ab lanio cultro arrepto.*

clamore et] *et clamore ac* Ald. et sqq. usque ad Oud. qui suos omnes *clamore ac* vel *et* habere testatur, ipse *cl. ac* cum edd. ante Ald. scripsit. Ego *cl. ac* in uno Hamb. inveni: reliqui octo a me visi et Voss. A. Gott. Egm. Lov. Lbb. Fabr. Pet. et Pal. Confl. Par. A. Boug. A. sec. Pl. Gu. et Vind. F. *cl. et* exhibent.

Cap. 34. §. 2. virtute] *v. pugnandi* Vrat. B. *numero* St.

numero] *virtute* St. *animo* margo Vasc. (et Frell.) quemadmodum scriptum a Caesare esse coniiciebat Glareanus. Idem Pl. in margine Boug. A. positum vidit: *Gi. leg. animo.*

pugnando] „Boug. B. Pet. Leid. A. et alii nonnulli“ (Vind. BC.) om. Vrat. B. Ven. f. Reliqui libri omnes et edd. ante Scal. *pugnandi* habent, quod cum neque ad *numero*, nedum ad *virtute*, neque ad *pares* referri neque vero per se positum intelligi possit, pro corrupto habendum neque melius, quam a Scal. factum est, corrigi posse videtur. V. int.

carissima] Cf. adn. ad 2, 17 §. 2.

Cap. 34. §. 2. pugnando] Cf. Civ. 2, 6 §. 3: *neque vero coniuncti Albicis comminus pugnando deficiebant, neque multum cedebant virtute nostris.* Similiter h. l. *pugnando* ablativus est, significans non omnino illos, sed inter pugnandum et in pugna propter angustias loci pares numero fuisse hostibus. Nam de Romanis hoc dictum et post *nostri*, non post *pares* interpungendum videtur. Cf. Civ. 1, 57 §. 1: *Erat multo inferior navium nu-*

do pares nostri. Tametsi ab duce et a fortuna deserebantur, tamen omnem spem salutis in virtute ponebant, et quotiens quaeque cohors procurreret, ab ea
3 parte magnus numerus hostium cadebat. Qua re ani-

pares nostri] *p. nostris* Voss. B.

Tametsi] *tum etsi* a m. pr. fuisse in Dr. A. videtur. *tamen etsi* Ox. Hav. A. Vind. A. et fortasse margo Pet. in qua ex. Fabr. ostendit a manu recentiori *Nostri tamen* legi „ut *nostri* fieret nova periodus“ Oud. vero uni Ox. tantum tribuit, ut *tamen etsi* scriberet, quo Caesar nusquam, Hirtius semel 8, 10 §. 4 et ne is quidem satis certo usus videtur.

quotiens] *quot* Hamb. *quotienscumque* Leid. A. *quoties* Ald. et sqq. ut 1, 43 §. 7.

quaeque] om. Leid. A.

procurreret] Reg. N. S. Ox. Leid. AB. Par. B. Hav. A. Vind. A. Dav. Cl. Oud. *procurrebat* Duk. Leid. C. (nam hunc Oud. significare voluisse videtur, non eum, quem significavit, Leid. B.) Carr. cod. Turr. Bong. C. Conn. Dr. B. Vind. CEF. et cum *r* super *b* Goth. A. *procurebat* Hamb. *procucurrerat* Rom. a. Med. a. Ber. *procurrerat* „reliqui“ Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Vind. BD(?). Par. A. inc. Ven. bcdef. et sqq. usque ad Dav. quod licet a codicibus firmius (quamquam Pl. ex Bong. A. nihil ab Oud. lectione discrepans adnotavit), tamen propter sensum teneri non poterat. Cadebant enim hostes, dum procurrebant Romani, pilis inter currendum ab his emissis, non finito demum cursu. Ceterum cf. adn. cr. ad 3, 15 §. 1.

numerus hostium] Voss. A. Gott. Egm. Fabr. Bong. A. Pl. Dr. AB. Vrat. AB. Goth. A. Hamb. Gu. Vind. A. Par. A. Ven. f. *h. n.* Vrat. C. Goth. B. et reliquae edd. tacente Oud.

mero Brutus; sed delectos — Caesar ei classi attribuerat. Alex. 61, 1: *Erat copiis pedestribus multo firmior Marcellus; habebat enim* etc. Quodsi *nostri* ad sequentia, *pares* ad hostes rettuleris, primum *pugnando*, etiamsi dativus putetur ex adiectivo pendens, quod per linguae usum fieri vix possit, tamen prorsus inutile reddideris, deinde scriptorem feceris tenuissima oratione summam Eburonibus laudem et parem cum Romanis virtutem tribuentem, quo ille honore barbaros alibi, ut 2, 8 §. 1, Civ. 1, 57 §. 3, 2, 6 §. 3, non tam facile, aut ubi res postulat, ut 2, 27, amplissimis verbis afficere soleat, hic vero ne debuerit quidem afficere eos, qui consilio, non virtute victoriam obtinuissent, quorumque virtutem in reliqua narratione nusquam commemoret.

Tametsi] Cf. 7, 8 §. 2: *in Helvios proficiscitur. Etsi mons Cevenna — iter inpediebat, tamen — pervenit.* Ib. 54 §. 2: *Ibi — discit —. Etsi multis iam rebus perfidiam Haeduorum perspectam habebat — tamen eos retinendos non censuit.* Utroque loco nos ante *etsi* desideramus copulam: eadem h. l. ante *tametsi* audita nexus sententiarum aptus efficitur hic: duabus rebus pares erant nostri, et quamquam aliis duabus inferiores erant, tamen non de fuga aut deditione cogitabant, sed omnem spem salutis in virtute illa, qua non erant inferiores, ponebant.

madversa Ambiorix pronuntiari iubet, ut procul tela coniiciant, neu propius accedant et, quam in partem Romani impetum fecerint, cedant: levitate armorum et cotidiana exercitatione nihil iis noceri posse: rursus se ad signa recipientes insequantur.

35. Quo praecepto ab iis diligentissime observato, cum quaepiam cohors ex orbe excesserat atque impetum fecerat, hostes velocissime refugiebant. Interim 2 eam partem nudari necesse erat et ab latere aperto tela

Cap. 35. §. 2. recipi] *recipere* Ox. Cu. S. Leid. A. Alc. Hav. A. Vind. A. St. quod ferri et ipsum potest. Cf. Civ. 1, 41 §. 4: *castra — vallo muniri vetuit, quod eminere et procul videri necesse erat.* Vulgata paulo concinnior neque vero ita comparata est, ut ab ipso scriptore in alterius locum substituta videatur. Itaque alteram ad arbitrium illius referamus, qui illam recensionem fecit.

§. 3. neu] Cf. adn. ad 4, 17 §. 10.

cedant] sc. ab ea parte. Cf. adn. cr. ad 2, 21 §. 1.

cotidiana exercitatione] Dubitari potest, utrum id, quod secundum 6, 15 ante Caesaris adventum omnibus Gallis accidere solebat, ut fere quotannis bella gererent, h. l. Eburonibus etiam postea accidisse et hanc cotidianam proeliandi consuetudinem in memoriam iis, quo maiore cum fiducia iussum facerent, revocatam ostendere, an eos ad hunc ipsum impetum in Romanos faciendum his omnibus diebus inde ab eorum adventu se exercuisse significare scriptor voluerit. Prius simplicius est et alteri argumento ab armorum levitate petito magis convenit: hoc eo commendatur, quod non quaevis proeliandi exercitatio eos ad hoc genus pugnae idoneos reddere poterat, et quod non sine certa quadam propius cum hac causa coniuncta ratione hoc memorantem Ambiorigem fecisse scriptor videtur.

Cap. 35. §. 1. Quo praecepto — observato] Pertinet hoc ad priorem praecepti partem, *ut procul tela coniicerent, neu propius accederent;* quo facto cum quaepiam cohors etc. Cf. adn. ad 1, 27 §. 4 *nocte intermissa.*

§. 2. eam partem] h. e. cohortem procurrentem. Orbis enim partem eam, unde egressa erat cohors, si modo ordines remanentes laxarentur, quod facile fieri poterat, minime necesse erat nudari.

ab latere aperto] Cum utrinque simul telis peterentur, a sinistra incidentia tela scuto excipere poterant, a dextra non item. Itaque h. l. *latus apertum* dextrum est, quae tamen significatio dictionis neque propria neque perpetua est. Cf. 1, 25 §. 5. 2, 23 §. 5. 4, 25 §. 1. 26 §. 2. praeterea 7, 50 §. 1: *subito sunt Haedui visi ab latere nostris aperto.* Alex. c. 20 §. 3: *postquam ultra eum locum ab latere eorum aperto ausi sunt egredi ex navibus Alexandrini pauci.* — Semel nomen postpositum est, Civ. 1, 44 §. 4: *circumiri enim sese ab aperto latere procurrentibus singulis arbitrabantur.*

3 recipi. Rursus cum in eum locum, unde erant egressi,
reverti coeperant, et ab iis, qui cesserant, et ab iis,
4 qui proximi steterant, circumveniebantur. Sin autem
locum tenere vellent, nec virtuti locus relinquebatur,
neque ab tanta multitudine coniecta tela conferti vitare
5 poterant. Tamen tot incommodis conflictati multis

§. 3. egressi] Ita cnm plerisque Par. A. om. Hamb. *regressi* Dr. B. Goth. B. *progressi* And. Leid. A. Hav. A. Vind. A. St. Oud. 2. Iudicinm de hac scriptura fere idem, qnod de proxima (*recipere*) faciendum videtur.

§. 4. nec — neqne] *nec — nec* Gott. Fabr. Dr. A. Vrat. B. Ven. f. *nec — atque* Vrat. C. *neque — neque* Vind. D(I). et reliquae ante Ond. edd.

conferti vitare] *confercti v.* Pal. Confl. Vrat. C. Goth. B. *confecti v.* „MSS. tres" Dr. B. *conferti vitari* Vrat. A. (Gn. Vind. F.) *a confertis vitari* And. Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. et a m. s. teste Ond. Pet. ex quo in Fabr. ex. ut ex Bong. ABC. Pal. Gott. Voss. A. Egm. simpliciter vulgata scriptnra affertur. Eandem Ursini liber, Stephanicus et Hotomannianus tuentur. Alteram habent Ald. ab. Gr. a. St. P. Man. Tnrr. in qua nescio quid adeo displicuerit Hotomanno, ut sui codicis scriptnram multo rectius habere pntaret. Sane reliquis in locis activam cnm hoc nomine vocem coniungit scriptor (2, 25 §. 1. Civ. 1, 50 §. 3. 3, 19 §. 6. 44 §. 7) et passiva omnino rarius ntitur; sed h. l. passivum aequalitatem membrorum minime ingratam efficit, ut, si a potiore genere codicnm offerretur, haud dubie recipiendum esset.

§. 5. Tamen tot] *tot tamen* Leid. A. *tamen tam multis* And. Ox. Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Tnrr. Lips. Iu. Graev. Hoc etsi valde simile est glossemati, tamen nescio an ex Ephemeridibus originem ducat, cum supra c. 22 §. 3 *tot detrimentis*, 23, 3 *tot navigationibus*, 29, 4 *tot contumeliis* sine varietate scriptum, item reliquis qninqne Gallici (3, 10 §. 2, 7, 14 §. 1, 24 §. 1, 39 §. 3, 62 §. 2) et qnattuor Civilis belli locis (1, 85 §. 6. 8, 3, 2 §. 3, 87 §. 2) huiusmodi glossema

§. 3. qui proximi steterant] Non enim omnes cesserant ab impetu procurrentis cohortis refugientes, sed plures steterant locumque tenuerant alii longius, alii propius ab eo, per quem illa cucurrerat, remotum.

§. 4. nec — neque] Cf. 1, 41 §. 2: *se nec umquam dubitasse neque timuisse neque de summa belli suum iudicium, sed imperatoris esse existimavisse.* Civ. 1, 50 §. 1: *Conatus est Caesar reficere pontes; sed nec magnitudo fluminis permittebat, neque ad ripam dispositae cohortes adversariorum perfici patiebantur.* Plura ex aliis scriptoribus et poetis exempla contulit Handius Turs. 4 p. 128, et p. 124 ostendit eos, qui diligentius scripserint, *nec* particulae locum tribuisse in fortiori, *neque* in leniori negatione, eodemque discrimine *nec — neque* et *neque — nec* posuisse. De Caesare propter paucitatem atque indolem locorum ita iudicari nequit: de poëtis aliter sentiendum videtur. Cf. adn. ad 4, 1 §. 6.

vulneribus acceptis resistebant et magna parte diei consumpta, cum a prima luce ad horam octavam pugnaretur, nihil quod ipsis esset indignum, committebant. Tum Tito Balventio, qui superiore anno primum pilum 6 duxerat, viro forti et magnae auctoritatis, utrumque femur tragula traiicitur; Quintus Lucanius, eiusdem 7 ordinis, fortissime pugnans, dum circumvento filio subvenit, interficitur; Lucius Cotta legatus omnes cohortes 8 ordinesque adhortans in adversum os funda vulneratur.

nullo in codice repertum sit, Caesar autem dictione *tam multis*, qua Cicero et Nepos nonunnquam utuntur, abstineus minus eam probasse ideoque semel negligentius in Ephemeridibus positam in Commentario mutavisse videri possit. Praeterea tam diversum hoc ab illis est, quae in proximis variata hoc idem genus codicum exhibet, ut non eodem ex fonte ductum esse videatur.

diei] *die* Goth. A. a m. pr.

octavam] *octovam* Vind. A. *IIX* Ald. b. Lips. Iu. *VIII* Graev. Dav. Cl. Oud.

§. 6. traiicitur] „MSS. plerique" Bong. C. Coufl. Vind. CDEF(I). edd. ante Ald. b. Turr. *trahicitur* Egm. Dr. A. Vind. B. Vrat. A. *traicitur* Bong. AB. Voss. A. Gott. Goth. B. Hamb. Vind. A. Par. A. Cf. Gellius 4, 17. *transiicitur* Ald. b. Lips. et sqq.

§. 7. fortissime] *fortissume* Bong. A., sed Pliischkio teste cum puncto sub *u* et *i* super *ea*.

§. 8. adhortans] *cohortans* edd. ante Ven. f. *adiens* Ox. *audiens* And. Cf. 7, 86 §. 3: *ipse adit reliquos: cohortatur, ne*

§. 6. qui superiore anno primum pilum duxerat] h. e. ducere coeperat seu ducendum acceperat; de qua plusquamperfecti significatione dixi in adn. cr. ad 2, 6 §. 4 verba *qui tum oppido praefuerat.* Neque vero temere Gronovius Obs. 4, 20 p. 761 Platn. Balventium hoc anno non amplius primipilum, sed evocatum fuisse statuit. Nam si etiam tum fuisset, quidni simpliciter eum *primipilum* scriptor appellasset? aut cur *magnae auctoritatis* virum dixisset, quod in eo, qui primum pilum duceret, facile per se intelligebatur? Itaque superiore anno in illum locum evectus simul stipendia emeruisse emeritusque mansisse ad legionem videtur, ut P. Sextius ille 6, 38, qui et ipse *primum pilum ad Caesarem duxerat.* Quo minus autem plures annos Balventium primipilum fuisse statuamus, ipsa superioris anni commemoratio obstat, qui si ultimus ei neque simul primus dignitatis fuisset, aut simpliciter, ut Sextius, primum pilum duxisse, aut annorum numero definito duos, tres vel aliquot annos, aut plurali numero *superioribus annis* eam dignitatem obtinuisse dicendus fuisset.

§. 7. eiusdem ordinis] cuius Balventius superiore anno centurio fuerat. Sed utrum Balventio successerit Lucanius, an eadem in legione posterior primi pili centurio, an in altera (Cf. adn. ad c. 24 §. 4) primipilus fuerit, incertum relinquitur.

§. 8. in adversum os] His verbis non ab latere, sed ex ad-

36. **His rebus permotus Quintus Titurius, cum procul Ambiorigem suos cohortantem conspexisset, interpretem suum Gneum Pompeium ad eum mittit ro-**

labori succumbant. Civ. 1, 64 §. 3: *milites — centuriones tribunosque militum adire atque obsecrare* etc. Ex his intelligitur scripturam codicis Ox. a Caesaris dicendi genere non abhorrere sensumque praebere minime ineptum, sed cui perficiendo aliquid desit, quod et causam ostendat, cur ille cohortes ordinesque singulos adierit, et quid eos adiens fecerit. Itaque suspicari licet *adhortans* ab ipso scriptore in alterius locum esse substitutum.

Cap. 36. §. 1. Gneum] Bong. AB. Voss. A. Gott. Egm. Fahr. Dr. A. Vrat. AB. Vind. C. Hamb. Par. A. *Gneium* Vind. AB. *Gn.* Cu. Fabr. Goth. A. Vind. F. Rom. a. Med. a. Ven. b. Ber. *C.* Dr. B. Ven. def. Gr. a. Turr. *C. N.* Vrat. C. *Cn.* Goth. B. Ven. c. et reli. edd. Cf. adn. cr. ad 4, 1 §. 1. — „*Ad horam octavam pugnaretur*) Vett. CC. habent *pugnassent.* et paulo post, *C. Arpinium*, ut supra, sive *Carpineium*, pro eo quod vulgo habetur, *C. Pompeium.* Item: *T. Bentio*, pro, *T. Baluentio*" Ursinus in Notis. „*Cn. Pompeium*) Supra C. Carpineium seu Arpinium ad Ambiorigem misit." Ciacconius. „*Interpretem suum Cn. Pompeium*). Supra dixit C. Arpinium ad Ambiorigem missum, sed non vocat interpretem, ut non ausim hunc locum suspectum habere, quod Ciacconium fecisse video. Meminit Cicero in epistolis ad Atticum Cn. Pompeii interpretis, sed incertum an hunc designet." Dion. Vossius. „Ursinus dicit in suis esse *C. Arpinium* vel *Carpineium.* Gryph. Ed. habet *C. Pompeium.* Si addicerent Codices, non alienus essem a lectione *C. Arpineium.*" Oud. Quae ex Notis Ursini ab Iungermanno exhibitis supra proposita sunt, ea totidem verbis, addito tamen *C.* praenomine ante *Carpineium*, leguntur in Ursini Notis ad Caesarem, quae una cum Fragmentis historicorum ab Antonio Augustino collectis Antverpiae a 1595 ex officina Plantiniana prodierunt, p. 116; quo in libro Ciacconii notas permixtas esse Ursinianis Brantius in praefatione ad suas p. 427 ed. Iu. testatur; idque ita esse Ciacconii ipsius notas per Andream Schottum post obitum auctoris cum Iungermanno communicatas et ab hoc editas cum Ursinianis illis ad Fragmenta hist. adiectis comparanti dubium esse nequit. Iam Ciacconianae omnes quo minus pro genuinis habeantur, nihil obstare videtur: in Ursinianis vero nihil alieni reiictum esse a Brantio (nam is videtur separandi negotium administrasse) pro certo affirmari non potest. Atque hoc ipsum, in quo versamur, eiusmodi est, ut non ab Ursino in codicibus inventum, sed a Ciacconio ex coniectura propositum esse videatur. Primum enim haesisse h. l. Ciacconium et Gnei Pompeii nomen suspectum habuisse ex ipsius nota intelligitur. Deinde mirum est, si Ursinus

verso inflictum vulnus significatur. Cf. Civ. 3, 99 §. 1: *gladio in os adversum coniecto* (interfectus est Crastinus). Curtius 4, 3 §. 8: *molem in adversum ventum non latere, sed recta fronte direxit.* Afric. c. 27 §. 1: (quae acies) *contra eorum* (elephantorum) *frontem adversam lapillos minutos mitteret.*

gatum, ut sibi militibusque parcat. Ille appellatus respondit: si velit secum conloqui, licere; sperare a multitudine impetrari posse quod ad militum salutem pertineat; ipsi vero nihil nocitum iri, inque eam rem se suam fidem interponere. 2 Ille cum Cotta saucio communicat, si videatur, pugna ut excedant et cum Ambiorige una conloquantur: sperare ab eo de sua ac mili- 3

lectionibus duabus ad c. 35 pertinentibus (*pugnassent* et *Bentio*) hanc, quae ad c. 36 pertinet, interposuit. Accedit quod in Emendationibus Ursinus ipse illas tantum commemorat, huius mentionem nullam facit. Denique *pugnassent* etiam in Ox. et Vind. A., *uentio* item in Vind. A., *Arpinium* vero aut *Carpineium* h. l. in nullo praeterea codice exstat. Ceterum quem locum Ciceronis in mente habuerit Vossius, nescio: Cn. Pompeium quendam necessarium suum nominat Cicero Fam. 13, 56. De Arpineio, equite Romano et familiari Titurii, sermo hic esse non potest, sed cogitandum potius de uno ex *cotidianis interpretibus*, qui 1, 19 §. 3 dicuntur, qui homo Gallus, ut C. Valerius 1, 19 et 47, vel Hispanus, ut Q. Iunius supra c. 27 memoratus, videtur fuisse.

§. 2. conloqui] Voss. A. Par. A. (Boug. A.) non *coll.* (*loqui* Vind. A.).

nihil] *non* Cu. Ox. Leid. AB. Hav. A. Vind. A. Sic 3, 13 §. 8: *neque enim his nostrae rostro nocere poterant*, eodemque modo ib. c. 14 §. 1 et 4 et 4, 17 §. 10. Alterum supra c. 34 §. 3 legimus: *levitate armorum — nihil iis noceri posse*, eique similia c. 7 §. 2 et c. 19 §. 3. Itaque bonum utrumque, sed propter codices et huius Commentarii usum magis probabile alterum.

§. 3. conloquantur] Egm. Par. A. (Boug. A.) non *coll.* (*conlocantur* Voss. A. *conlocant* Pal. Conf. *collocantur* Goth. B. a m. pr.).

sperare] *sperare se* V. C. Ursini, Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. usque ad Oud.

ab eo] *ab ea* Dr. B.

de sua] *de causa* Dr. B. *de se* Vind. D. edd. ante Ven. f. *suam* Ox. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr.

Cap. 36. §. 2 a multitudine] Convenit hoc illi, quod supra c. 27 §. 3 de iure multitudinis ostendit Ambiorix.

inque eam rem se suam fidem interponere] Iisdem verbis Ciacconius animadvertit Ciceronem usum esse pro Rosc. Am. c. 39 (§. 114): *Si hanc ei rem privatim Sextus Roscius mandavisset, ut cum Chrysogono transigeret atque decideret inque eam rem fidem suam, si quid opus esse putaret, interponeret.* Aliter Caesar supra c. 6 §. 6 *fidem interponere* dixit.

§. 3. pugna ut excedant] Hoc erat quod Titurius cum Cotta communicabat. Cf. adnot. ad 3, 5 §. 3 et ad huius libri c. 6 §. 6.

de sua ac militum salute impetrare posse] Recte Brantius huic simile esse illud putavit, quod legitur Civ. 1, 22 §. 6: *quod de sua salute impetraverit, fore etiam reliquis ad suam spem solatio*, ubi *quod* non pronomen est, sed coniunctio. Ceterum

4 tum salute impetrare posse. Cotta se ad armatum hostem iturum negat atque in eo perseverat.

37. Sabinus quos in praesentia tribunos militum circum se habebat et primorum ordinum centuriones se sequi iubet, et cum propius Ambiorigem accessisset, iussus arma abiicere imperatum facit suisque ut idem
2 faciant imperat. Interim, dum de conditionibus inter se agunt longiorque consulto ab Ambiorige instituitur
3 sermo, paulatim circumventus interficitur. Tum vero suo more victoriam conclamant atque ululatum tollunt

salute] *salutem* Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr.
impetrare] „Bong. AB. Pet. Leid. A. Ox." Vind. C. Oud. *impetrari* ceteri codices et edd. ante Oud., quod cum ferri et ipsum possit, tamen veri similius videtur a librariis quam a scriptore ad modum eius factum esse, quod supra Ambiorix respondisse dictus est; praesertim cum a passivo non absit ambiguitas, quin Ambiorix de legatorum et militum salute impetrare a multitudine possit.

§. 4. perseverat] *persceverat* Hamb. om. una cum sex, quae sequuntur, verbis Vind. C. *consistit* Ox. *constitit* And. Cu. S. Hav. A. Vind. A. St. Oud. cui alterum glossema videbatur. Quod cum per codices statuere non liceat, neque causa appareat, cur semel positum *constitit* scriptor mutaverit, denique ne consentiant quidem in eo codices isti, *constitit* et *consistit* variandi cupiditate facta, *perseverat* solum genuinum existimare debemus. Cf. Civ. 1, 26 §. 2: *tamen omnibus rebus in eo perseverandum putabat.* Ib. 72, 4: *ille in sua sententia perseverat.*

suam salutem dicens Titurius haud dubie non suam solius, sed etiam Cottae dicebat. Itaque verbi *posse* subiectum aliud statuendum videtur atque verbi *sperare*, et recta Titurii oratio haec fuisse putanda: spero nos ab eo de nostra ac militum salute impetrare posse.

Cap. 37 §. 1. quos in praesentia tribunos] Cf. adn. ad 4, 21 §. 4.

§. 3. atque ululatum tollunt] Haec verba non alteram eamque diversam a priore actionem significant, sed declarationem exhibent eorum, quae praecedunt: *suo more victoriam conclamant.* Quae Livius 5, 37 §. 8 narrat de *truci cantu clamoribusque variis* Gallorum Romam euntium, et quos ib. c. 39 §. 5 *ululatus cantusque dissonos* eorum memorat, quorum mentionem h. l. iniecit Cellarius, aptius comparaveris cum iis, quae infra 7, 80 §. 4 leguntur: *clamore et ululatu suorum animos confirmabant.*

§. 4. Ibi Lucius Cotta pugnans interficitur] Cottam Dio Cassius 40, 6 statim initio interfectum, deinde Sabinum ab Ambiorige a proelio absente et quasi servaturo arcessitum non solum armis, sed etiam veste spoliatum iaculo confossum tradit, qua in re ille inter alia haec dixerit: *τοιοίδε μέντοι ὄντες πῶς τηλικούτων ἡμῶν ὄντων ἄρχειν ἐθέλετε*; quae verisimilius est aliunde ab eo quam ex Caesaris Commentario esse petita; quamquam ita comparata sunt, ut ex hoc tamquam ultimo fonte derivata esse videantur. Nam et vulneratum ante Sabini

impetuque in nostros facto ordines perturbant. Ibi 4
Lucius Cotta pugnans interficitur cum maxima parte
militum. Reliqui se in castra recipiunt, unde erant
egressi; ex quibus Lucius Petrosidius aquilifer, cum 5
magna multitudine hostium premeretur, aquilam intra
vallum proiecit, ipse pro castris fortissime pugnans
occiditur. Illi aegre ad noctem oppugnationem susti- 6
nent: noctu ad unum omnes desperata salute se ipsi
interficiunt. Pauci ex proelio elapsi incertis itineribus 7

Cap. 37. §. 5. Lucius Petrosidius] *Peturifidius* Vind. A. (*Lucius* Voss. A. Gott. Egm. Fabr. Par. A. Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Viud. BCI. nou *L*.

§. 6. noctu] *nocte* Ox. et a m. s. Vind. A. (a m. pr. *noctem*) et Petr. Hist. 14, 14. Cf. adu. cr. ad 3, 2 §. 1, ubi de significationis discrimine dixi; quod si etiam h. l. observatum a scriptore volumus, Romauos cogitare debemus id, quod interdiu propter hostium impetum facere non potuissent, noctu, cum illi suos ab oppuguatione reduxissent, perpetrasse, ut se ipsi interficereut.

§. 7. elapsi] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. *lapsi* „MSS. quindecim" Bong. ABC. Pet. Pal. Voss. A. Gott. Egm. Par. A. cod. Turr. et fortasse Carr. (Brutus notam libri omisit) Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. (*lapssi* hic) Vind. CDE. edd. ante Ald. neque id intolerabile. Sic Curtius 3, 13 §. 4: *ille e manibus custodientium lapsus Damascum ante lucem intrat*. quem locum Waltherus adhibuit ad Tac. Ann. 5, 10, ubi in codice est *quippe lapsum custodiae pergere ad paternos exercitus*, quod quomodo corruptum sit, apparet. Sed etiam post *proelio* excidere *e* in melioribus libris et servari in iisdem potuit, qui supra c. 32 §. 2 *nostris*, 33, 3 *facile*, alibi interitum Cottam et procul conspectum a Sabino Ambiorigem et in colloquio cum Ambiorige interfectum Sabinum Caesar tradidit; quae ab alio scriptore nonnihil mutata iu eam denique formam, quam Dio exhibet, redigi potuerunt. Caesar vero, qui primum Labieni litteris de re gesta in Eburonibus edoctus (c. 47 §. 5) mox certius ex captivis de casu Sabini et Cottae cognosset (c. 52 §. 4) quemque facile credas rem omnem quam diligentissime etiam ex paucis illis, qui ad Labienum ex proelio elapsi pervenerant, exquisivisse, praesertim cum tanto dolore hanc cladem tulerit, ut ea audita barbam capillumque summiserit nec ante dempserit, quam vindicasset (Sueton. Iul. c. 67), hic igitur nihil, nisi quod verum esset, scripsisse atque inprimis illud, quod Dio Ambiorigem fecisse ac dixisse tradit, si vere factum dictumque esset, neque ignorare potuisse neque silentio praetermissurus fuisse putandus est.

§. 5. Petrosidius] Hoc nomen Reinesius in Syntagmate inscriptionum p. 5 a *Petrosio*, ut *Ovidium* ab *Ovio* et multa alia, quae enumerat, ductum statuit. Sed *Petrosium* equidem nusquam inveni. *Petrosidiae* duae in inscriptionibus apud Gruterum exstant. Ceterum cf. adn. ad 4, 25 §. 3.

per silvas ad Titum Labienum legatum in hiberna perveniunt atque eum de rebus gestis certiorem faciunt.

38. Hac victoria sublatus Ambiorix statim cum equitatu in Aduatucos, qui erant eius regno finitimi, proficiscitur: neque noctem neque diem intermittit pe-
2 ditatumque se sequi iubet. Re demonstrata Aduatucisque concitatis postero die in Nervios pervenit hortaturque, ne sui in perpetuum liberandi atque ulciscendi

alia aeque certa servarunt. De Caesaris quidem usu iudicari propterea nequit, quod raro simplex, compositum semel posuit, illud supra c. 3 §. 6: *ne omnis nobilitatis discessu plebs propter imprudentiam laberetur*, infra 55, 3: *hac spe lapsus Induciomarus*, et Civ. 2, 11 §. 2: *involutae* (in musculum cupae) *labuntur: delapsae—removentur*, hoc ib. §. 1: *quicquid incidit, fastigio musculi elabitur* (al. *delabitur*); sed Cicero ea, qua hic opus est, significatione saepius *elabi*, nusquam *labi* videtur dixisse. Praeterea *lapsi* hoc incommodum habet, quod etiam ad sequentia referri potest: *pauci ex proelio, lapsi incertis itineribus—in hiberna perveniunt*: cui errori scriptorem, cum tam facile posset, occurrere noluisse quis credat?

Cap. 38. §. 1. finitimi] *vicini* Hamb. *finitumi* Bong. A. Oud. 2. Sed Pl. teste in Bong. A. *i* super *u* scriptum est, ut 3, 23 §. 3 in *finitumae*, quod si purum et integrum in Par. A. exstat, pro vero haberi potest. Etiam 2, 32 §. 2 *finitumisque* secundum Bong. A. Pl. et manum primam Par. A. recipiendum videtur, ut huius libri c. 27 §. 2 *finitumis* et §. 9 *finitumi*. Sed h. l. unius codicis incerta auctoritas (littera enim *i* fortasse a m. pr. est) sufficere non videtur. Cf. adn. cr. ad *maritumae* 4, 23 §. 5.

se sequi] Bong. A. sec. Pl. Ven. f. *sese sequi* edd. ante Ven. f. *subsequi* Vind. A. *se subsequi* Hamb. Ald. et sqq. *sese subsequi* Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. BFI. In ex. Fabr. *sese* ex Voss. A. Egm. Gott. Lov. affertur, ad *subsequi* nihil adscriptum est: „*se* carent L. pr. B. pr. V. sec. alii *sese*. V. pr. et alii *sese sequi* cum Edd. pp.“ Oud. Ego certiori Plüschkii testimonio credendum et quod ille in Bong. A. legit, accedente Ven. f. ut optimum et ex quo reliquorum librorum discrepantia facillime explicari possit, recipiendum putavi.

Cap. 38. §. 1. neque noctem neque diem intermittit] De ordine verborum cf. adn. cr. ad 1, 38 §. 6, de eorum significatione adn. ad c. 11 §. 4.

peditatumque se sequi iubet] Haec verba ita collocata sunt, ut non proficiscens, sed confecto itinere Ambiorix sequi se peditatum iussisse existimandus sit. Male Lippertus *neque noctem neque diem intermittit* ut parenthesin seclusit.

§. 2. in Nervios] quorum tamen gens ac nomen prope ad internecionem redactum esse dicitur 2, 28 §. 1. Sed cf. ibi adn. Quamquam quae illo loco libri secundi scripta sunt, vix videntur scribi ab eo potuisse, qui hanc Nerviorum rebellionem cognitam haberet et memoria teneret.

sui — liberandi] Cf. adn. ad 3, 6 §. 1.

Romanos pro his, quas acceperint, iniuriis occasionem dimittant; interfectos esse legatos duos magnamque 3
partem exercitus interisse demonstrat; nihil esse ne- 4
gotii subito oppressam legionem, quae cum Cicerone hiemet, interfici; se ad eam rem profitetur adiutorem. Facile hac oratione Nerviis persuadet.

39. Itaque confestim dimissis nuntiis ad Ceutrones, Grudios, Levacos, Pleumoxios, Geidumnos, qui omnes sub eorum imperio sunt, quam maximas manus

§. 2. his] Bong. A. Pi. Par. A. Dr. AB. Gu. Vind. ABCFI. edd. ante P. Man. Gr. b. Frell. Turr. *hiis* Vrat. ABC. Hamb. *iis* P. Man. Ald. b. Lips. et sqq. Cf. adn. cr. ad c. 7 §. 6.

§. 3. duos] om. Lov. Hamb. Vind. F. *duo* And. Oud. taceute Pl. quasi etiam in Bong. A. *duo* exstet. Sed plus tribuendum hic Oudeudorpii de eodem codice silentio ideoque tenendum *duos* videbatur, quamquam 7, 33 §. 3 Caesarem *duo* pro accusativo posuisse verisimile et Civ. 1, 48 §. 2 *ambo* codicum auctoritate non destitutum est.

Cap. 39. §. 1. Geidumnos] Par. A. Dr. A. Vind. B. Vrat. C. *Geidūnos*, quod idem significare videtur, Bong. A. Pi. Vrat. AB. „*Geidunos* Bong. A. Pal. *Geiduños* Cu. Bong. AB. Pal. Gott. Lov. Ort. Bong. C.“ Fabr. „*Geidunos*) vel *Geidunnos* Bong. ABC. Cn. Voss. A. Lov. et septem alii cnm inc.“ Ond. *Geidunnos* Goth. B. et a m. s. A. Gu. Vind. F. *Gedunos* Pet. Oud. Voss. B. *Gedumnos* Pet. Fabr. et Conf. *Geudunnos* Leid. A. S. Vind. AE. *Gondunos* MSS. Cruquii (in dedicat. Horat.) *Gerdunnos* Bong. C. Pal. Conf. *Gerdumos* Hamb. *Geridunnos* Dr. B. *Gordiños* Viud. C. *Gordunnos* Rom. a. Ber. Ald. a Gr. ab. St. Frell. *Gordunos* Goth. A a m. pr. Viud. D(I). et reliqnae edd. ante Oud. *Γορδύνους* Met. *Geidunos*, quod Oud. edidit, secundnm codicum quamvis incertam auctoritatem ad nominum *Garumnae* et *Dumnorigis* exemplum flectere tutissimnm videbatur.

suut] *continebantur* Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. quod mirum est alicni in locum eius, quod vulgo legitur, substituen-

§. 4. nibil esse negotii] Cf. Cic. ad Att. 12, 14 §. 1: *De me excusando apud Appuleium dederam ad te pridie litteras. Nihil esse negotii arbitror: quemcunque appellaris, nemo negabit.* Fam. 12, 2 §. 1: *qua* (oratione) *si saepius uti liceret, nihil esset negotii libertatem et rem publicam reciperare.*

Cap. 39. §. 1. Ceutrones] Cf. adn. cr. ad 1, 10 §. 4. Horum et reliquarum gentium, quae h. l. memoratae sunt, sedes secundum bodiernorum nominum quorundam similitudinem vel vocabulorum significationem definire frnstra conati suut Cluverins, Cruquius, Anvillius, quorum opiniones rettulit Ukertus Gall. p. 374. Praeterea verba de iis feceruut Bruiningins Rerum Belgicarum etc. p. 15, Zeussius die Deutschen und die Nachbarstämme p. 215 et Car. Chr. de Lentsch über die Belgen des Iulius Caesar (1844) p. 11, qui nusquam praeter h. l. vestigium exstare harum gentium affirmat.

qui omnes snb eorum imperio sunt] In his temporis praesentis significatio non alia esse videtur

possunt, cogunt et de inproviso ad Ciceronis hiberna advolant, nondum ad eum fama de Titurii morte per-
2 lata. Huic quoque accidit quod fuit necesse, ut nonnulli milites, qui lignationis munitionisque causa in silvas discessissent, repentino equitum adventu interci-
3 perentur. His circumventis magna manu Eburones, Nervii, Aduatuci atque horum omnium socii et clientes legionem oppugnare incipiunt. Nostri celeriter ad
4 arma concurrunt, vallum conscendunt. Aegre is dies sustentatur, quod omnem spem hostes in celeritate ponebant atque hanc adepti victoriam in perpetuum se fore victores confidebant.

dum videri potuisse, ab ipso vero scriptore modo aliter conformata oratione ad statum illorum describendum adhiberi potuit; velut *qui omnes imperio eorum continebantur;* quod non ita dissimile esset illis 2, 11 §. 4: *neque ulla necessitate neque imperio continerentur.* Itaque dubitari potest, utrum ex priore aliqua Caesaris scriptione haec varietas repetenda, an temerario et inepto variandi studio alicuius accepta sit referenda.
inproviso] Voss. A. Egm. Par. A. Vind. A. Goth. A. (Bong. A.) non *impr.*
§. 2. adventu] *advolatu* Dr. A. Vind. B.
§. 4. is] *his* Bong. A. Vind. AB. Dr. B. *hiis* Vrat. A.

atque in sequentibus *quam maximas manus possunt*, *cogunt*, ideoque de statu Ceutronum etc. qui fuerit tum, cum Caesar Commentarios ederet, nihil ex eo colligi posse, ceterum nihil obstare, quo minus etiam tum sub eorum imperio fuisse existimentur. Nerviorum enim res etiam post bellum Gallicum satis validas fuisse constat.
de Titurii morte] Haec enim quasi catastropha et summa rei gestae fuerat: Titurio interfecto victoriam barbari conclamaverant (c. 37 §. 3). Huius igitur mortem fama ferebat, Cottae scilicet et reliquorum interitum non silentio praeteriens, sed principem haud dubie locum illi tribuens ideoque aptissime hoc velut titulo insignita. Similiter c. 41 §. 3.
§. 2. Huic quoque] ut Titurio et Cottae c. 26 §. 2.
accidit quod fuit necesse, ut] Cf. c. 33 §. 6: *Praeterea accidit quod fieri necesse erat*, *ut* etc. quo loco pariter atque hoc comma post *accidit* delevi, ne ex hoc verbo potius quam ex sequente pendere *ut* videatur. Recte Horkelius: Auch ihm widerfuhr das unvermeidliche, daß — Incipit autem hic magnae Caesaris erga Q. Ciceronem benevolentiae significatio, fortasse fratris devinciendi studio non minus quam ipsius meritis data.
§. 3. His circumventis] Magis aperte supra c. 26 §. 2 Titurii lignatores *oppressos* dixit, h. e. captos vel interfectos; neque hos credibile est unquam ad suos redisse, et inest in *circumventis* eius rei significatio, ut ex 8, 10 §. 3 intelligitur, sed imperfecta. Differentiam autem utriusque verbi ostendit locus 6, 11 §. 4: *suos enim quisque opprimi et circumveniri non patitur.*

40. Mittuntur ad Caesarem confestim ab Cicerone litterae, magnis propositis praemiis, si pertulissent: obsessis omnibus viis missi intercipiuntur. Noctu ex 2
materia, quam munitionis causa conportaverant, turres admodum cxx. excitantur incredibili celeritate; quae deesse operi videbantur, perficiuntur. Hostes postero 3
die multo maioribus coactis copiis castra oppugnant, fossam complent. Eadem ratione, qua pridie, ab nostris 4

Cap. 40. §. 2. ex materia] „MSS. quindecim" Bong. ABC. Pet. Pal. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Par. A. cod. Turr. Dr. B et corr. in *ex* A. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Hamb. Vind. DEFI. edd. ante Ald. *ea m.* Leid. A. Ox. Hav. A. Vind. A. *ex ea m.* Ald. et sqq. nulla auctoritate.

conportaverant] Bong. A. Par. A. Voss. A. Egm. non *comp.* (*comportaverunt* Vind. A.)

§. 3. coactis copiis] Bong. AB. Pet. Voss. A. Gott. Egm. Par. A. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. Gu. Vind. ABC. Ven. f. St. *copiis* Hamb. *copiis coactis* Dr. B. Vrat. C. Goth. B. et edd. reliquae, etiam Ond. ipso tacente.

oppugnant] *obp.* Bong. A. Pi. (*oppungnant* Rom. a.)

§. 4. ab nostris] om. Gott. Vrat. B a m. pr. Gu. *a nostris* Dr. A. Vrat. A et a m. s. B. Goth. A. Hamb. Vind. AF. Ald. et sqq. usque ad Oud. qui *a* secundum „Bong. AB. Voss. A. et alios" mutavit in *ab*, ceterum *ab nostris* tacite ante *eadem ratione* positum reliquit, quo loco in Ald. et sqq. legitur. Sed codices a me visi omnes uno Vind. A. excepto, item Bong. A. Pl. Par. A. Vind. F. cum edd. ante Aldum (omissa tamen praepositione Ven. de.) post *pridie* collocant. In ex. Fabr. *ab nostris* Bong. AB. Voss. A. *a nostris* Pet. et Pal. post *qua* positum habere significatum est, quod errore factum videtur. Ordinem Aldinum, si per codices licuisset, lubenter tenuissem, ut quem locum in proximis *hostes* tenent, eodem oppositi hostibus *nostri* ponerentur.

Cap. 40. §. 2. turres admodum cxx.] „Confirmatur per voc. *admodum* numerus, ne nimius videatur: *non minus quam cxx. turres.*" Handius Turs. 1 p. 176. Recte. Modus enim, ad quem is, qui *admodum* adverbio utitur, exigi dictum vult, in ipso dicto inest, cui nihil deesse, quo minus ita dicendum sit, significatur. Similiter 7, 56 §. 3 *admodum magna itinera* ea intelligenda sunt, quae proprie et vere (ἀκριβεῖ λόγῳ, non ὡς ἔπος εἰπεῖν) magna dicantur, atque eodem universus huius adverbii usus apud Caesarem redit.

excitantur] Cf. adn. ad 3, 14 §. 4 et quae ibi adscripta Hirtii 8, 9 verba (*turris excitari crebras in altitudinem trium tabulatorum*) excipiunt: *pontibus traiectis constratisque coniungi;* quae impedire videntur, quo minus *excitare* turres idem esse statuamus, quod *inchoare* et malos erigere; quod si liceat, res minus incredibilis, et quod sequitur (*quae deesse operi* sc. munitionis *videbantur, perficiuntur*) commode huic oppositum sit. Cf. §. 6.

5 **resistitur. Hoc idem reliquis deinceps fit diebus. Nulla pars nocturni temporis ad laborem intermittitur; non aegris, non vulneratis facultas quietis datur. Quaecunque ad proximi diei oppugnationem opus sunt, noctu**
6 **comparantur: multae praeustae sudes, magnus muralium pilorum numerus instituitur; turres contabulan-**

§. 5. deinceps] om. Voss. A a m. pr. Vulgo aute *reliquis fit*, in Vind. A. post ea positum ego secundum Bong. AB. Gott. Egm. Par. A. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. Gu. Vind. B. Ven. f. St. Gr. b. Freii. interponendum putavi. Oudendorpius unice in defendendam glossematis suspicionem intentus de MSS. nihil nisi triplicem illam in sede vocabuli varietatem refert: in his esse *reliquis deinceps*, in illis *reliquis fit deinceps*, in aliis, ut vulgo: ipse vulgatam sequitur.

§. 5. Hoc idem reliquis deinceps fit diebus] *Reliquos* dies tertium, quartum et sequentes usque ad finem obsidionis dicit, eorumque nullo non idem, quod primo et secundo, factum esse, ut summa vi oppugnata ab hostibus castra a Romanis summo labore defenderentur, adiecto *deinceps* adverbio demonstrat seriem continuam significanti, ut 3, 29 §. 1: *Reliquis deinceps diebus Caesar silvas caedere instituit.* Aliter infra c. 42 §. 5 *reliquis diebus* hostes fecisse aliquid dicuntur, ubi continuatae operae significatio abest. Eam rursus additam habet locus Civ. 3, 56 §. 1: *Omnibus deinceps diebus Caesar exercitum in aciem aequum in locum produxit*, sed omissa finiti temporis, de quo in *reliquis diebus* cogitandum est, significatione. Handius Turs. 2 p. 235 *deinceps reliquis* h. l. nescio quomodo interpretatur *omnibus reliquis*.

intermittitur] Cf. ad c. 11 §. 4 adscripta.

§. 6. sudes] quas in adn. ad c. 18 §. 3 ad iaculandum comparatas ostendi, quemadmodum illas, quibus 7, 81 Romani in opere dispositis perterruisse Gallos dicuntur. Ac muralium pilorum, quae Caesar iterum 7, 82 commemorat, non alium fuisse usum certum est. Aliter statuit Sincerus *praeustas sudes* interpretatus spitzig gebrannte Pallisaden, die man sogleich wieder einrammeln können, wenn der Feind in den Wall Breche gelegt. Sed valium scidisse aut scindere voluisse Nervios scriptor nusquam dixit, neque *praeusta* materia, quamquam 7, 22 et 73 simili em ei, de quo Sincerus cogitavit, usum praebuisse dicitur, non ad pugnam quoque adhiberi potuit. Cf. Virgil. Aen. 7, 523: *non iam certamine agresti, Stipitibus duris agitur sudibusve praeustis; Sed ferro ancipiti decernunt.* et 11, 893: *ac robore duro Stipitibus ferrum sudibusque imitantur obustis.* quos locos adhibuit Brantius.

turres contabulantur] i. e. tabulatis instruuntur. Sic certe Livius 24, 34 §. 7 *turres contabulatas* in navibus impositas dixit, atque ea propria est verbi significatio. Sed dubitat in indice Morus, an *turres contabulare* idem esse possit, quod Hirtius 8, 9 *pontibus traiectis constratisque coniungere* dicat. Ac praecedit apud eundem, quemadmodum hic §. 2, *excitatarum* turrium mentio, sequiturque ut h. l. *vimineae loriculae* commemoratio ad frontes illorum pontium muniendas

tur, pinnae loricaeque ex cratibus attexuntur. Ipse 7
Cicero, cum tenuissima valetudine esset, ne nocturnum quidem sibi tempus ad quietem relinquebat, ut ultro militum concursu ac vocibus sibi parcere cogeretur.

§. 6. loricaeque] *luricaeque* Bong. A (teste Pl. cum *o* super *u*) B. Voss. A. Egm. Leid. A. Par. A. *luricae* Vrat. A. (*loricae quae* Ven. cdc. *loricaeque quae* Flor. Ven. f.) 7, 72 §. 4 et 86 §. 6 soli Leid. A. Vind. A. *u* in prima syllaba exhibent; 8, 9 §. 3, ubi est *loriculam*, Bong. B. Fabr. *luriculum*, alii sec. Oud. *luricam* habent, Vind. A. et alii eiusdem generis totum vocabulum omittunt; denique ib. §. 4 *luricula* in Bong. AB. Voss. AB. Leid. A. Vind. A. Hamb. Par. A. legitur, sed in Bong. A. teste Pl. *u* puncto notatum et super *u*, ut hic, scriptum est *o*. Secundum haec dubium videri poterat, utrum *luricaeque* h. l. scriptum a Caesare esset, an *loricaeque;* sed quoniam illius vestigium in ceterorum scriptorum et poetarum codicibus nusquam exstare videbam, hoc vero etiam ad originem nominis, quod Varro probabiliter a *loris* ductum ostendit, magis accommodatum est, in vulgata scriptura consistendum putavi.

§. 7. valetudine] *valitudine* „MSS.“ Bong. AB. Voss. A. Gott. Egm. Par. A. et mei omnes cum edd. ante Ven. f. Codicum auctoritatem Oud. et h. l. secutus est et 7, 78 §. 1 secundum „MSS. fere omnes“ *valitudine* scripsit, quo loco mei quidem omnes *i* tenent et Pl. de Bong. A. tacet, in Fabr. vero quattuor tantum, Voss. A. Gott. Egm. et Lov., eius scripturae auctores significati sunt et Par. A. *e* habere traditur. At Civ. 1, 31 §. 3, 3, 2 §. 3, 49 §. 4 et 6, 62 §. 4 et 87 §. 4 codices deseruit, quod etiam in Comm. de bello Gall. facere debebat. Caesaris aetate *valetudo* secunda syllaba longa pronuntiatum esse Lucretii versus demonstrat 3, 103, neque Horatius aliter dixit Sat. 2, 2 v. 88 et Epist. 1, 4 v. 10, et ita in ratione erat. Postea exstiterint qui in modum nominis *magnitudo* et similium ab adiectivis ductorum hoc perverterent; quod de Caesare credi non potest.

attextae, ut ante oculos habuisse hunc locum et quasi interpretem Caesaris egisse videatur Hirtius. Accedit quod ipse Caesar 7, 22 §. 3 etiam *murum turribus contabulasse* Gallos dixit, haud dubie neglecta propria significatione verbi; quam si h. l. tenuit, turres illas, quas supra excitatas prima nocte inchoatas tantum necdum instructas tabulatis dixisso videtur, quippe quas nunc demum contabulatas ostendat. Sin autem *contabulatas* h. i. pontibus coniunctas interpretamur, *excitatas* eodem atque apud Hirtium modo interpretari nobis licet. Itaque Mori dubitatio non caret ratione. Sed tamen nihil obstat quo minus contabulatio h. l. proprie dicta intelligatur, si turribus illis prima nocte excitatis addita quidem tabulata, sed in tanta festinatione non plane exaedificata et quod ei rei deesset, reliquis noctibus perfectum statuimus.

attexuntur] ad turres, non, ut 7, 72 §. 4, ad vallum.

§. 7. ultro] Cf. ad c. 28 §. 5 dicta. In Cicerone non solum illud fiebat, quod vulgo fieri solet, ut nimia contentio amicos et familiares sollicitos haberet, sed ulterius procedebat res et militum concursu parcere sibi cogebatur.

41. Tunc duces principesque Nerviorum, qui ali-
quem sermonis aditum causamque amicitiae cum Cice-
2 rone habebant, conloqui sese velle dicunt. Facta po-
testate eadem, quae Ambiorix cum Titurio egerat, com-
3 memorant: Omnem esse in armis Galliam; Germa-
nos Rhenum transisse; Caesaris reliquorumque hiberna
4 oppugnari. Addunt etiam de Sabini morte. Ambio-
5 rigem ostentant fidei faciundae causa. Errare eos di-
cunt, si quicquam ab his praesidii sperent, qui suis
rebus diffidant; sese tamen hoc esse in Ciceronem po-
pulumque Romanum animo, ut nihil nisi hiberna re-

Cap. 41. §. 1. Tunc] *Tum* Leid. A. Bong. B. Dr. A. Goth. A. Vind. ABl.
conloqui] Bong. A. Voss. A. Egm. Vrat. A. Par. A. non *coll.*
§. 3. Omnem esse in armis Galliam] *omnes e. i. a. Gallos* Egm. Vrat. A. Cf. adn. cr. ad 4, 2 §. 2. (*omnen G. e. i. a.* Vind. A. *o. in esse a. G.* Hamb. *o. enim G. e. i. a.* Duk. Vind. C. et a m. pr. Goth. A.)
§. 5. his] *hiis* Bong. AB. Gott. Fabr. Vrat. ABC. Hamb. *iis* Goth. A. P. Man. Ald. b. Lips. Iu. Graev. Dav. Cl. Cf. c. 38 §. 2 et adn. cr. ad c. 7 §. 6.

Cap. 41. §. 1. Tunc] cum res in eum statum pervenisset, qui cap. 40 §. 4 et 5 significatus est. Cf. Civ. 3, 85 §. 4: *Tunc Caesar apud suos, cum iam esset agmen in portis, differendum est, inquit, iter.*

sermonis aditum] occasionem seu facultatem sermonis cum Cicerone habendi. Cf. Civ. 1, 74 §. 5: *ii suos notos hospitesque quaerebant, per quem quisque eorum aditum commendationis haberet ad Caesarem.* Alex. 30, 5: *duabus ex partibus aditus oppugnationis nostris dabatur.* Gall. 1, 43 §. 5: *cum neque aditum neque causam postulandi iustam haberet.* Nepos Pausan. 3, 3: *aditum petentibus conveniendi non dabat.*

causamque amicitiae] Non minus proprie hoc dictum, quam illud 1, 43 §. 6: *docebat etiam, quam veteres quamque iustae causae necessitudinis ipsis cum Haeduis intercederent*, aut Ciceronianum Offic. 2, 13 *nam si quis ab ineunte aetate habet caussam celebritatis et nominis, aut a patre acceptam — aut aliquo casu atque fortuna*, in quo *causam* Lippertus quemadmodum h. l. periphrasin facere putabat.

§. 4. Ambiorigem ostentant fidei faciundae causa] Cf. ad 4, 11 §. 3 adscripta. Ea vero, quibus fidem facere volebant Ambiorigem ostentantes, non solum proxime dicta sunt de morte Sabini, cuius ille fide dignus auctor erat, sed omnia, quae commemoraverant, quae maximam partem falsa erant et inania, quod ipsum significatur verbo *ostentant.*

§. 5. qui suis rebus diffidant] Hoc ad Caesarem reliquosque pertinet, quorum hiberna oppugnentur ita, ut suae ipsorum saluti diffidere cogantur. Ad dictionem cf. 6, 38 §. 2: *diffisus suae atque omnium saluti.*

cusent atque hanc inveterascere consuetudinem nolint: licere illis incolumibus per se ex hibernis discedere et 6 quascunque in partes velint, sine metu proficisci. Ci- 7 cero ad haec unum modo respondit: Non esse consuetudinem populi Romani accipere ab hoste armato conditionem; si ab armis discedere velint, se adiutore 8 utantur legatosque ad Caesarem mittant: sperare pro eius iustitia, quae petierint, impetraturos.

inveterascere] *inveterescere* Bong. A. Voss. A. Egm. Dr. A. Vrat. A. Par. A. Idem 2, 1 §. 3 in Egm. et Vrat. A. legitur, forma insolita, sed analogia non carente. Nam pro *tenerascere*, quo Lucretius usus est, Plinius et alii recentiores dixerunt *tenerescere*, et *maturare* adiunctum habet *maturescere*. Itaque dubitare licet, an etiam *inveterescere* probum sit; quamquam in Terentii, Ciceronis, Nepotis libris vestigium eius nullum exstare videtur, et Cicero apud Nonium p. 296 Gerl. etiam *veterascentem* dixit.

noliut] *velint* Lov. Dr. B. Hamb. et pro var. lect. margo Vind. F. quod eidem opinioni originem debere videtur, qua nonnemo Nepotem Att. 2 §. 5 *inveterascere* pro *exstingui* dixisse statuebat: *nam neque indulgendo inveterascere eorum aes alienum patiebatur*.

§. 6. incolumibus per se] *p. s. i.* Vind. A. St. (*incoluminibus p. s.* Ven. de.)

quascunque in] Pet. Ox. S. Leid. A. Vind. A. St. Praepositionem omittunt „MSS. tredecim et Ed. inc." Bong. ABC. Pal. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. CEF. Ven. cde. *in q.* reliquae edd. ante Oud. *ad q.* Duk. Goth. A. Vind. I. *in* genuinum esse patet, sed post *quascunque*, an ante id positum a scriptore sit, dubitari potest.

§. 7. accipere] *ullam accipere* Cu. S. And. Ox. Leid. A. Vind. A. Hav. A. Ald. a. et sqq. excepta Cl. Hoc quoque genuinum esse potest. Cf. 2, 15 §. 5: *sese neque legatos missuros neque ullam conditionem pacis accepturos*. Et quemadmodum paulo ante *in*, ita h. l. *ullam* temere omissum in altera parte codicum videri potest. Sed *in* necessarium est et propter exiguitatem facile omitti potuit, quorum neutrum cadit in *ullam*. Cf. 4, 13 §. 1: *neque conditiones accipiendas arbitrabatur ab his*, *qui* etc. et quae ibi adscripsi.

§. 8. sperare] *sp. se* Cu. S. And. Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. St. P. Man. Turr. Lips. Iu. Graev. Dav. Cl. Cf. adn. cr. ad 2, 31 §. 1.

§. 6. per se] Id referendum esse ad *licere*, non ad *discedere*, vere monuit Heldius. Cf. c. 30 §. 3: *si per te liceat*. 1, 42 §. 1: *id per se fieri licere*.

§. 8. se adiutore utantur] Male Horkelius haec ad protasin rettulit: wenn sie die Waffen niederlegten, seiner Fürsprache sich bedienten, und Gesandte zu Cäsar schickten, so hoffe er etc. Non tantum sibi sumebat Cicero, ut nisi se adiutore iusta illos a Caesare impetraturos non esse speraret.

iustitia] Frustra Davisius *iustitiam* hic non voluntatem sua

42. Ab hac spe repulsi Nervii vallo pedum ix. 2 et fossa pedum xv. hiberna cingunt. Haec et superiorum annorum consuetudine ab nobis cognoverant et quosdam de exercitu nacti captivos ab iis docebantur;

Cap. 42. §. 1. ix.] „*novem* vel *ix* Boug. AB. Voss. ABC. Egm. Gott. Duk. Leid. C. inc.“ *novem* Egm. Vrat. A. *ix* Boug. AB. Gott. Voss. A. Egm. (huius mentio) Vrat. B. Goth. A. Gu. Vind. BC. Ven. f. *ix*, sup. *mo*, Par. A. *xv* Dr. A. corr. *x* Ox. Vind. AI. cod. Ach. Statii sec. Ciacc. *decem* Orosius 6, 10. *undecim* Hamb. *xi* Dr. B. Vrat. C. Goth. B et sup. a m. s. A. edd. reliquae, etiam Oud.

§. 2. ab nobis] Boug. ABC. Pet. Pal. Gott. Voss. A. Egm. Fabr. Par. A. Dr. A. Vrat. B. Gu. Hamb. Vind. B. *a nobis* Pet. et Pal. Confl. Dr. B. Vrat. AC. Goth. AB. Vind. CDI. edd. ante Ald. Gr. b. Freil. *ab nostris* Lov. Fabr. *a nostris* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. et sqq. quod tenuit Oud. de reliquis codicibus suis nihil nisi antiquiores *ab nobis*, recentiores *a nobis* habere ostendens. Cf. ad c. 6 §. 1 in adn. cr. dicta, in quibus id, quod de Caesaris usu docui, ad Oud. recensionem exigendum est.

quosdam de exercitu nacti] And. Ox. (hic „ut saepe“ *nancti*, de quo dictum est ad 4, 36 §. 3) Cu. S. Leid. A. Par. B. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. *quosdam habebant de exercitu* Vrat. A. *quosdam de exercitu habebant* reliqui codices (Par. A a m. pr. *excitu*) et edd. ante Ald.

ab iis] Boug. A. Par. A. sec. Beyerlium et Goth. A. *ab hiis* Boug. B. Gott. Fabr. Vrat. ABC. Hamb. *ab his* cum edd. pleris-

cuique tribuendi, sed clementiam vel misericordiam significare contendit. Nervii hiberna recusaverant: hoc quasi onere iniquo et iniusto levari volebant.

Cap. 42. §. 1. vallo pedum ix. et fossa pedum xv.] Cf. 2, 5 §. 6: *castra in altitudinem pedum xii. vallo fossaque duodeviginti pedum munire iubet.* quo loco Herzogius haec adscripsit: *Bei einem Graben ist der vorherrschende Begriff die Tiefe; das wesentliche Merkmal entscheidet, worauf in unbestimmten Fällen das Maass zu beziehen sei.* Rectius alii, Heldius, Baumstarkius, Vollmerus h. l. ad latitudinem referendam esse mensuram pedum xv. statuunt atque ita ubicunque altitudinis significatio non est addita, uti addita est 7, 73 §. 3 *perpetuae fossae quinos pedes altae* et Alex. c. 38 §. 3 *fossas duas directas — iiii. pedum altitudinis in eum locum deduxit*, de latitudine cogitandum videtur; quam ipsam in fossa contra atque Herzogius putabat, potiorem altitudine visam esse Romanis ex talibus locis intelligitur, qualis est Civ. 3, 46 §. 1: *mediocri latitudine fossam — obduci iussit*, et 7, 72 §. 3: *hoc intermisso spatio duas fossas quindecim pedes latas, eadem altitudine perduxit.* quorum in priori scriptor, cum accuratius definiendam fossae *magnitudinem* non putaret, nihil nisi mediocri eam *latitudine* fuisse ostendit eadem ratione, qua Gall. 2, 12 §. 2 oppidum Noviodunum propter *latitudinem* fossae murique altitudinem paucis defendentibus expugnari non potuisse di-

sed nulla ferramentorum copia, quae esset ad hunc 3
usum idonea, gladiis cespites circumcidere, manibus
sagulisque terram exhaurire cogebantur. Qua quidem 4

que codices reliqui praeter Carr. Leid. B. Dr. B. Vind. F. qui cum Ven. f. exhibent *a quibus*, quod Achaintrius etiam in Par. A. sicut *ab iis* in Par. B. scriptum esse testatur, sed fidem non facit. Quamquam minime indigna codice vel optimo scriptura, immo talis est, ut, si *habebant* genuinum sit, et ipsa pro genuina debeat haberi. Certe cum *ab iis* seu *ab his* consistere *quosdam habebant* nullo modo potest. Potest vero *quos habebant*, quod ipsum Dübnerus de coniectura edidit, quod ego quoque probarem, nisi verisimilius esset casu quodam exstincti participii *nacti* in locum a critico aliquo constructionis minus curioso substitutum esse *habebant*, cuius etiam sedes in libris incerta est, veram autem scripturam *nacti*, ut multas alias, non ingeniose restitutam, sed cum fide servatam in altero codicum genere superesse.

§. 3. nulla] *n. his* Hav. A. Vind. A. Gr. a. Ald. b. Turr. et sqq. usque ad Oud.

esset] *essent* Duk. Vind. B. Gr. b. Elz. *sunt* And. Leid. A. S. Hav. A. Vind. A. St. Oud. cui, ut Ciaccouio *essent* praeferenti, pluralis rectior videbatur. Sed ferramentorum seu ferreorum instrumentorum omnino copia magna et multiplex esse poterat Nerviis, et tamen erat iis nulla, quae esset ad hunc usum idonea. Itaque gladiis, qui et ipsi ferramenta sunt, uti cogebantur.

cespites] „MSS. et Edd. plerique" (*caespites* Turr.) *caepites* Par. A. Voss. A. Fabr. *cespides* Vind. C. *cespitem* V. C. Urs. „et ita legebat Faernus" Urs. in Not. Hav. A. Vind. A. In. et sqq. Cf. 3, 25 §. 1: *ad aggerem cespitibus comportandis*. infra c. 51 §. 4: *obstructis in speciem portis singulis ordinibus cespitum*. Civ. 3, 96 §. 1: *recentibus cespitibus tabernacula constrata*.

sagulisque] „MSS. et Gott. Voss. A. Egm. *surculis* an *suculus* L." Fabr. *sagulis* Vind. A. *sarculisque* Carr. cod. Turr. Voss. B. Goth. A a m. pr. Vrat. C. Vind. I. marg. Dorv. Flor. Ven. f. marg. Vasc. sec. Brant. *surculisque* Duk. *furculisque* Vind. CF. Goth. A a m. sec. Vasc. sec. Brut. marg. Freil. *al. singulis* marg. Vind. F.

exhaurire] *exaurire* Hamb. Vind. B. *extaurire* Goth. A a m. pr. *haurire* Egm. Vrat. A.

cogebantur] cod. Hot. And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. (de Ursini codice, quem memorat Oud., ipse Ursinus nihil

cit, in posteriori autem *latas* propter sequentia addidisse, sine iis tantummodo *quindecim pedum* ut ib. §. 1 *pedum viginti* et 7, 36 §. 7 fossam duplicem *duodenum pedum* dicturus fuisse videtur. Demonstrata vero, ut hic, valli altitudine ne opus quidem erat altitudinem fossae nominatim demonstrare.

§. 3. sagulisque] Hoc breviter ita dictum esse potest, ut praeter ferramenta etiam corbes iis defuisse significetur, quibus terram manibus exhaustam asportarent vel gladiis circumcisam exhauri-

ex re hominum multitudo cognosci potuit; nam minus horis tribus milium passuum xv. in circuitu munitio-

ostendit.) *videbantur* „Bong. AB. Voss. ABC. Pet. Pal. Lov. Egm. 4 alii, inc.“ cod. Steph. et Brant. N. Voss. Cl. Par. A. Dr. A a m. pr. Vrat. AC. Goth. B. Hamb. Gu. Viud. BC. *nitebantur* Reg. Boug. C. Ort. Leid. B. „et alius“ cod. Turr. Dr. B (hic *nitteb.*) et a m. s. A. Vrat. B. Goth. A. Viud. D. edd. ante Ald. Vasc. teste Oud. marg. Vasc. teste Braut. et margo Freli. Hoc si verum putamus, corruptae optimorum librorum scripturae rationem reddere faciiius possumus (Civ. 2, 39 §. 5 *videretur* corruptum est in *uteretur*, *uti* autem et *niti* saepius coufusa esse constat) et dictionem habemus satis per se bonam (cf. 6, 37 §. 10 *perrumpere nituntur*); sed cum libri illi, qui habent *nitebantur*, omnes recentiores sint et propria auctoritate careant, sola nitimur coniectura, sensum vero efficimus neque antecedentibus verbis neque his ipsis neque sequentibus admodum convenientem. Maioris enim virium contentionis, quae huius verbi notio est, neque exspectatio in superioribus mota, neque necessitas iu re ipsa posita, neque significatio in eo, quod hac ex re cognosci potuisse dicitur, conspicua est. Sin probamus *cogebantur*, sententiam quidem nulla ex parte repreheudendam nanciscimur, testibus autem utimur dubiae sane fidei, sed quibus tamen credi nonunuquam oporteat. Et suspicari licet iu eo codice, ex quo optimi nostrorum ducti sunt, vetustate absumptis primis verbi litteris lacunam fuisse, quam auctor recensionis illius inepte, ut alias, suppleverit, alterius vero auctorem vel incorrupto fonte vel feliciore coniectura esse usum.

§. 4. milium passuum xv.] In. Graev. Dav. Cl. *milium p̄. xv* cod. Ach. Statii, Bong. AB. Voss. A. Egm. et, *pedum* a m. s. super *p̄.* posito, Par. A. *quindecim millium passuum* Lips. *milium pedum quindecim* Vrat. A. Vind. D. edd. ante Veu. f. *milium pedum xv* Dr. B. Vrat. C. Goth. AB. Viud. CEFI. cod. Braut. Pal. Coufl. (*millium pedum* $\overset{xv}{\wedge}$ Pal. Fabr.) Ven. f. *millium pedum xii* Pet. Fabr. (*militum xii pedum* Pet. Confl.) *vallum pedum xv* Lov. Gott. Lbb. Dr. A. Vrat. B. Viud. B. Gu. inc. *vallum pedum duodecim* Hamb. *vallum militum pedum xv* Bong. C. *vallum milium passuum xv* Reg. N. *decem millium passuum* Ald. ab. Gr. ab. St. Freil. P. Mau. Turr. *decem milium* Hav. A. *x mil'* Vind. A. „*decem millium* Faernus et meus vetustissimus“ Urs. Not. „*x millium* Faernus ex vetere codice“ idem Emeud. *passuum* om. Cu. Fabr. „Pro *millium passuum quindecim* habeut simpliciter *x milium* vel *decem m.* MSS. Faerni, Ursini, Cu. S. And. Leid. A. Ox. et Edd. Bas. Vasc. Ald.

rent, si exhauriendi effectionem a corbibus, quarum magis propria est, ad sagula, quae pro corbibus essent, translatam statuere volumus. Sed ferramentis quoque exhauriri terra dicitur ab Horatio Epod. 5, 30: *Ligonibus duris humum Exhauriebat.* Itaque sagulis pariter atque manibus pro ferramentis eos usos intelligere possumus, neque breviter dictum hoc interpretari necesse est. Sagum autem Gallorum non minus quam Romanorum vestem fuisse scriptores ab Ukerto Gall. p. 215 indicati declarant.

nem perfecerunt; reliquisque diebus turres ad altitudinem valli, falces testudinesque, quas idem captivi docuerant, parare ac facere coeperunt.

43. Septimo oppugnationis die maximo coorto vento ferventes fusili ex argilla glandes fundis et ferve-

Gryph. Stephani, Celiarii aliique" Oud. qui in edd. fallitur, ipse edidit *milium x*, tantum spatium cum Glareano satis amplum pro magnitudine hibernorum unius legionis, *passuum* autem ex glossemate illatum et a scriptore etiam propter codices abiudicandum esse ratus et tamen in ordine verborum alterum codicum genus secutus, quod ego per omnia sequendum putavi, suffragante Orosio 6, 10: *vix tribus horis vallum pedum decem et fossam pedum quindecim per milia passuum quindecim in circuitu perfecerunt.* Etiam cod. Steph. teste Hotom. habet *xv.* et partem verae scripturae in And. etc. post *munitionem* servatam videmus.

in circuitu] *circuitu* St. Aid. b. Lips. *in circuitum* And. Ox. Boug. AB. Egm. Vrat. A. Par. A. *in circumitum* Pet. de quo v. in adn. or. ad c. 2 §. 2 dicta. Ablativum cum reliquis tuentur „Faernus et vetustissimus meus" Urs. Not. cod. Ach. Statii sec. Ciacc. cod. Brant. et Voss. A. Fabr. Eundem habet Orosius et sine varietate libri omnes exhibent loco huic simili 2, 30 §. 1: *vallo pedum xii. in circuitu quindecim milium crebrisque castellis circummuniti.* Item Civ. 3, 63 §. 4 *milia passuum in circuitu xvii. complexus* Caesar dicitur. Secundum haec etiam hic ablativum posuisse, accusativum error a sequente verbo obiectus effecisse videtur.

munitionem] *municionem* Egm. Fabr. *mutationem* Veu. f. *munitionum* Reg. N. *munitionem pedum xii* Vind. A. *munitionem pedum xv* „Faernus et vetustissimus meus" Urs. Not. „Faernus ex vetere codice" id. Emend. Cu. And. Ox. S. Leid. A. Hav. A. St. *ὕψος δὲ πεντεκαίδεκα πόδας* Met. in hoc additamento vestigium superest verae scripturae verborum praecedentium *milium p. xv.* quae in iisdem codicibus corrupta esse vidimus.

§. 5. reliquisque] *reliquis* Ox. Gott. Voss. C. Vind. A.

idem] „MSS. pierique" Bong. AB. Gott. Voss. A. Egm. Par. A. Dr. AB. Vrat. A. Goth. A. Hamb. Gu. Vind. ACEl. Vulgo *iidem*. Cf. 1, 31 §. 1.

Cap. 43. §. 1. argiila] *argila* Dr. A. Gr. a. *agrilla* Dr. B. *ἐξ ἀργύλλης* Met.

fundis] om. Ox. Vind. A. *fundas* Leid. A. et sec. Fabr. Cu. Pet. *fondis* Med. a.

§. 5. reliquisque diebus] Liberius hoc adiectum ad illud, ex quo hominum multitudo cognosci potuerit, cuius tamen rei facultatem nullam praebere potuit. Itaque non tam ad *perfecerunt*, quam ad ea, quae initio huius capitis dicta sunt, adiungendum et pleniore interpunctione ab illo separandum est.

Cap. 43. §. 1. ferventes fusili ex argiila glandes] Has Lipsius Poliorc. 5, 2 secundum Orosium, qui eos *testas ferventes* fundis intorsisse dicit, vasa argillacea interpretatur, repleta ferventi

facta iacula in casas, quae more Gallico stramentis
2 erant tectae, iacere coeperunt. Hae celeriter ignem
conprehenderunt et venti magnitudine in omnem locum
3 castrorum distulerunt. Hostes maximo clamore, si-
cuti parta iam atque explorata victoria, turres testu-
dinesque agere et scalis vallum ascendere coeperunt.
4 At tanta militum virtus atque ea praesentia animi fuit,

§. 2. Hae] „*Hec* vei *haec* MSS. 4.“ *haec* Boug. C. Pal. Conf. Dr. AB. Vrat. C. Goth. B. Vind. AE. edd. ante Ald. St. *Heae* Bong. B. Gott. Fabr. *hee* Vrat. AB. Hamb. Cf. adu. cr. ad c. 15 §. 3. conprehenderunt] Voss. A. Bong. A. Pi. Vrat. A. non *compr.* (*compraehenderunt* Med. a. Ven. bcde. *comprehendunt* Vind. F.) locum castrorum distuierunt] Voss. A. Gott. Egm. Lov. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. AB. Goth. A. Hamb. (hic *distull.*) Gu. Viud. BDEF. Ven. f. *l. d.* c. Vrat. C. Goth. B. edd. ante Ven. f. c. *l. d.* Vind. A. Ald. et sqq. tacente Oud.

§. 3. sicuti] Bong. ABC. Pal. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Fabr. Carr. cod. Turr. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. BCDI. edd. ante Ald. *seuti* Ort. Fabr. *secuti* Viud. E. Gn. et a m. pr. Pet. sec. Oud. *sequti sicuti* Hamb. *secuti quasi* Vind. F. et a m. sec. Pet. sec. Oud. *insecuti quasi* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Par. B. Vind. A. Aid. et sqq. *insecuti* Lbb. Fabr. (*insecuti*) *sicuti* Bong. A. Pl. cui non soium exempiaris Fabr., sed etiam Oud. testimonium repugnat, praeter Cu. And. S. Leid. A. Ox. et ex parte. Pet. ceterós omnes cum Edd. antiquissimis *sicuti parta iam* exhibere confirmantis. *insecuti* pro vero haberi nequit, nisi forte suas ipsos giandes et iacuia vel ignem iis rebus excitatum insecutos esse putamus. *secuti* pauio minus ineptum, sed prorsus inutile est. Itaque ex *sicuti* facili iapsu ortum effecisse videtur ut insereretur *quasi*. Id verisimilius est, quam temere omisso *quasi* ex *secuti* factum esse *sicuti*. *sicut* Caesar pauio frequentius, *sicuti* bis posuit, 6, 19 §. 3 et Civ. 3, 15 §. 4.

§. 4. At] *ac* „MSS. sex“ Boug. A. Voss. A. Egm. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. inc., cui hic locus non est.

materia: ea Caesarem a simili usu dixisse *glandes;* quod nullo modo credibile. Alii globos intelligunt ex carbone fossicio admixta argilla compactos, quales hodie quoque illius regionis incolae ad focos calefaciendos adhibeant; quam interpretationem praeivit Ranmerus in Berghausii Annalibus geographicis a. 1830 1. p. 548. In hac acquiescendum videtur.

casas] Cf. Hisp. 16, 2: *ad casas, quae stramenticiae a nostris hibernorum causa aedificatae erant.* et Gall. 8, 5 §. 2.

§. 2. Hae — distulerunt] Negat Heldius casas proprie ignem differre dici posse. Sed cogitandum est de stramentis, quibus erant tectae, quae non minus proprie differre quam comprehendere ignem dicuntur.

§. 3. sicuti parta iam atque explorata victoria] Cf. c. 37 §. 3 *suo more victoriam conclamant*, et de *explorata* victoria 3, 18 §. 8 ibique adscripta.

§. 4. praesentia animi] Cf. Alex. 40, 3: *magnis copiis hostium circumdata* (legio) *praesentissimo animo pugnans in or-*

ut cum undique flamma torrerentur maximaque telorum multitudine premerentur suaque omnia impedimenta atque omnes fortunas conflagrare intellegerent, non modo demigrandi causa de vallo decederet nemo, sed paene ne respiceret quidem quisquam, ac tum omnes acerrime fortissimeque pugnarent. Hic dies nostris longe gravissimus fuit, sed tamen hunc habuit eventum, ut eo die maximus numerus hostium vulneraretur atque interficeretur, ut se sub ipso vallo constipaverant re-

cum undique] *undecumque* Bong. B. sec. Oud. *ubicunque* idem sec. Fabr. *cum ubique* „MSS. 10" Bong. AC. Pet. Pal. Voss. A. Egm. Lov. Carr. cod. Turr. Par. A. Dr. AB. Vrat. AC. Goth. AB. Hamb. Vind. BCFI. edd. ante Ald. contra morem scriptoris, qui *ubique* adverbio nisi in enuntiatis relativis non nsns videtur. Cf. 3, 16 §. 2: *tum navium quod ubique fuerat, unum in locum coegerant.* Civ. 1, 36 §. 2: *onerarias naves quas ubique possunt, deprehendunt.* 2, 20 §. 8: *et quid ubique habeat frumenti ac navium, ostendit.* 3, 112 §. 3: *quaeque ubique naves imprudentia aut tempestate paulum suo cursu decesserunt, has more praedonum diripere consuerunt.*

acerrime] *acerrume* Bong. A. sec. Fabr. et Oud. (tacet Pl.) Egm. Par. A. (ante *omnes* positum est in Gott. Fabr. Dr. A. Vrat. B. Gu. *accerrime* Ven. f. Gr. a. *accerissime* Hamb.)

§. 5. nnmerns hostium] Bong. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. D(F). edd. ante Oud. exceptis St. Gr. b. Frell. in quibus *est hostium numerus*, quod Oud. tacite restitnit, ex meis tantum Goth. A. Vind. AI. exhibent.

bem se recepit ad radices montium. Afr. 46, 1: ***postquam haec centurio praesenti animo adversus opinionem eius est locutus.*** Ib. 88, 4: ***animo praesenti*** (Cato Uticae) ***se interemit.*** Ex his apparet praesentiam animi Latinis non tam id significasse, qnod nobis Gegenwart des Geistes, quae intellectus est virtus, quam voluntatis nullo terrore excussam constantiam, Unerschrockenheit, Entschlossenheit.

demigrandi causa] Cf. adn. cr. ad 4, 1 §. 7.

ac tum] i. e. hoc ipso tempore, qno conditio eorum erat iniquissima. Cf. Civ. 3, 31 §. 4: ***summaque in sollicitudine ac timore Parthici belli in provinciam cum venisset*** (Scipio) ***ac nonnullae militum voces tum audirentur, sese, contra hostem si ducerentur, ituros, contra civem et consulem arma non laturos, deductis Pergamum — legionibus maximas largitiones fecit.***

§. 5. ut se] Cf. 6, 7 §. 7: ***celeriter haec ad hostes deferuntur, ut ex magno Gallorum equitum numero nonnullos Gallicis rebus favere natura cogebat.*** 7, 45 §. 4: ***haec procul ex oppido videbantur, ut erat a Gergovia despectus in castra.*** Ib. 88 §. 1: ***turmisque equitum et cohortibus visis, quas se sequi iusserat, ut de locis superioribus haec declivia et devexa cernebantur.*** In his omnibus *ut* convenientiam significat inter causam et effectum intercedentem, nec aliter h. l. illa plurimorum vuineratio atque interfectio

6 cessumque primis ultimi non dabant. Paulum quidem
intermissa flamma et quodam loco turri adacta et con-
tingente vallum tertiae cohortis centuriones ex eo, quo
stabant, loco recesserunt suosque omnes removerunt;
nutu vocibusque hostes, si introire vellent, vocare coe-
7 perunt: quorum progredi ausus est nemo. Tum ex
omni parte lapidibus coniectis deturbati, turrisque suc-
censa est.

44. Erant in ea legione fortissimi viri centurio-
nes, qui iam primis ordinibus adpropinquarent, Titus

Cap. 44. §. 1. fortissimi viri] *fortissumi* r. Egm. Par. A. *viri fortes* Vind. A.

iam] om. „MSS. plerique“ Lov. Pal. Fabr. cod. Turr. Bong. A. sec. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. CE. edd. ante Aldum, a quo non sine codicibus positum esse Hav. A. et Vind. A., qui idem exhibent, fidem faciunt. Atque tam aptum illud ad sententiam et ad numerum est, ut scribarum negligentia potius quam scriptoris praetermissum videri debeat. Praeterea cf. 7, 18 §. 1: *cum iam muro turres adpropinquassent.* ib. 83, 8: *cum iam meridies adpropinquare videretur.* Civ. 2, 7 §. 3: *cum iam adpropinquaret urbi* (navis). 3, 9 §. 8: *iamque hiems adpropinquabat.* ib. 26, 2: *et cum iam nostris remissiore vento adpropinquassent* (naves). 65, 1: *iamque Pompeiani magna caede nostrorum castris Marcellini adpropinquabant.*

adpropinquarent] Bong. A. Voss. A. Egm. Par. A. non *appr.* (*apr.* Vind. A. Hamb. *appropinquarant* Vrat. B. Gu.).

convenisse dicitur eorundem sub ipso vallo congiobationi, quae si minor fuisset, non tantus numerus hostium cecidisset.

sub ipso vallo] i. e. proxime vallum et ita, ut ipsum attingerent. Omisso pronomine aliquid spatii inter vallum et primos hostium intercessisse videri posset, ut 6, 37 §. 2 *qui sub vallo tenderent mercatores.* Ut h. l. Caesar, ita Livius 2, 45 §. 5: *Haec cum sub ipso vallo portisque streperent.*

§. 6. quidem] Hoc ad augendam verborum *paulum intermissa flamma* notionem adiectum esse et respondere nostro wenigstens videtur, fere ut 7, 77 §. 13: *depopulata Gallia Cimbri magnaque inlata calamitate finibus quidem nostris aliquando excesserunt.*

turri] Glareani errorem hunc dativum esse existimantis correxit Glandorpius.

§. 7. deturbati] sc. sunt. Cf. supra c. 21 §. 6.

turrisque succensa est] Hoc Nipperdeio, recentissimo Commentariorum Caesaris editori, incredibile visum est propterea, quod incensa turri Romani incendium paulum intermissum ipsi redintegraturi fuissent, cum flammam ex turri in castra perferri necesse esset. Sed nihil obstat quominus turrim ab ea parte, in quam ventus ferebat, ad vallum adactam credamus. Castra enim Romanorum quadrata fuisse scimus; illa vero Nervii vallo fossaque cinxerant et ex omnibus

Pullo et Lucius Vorenus. Hi perpetuas inter se con- 2
troversias habebant, quinam anteferretur, omnibusque
annis de loco summis simultatibus contendebant. Ex his 3
Pullo, cum acerrime ad munitiones pugnaretur, Quid du-

Pullo] *Pillo* Vind. F. *Paullo* Carr. (et in seqq.) *Paulo* Italus interpres Petrarchae 14, 22. *Pullus* „MS. uuus et alter recentior“ Vind. D. Rom. a. Med. a. Ven. bcde. *Pulfius* And. *Pulfio* Ald. et sqq. *Πουλφίων* Met. quam auctoritatem Oud. minime sufficere intelligens tamen reliquorum librorum omnium consentientem hic et deinceps scripturam restituere non est ausus. Achaintrio, quem secutus est Dübnerus, scribendum videbatur *Pullio*, inscriptioue quadam decepto (apud Gruterum p. 460, 6) in qua T. PVLLIO dativo legitur, Nipperdeio autem *Pulio*, propterea quod Civ. 3, 67 hoc nomine appelletur. Sed neque illud constat hunc centurionem atque istum proditorem fuisse eundem, neque duorum codicum (Par. B. et Leid. A.) in *Pulione* illo loco contra ceteros consentientium auctoritas cum ea, qua h. l. *Pullo* nititur, comparari potest. Hoc igitur tenui eo magis, quod *Pulfio* et *Pulio* non minus insolita sunt, a *Pullone* vero non discrepat *Πόλλων*, de quo videndus est Stephani Thesaurus Didotianus.

Vorenus] *Norenus* Pet. Fabr. (sec. Coufl. habet *Vor.*) *Verenus* Dr. B. (qui §. 3, ubi Fabr. in Bong. et Cu. et Gott. Voss. A. Egm. *Verene*, *Vorene* tantum in Lov. legi tradit, cum reliquis in *Vor.* consentit) *Varenus* Ald. et sqq. *Βαρῆνος* Met. Pro eo Oud., postquam *Varenorum* frequentem esse in Gruteri Inscriptionibus mentionem dixit, hic MSS. *Vorenus* vel *Norenus* exhibere, deinde vero variare et multos dare *Verenus* ostendit. Sed a libris nblvis tutissimum est *Vorenus*, cui proximum habemus *Voranum* Horatii Sat. 1, 8 v. 39: *Varenus* frequens sane, at ob id ipsum ex coniectnra positum videtur.

§. 2. inter se controversias] *c. i. s.* Dr. B. Vrat. C. Goth. B. edd. ante Ven. f. Ald. ab. P. Man. Lips. In. Graev. Dav. Cl. Oud. 2. *in se c. in se* cum *inter* super altero *in* Vrat. B.

loco] And. Ox. S. „forsan et alii, ut Cu. Urs.“ Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. *loci* Lov. Fabr. *locis* reliqui cum edd. ante Aldum. Pluralem Oud., dum alterum magis arridere demonstrat, non omnino improbare videtur: ego, qua ratione probem, non habeo et facili errore e proximis *annis* et *summis* ortum puto.

§. 3. his] Lov. Fabr. Par. A. Dr. AB. Vrat. A. Goth. A. Gu. Vind. ABCFI. Ven. cdef. *hiis* Gott. Fabr. Vrat. BC. Hamb. *iis* Goth. B. Rom. a. Med. a. Ven. b. Ber. Ald. et sqq. tacentibus de Bong. A. Plüschkio et, ut de reliquis, exemplari Fabr.

Pullo] Ita h. l. etiam Vind. F. et edd. ante Aldum. *paulo* Dr. B. *Pullus* Vind. D. (*Pulfio*, nt deinceps, Ald. et sqq.)

acerrime] *acerrume* Bong. A. Fabr. Vrat. A. Par. A. (*accerrime* Ber. Ven. f. *accerrime* Hamb. *acerrimae* Ven. c.)

haud dubie partibus oppugnare coeperant. Etiam inconsultius idem Nipperdeius *succensa* mutavit in *succisa*, quasi lapidibus coniectis succidi turris possit.

Cap. 44. §. 2. omnibusque annis] quibus quidem poterant contendere, h. e. omni tempore ex quo centuriones erant facti. Cf. 3, 23 §. 5: *duces vero ii de-*

bitas, inquit, Vorene? aut quem locum tuae probandae virtutis spectas? Hic dies de nostris controversiis iu-
4 dicabit. Haec cum dixisset, procedit extra munitiones,

tuae probandae virtutis] „MSS. in verborum positione mire variant: habent enim *tuae pro laude virtutis* (Carr. cod. Turr. N. Bong. ABC. Pet. Pal. Gott. Voss. A. Egm. Par. A. Dr. B. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Vind. BCDFI. edd. ante Ald. *t. pro laude de v.* Dr. A. *tuae pro laude v. tuae* Vind. E.) vel *pro tuae l. virt.* (Lov. Lbb. Hamb.) vel *pro laude tuae v.* vel *pro laude virtutis tuae* (Par. B. Hav. A.), unde vehemens mihi nascitur suspicio *tuae* irrepticium esse ac delendum; quod et placebat Grutero. *Locum* autem librarii videntur cepisse de gradu militari, pro virtute merito. At rectius *locum* hic capias *καιρὸν* cum Graeco, sive obportunam occasionem et locum, quo virtutem suam posset *probare:* quod verbum servatur ab Andino, Cuiac. et Oxon." Oud. qui *probandae virtutis tuae* ab Aldo vulgatum tenuit. *probandae*, etiamsi in nullo codice exstaret, satis per se tutum esset: tam parvo discrimine separatur a *prolaude*, quod ipsum Pl. teste Bong. A. exhibet. *tuae* una cum *probandae* omissum est in Vind. A. sed in reliquis tantum non omnibus eo loco positum, ut irrepticium non videatur. Magis tamen placeret *aut quem locum tu probandae virtutis tuae spectas?*

Hic dies] „Bong. ABC. Voss. ABC. Pet. Lov. Gott. S. Leid. A. et aliorum MSS." Bong. B. Voss. A. Pet. Gott. Lov. Lbb. Fabr. Carr. Par. B. Hav. A. Dr. B. Vrat. BC. Goth. AB. Gu. Vind. BDE(FI). edd. ante Ven. f. St. Gr. b. Frell. *hinc dies* Bong. A. sec. Fabr. et Pl. *hic quies* Vind. A. *hic* Hamb. *hic dies dies* cum punctis sub altero *dies* Par. A. *hic dies hic dies* Egm. sec. Fabr. (reliqui Oud.) Dr. A. Vrat. A. Ven. f. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. In. Graev. Dav. Cl. Oud. 1. *hic*, *hic dies* Oud. 2. quod in ed. 1. „si per MSS. liceret" sese malle ostenderat. Pro alacritate enim et festinatione tam ardentis militis languidior ei videbatur repetitio vocis *dies*. Sed nulla omnino opus est repetitione.

§. 4. cum] *dum* „MSS. et Edd. qdd." Lov. Gu. Bong. A. Par. A. Hamb. corr. Dr. A. Vrat. AC. Goth. B. Rom. a. Med. a. Ven. bf. Ber. Ald. a. Gr. a. Turr.

extra] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. *ex castris* „reliqui" Bong. ABC. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Lbb. Ort. Pal. Conll. Carr. cod. Turr. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Vind. BDEFI. edd. ante Ald. Cl. *et castris* Vind. C. *de castris* Hamb. *Haec dicens castris egreditur munitionemque hostium, qua densissima erat, irrumpit.* Petr.

munitiones, quaeque] Leid. A. et „MSS. undecim" Bong. AC. Voss. A. Gott. Lov. Fabr. N. Par. AB. Hav. A. Dr. A. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. ABCE. inc. *m. et quae* And. S. Ald. et sqq. usque ad Cl. *m. quaecunque* Lbb. *m. quae* Vrat. B. *m. qua* Ort. *munitionesque qua* Carr. cod. Turr. Ber. et cum *m* super *s*

liguntur, qui una cum Q. Sertorio omnes annos fuerant.

§. 3. spectas] „quaeris, circumspicis" Oud. cf. adn. crit. ad 2, 20 §. 4.

quaeque pars hostium confertissima est visa, inrumpit.

Bong. A. sec. Oud. (*munitionȩ̄ que qua* sec. Pl.) *munitiones; quaque* Oud. *munitionem quaeque* Pet. sec. Oud. *munitionemque quae* Vrat. A. *munitionemque quaeque* Egm. sec. Oud. Dr. B. Gu. *munitionemque qua* Egm. sec. Fabr. Lov. sec. Oud. Goth. A. Vind. DF. (hic *quaque* in m. pro v. l.) edd. ante Ber. Cl. *munitionem quequa* Vind. I. *munitionem qua* Ven. f. *munitione quique* Bong. B.

pars hostium] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Pet. *h. p.* Par. B. Hav. A. *pars* Vind. A. *parti ostium* Bong. A. sec. Pl. *parte hostium* Bong. A. Lov. Ort. sec. Oud. Carr. cod. Turr. Goth. A. Vind. DFI. edd. ante Ald. Ci. *parti hostium* „reliqui" Bong. ABC. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Lbb. N. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. CE.

est visa] Carr. cod. Turr. Gott. Egm. Lbb. Ort. Par. AB. Hav. A. Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. Gu. Hamb. Vind. BF. *v. e.* reliqui mei, sed Vind. A. addito a m. s. *est*, cum edd. omnibus, tacente Oud.

inrumpit] Bong. AB. Voss. A. Egm. Par. AB. Vrat. A. Vind. C. (non *irr.*) *inrupit* Leid. A. Dr. B. Goth. A. Vind. I. (hic *irr.*) *erumpit* Gott. Voss. C. et a m. pr. Duk. Rom. a. Med. a. Ven. bf. Ber. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Ci. *erupit* Ven. cde. Praeterea ante hoc verbum in Ox. Cu. Leid. A. Par. B. Hav. A. Vind. A. pronomen *eam*, in And. S. Ald. et sqq. una Ci. excepta *in eam* legitur; quae qui non habent, cum partim *munitionesque* vel *munitionemque* habeant, ex coniectura videri possunt omisisse et accusativum illum cum verbo *inrumpit* ita, ut a Petrarcha factum est, coniunxisse. Et quod in iisdem legitur *ex castris*, id re vera non aliter nisi verbis *munitiones quae* — in *munitionesque* corruptis ortum et pro *extra* adscitum videtur. Itaque *in eam* fortasse genuinum est; sed brevitas orationis, quam meliores codices exhibent, minime incommoda est, ideoque praeferri debet. Quod ad reliqua attinet, quae meliores aliter scripta habent, *parti ostium*, *parti hostium*, *parte hostium*, eorum primum a vera scriptura non longius quam *prolaude* a *probandae* distans originem secundo tertioque dare atque hoc tertio rursus *qua* firmari potuit, quod tamen ne a nominativo quidem prorsus abhorret. Coniectura vero, qua usus Oud. *quaque pars hostium confertissima visa est*, *in eam inrumpit* scripsit, opus non erat. Nam sive haec ita converteris: und wo ihm ein Theil der Feinde am dichtesten gedrängt schien, sive ita: und wo er den am dichtesten gedrängten Theil der Feinde sah, *pars* quin aut supervacaneum aut ineptum fiat, non effugies. Aliud placuit Dübnero, quod adeo in ordinem recepit: *quaque parte hostium confertissima est vis*, *ea irrumpit*; quod quamvis belle inventum postponere tamen eorum librorum auctoritati debebat, quos ipse in verbis *extra munitiones* et in *probandae* et in *loco* necessario secutus esset.

§. 4. quaeque pars hostium] Cf. 1, 52 §. 1: *quod eam partem minime firmam hostium esse animum adverterat.* 7, 84 §. 2: *quae minime visa pars firma est*, *huc concurritur.*

inrumpit] Simili brevitate Civ. 1, 77 §. 1: *Caesar qui milites*

5 **Ne Vorenus quidem tum sese vallo continet, sed**
6 **omnium veritus existimationem subsequitur. Mediocri spatio relicto Pullo pilum in hostes immittit atque unum ex multitudine procurrentem traiicit; quo percusso et exanimato hunc scutis protegunt, in hostem**

§. 5. Vorenus] *Vorrenus* Goth. B. *Voremus* Hamb.

quidem tum sese vallo] And. S. Cu. *q. s. t. v.* Ox. Vind. A. St. *q. s. cum v.* Hav. A. *t. q. se v.* Leid. A. *q. t. v. sese* Ald. et sqq. (excepto St.) usque ad Oud. et ipse Oud. 2. Reliqui codices cum edd. ante Ald. *tum* h. l. omittunt; nonnulli, ut Vrat. C. Goth. B., et edd. praeter Ven. f. St. et Oud. 1. omnes *sese* post *vallo* ponunt. *tum* non videtur abesse posse, sed utrum ante an post *sese* collocandum sit, ambiguum est.

§. 6. Mediocri spatio] *medio crispatio* Vind. A. „*tum m. s.* vel *tunc m. s.* MSS. mei omnes, si Cuiac. Andin. et Oxon. excipias.“ *tum m. s.* Reg. N. Voss. Cl. Bong. AB. Pet. Voss. A. Gott. Egm. Lb. (Par. A.) Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. (B)C(D)EF. edd. ante Ald. St. Gr. b. Frell. Id probabiliter Oud. errore librariorum ex superioribus hunc in locum delatum esse statuit.

immittit] Bong. AB. Pet. Pal. Egm. Voss. A. (hic sec. Fabr. *inmittat*) Voss. B. Leid. B. Lov. (de quo Fabr. tacet) Dnk. Dorv. Par. A. Dr. B. Vrat. AC. Goth. AB. Vind. CDEFI. edd. ante Ald. St. Gr. b. Frell. et ante *in hostes* Dr. A. ante *pilum in hostes* Vind. B. *mittit* reliqui codices (Vrat. B. Gu. ante *in hostes*) et edd. etiam Oud. quem tamen non fugiebat Caesaris consuetudini alterum magis convenire. (*inm.* Egm. sec. Fabr. Par. A. Goth. B. Vind. B.)

traiicit] *trahicit* Dr. A. Vind. B. *traicit* Bong. A. Vind. CE. Hamb. *traiecit* Pet. Confl. Voss. B. *transiicit* Goth. A. Ald. b. et sqq.

protegunt, in hostem] *p.* Hamb. *p. in hostes* Dnk. *p. hostes ullum* Vind. A. *p. hostes, in illum* Leid. A. S. Hav. A. Oud. *p. hostes et in illum* And. Ox. Cu. Ald. et sqq. usque ad Oud. qui ad Clarkii verba in Reg. N. et Voss. *protegunt, in hostem*

adversariorum in castra per tempus colloquii venerant, summa diligentia conquiri et remitti iubet.

§. 6. Mediocri spatio relicto] quanto opus erat ad pilum coniiciendum. Cf. 1, 52 §. 2: *ita nostri acriter in hostes signo dato impetum fecerunt, itaque hostes repente celeriterque procurrerunt, ut spatium pila in hostes coniiciendi non daretur.* Itaque *mediocre* h. l. idem est, quod *μέτριον*, nec longius iusto nec brevius. Cf. 4, 17 §. 10 *mediocri spatio relicto* et 7, 73 §. 9 *mediocribus intermissis spatiis.* Perperam Aldus et plerique ante Oud. editores puncto post *relicto* posito superioribus haec adiunxerunt: Oud. correcta interpunctione tamen spatium secus interpretatus est inter Pullonem et Vorenum relictum, quod Pullonem inter et hostes intermissum esse recte statuit Apitzius.

quo percusso — hunc] Cf. ad n. ad 4, 21 §. 6 et Hoffmanni Observata Budiss. a. 1836. p. 27.

tela universi coniiciunt neque dant regrediendi facultatem. Transfigitur scutum Pulloni et verutum in bal- 7
teo defigitur. Avertit hic casus vaginam et gladium 8
educere conanti dextram moratur manum, impeditumque hostes circumsistunt. Succurrit inimicus illi 9
Vorenus et laboranti subvenit. Ad hunc se confe- 10
stim a Pullone omnis multitudo convertit. Illic vero 11

legi demonstrantis „Etiam MSS. aliorum et mei 5 cum Edd. primis *prot. in hostem*“ adscribens in numero suorum falsus videtur. Nam in uno ex. Fabr. decem codices idem exhibere perhibentur: Bong. ABC. Pet. Pal. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Lbb. quos omnes Oud. suos appellare solet. Accedit Piūscbkli de Bong. A. et exemplaris Coufl. de Bong. C. et Pal. testimonium, accedunt Carr. cod. Turr. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Vind. BCDEFI. cum edd. ante Ald. Non magis verum mibi sentire Oud. videtur *hostem* „sine dubio e Glossa *τοῦ illum*“ originem ducere iudicans. Hostem esse in quem tela coniiciantur, nemo non per se intelligit, et si quis erat qui pronomen interpretandum putaret, is nomen proprium apponere debebat. Itaque illud potius, quod Oud. edidit, variandi studio acceptum rettulerim, praesertim cum codices, quos secutus est, non prorsus cum reliquis eiusdem generis consentiant.

tela universi] „MSS.“ Bong. ABC. Pet. Pal. Voss. A. (Par. A.) *ut t.* „al.“ Gott. Lov. Lbb. Boug. C. et Pal. Confl. Dr. B. Vrat. BC. Goth. B. edd. ante Oud. exc. Ven. f. *t. universa* Egm. sec. Oud. (*universa t.* sec. Fabr.) Vrat. A. *u.* Vind. A. *u. in hostem t.* Hamb. *t. omnes* Carr. cod. Turr. Duk. Vind. I. *omnes taela* Goth. A. (*taela* etiam Med. a.)

regrediendi] *regredientem* Hamb. *regredienti* rubrica adscriptum habet Fabr. *ingrediendi* Vind. D. edd. ante Ven. f. *progrediendi* S. Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. *progrediundi* Cu. ex quo Oud. sibi sumpsit ut *regrediundi* scriberet.

§. 8. impeditumque] Encliticam delevit Oud. secundum Cu. And. et S., quibus accedunt Hav. A. et Vind. A.

§. 11. Illic vero obcursat ocius gladio comminusque rem gerit Vorenus] Haec fere scriptura est codicum trium Hotomanni,

§. 7. verutum] idem illud, quo scutum transfixum erat.

balteo] Ex balteo suspensum Romanos gestasse gladium inter omnes constat: balteum ipsum (nam eo genere, quod unum novit Varro de lingua lat. 5 §. 116, etiam Caesarem usum esse probabile est) secundum hunc locum non ab humero super pectus sub brachium obilque descendisse, sed inferius cinxisse corpus medium videtur. Ita enim faciiius fieri potuit ut incidentis veruti vi balteo commoto anterior eius pars ad femur et tergum versus truderetur atque *hic casus vaginam* cum gladio ad dextrum latus pendentem *averteret*.

§. 9. laboranti subvenit] Hic quoque pilum in hostes coniecisse atque ita non solum pedibus succurrisse, sed etiam manu quam primum subvenisse laboranti et ab eo in se convertisse hostium multitudinem videtur.

§. 11. Illic vero] Hoc si verum esse putamus, illum locum

obcursat ocius gladio comminusque rem gerit Vorenus

quorum unum suum, alterum Stephanicum, tertium Romanum nominat, tum codicum Boug. C. Leid. BC. Goth. A. Vind. DEFI. codicis Turr. marginis Vrat. B a m. s. et editionum ante Aldum; sed pro *illic* Hotomannus ed. Lugd. a. 1574 p. 66 *illinc* tanquam trium illorum scripturam ponit (*illic* in ed. Strad. a. 1575 p. 26. ex eaque apud Iungermannum in eius adnotatione legitur) *obcursat occius* habet Goth. A., *obcursant occius* Vind. I., *occursa totius* cod. Turr., *occursat* reliqui, *ocyus* Hot. codd, *otius* Vind. DEF. Med. a., *communisque* Goth. A a m. pr., *ac cominus* Vind. E., *atque cominus* Vind. F., *et cominus* Boug. C. Coufl., *comminus* Leid. C. Ad hanc, quae mihi verae simillima videtur, proxime accedit corrupta haec: *illum vero obscurantur occisum. gladio comminus rem gerit Vorenus*, quam Oud. ex Boug. A. Voss. A. Lov. Egm. et septem vel octo aliis cum ed. incerta, Fabr. ex Boug. A. Voss. A. Lov. Egm. et m. pr. Gott., Coufl. ex Pal., Brutus ex Carr., Turrisanus ex aliquo, Pl. ex Boug. A. refert, ego in Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. inveni et ex Gu. et Vind. BC. relatam accepi; sed *obsculantur — comunis rem grerit ueronus* in Hamb., *obscurant* in Carr. cod. Turr. Dr. B. Vind. C., *illum vero arbitrantur occisum* — teste Elberlingio in Gott. a m. pr., *al' illum vero obscurantur occisum gladio* in m. Goth. A a m. s. et *illum vero hostes reentur occisum* — in Vind. B. legitur. In Par. A. h. l. lacuna est et omnia inter *convertit* et *periculum* c. 48 §. 7 desunt. Tertia denique in altero codicum genere scriptura exstat haec: *illum veruto transfixum arbitrantur. Vorenus rem gladio comminus gerit.* Ita ceteri fere" Vind. A. Par. B. Hav. A. Aldus et sqq. usque ad Lipsium; sed *Varenus gladio rem* Aldus, *gladio rem* etiam Par. B., *gladiatorem* comm. Hav. A., *qui gladio com.* Ox., *occisum* pro *transfixum* „quod legitur ad oram" Pet. et *illum veruto arbitrantur transfixum* „alii" et Gott. sec. Fabr. (sec. Elb. a m. s.) Hanc scripturam Lipsius et sequentes Hotomanno auctore coniunxerunt cum prima: *illum veruto transfixum arbitrantur. Illic vero occursat ocius gladio cominusque rem gerit Varenus*, idque Oud. detractis verbis *illic vero* tenuit, Caesarem tamen *illum veruto rentur transfixum. Ocius gladio Varenus comminus rem gerit* vel *comminus rem gerit Varenus* scripsisse suspicabatur; cui coniecturae partim suffragatur Vind. B. Sed quem modo *impeditum* circum-

interpretari debemus, in quem hostes reiicto Pulione se convertisse dicti sunt, in quo non resistentem, sed obviam sibi currentem Vorenum invenerint. Quod licet ferri possit, tamen, quia loci ipsius mentio nulla praecedit, minus est probabile.

obcursat] Hoc verbo usus est Livius 2, 45 §. 10 (*obcursant portis*) et tribus praeterea locis, quos indicat Drakenb. ad 38, 40 §. 12. (21, 28 §. 1. 22, 15 §. 7 et 1. 38.)

ocius] Similiter obscurata comparativi significatione *ocius* posuerunt Plautus et Terentius, Virgilius et Horatius locis a Forcellino collatis.

gladio] ut 2, 23 §. 1 *insecuti gladiis*.

atque uno interfecto reliquos paulum propellit: dum cupidius instat, in locum deiectus inferiorem concidit.
Huic rursus circumvento fert subsidium Pullo, atque 12
ambo incolumes compluribus interfectis summa cum laude sese intra munitiones recipiunt. Sic fortuna in 13
contentione et certamine utrumque versavit, ut alter alteri inimicus auxilio salutique esset neque diiudicari posset, uter utri virtute anteferendus videretur.

45. Quanto erat in dies gravior atque asperior oppugnatio, et maxime quod magna parte militum con-

stetissent hostes, hunc quomodo abeuntes *transfixum* arbitrari poterant? et quid attinebat hanc eorum opinionem commemorasse? quae ipa unde colligi aut innotescere Romanis potuerit, non apparet. Neque ad litterarum similitudinem tam facilis est mutatio, quam Oud. praedicat: „ex *veruto rentur* (cuius glossa est *arbitrantur*) in *vero obscurantur* et *vero occursat*.“ Multo facilius, opinor, *obcursat* in *obscurantur* corrumpi potuit: *occisum* vero magis verisimile esse ex *ocius*, quam hoc ex illo originem ducere ne Oud. quidem fugit. Ceterum scripturae a me receptae propter codices maiorem quam coniecturae auctoritatem non tribuo neque plane acquiescendum in ea censeo, sed ita potius a Caesare scriptum arbitror: *ille vero obcursat ocius gladio: comminus rem gerit atque* etc.

deiectus] non ab hoste, sed suo ipsius impetu.

§. 12. Huic rursus] Cf. ad 4, 1 §. 5 adscripta.

§. 13. Sic] Hoc ad antecedentia referendum et quod sequitur *ut alter alteri* etc. epexegesis loco habendum videtur. Simile huic est quod 6, 41 §. 3 legimus: *Sic omnium animos timor praeoccupaverat, ut* etc. quamquam illic paulo facilius abrupta oratio toleratur. De duplici pronominis vi cf. adn. ad verba *quod ubi* 3, 23 §. 7 et ad *id factum* huius l. c. 4 §. 4. Eodem pertinet illud 6, 12 §. 8: *Eo tum statu res erat, ut longe principes haberentur Haedui, secundum locum dignitatis Remi obtinerent.*

contentione et certamine] *Contentionem* Oud. ad aemulationem laudis, *certamen* ad mutuum auxilium pertinere putat; cui interpretationi favet quod supra §. 2 omnibus annis de loco summis simultatibus *contendisse* dicuntur. Nec desunt loci quibus *certamen* pugnam significet. Sed tamen magis inhaerentem aemulationis notionem habet *certamen* quam *contentio*, quae etiam sine rivali vires ad efficiendum et consequendum aliquid intendentis est. Itaque hoc potius ad aemulationem, illam ad pugnam cum hostibus consertam referemus et simul eorum, quae in epexegesi posita sunt, ordinem tuebimur.

versavit] huc illuc vertit seu, ut Mori verbis utar, modo hac, modo illa sorte per vices uti voluit. Agitandi et exercendi significatio, quam Forcellinus statuit, minus h. l. apta est propterea, quod hac in re non tam magna vis et potentia fortunae, quam amans mirae vicissitudinis ingenium eius perspiciebatur.

inimicus] quod praecipue mirum et παράδοξον erat.

Cap. 45. §. 1. et maxime] Hoc quasi per parenthesin additum et repetitis verbis *erat in dies gra-*

fecta vulneribus res ad paucitatem defensorum pervenerat, tanto crebriores litterae nuntiique ad Caesarem mittebantur; quorum pars deprehensa in conspectu no-
2 strorum militum cum cruciatu necabatur. Erat unus intus Nervius, nomine Vertico, loco natus honesto, qui a prima obsidione ad Ciceronem perfugerat suam-
3 que ei fidem praestiterat. Hic servo spe libertatis magnisque persuadet praemiis, ut litteras ad Caesarem

Cap. 45. §. 1. pervenerat] *devenerat* Vind. E. Cf. adn. cr. ad 3, 5 §. 1 et 4, 38 §. 2.

necabatur] *vetabatur* Hamb. *necabantur* Leid. AC. Voss. C. Aic. (Boug. A. Pl) Vrat. A et a m. pr. B. Goth. A. Vind. A. inc. id Oud. cum in ed. 1. inpense sibi prae vulgato placere demonstrasset seque ad 2, 23 conferri iussisset, in ed. 2. recepit, ut sane debuit is, qui libro 2 *quorum pars aperto latere legiones circumvenire, pars summum castrorum locum petere coeperunt* unius Leid. A. auctoritate pro *coepit* scripsisset et 3, 17 §. 4 *magnaque praeterea multitudo undique ex Gallia perditorum hominum latronumque convenerant* in sex libris deterioribus repertum vulgato *convenerat* praetulisset. Nam aliquanto firmius utroque a codicibus est *necabantur*, et si magis tutum esset Plüschkii quam Oudendorpii et exemplaris Fabric. de Boug. A. silentium, haud dubie recipi deberet. Interim singularem secundum Caesaris consuetudinem tenendum putavi. Cf. 4, 32 §. 1. 6, 31 §. 2. 40 §. 8. 7, 28 §. 3. 77 §. 2. et ad libri 2 et 3 locos adscripta.

vior supplendum est. Eodem modo Civ. 3, 37 §. 3: *aegre retentis Domitianis militibus est factum, ne proelio contenderetur, et maxime, quod rivus — progressus nostrorum impediebat.* Ex nostri sermonis usu aut copula omitti aut cum ea poni *id* pronomen debebat.

res ad paucitatem defensorum pervenerat] h. e. eo redierat seu eum in statum perducta erat, ut paucitas esset defensorum seu pauci essent qui castra defenderent. Cf. 3, 5 §. 1 *resque esset iam ad extremum perducta casum.* supra c. 31: *ne sua dissensione et pertinacia rem in summum periculum deducant: facilem esse rem, seu maneant seu proficiscantur, si modo unum omnes sentiant.* 6, 12 §. 8: *eo tum statu res erat.* infra c. 48 §. 2: *quantoque in periculo res sit.* quibus omnibus locis *res* summam significat eorum, quae aguntur ab hominibus vel iis accidunt vel ad eos pertinent.

cum cruciatu] Vid. adn. cr. ad 2, 31 §. 4.

§. 2. unus] Plures in castris erant Nervii: horum unus erat Vertico. Sic Cicero saepius, Caesar praeter hunc locum nusquam *unum* dixit.

a prima obsidione] Cf. ad 1, 22 §. 1 dicta.

suamque ei fidem praestiterat] non verbis, sed re. Cf. Cic. Philipp. 12 c. 4, quem locum Ciacconius adhibuit: *quos minime mirum est communicata cum his re publica fideles esse, qui etiam expertes eius fidem suam semper praestiterunt.* (sermo est de Transpadanis.)

deferat. Has ille in iaculo inligatas effert et Gallus 4
inter Gallos sine ulla suspicione versatus ad Caesarem
pervenit. Ab eo de periculis Ciceronis legionisque
cognoscitur.

46. Caesar acceptis litteris hora circiter undecima
diei statim nuntium in Bellovacos ad Marcum Crassum
quaestorem mittit, cuius hiberna aberant ab eo milia
passuum xxv. Iubet media nocte legionem proficisci 2
celeriterque ad se venire. Exit cum nuntio Crassus. 3

§. 4. inligatas] Boug. A. Voss. A. Egm. Vrat. A. Par. B. non *ill.* (*alligatas* Vrat. B. Med. a. Ven. bcdef. Ber. *allegatas* Vind. D. Rom. a.).

Cap. 46. §. 1. quaestorem] om. Ox. Vind. A.

aberant ab eo] *ab eo aberant* Dr. A. Vrat. B. et codicis vel codicum significatione omissa Fabr. *ab eo millia aberant*, omisso deinde voc. *milia*, Gu. *aberant* — in m. a m. s. positum habet Voss. A. Fabr. *erat ab eo* Vind. E.

§. 2. legionem] *legione* Hamb. „Vide num legendum sit *legiones;* duae enim erant in Belgio, et sequentia eam lectionem exposcunt.“ Glareanus. Cf. c. 47 §. 2.

§. 3. Exit] „Bong. AB. Voss. A. Lov. Egm. et septem alii.“ Boug. AB. Voss. A. Gott. Egm. Fabr. Boug. C. et Pal. Confl. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. ABCDEF(I). edd. ante Ald. St. Gr. b. Freli. *exiit* Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. et sqq. *excitus* pro v. l. S. Idem, omisso *cum*, a m. pr. erat in Par. B. et in Voss. A. Fabr. *cum* inter versus a. m. s. legitur. *Excitus nuntio Crassus* speciem prae se fert lemmatis in margine ad indicandum huius loci argumentum appositi. Caesar vero non sine ratione Crassum statim ex castris exisse iam hic demonstrat, ut initio c. sq. videbimus. At temporis mutandi et inter praesentia interponendi praeteriti causa nulla erat, neque codices rem dubiam relinquunt.

§. 4. periculis] quae omnibus diebus multa et varia subierant; de quibus ab eo, qui rebus interfuisset, accuratius cognosci potuit quam ex litteris Ciceronis, quibus omnino periculum ipsius et legionis perscriptum erat. Plurali iterum utitur Caesar 6, 16 §. 2: *quique in proeliis periculisque versantur.*

Cap. 46. §. 1. ab eo] Non constat, quo in loco Caesar tum versatus sit, sed ex iis, quae c. 47 §. 2 leguntur, verisimile fit certam eum sedem collocatam habuisse Samarobrivae, quod etiam Hotomannus ad c. 40 §. 1 sibi videri ostendit, atque eodem credere licet Ciceronis litteras allatas eodemque celeriter venire iussum esse Crassum. Nam quod Dio 40, 9 Caesarem in itinere in Italiam suscepto certiorem de periculo Ciceronis factum esse narrat, cui Hausius in adn. ad c. 40 aliquid tribuit, id ex iis, quae supra c. 24 §. 8 et 25, 5 scripta sunt, collegisse ille videtur.

§. 2. media nocte] Nescio, an hinc ductum sit quod Dio 40, 10 refert, Caesarem, ne adventus eius sentiretur, nocturnis itineribus in Nervios contendisse, cum tamen haec quidem nocturna

Alterum ad Gaium Fabium legatum mittit, ut in Atrebatum fines legionem adducat, qua sibi iter faciendum
4 sciebat. Scribit Labieno, si rei publicae commodo facere posset, cum legione ad fines Nerviorum veniat. Reliquam partem exercitus, quod paulo aberat longius, non putat exspectandam. Equites circiter quadringentos ex proximis hibernis colligit.

Atrebatum] „MSS. 8" Voss. A. Egm. Lov. Fabr. Bong. A. Pl. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. CDFI. edd. ante Ald. (*Attr.* Vrat. C. Ber.) *Atrebabum* Hamb. *Atrebatium* (reliqui Oud.) Vind. A. Ald. et sqq. Id eo minus probabile est, quod Hirtius 8, 47 §. 2 secundum libros omnes scripsit *Atrebatum*, Caesaris, ut credendum est, auctoritatem secutus.

qua sibi iter faciendum sciebat] And. Ox. S. Cu. Leid. A. Par. B. Hav. A. Vind. A. (hic *quas ibi* —) *qua sibi iter faciendum esset* Pet. *qua sibi sit iter f.* Reg. cod. Ciacc. Pal. Leid. B. Duk. Dorv. Dr. B. Vrat. C. et a m. s. B. Goth. B. Vind. BDEF. edd. ante Ald. (*inter* pro *iter* Ven. cd.) Gr. b. Frell. *qua sibi iter sit f.* Bong. C. Cous. Goth. A. Vind. C. et, qui *faciendum* habent, Carr. et ed. Flor. sec. Brutum et cod. Turr. *qua sibi iter faciendum* reliqui Oud. cod. Brant. N. Voss. Cl. Bong. ABC. Voss. A. Gott. Egm. Lbb. Hamb. Gu. Dr. A. Vrat. A et a m. pr. B. Vind. I. Cl. „quod praeferrem, nisi *sciebat* retinere satius duxissem." Oud. qui praeterea *faciundum* scripsit. Equidem, si Fabius potius quam lector docendus fuisset, cur in Atrebatum fines, non ad se aut Samarobrivam, legionem adduci Caesar vellet, editionum antiquissimarum scripturam praeferrem et *sit*, quod aegre abesse paterer, casu in optimis codicibus omissum felici coniectura inter *sibi* et *iter* restitutum putarem. Sed Fabius ignorare non poterat, qua Caesari proximum in Nervios iter esset, et si forte certior faciendus videbatur, quam in partem Atrebatum legionem adduceret, futurae potius, quam necessariae rei significatione utendum et *qua ipse sit iter facturus* scribendum idque ante *legionem adducat* ponendum erat. — *sciebat* aute *scribit* excidere facile potuit, eique consensus codicum illorum maiorem quam coniecturae fidem conciliat.

§. 4. colligit] *cogit* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Par. B. (hic supra *o* scripto *lli*) Ald. a. et sqq. exceptis St. Gr. b. Frell. Oudendorpio *colligit* (pro quo *collegit* in nonnullis profectio non ad falleudos hostes, sed festinationis causa instituta esset.

§. 4. commodo] Vid. ad 1, 35 §. 4 adscripta.

Reliquam partem exercitus] legionem unam, quam cum L. Roscio in Essuos, et alteram, quam cum L. Plauco in Carnutes proficisci iusserat. Cf. c. 24 §. 2 et 7 et 25, 4.

non putat exspectandam] Exspectanda enim fuisset, si arcessendam curasset. Itaque ne arcessivit quidem, atque id ipsum breviter simul cum ratione demonstrat.

ex proximis hibernis] Ea non alia fuisse videntur nisi quae c. 24 §. 3 in Belgis tenuisse C. Trebonium accepimus. Haec Caesarem ipsum, postquam Samarobri-

47. Hora circiter tertia ab antecursoribus de Crassi adventu certior factus eo die milia passuum xx. proce-

inveniri tradit) haud dubie e glossa illatum iudicanti assentiri non possum, cum *cogere* verbum in re militari vulgare et non minus frequens sit quam *colligere*, quod ipsum fere in dispersis et dissipatis dici consuevit ideoque h. l. minus aptum videri poterat. Illos vero equites Caesar non solum unum in locum aliquem convenire, sed etiam secum esse voluit et propterea *collegisse* eos potius quam *coegisse* dicitur. Cf. Afr. 2 §. 1: *legionibus collectis* VI. *et equitum* II. *milibus*. ib. 92 §. 1: *antequam rex manum colligeret*.

Cap. 47. §. 1. factus] *est f.* Aud. Ox. Cu. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. ab Gr. a. P. Man. Turr. Lips. Iu. Gr. Dav. Cl. Eo admisso commode Caesarem illa hora iam ingressum in eius diei iter et in itinere certiorem de Crassi adventu factum statuere possumus, sed minus commode in hac re consideranda diutius, quam pro eius gravitate morari iubemur. Neque vero necesse est ut illud statuamus. Fieri enim potuit, si Crassus cum nuntio ante mediam noctem accepto profectus erat, ut etiam in hibernis Trebonii hora tertia Caesar eum Samarobrivam venisse ab antecursoribus cognosceret cognitoque milia passuum xx. horis IX. conficeret. Itaque *certior factus procedit* ferri potest cum ea, quam usus requirit, interpretatione: *postquam certior factus est, procedit*.

eo die] *e. de* Dr. A. *eodem die* Vrat. A. *ei obviam* Pet. Cons.

procedit] *progreditur* Aud. Ox. Cu. S. Leid. A. Par. B. Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. et sqq. *praeceva* nuntios ad Crassum et Fabium, litteras ad Labienum dimisit, eodem die adisse et equites ibi cum legione hiemantes sibi adiunxisse probabile est. Verba quidem non admodum impediunt quo minus bina vel plura hiberna significata statuamus, et huiusmodi interpretationi deberi haec suspicor, quae Dio 40, 9 tradit: *μαθὼν οὖν ὁ Καῖσαρ τὸ γιγνόμενον (οὐδέπω δὲ ἐς τὴν Ἰταλίαν ἀπεληλύθει, ἀλλ᾽ ἔτ᾽ ἐν ὁδῷ ἦν) ἀνέστρεψε καὶ τοὺς ἐν τοῖς χειμαδίοις, δι᾽ ὧν διῄει, στρατιώτας παραλαμβάνων ἠπείγετο.* Sed de Crassi et Fabii hibernis post ea, quae de nuntiis illuc missis relata sunt, non facile quispiam denuo cogitat, et quis non *proxima* proprie dicta malit?

Cap. 47. §. 1. ab antecursoribus] sc. Crassi, qui cum legione venisse Samarobrivam pro certo nuntiari etiam ab iis poterat, qui agmen eius antecessissent et relicta fortasse sub dextra Samarobriva breviore itinere in Trebonii hiberna ad Caesarem certiorem faciendum properassent. Quamquam is, de quo Caesar tum certior factus est, *adventus* Crassi etiam adpropinquantis esse potuit, ut 7, 10 §. 3 Caesar, priusquam ad Boios proficisceretur, praemisisse ad eos dicitur qui *de suo adventu* docerent, et Civ. 3, 7 §. 3 prius ad continentem visus esse, quam *de eius adventu* fama omnino in eas regiones perferretur. Qua admissa interpretatione nihil iam obstat, quo minus antecursores Crassi Samarobrivam venisse indeque hora tertia ad Caesarem in Trebonii hibernis nuntium de Crassi adventu exspectantem pervenisse credamus.

milia passuum xx. procedit] ex castris Trebonii, nisi fallor,

2 dit. Crassum Samarobrivae praeficit legionemque ei attribuit, quod ibi impedimenta exercitus, obsides civitatum, litteras publicas frumentumque omne, quod eo

dit inc. *progreditur* neque melius est neque deterius, quam *procedit*, et mera variandi libidine in huius locum substitutum videtur.

§. 2. Samarobrivae] Bong. A. Voss. A. Egm. Fabr. Vind. E. Vrat. AC. Lips. In. Dav. et sqq. *Samarabrive* Gott. Fabr. *Samarubrivae* Vind. A. *Sanmotoberme* Vind. I. Reliqui meī cum edd. ante Lips. et Graev. in ultima *n* habent pro *v*. Vid. ad c. 24 §. 1 adnotata.

ei] om. „MSS. plerique" Bong. AB. et sec. Confl. etiam C. Pet. Pal. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Vind. EFI. edd. ante Ald. A codicibus igitur non firmius est, quam *progreditur* et §. 1 *est*, immo similius utroque glossemati, ex quo haud dubie profectum est 6, 32 §. 5, ubi cum Caesar scripsisset *ei legioni castrisque Quintum Tullium Ciceronem praeficit ducentosque equites attribuit*, in Leid. A. et Vind. A. — *equites ei attribuit* legitur; sed tamen pro vero habendum propterea, quod nusquam alibi Caesar *attribuere* verbum non addito dativo nominis posuit (cf. 3, 1. 14. 4, 7. 6, 22. 7, 9. 34. 60. 76. 90. Civ. 1, 14. 17. 24. 32. 35. 42. 57. 2, 4. 21. 22. 3, 29.) hic autem cum dativo *Samarobrivae* construi non facile potest. Itaque a librariis potius omissum et in eo genere codicum, in quo Par. B. Hav. A. et Vind. A. sunt, qui illud exhibent, cum fide servatum videtur.

ad fines Nerviorum versus, quo praepositio verbo addita spectat. Ex iis autem, quae sequuntur, verisimile fit Caesarem eo die venisse Samarobrivam, a quo oppido castra Trebonii xx. milia passuum longe posita fuerint eo loco, ex quo in Nervios proficiscenti adeundum oppidum esset.

§. 2. legionemque] eam, opinor, quae cum Trebonio in hibernis fuerat. Hanc Caesar una cum equitibus quadringentis duxisse Samarobrivam ibique sub Crassi imperio reliquisse, eam, quae cum Crasso ex Bellovacis venerat, ipse duxisse in Nervios videtur.

litteras publicas] Metaphrastes *τὰς τοῦ κοινοῦ ἐπιστολὰς* interpretatus est, qua significatione Suetonius Rhodiorum magistratus *litteras publicas* sine subscriptione ad Tiberium dedisse scribit Tib. c. 32. Sed eiusmodi litteras Caesar nusquam sibi redditas ostendit nec accepisse multas nec, si accepit, tanti eas fecisse aut tam late significaturus fuisse videtur. Nam omnia publice seu publica fide et auctoritate scripta eo nomine appellabantur. Cf. Cic. de leg. 3, 20: *itaque hae leges sunt, quas apparitores nostri volunt: a librariis petimus, publicis litteris consignatam memoriam publicam nullam habemus.* Idem in Verr. 1, 34 (§. 88): *renuntiationemque eius, quae erat in publicas litteras relata illorum* (Milesiorum) *legibus, tolli iusserat.* Ib. c. 35 (§. 89): *semper enim existimasti, et maxime in Sicilia, satis cautum tibi ad defensionem fore, si aut referri aliquid in litteras publicas vetuisses, aut quod relatum esset, tolli coegisses.* ib. 2, 37 (§. 90): *Sthenium statim edu-*

tolerandae hiemis causa devexerat, relinquebat. Fabius, ut imperatum erat, non ita multum moratus in 3
itinere cum legione occurrit. Labienus interitu Sabini et caede cohortium cognita, cum omnes ad eum Trevirorum copiae venissent, veritus, ne si ex hibernis fugae similem profectionem fecisset, hostium impetum sustinere non posset, praesertim quos recenti victoria efferri sciret, litteras Caesari remittit, quanto cum pe- 4

§. 4. ne si] Pet. a m. sec. *ne* „MSS. mei quindecim, in iis Bong. AB. Voss. A. Lov. Egm. Pet.“ Bong. ABC. Pet. Pal. Voss. A. Egm. Gott. Lov. cod. Turr. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. BDEFI. Gu. edd. ante Ald. *si* Par. B. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. usque ad Cl. *ut* Hamb.

hostium] Leid. A. Par. B. Hav. A. Vind. A. *ut hostium* reliqui codd. (*ut ostium* Bong. A. Pi.) cum edd. ante Cl. Id, si supra *ne*, infra *non* deleatur, recte habere certum est, placuitque hoc Lambino ad Horat. Sat. 1, 3 v. 120 „codices calamo exaratos“ nescio quos antestanti. Mihi codicum nostrorum rationem habenti id praeferendum visum est, quod Cl. et Oud. praetulerunt, sed verisimilius puto quod Oud. coniecit: *veritus, ne ex hibernis fugae si similem prof. fecisset, host. imp. sust. non posset*, iu quo non solum *si* quomodo oblitterari potuerit, facillime perspicitur, sed etiam *ex hibernis fugae* quin coniungenda sint, dubium esse nequit.

remittit] Ox. S. Par. B. Hav. A. *mittit* Leid. A. Vind. A. et sec. Oud. a m. pr. Voss. A. *dimittit* „reliqui“ Bong. ABC. Pet.

cunt (inimici Thermitani): *aiunt ab eo litteras publicas esse corruptas.* Iam quaerenti mihi, quidnam potissimum his, quas Caesar Samarobrivae relinquebat, litteris publicis consignatum fuerit, certius nihil occurrit, quam quod Velleius demonstrat 2, 37 §. 5 de ingenti pecunia, qua a Pompeio multatus sit Tigranes, haec addens: *quae omnis, sicuti Pompeio moris erat, redacta in quaestoris potestatem ac publicis descripta litteris.* Itaque tabulae videntur fuisse rationes seu rationarium continentes aerarii, eiusdem generis atque illae, quas Plutarchus describit Gracch. c. 6 p. 826 D.: *πινακίδες γράμματα καὶ λόγους ἔχουσαι τῆς ταμιευτικῆς ἀρχῆς*, quas a Numantinis captas in castris Mancini Tib. Gracchus quaestor repetebat, *ὡς μὴ παράσχοι τοῖς ἐχθροῖς διαβολὴν οὐκ ἔχων ἀπολογίσασθαι περὶ τῶν ᾠκονομημένων.*

tolerandae] Vid. ad 1, 28 §. 2 adscripta.

§. 3. non ita multum moratus] Haec eo loco posita sunt, ut hoc quoque imperatum fuisse Fabio existimandum sit. Quem si Caesar *sine ulla mora* venire ad se iusserat, lenis quaedam reprehensio his verbis inest: sin *non ita multum* morari iussus erat, nihil nisi laudem habent. Prius verisimilius videtur.

§. 4. similem profectionem fecisset] h. e. fecisset, ut similis esset profectio. Sic 2, 11 §. 1: *fecerunt, ut consimilis fugae profectio videretur.* Cf. 6, 7 §. 8: *His rebus fugae similem profectionem efficit.* Ne quis *profectionem facere* ita ut *irruptionem, eruptionem* et similia dici putet.

5 **riculo legionem ex hibernis educturus esset; rem gestam in Eburonibus perscribit; docet omnes equitatus peditatusque copias Trevirorum tria milia passuum longe ab suis castris consedisse.**

48. Caesar consilio eius probato, etsi opinione trium legionum deiectus ad duas redierat, tamen unum
2 **communi saluti auxilium in celeritate ponebat. Venit magnis itineribus in Nerviorum fines. Ibi ex captivis cognoscit, quae apud Ciceronem gerantur, quantoque**

Pal. Voss. A. Gott. Egm. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. B(E)Fl. edd. ante Ald. Gr. b. Frell. Lips. In. Gr. Dav. Cl. „quod si quis malit retinere, fingat is, Labienum litteras variis exemplis per varios et diversa itinera ad Caesarem misisse in responsum eius litterarum, de quibus cap. praec." Oud. qui vereor ne plus concesserit, quam usus linguae permittit. Faciiius *re*, quod idem suspicatur, excidisse ob praecedens *ri*, ut supra c. 27 §. 2: *a Caesare missi* etiam in Bong. A. et aliis eius generis libris scriptum est pro *a C. remissi*, atque ita primum *Caesari mittit*, deinde prava litterarum iteratione *Caesari imittit*, denique illud, quod ante Aldum vulgatum erat, exstitisse crediderim.

equitatus peditatusque] „Bong. A. Leid. A. Ox. etc." Hav. A. *equitatum p.* Leid. B. *peditatus equitatusque* Dr. B. Vrat. ABC. Goth. AB. (Vind. BFl.) edd. ante Oud. exc. St. et Oud. 2. nescio an nullo consilio.

Cap. 48. §. 1. communi saluti] Vind. A. Oud. 2. *communi salute* Leid. A. Ox. Hav. A. Par. B. (hic *comuni*) *communius salutis* Bong. A. sec. Oud. *communitis salutis* idem sec. Fabr. et Pl. *omnis salutis* Vrat. B. a m. pr. *communis salutis* reliqui (Vind. I. interposito, non postposito *auxilium* nomine) cum edd. ante Oud. 2. Genitivum cum usui linguae, tum significationi nominis minus convenientem, cum per codices licere videretur, in dativum ab Oud. 1. commendatum mutandum putavi. Cui quod Herzogius obstare dicit *unum*, id qua ratione dicatur, nescio. Vid. 3, 15 §. 2: *cum ei rei nullum reperiretur auxilium*, ubi cum genitivo recte posset, tamen maluit uti dativo. Praeterea conferatur Tac. An. 15, 59: *dum auxilia libertati invocat*, et quae de Graeci nominis (βοήθεια) constructione dixi Plat. Civ. Vol. 2 p. 187.

§. 5. tria milia passuum longe] Hunc adverbii usum Lucilii poetae et Coelii historiarum scriptoris auctoritate, quam memoriae prodidit Charisius Inst. Gramm. 2 p. 120 Lind., probatum Caesar duobus praeter hunc locis a Baumstarkio indicatis, 7, 16 §. 1 et Civ. 2, 37 §. 3, post Caesarem Hirtius semel, Alex. 36 §. 3, belli Afr. auctor bis tenuit, 67 §. 3 et 77 §. 4, ex antiqui sermonis, ut opinor, definite et perspicue omnia significandi consuetudine repetitum.

Cap. 48. §. 2. ex captivis] quos ob id ipsum capiendos curaverat. Nam proelium commisisse non videtur.

in periculo res sit. Tum cuidam ex equitibus Gallis 3
magnis praemiis persuadet, uti ad Ciceronem epistolam
deferat. Hanc Graecis censcriptam litteris mittit, ne 4
intercepta epistola nostra ab hostibus consilia cogno-
scantur. Si adire non possit, monet, ut tragulam 5
cum epistola ad amentum deligata intra munitionem
castrorum abiiciat. In litteris scribit se cum legio- 6
nibus profectum celeriter adfore; hortatur, ut pristi-
nam virtutem retineat. Gallus periculum veritus, ut 7
erat praeceptum, tragulam mittit. Haec casu ad tur- 8
rim adhaesit neque ab nostris biduo animadversa ter-
tio die a quodam milite conspicitur, dempta ad Cice-
ronem defertur. Ille perlectam in conventu militum 9

§. 5. munitionem] „MSS. plerique" cod. Turr. Bong. AB. Pet. Pal. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. edd. ante Ald. St. Gr. b. Freli. *munitiones* Hav. A. (Par. B.) Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. et sqq. quod cur praeferretur, nulla erat causa. Cf. c. 51 §. 2.

§. 6. adfore] Voss. A. Fabr. (Bong. A. Par. B.) non *aff.* Cf. c. 27 §. 8. Civ. 2, 40 §. 2.

§. 8. dempta] Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. AF(EI). edd. ante Oud. qui *p* exemit. (*tempta* Hamb. *derapta* Inc.

res] De significatione dictum est ad c. 45 §. 1.

§. 3. cuidam ex equitibus Gallis] Cur equite Gallo potius quam Verticonis servo usus sit Caesar, Dio 40, 9 hanc causam fuisse dicit, quod de eius fide dubitans timuerit, ne popularium misericordia magnum Romanis detrimentum afferret. Sed nihil est quod servum illum etiam tum cum Caesare fuisse ac non statim ad herum mox patronum futurum et ad reliqua praemia capienda revertisse credamus. Nam in castris quidem Ciceronis versantem c. 49 §. 2 videmus. Nec nihil quod ad spem auxilii pertineret, redeunti Caesarem mandasse, sed aliquot diebus post, cum in ipsis Nerviorum finibus de legionis periculo in dies gravescente cognovisset, alterum hunc nuntium misisse credibile est. Non magis certa fide niti videntur ea quae Dio de hoc equite narrat, quem Caesar Nervicae linguae peritum delegerit, Nervica veste instruxerit, ceterum ne quid vel noiens prodere posset, nihil eorum, quae scire Ciceronem vellet, docuerit.

§ 4. Graecis conscriptam litteris] Cf. adn. ad 1, 29 §. 1.

§. 6. hortatur] Scilicet in litteris; quarum exemplum a Polyaeno Strat. 8, 23 §. 6 fictum hoc est: *Καῖσαρ Κικέρωνι θαῤῥεῖν. προσδέχου βοήθειαν.*

§. 8. casu] Dio vero hoc ipsum voluisse illum narrat: *πρὸς πύργον ἐξεπίτηδες προσέπηξε (τὸ ἀκόντιον).*

§. 9. perlectam] haud dubie epistolam, non tragulam. Et tamen quae in proximis dempta deferri dicitur, ea haud dubie tragula est, non epistola. Sed ita coniunctam supra §. 5 *tragulam cum epistola* accepimus, ut permutari eas hic facile patiamur.

in conventu militum] Milites utrum ultro an convocati et

10 recitat maximaque omnes laetitia afficit. Tum fumi incendiorum procul videbantur; quae res omnem dubitationem adventus legionum expulit.

49. Galli re cognita per exploratores obsidionem relinquunt, ad Caesarem omnibus copiis contendunt.
2 Hae erant armatae circiter milia LX. Cicero data facultate Gallum ab eodem Verticone, quem supra de-

tollitur cum puuctis sub prima ct tribus extremis litteris Leid. A. „nt remaneat antiquum *olli*“ Oud.).

Cap. 49. §. 1. Hae] Voss. A. ct Egm. sec. Fabr. Par. A. et Hav. A. sec. Nipperdeium (Elb. tacite tenuit *eae*) Dr. A. Gu. Vind. AF. Veu. cdef. St. Gr. b. Frell. *haec* Bong. A et sec. Confl. C. Dr. B. Goth. A. Vind. C. *hii* Hamb. *hee* Vrat. ABC. *heue* Bong. B. Gott. Fabr. *eae* Goth. B. cum edd. reliquis. Oud. de codicibus suis nihil nisi „*hae* et *haec* MSS. qdd.“ Cf. adu. cr. ad c. 15 §. 3.

armatae] „Bong. AB. Pet. Voss. A. Lov. Leid. A. et quiuque alii“ Bong. ABC. Pct. Pai. Gott. Par. A. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Gu. Vind. AEF. Hav. A. iuc. *armati* Hamb. *armatos* Dr. B. *armatorum* Goth. A. reliqui Oud. et edd. omnes. Id nescio qua de causa Oudeudorpio minus placuerit. Nam quod *armatos* poni pro *militibus* dicit, quidni copiae Nerviorum circiter milia LX. *militum* fuisse dicantur? Idem de eo, quod in optimis codicibus est, amplius videndum pronuntiavit, quod ego etiam recipiendum putavi. Sic omnes Gallorum copias, quibus ad Caesarem contenderint, et armatas et numero milia LX. fuisse demonstratur. Non sine causa additum esse *armatae* collatis locis 1, 2 §. 1 et 1, 29 §. 1 intelligi potest. De reliquo cf. Dnkeri adn. ad Liv. 35, 20 §. 5. Nipperdeium quo minus ex coniectura scriberet *armata*, praeter codicum reverentiam scripturaeque eorum bonitatem impedire debebat verborum dispositio et *circiter* adverbii intolerabilis inter *armata* et *milia* interiectio.

omnes an non omnes convenerint, nomen *conventus* incertum reliuquit. Non aliter 1, 18 §. 1 in verbis *quae in conventu dixerat*. Sed per se probabile est Ciceronem eos convocasse et ab omnibus id, quod omnium scire interesset, audiri voluisse. Quod autem scriptor *conventum* potius quam *concionem* dixit, ratio haec esse potuit, quod convocatio subito et e vestigio periecta epistola et per proximum quemque, non per praecones neque in tempus certo intervallo definitum facta fuerit. Cf. c. 52 §. 5 et 7, 52 §. 1.

§. 10. fumi incendiorum] Metaphrastes *τῶν τῆς τοῦ Καίσαρος στρατιᾶς πυρῶν* interpretatus incendiorum significationem non magis assecutus est, quam Germ. Sincerus, qui Wachtfeuer posuit. Recte Hotomannus ad *illud vulgare incursionis hostium signum, quod incendiis aedificiorum intelligi consuevit*, quod Hirtius 8, 3 §. 2 demonstrat, respexit.

Cap. 49. §. 1. omnibus copiis] Ablativi rationem cxplicui ad 2, 7 §. 3.

§. 2. data facultate] Non *σχολῆς ἐνταῦθα τυχών*, quemadmodum Metaphrastes interpretatus

monstravimus, repetit, qui litteras ad Caesarem deferat. Hunc admonet, iter caute diligenterque faciat. 3
Perscribit in litteris hostes ab se discessisse omnemque ad eum multitudinem convertisse. Quibus litteris circiter media nocte Caesar adlatis suos facit certiores 4

§. 2. repetit] Pet. Bong. C. *reperit* „reliqui" Pal. Conf. Dr. AB. Vrat. C. Goth. AB. Hamb. Vind. AEFI. *repperit* Cu. Boug. AB. Voss. A. Gott. Egm. Lov. ab Heinsio coll. Ort. Fabr. Par. A. Vrat. AB. Vind. D. edd. ante Ald. *petit* Lov. a Torrentio coll. Fabr. Codicum optimorum auctoritas minuitur h. l. temere iterata littera *p*, quam simplicem servans genus alterum et in una *r* peccans ne hoc quidem vitium ex archetypo suo traxisse, Aldinus autem codex, fortasse etiam And. et Ox. et, de quo tacet Elb., Hav. A., caruisse eo videtur.

deferat] *referat* Cu. Ox. Leid. A. Hav. A. Oud. qui ut *repetit* pro *iterum petit*, sic *referat* pro *iterum ferat* positum et hinc fortasse illam litteram *r* in verbum *repetit* illatam et ita factum *reperit* putabat; quod verisimile non videtur. Neque *referat*, si verum esse volumus, ad priores litteras ab eodem homine perlatas, sed ad eas, quas eques attulerat, referre debemus, quemadmodum facit Herzogius. His tamen Cicero non respondebat neque habebat quod responderet. Itaque *deferat*, quod Bong. A. et cum reliquis Vind. A. exhibent, praestat. (*defferrat* Hamb.)

§. 4. adlatis] Bong. A. Voss. A. Egm. Par. A. Vrat. A. non *all.* (*alatis* Med. a. *illatis* Vind. I. om. Voss. B.)

est, quasi obsesso otium ad repetendum Gallum necessarium defuisset, neque weil es sich so gefügt, ut Germ. Sincerus nescio an eandem in sententiam vertit, neque da er einmal die Gelegenheit hatte; da es sich gerade so machte, daß nämlich jener Vertico sich in seinem Lager befand, quae Herzogii explicatio est, Mori, ni fallor, verbis nixa: *quia erat facultas nanciscendi hominem, quem commode mittere posset, quem Galli non agnoscerent;* quae tamen a vera ratione non ita longe absunt; sed eo, quod Gallus redierat in castra, id quod factum esse scriptor nondum ostendit, Ciceroni repetendi eum facultas est data.

§. 3. omnemque ad eum multitudinem convertisse] Ambiguitatem, quae in his inesse Oudendorpio et Garatonio ad Cic. Planc. c. 20. (p. 119 sq. Orell.) est visa, satis defendunt verba ita collocata, ut in litteris haec fuisse credendum sit: ***hostes a me discesserunt omnemque ad te multitudinem converterunt;*** in quibus sine idonea ratione Garatonius minus perspicue *suam* arbitratur subaudiri. Et si Cicero in Planciana dixit ***non dubito, quin omnis ad te conversura fuerit multitudo***, Caesari non idem placuisse videtur. Certe supra c. 44 §. 10, Civ. 3, 36 §. 2 et 5 ***se convertit***, Civ. 1, 46 §. 1 ***sese convertere***, ib. 105 §. 2 ***se convertisse***, contra 6, 8 §. 5 ***signa converti***, ib. 39 §. 2 ***ora convertunt***, 7, 56 §. 2 ***iter converteret*** scripsit, nec aliter Hirtius 8, 48 ***paucosque nostros convertunt.***

§. 4. Quibus litteris circiter media nocte Caesar adlatis suos facit certiores] Hunc verborum

5 **eosque ad dimicandum animo confirmat. Postero die luce prima movet castra et circiter milia passuum quattuor progressus trans vallem magnam et rivum multi-**
6 **tudinem hostium conspicatur. Erat magni periculi res cum tantis copiis iniquo loco dimicare; tum quoniam**

§. 5. quattuor] Bong. A. Par. A. Dr. B. Rom. a. Med. a. Ven. bdef. Ber. *quatuor* Dr. A. Vrat. AB. Hamb. Vind. (BD)EF. Ven. c. Ald. a. Gr. ab. St. Frell. P. Man. Turr. *IIII* Vrat. C. Goth. AB. Vind. A. *IV* Ald. b. Lips. et sqq.

magnam] Aud. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. om. reliqui cum edd. ante Ald. et Frell. Hos libros verisimilius est neglegentia librariorum, quam illos, qui habent *magnam*, prava diligentia criticorum esse corruptos. Cur enim addendum putaverint, quod si abesset, nullo modo desideraretur? Scriptori vero, si magna erat vallis, id ipsum satis causae erat, cur magnam diceret. Cf. Civ. 1, 68 §. 2: *ipsi erant transcendendae valles maximae ac difficillimae.* ib. 2, 27 §. 4: *una valle non magna interiecta suas uterque copias instruit.* Quod c. 50 §. 3 *vallem rivumque* sufficere et non iterum *vallem magnam* scribendum esse putavit, sapienter fecit, neque propterea h. l. *magnam* suppositicium statuere debebat Apitzius.

§. 6. cum tantis] iidem libri, qui §. 5 *magnam* tenent. *tantis* Hamb. *cum tantulis* Lov. Fabr. Gu. *tantulis* reliqui cum edd. ante Ald. et marg. Frell. Id per incuriam omissa praepositione, quoniam *tantis* ferri non posset, correctionis causa receptum, minime vero Caesar duas legiones, quae paene tertiam totius exercitus partem efficerent, quarumque infrequentiam nondum demonstrasset, *tantulas* copias appellare potuisse videtur. Cf. 3, 17 §. 7: *quod cum tanta multitudine hostium — nisi aequo loco aut opportunitate aliqua data legato dimicandum non existimabat.* Contra solum ablativum eum, quem instrumenti dicunt, verbo *dimicare* adiunctum in his Comm. non inveni: *contendere* supra c. 17 §. 5 ita dixit: *neque post id tempus unquam summis nobiscum copiis hostes contenderunt.* Ceterum cf. adn. cr. ad 4, 22 §. 2.

ordinem multis exemplis tueri conatus est Clarkius, quorum plurima eiusdem generis sunt atque primum ex 2, 11 §. 2 petitum: *Hac re statim Caesar per speculatores cognita insidias veritus — exercitum — castris continuit.* cuius rationem in adn. declarare studui. Unum, quod vere comparare huic possit, est Hirtii 8, 8 §. 5: *Tali conditione Bituriges proposita, cum sibi viderent clementia Caesaris reditum patere in eius amicitiam finitimasque civitates sine ulla poena dedisse obsides — idem fecerunt.* Sed codices *Bituriges* post *proposita* poni iubent. Nihilo minus tamen rationem illam supra propositam tenere licebit ita, ut id, quod participium factum demonstret, non solum a quo, sed etiam cui factum sit, interiecto nominativo declarari statuamus.

animo] Ablativus est loci seu partis, in qua firmitudo illa, quam confirmatio efficit, conspicitur. Cf. Civ. 2, 4 §. 5: *rursusque se ad confligendum animo confirmant.* Eodem modo dicta sunt illa ubivis obvia *animo deficere, paratum esse, perterreri* etc.

obsidione liberatum Ciceronem sciebat, aequo animo remittendum de celeritate existimabat. Consedit et 7
quam aequissimo loco potest, castra communit, atque

aequo animo] *eoque omnino* St. In. et sqq. tacente Fabr., quod silentium non pluris faciendum quam testimonium Oud., qui *aequoque* vel *equoque* MSS. habere plurimos dicit pro *eoque*, et *animo* etiam legi in Lov. Duk. Ox. et aliis, quod dictum merito suspectum fuit Nipperdeio. *aequo* Par. A. Boug. A. Pl. Hamb. Vind. Dl. cum edd. plerisque, *equo* Hav. A. Dr. B et corr. A. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. ABCEF., *animo* vero habent omnes. Cum Stephano unus facit Metaphrastes: *καὶ οὐκ ἔτι διὰ τοῦτο ταχύτητος ἔργον εἶναι ἡγούμενος.* quamquam ne is quidem expressit *omnino*. A Stephano edita lectio, sive ex codice ducta sive ab editore inventa est, propter sententiam pro vera haberi nequit. Et quis ferat hanc verborum iuncturam: *Erat magni periculi res dimicare. Tum consedit?* aut quemadmodum Stephanus consentientibus Leid. A. S. Hav. A. Vind. A. scripsit, *Tunc consedit?* (*tamen*, quod pro *tum* legitur in Gotb. A. (Vind. Fl.) Vrat. B a m. s. edd. ante Ven. f. et Gr. ab. Freil. P. Man. Ald. b. Turr. Gr. Dav. Cl., ferri non magis potest. — In Boug. B. Leid. B. *tum* omissum, in Lbb. *tum vero* scriptum an adscriptum est.)

§. 7. loco potest, castra] *l. post c.* Dr. A. *l. c. post* Vind. C. *l. c. potest* Goth. A. *l. c.* Vind. D. *potest l. c.* Leid. A. Ox. Vind. A. (Hav. A.) Vasc. (Freil.) Oud.

§. 6. aequo animo remittendum] Omnino remitti de celeritate propterea, quod Cicero liberatus obsidione esset, necesse non erat, sed aequo animo remitti, si remitteretur, neque graviter id ferri ab eo, qui illud sciret, haud dubie erat necesse. Cf. adn. ad c. 28 §. 1 verba *vixerat credendum*. Nam hoc quoque ita comparatum est, ut non *remittendum*, sed *remitti posse* dicendum fuisse ex nostri sermonis consuetudine videatur.

§. 7. Consedit et — castra communit] Nipperdeius, ne quis ante *consedit* desideret *itaque*, conferre iubet 1, 23 §. 1, quem locum colon ab eo post *existimavit* ita, ut hoc loco post *existimabat*, positum similem huic facere in dissimili temporum ratione non potest. Atque illius modi asyndeta plura in adn. monstravi: huic simile unum idque minus durum inveni Civ. 1, 70: *Conclamatur ad arma, atque omnes — contendunt. Erat in celeritate omne positum certamen —. Confecit prior iter Caesar atque ex magnis rupibus nactus planitiem in hac contra hostem aciem instruit.* Alterum non ita dissimile est 7, 79: *Postero die — copias — constituunt. Erat ex oppido Atesia despectus in campum. Concurrunt his auxiliis visis; fit gratulatio inter eos, atque omnium animi ad laetitiam excitantur.* In his non modo desiderari, sed ne ferri quidem *itaque* potest. Quod si quo loco, ut hoc, potest, tamen, si omissum a scriptore est, aliam rerum imaginem animo eius obversatam statuere neque desiderare id, quod ipse omittendum putavit, debemus. Cf. Civ. 3, 55: *Aetolia, Acarnania, Amphilochis — receptis tentandam sibi Achaiam ac paulo longius progrediendum existimabat Caesar. Itaque eo*

haec, etsi erant exigua per se, vix hominum milium septem, praesertim nullis cum inpedimentis, tamen angustiis viarum quam maxime potest, contrahit eo consilio, ut in summam contemptionem hostibus veniat.
8 Interim speculatoribus in omnes partes dimissis explorat, quo commodissime itinere vallem transire possit.

50. Eo die parvulis equestribus proeliis ad aquam
2 factis utrique sese suo loco continent: Galli, quod ampliores copias, quae nondum convenerant, exspecta-
3 bant; Caesar, si forte timoris simulatione hostes in suum locum elicere posset, ut citra vallem pro castris

inpedimentis] Voss. A. Egm. Par. A. (Bong. A.) Vind. A. non *imp.*

contemptionem] *conteptionem* Vrat. C. *contemptione* Hamb. *contentionem* Dr. A. Vrat. A. Viud. A. Goth. B et a m. pr. A. *contemtionem* In. Oud.

§. 8. commodissime] *commodissimo* And. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Oud. 2, qui in ed. 1 nihil nisi *recte* ad lectionem And. et Leid. A. adscripsit. Et recte illam habere nemo negaverit; sed non minns recte habet adverbium, quod si a scriptore positum fuit, facile in adiectivum mutandum librariis videri potuit, adiectivi loco poni ab iis nisi per errorem non facile potuit. Errore autem cur positum credamus quod bonum et aptnm sit, nulla est causa. De adverbii collocatioue dictum est in adn. cr. ad 4, 38 §. 2.

vallem] *valles* „MSS. 12“ Bong. ABC. Pet. Pal. Voss. A. Egm. Carr. cod. Turr. Par. A. Dr. AB. Vrat. AC et a m. s. margo B. Goth. AB. Hamb. Vind. CDEFI. edd. ante Ven. f. om. Gott. Voss. C. Vrat. B a m. pr. iuc. *valles*, si sequeretur *transiri*, pro vero habendum esset: cnm in *transire* consentiant omnes, *vallem* probare debemus.

Calenum misit eique Sabinum et Cassium cum cohortibus adiungit. Quorum cognito adventu etc. — Praeter asyndeton h. l. memorabile est praemissum praesenti perfectum: *consedit et communit*, quod idem Civ. non solum 1, 70, sed etiam 3, 55, praeterea ib. c. 37 §. 4 et ab Hirtio 8, 54 §. 3 factum videmus, alia fortasse aliis in verbis ratione accedente, commnni vero hac, ut opinor, quod perfectum diutius in re consideranda legentis animum retinet.

veniat] Cf. 1, 31 §. 2 et 3, 17 §. 5.

Cap. 50. §. 3. in suum locum] Ad vulgarem pronominis significationem, quae §. 1 in verbis *utrique sese suo loco continent* sufficiebat, hic notio accedit aequi et commodi, et *suum* locum Caesar dicens eundem hosti alienum et contrarium demonstrat. Similiter Civ. 1, 61 §. 3: *suis locis bellum in hiemem ducere cogitabant.* 3, 44 §. 6: *suis locis sagittarios funditoresque mittebat.* ib. 84 §. 2: *aciemque instruxit — suis locis.* Nec aliter Cic. pro Quint. c. 5 (§. 19): *ut eum suis conditionibus in ipso articulo temporis adstringeret.*

proelio contenderet: si id efficere non posset, ut ex-
ploratis itineribus minore cum periculo vallem rivum-
que transiret. Prima luce hostium equitatus ad castra 4
accedit proeliumque cum nostris equitibus committit.
Caesar consulto equites cedere seque in castra recipere 5
iubet; simul ex omnibus partibus castra altiore vallo
muniri portasque obstrui atque in his administrandis
rebus quam maxime concursari et cum simulatione agi
timoris iubet.

51. Quibus omnibus rebus hostes invitati copias
traducunt aciemque iniquo loco constituunt; nostris 2
vero etiam de vallo deductis propius accedunt et tela
intra munitionem ex omnibus partibus coniiciunt prae-
conibusque circummissis pronuntiari iubent, seu quis
Gallus seu Romanus velit ante horam tertiam ad se
transire, sine periculo licere: post id tempus non fore
potestatem; ac sic nostros contempserunt, ut obstru- 3
ctis in speciem portis singulis ordinibus cespitum, quod
ea non posse introrumpere videbantur, alii vallum

Cap. 50. §. 3. id efficere] *deficere* Dr. B. *id fieri* Cu. S. Ox. Leid. A. Hav. A. St. *id fieret* Vind. A. Hoc ex illo negligentia librarii factum videtur: illud quomodo ex vulgato, quod optimum et planissimum est, fieri potuerit, non liquet.

§. 5. agi timoris] Par. A. Boug. A. Pl. Dr. B. Vrat. AC. Goth. AB. Vind. AEF(I). edd. ante Oud. excepta Graev., quae *timoris agi* habet, quod Oud. tacite et imprudens, ut opinor, ex Graeviana recensione, in quam suam instruebat, repeti est passus. Idem ex meis Dr. A. Vrat. B. Hamb. et Gu. exhibent.

Cap. 51. §. 1. traducunt] *transducunt* Goth. A. (Vind. I.) Ald. b. Lips. et sqq.

§. 3. contempserunt] *contemserunt* Dr. B. Oud.

ea] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Voss. C. et a m. s. Gott. *eas* Boug. ABC. Pet. Pal. Voss. A. Egm. Lov. Lb. Fabr. Carr. cod. Turr. Par. A. Dr. AB. Vrat. AC. Goth. AB. Hamb. Vind. BCDEFI. edd. ante Ald. *ad eas* Gott. a m. pr. Vrat.

§. 4. Prima luce — committit] Itaque statuendum videtur nocte ampliores, quas exspectaverant, copias convenisse.

cum nostris] Adhiberi hoc potest ad eam quaestionem, quae est de anastrophe praepositionis, quam recte tractavit Handius Turs. 2 p. 168.

§. 5. recipere iubet — timoris iubet] De huiusmodi repetitione dictum est ad 1, 3 §. 3. Cf. Cic. Att. 2, 7: *illa* (legatio) *opima ad exigendas pecunias Druso, ut opinor, Pisaurensi an epuloni Vatinio reservatur: haec ieiuna tabellarii legatio datur ei, cuius tribunatus ad istorum tempora reservatur.* — Quod *timoris* interiecto verbo separatum a suo nomine est, soni causa factum videtur, qui ita dirempto etiam maior accidit quam §. 3 praeposito.

4 **manu scindere, alii fossas complere inciperent. Tum Caesar omnibus portis eruptione facta equitatuque emisso celeriter hostes in fugam dat sic, uti omnino pugnandi causa resisteret nemo, magnumque ex iis numerum occidit atque omnes armis exuit.**

B. Gu. inc. *introrumpere* (quod in Vind. A. ante *non posse* positum, in Vind. C. et a m. pr. in Goth. A. *intrarumpere*, in Carr. cod. Turr. et Hamb. *interrumpere* scriptum est) si transitivum esse volumus, eius loci, in quem introrumpatur, nomen adiunctum habere potest, velut h. l. *castra: portas introrumpere* dici nemo potest nisi forte in ipsis portis locum capturus. Itaque *eas* vitiosum, *ea* verum et ex incorrupto fonte ductum putandum.

§. 4. hostes in fugam dat] Bong. B. Voss. A. Gott. Egm. Fabr. Par. A. Bong. A. Pl. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. BF. edd. ante Ald. Gr. b. Frell. *hostem i. f. d.* Vind. C. *d. hostes in f.* Vind. A. St. *h. d. i. f.* reliquae edd. tacentibus Oud. et Elberl. (*hosteis* Ald. a. Gr. a.)

iis] Bong. A. Fabr. et Pl. Goth. AB. *hiis* Vrat. C. *his* Dr. B. Vind. A(EFI). edd. ante Oud. *eis* „Lov. Voss. ABC. Egm. Gott. al. Al. *his*, *iis*." Voss. A. Egm. Gott. Fabr. Dr. A. Vrat. AB. Hamb. (Par. A.) Oud.

exuit] *exsuit* Ald. b. Lips. Oud. Cf. adn. cr. ad 3, 6 §. 3.

Cap. 51. §. 3. manu] non instructa instrumentis ad vimina, crates, sarmenta etc. diruenda, quemadmodum Hausius statuebat, sed, quod vere contemnentium Romanos esset, nuda. Sic paulo ante *manibus* terram exhausisse dicti sunt c. 42 §. 3. Alterum contemptus signum hoc erat, quod etiam illis in partibus, in quibus fossae nondum erant completae, tamen vel scalis enisi vel alii ab aliis sublevati vallum scindere incipiebant. Cf. ad 3, 5 §. 1 adscripta. Itaque minus accurate Frontinus Strateg. 3, 17 §. 6 quam Polyaenus Strateg. 8, 23 §. 7 hanc rem tradidit. Ille enim scribit: *Galli praesumta iam victoria velut ad praedam castrorum tendentes fossas implere et vallum detrahere coeperunt.* hic vero: *οἱ μὲν ἔχουν τὰς τάφρους, οἱ δὲ ἀνέσπων τὰ σταυρώματα.*

§. 4. equitatuque emisso] Hoc non declarandi prioris causa, sed eo adiectum est, ut eruptionem a legionibus factam et una cum legionibus equitatum quoque e castris emissum esse intelligeretur. Nam solo equitatu Caesarem in tot milia hostium eruptionem fecisse quis credat? Neque vero sine causa scriptor equitatum nominatim significandum et hoc ad prius illud, quod alibi, ut 3, 19 §. 2 (*Sabinus — subito duabus portis eruptionem fieri iubet*) sufficiebat, addendum putavit. Cum enim semel equitum operam commemorasset, in sequentibus autem brevitatis gratia iterum mentionem eorum facturus non esset, hoc addito nihil, quod scire lectoris interesset, indictum reliquit. Polyaeno tamen id fraudi fuit, ut equitatum non ex castris, sed ex loco aliquo superiore et ex insidiis emissum statuerit: *ὁμοῦ δὲ συνεξώρμησαν ἐκ μὲν τοῦ χάρακος ἄρτιοι πεζοί, ἀπὸ δὲ τοῦ ὑπερδεξίου μετὰ Καίσαρος ἱππεῖς κατὰ νώτου.*

omnino pugnandi causa] Cf. ad 4, 2 §. 6 et ad 4, 1 §. 7 adnot.

52. **Longius prosequi veritus, quod silvae paludesque intercedebant neque etiam parvulo detrimento illorum locum relinqui videbat, omnibus suis incolumibus copiis eodem die ad Ciceronem pervenit. In-** 2
stitutas turres, testudines munitionesque hostium admiratur. Legione producta cognoscit non decimum quemque esse reliquum militem sine vulnere. Ex 3

Cap. 52. §. 1. prosequi] *persequi* Palm. Pet. Pal. Leid. B. *persequi noluit* And. Ox. Par. B. *prosequi noluit* Leid. A. S. Hav. A. Vind. A. St.

etiam] *enim* cod. Ciacc. Brant Lov. Hamb.

illorum] „MSS. longe plurimi et meliores" cod. Steph. sec. Hotom. Bong. AB. Voss. A. Egm. Hav. A. Vind. A. *illum* cod. Brant. omnes Clarkii (Reg. N. Voss.) Pet. Pal. Gott. Bong. C. Voss. C. Duk. Dorv. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Vind. BDE(CFI). edd. ante Ald. St. Gr. b. Frcil. P. Man. Ald. b. Turr. Cl. *ullum* Lips.

locum] *l. eos* Leid. A. Ox. Hav. A. Vind. A. *loca* And. „certo indicio altius uicus latere."

copiis] *corpus* Vrat. C. *copiis* in Vind. I. ante *incolumibus* positum, in And. Ox. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. St. omissum, in Ald. a. ante correctionem puncto a sequentibus est separatum. Atque hanc pravam interpunctionem primum inserendi verbi *noluit*, deinde eiiciendi nominis *copiis* occasionem dedisse, reliquam autem varietatem codicum, ex qua Oud. altioris ulceris suspicionem ducebat, eo subnatam arbitror, quod *locum relinqui* proprie dictum videretur. Itaque alius *eos* potius quam *locum* dicendum fuisse putabat *non parvulo detrimento illorum relinqui* a Caesare *omnibus suis incolumibus*, et hanc etiam ob causam longius eum persequi vel prosequi eos noluisse, idque, ut fit, una cum eo, pro quo ponendum putabatur, in Leid. A. etc. scriptum est; alius *detrimento* per se satis clarum ratus *illorum* ad sequentia referens *loca* aptius dici statuebat, quod in And. legitur. Simili errore aliis *illorum* in *illum* mutandum videbatur, quod plures, quam Oud. putabat, codices occupavit. Ceterum in *Corrigendis* Aldus pro *copiis*, *Eodem* reponi iubet *copiis*, *in eodem*, quod rursus correctione eget.

§. 2. Legione producta] *p. l.* Vind. A. Oud. Eiberl. tacens uterque.

reliquum] Bong. ABC. Pet. Voss. A. Gott. Egm. Lb. Fabr. Pet. Bong. C. Cuna. cod. Turr. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth.

Cap. 52. §. 1. prosequi] Cf. adn. ad c. 9 §. 7.

neque etiam parvulo] Ad summam sententiam nihil interest, utrum hoc pro *ac ne parvulo quidem*, an *etiam* pro *vel* positum accipiatur. Cf. Handii Turs. 2 p. 553 et 567. Sed magis consentaneum est posterius. Similiter Civ. 1, 5 §. 1: *nec tribunis plebis sui periculi deprecandi neque etiam extremi iuris intercessione retinendi — facultas tribuitur.*

locum relinqui] Cf. c. 35 §. 4: *nec virtuti locus relinquebatur.* 6, 42 §. 1: *ne minimo quidem casu locum relinqui debuisse.*

his omnibus iudicat rebus, quanto cum periculo et
4 quanta cum virtute res sint administratae. Ciceronem pro eius merito legionemque conlaudat; centuriones singillatim tribunosque militum appellat, quorum egregiam fuisse virtutem testimonio Ciceronis cognoverat. De casu Sabini et Cottae certius ex captivis
5 cognoscit. Postero die concione habita rem gestam
6 proponit; milites consolatur et confirmat: quod detrimentum culpa et temeritate legati sit acceptum, hoc aequiore animo ferundum docet, quod beneficio deorum inmortalium et virtute eorum expiato incommodo neque hostibus diutina laetatio neque ipsis longior dolor relinquatur.

53. Interim ad Labienum per Remos incredibili celeritate de victoria Caesaris fama perfertur, ut cum

AB. Vind. Cl(F). edd. ante Ald. Gr. b. Frell. *relictum* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. St. P. Man. Turr. et sqq. quod reprehendi non potest. Sed alterum non minus probabile est. Cf. 1, 12 §. 2: *quartam vero partem citra flumen Ararim reliquam esse.*

§. 3. his] *iis* Bong. A. Par. A. Lov. Fabr. *hiis* Voss. A. Gott. Fabr. Vrat. ABC. om. Vind. C. et a m. pr. Dr. A.

§. 4. conlaudat] Bong. A. Voss. A. Par. A. non *coll.* (*colaudat* Med. a. *eius mandat al' laudat* Hamb.)

§. 6. inmortalium] Egm. Vind. A. non *imm.*

laetatio] Faerni liber sec. Urs. in Not. et Emend. cod. Steph. sec. Hotom. cod. Brant. Bong. AB. Voss. A. Egm. Pal. Ox. Duk. Dorv. Carr. cod. Turr. Par. A. Dr. AB. Vrat. AC. Goth. B. Vind. C. Rom. a. Lips. et sqq. *lectatio* Hamb. *laetitio* Voss. B. *laetitia* „al." Gott. Par. B. Vrat. B. Gott. A. Vind. A(F). Hav. A. Ven. a. inc. Med. a. et sqq. usque ad Lips., qui duobus libris Faerni et Steph. sane non debebat tantum tribuere, ut nomen insolitum pro usitato reponeret. Nunc quidem tot librorum suffragio et analogia satis tutum videtur.

§. 4. appellat, quorum] Vid. ad c. 1 §. 1 verba *quos legionibus praefecerat* adscripta.

§. 6. hoc] ablativus est causae, ad quem refertur sequens *quod*, ut Cic. Fam. 14, 3 §. 1: *Ego autem hoc miserior sum, quam tu, quae es miserrima, quod ipsa calamitas communis est utriusque nostrum, sed culpa mea propria est.* nec diversus ab illo, qui et ipse cum comparativo coniunctus legitur 6, 23 §. 3: *simul hoc se fore tutiores arbitrantur*, qui ad antecedentia est referendus.

neque ipsis longior dolor] Male memor huius loci Paulus Manutius fuit, dum Ciceronis verba ad Q. Fr. 3, 8 §. 3 *de virtute et gravitate Caesaris, quam in summo dolore adhibuisset, magnam ex epistola tua accepi voluptatem* ad hanc cladem refert, cum ad mortem filiae spectent.

Cap. 53. §. 1. per Remos] Hoc non aliter dictum est atque

ab hibernis Ciceronis milia passuum abesset circiter
LX. eoque post horam nonam diei Caesar pervenisset,
ante mediam noctem ad portas castrorum clamor ore-
retur, quo clamore significatio victoriae gratulatioque
ab Remis Labieno fieret. Hac fama ad Treviros per- 2
lata Induciomarus, qui postero die castra Labieni op-
pugnare decreverat, noctu profugit copiasque omnes in
Treviros reducit. Caesar Fabium cum sua legione 3

Cap. 53. §. 1. oreretur] Bong. A. Voss. A. sec. Fabr. et Oud. Vrat. A. Par. A. *orireretur* Dr. B. *orriretur* Hamb. *oriretur* reliqui codices et editiones, tacente Pl., cuius silentio minus tribuendum, quam diserto Fabr. et Oud. testimonio. Civ. 3, 94 §. 3 *oriretur* in omnibus libris, sed 6, 9 §. 5 et 7, 28 §. 6 *oreretur* in duobus tribusque antiquissimis legitur. Idem saepe apud Livium, de quo dixerunt interpretes ad 23, 7 §. 8 et 16 §. 7, et apud Tacitum Ann. 2, 47. 15, 51. 52. et Suetonii Tib. 37 exstat, quo loco Ernestius haec adscripsit: „E Memmiano codice Burmannus habet *oreretur*. Et sic videtur in textu scribi voluisse ex eodem cod. *poteretur* Caes. c. 64. Cur ergo aliis locis est *potiretur* etiam in Memm., v. c. Ner. c. 35? Si Suetonianum est *oreretur*, *poteretur*, h. e. si ratione quadam inductus ita scripsit: certe omnibus locis sic scripsit. Saepe hac inconstantia in scribendi formula peccant Critici nostri, etiam magnus ille Nic. Heinsius, inprimis in Virgiliano contextu.“ Haec vero inconstantia non criticis exprobranda, sed scriptoribus, si codices fide digni adsunt, relinquenda est, quorum aliis aliae variandi sermonis causae esse potuerunt. Ac Caesarem quidem nonnulla ad 2, 23 §. 1 vidimus in libris de analogia scriptis probavisse, quae minime semper in commentariis usurpaverit. Quamvis igitur *oreretur* praeferret, tamen semel posuit alterum, quod et ipsum non vitiosum esse intelligeret. Hirtius Alex. c. 65 §. 1 *orirentur* an *orerentur* scripserit, non satis liquet, sed prius est verisimilius. Ciceronem et Nepotem Struvius (über die lateinische Declination und Conjugation p. 201) et Baumstarkius pariter atque Caesarem semper *orirer* dixisse aiunt; sed Nepotis Timol. 3, 3, quem locum citavit Baumst., nihil eiusmodi legitur. Ceterum *potiri*, quod Ernestius huic coniunxit, artius quartae coniugationi illigatum est, et *potirentur* 1, 30 §. 2 omnes codices tenent praeter Bonnensem, qui habet *poterentur*.

§. 3. Fabium cum sua legione remittit in hiberna] *c. s. l. F.* illud 4, 21 §. 5: *consilio eius cognito et per mercatores perlato ad Britannos;* ratio autem perferendae famae non ea, quae 7, 3 describitur, Gallorum propria, sed communis Romanorum, et clamor paulo post memoratus non postremus victoriae nuntius, sed primus et eius generis, quod supra c. 37 §. 3 demonstratum est, fuisse videtur. Intererat Remorum, ut Labienus quam primum de Caesaris victoria certior fieret. Itaque quanta maxima poterant celeritate nuntium acceptum ad eum perferebant. Qui si tamen hac in re populari illo instituto usi sunt, Caesari haec scribenti minus id cognitum fuisse statuendum est.

remittit in hiberna, ipse cum tribus legionibus circum Samarobrivam trinis hibernis hiemare constituit et quod tanti motus Galliae exstiterant, totam hiemem ipse ad
4 exercitum manere decrevit. Nam illo incommodo de Sabini morte perlato omnes fere Galliae civitates de bello consultabant, nuntios legationesque in omnes partes dimittebant et quid reliqui consilii caperent atque unde initium belli fieret, explorabant nocturnaque in
5 locis desertis concilia habebant. Neque ullum fere totius hiemis tempus sine sollicitudine Caesaris intercessit, quin aliquem de consiliis ac motu Gallorum

r. i. h. Dr. B. (hic *sabium*) Vrat. C. Goth. B. Hamb. (hic *yberna*) Vind. DF. edd. ante Ven. f. *F. c. l. s. r. i. h.* Vind. E. *F. c. l. r. i. s. h.* St. *F. c. l. i. s. r. h.* Leid. A. S. Ox. Pet. Confl. Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. et sqq. „*sua* del. Aic. an e Ms." Reliquorum codicum inque iis Bong. A. Par. A. Voss. A. et ed. Ven. f. Gr. b. Frell. lectio hoc commodi habet, quod Fabium cum *sua* legione, h. e. cum eadem, quacum venerat, remissum in *hiberna* audientes dubitare non possumus, quin *sua* in hiberna seu in ea, unde venerat, remissus sit, cum *legione* remissum legentes nescimus, quam secum in sua hiberna ducendam acceperit. Quamquam fatendum est ignorationem istam non nimium esse molestam et facile quemlibet eam potius, quam antea habuerat Fabius, quam aliam legionem significatam credere, Caesarem porro in his de bello Gallico libris nusquam ulli legato legionem ita attribuere, ut *suam* habuisse eum dicat, hiberna vero paulo post §. 7 Roscio ita attribui, denique in Aldina lectione commodiorem hibernorum quam in altera legionum esse oppositionem.

Samarobrivam] *Samarobrivam* Vind. F. *Samarobrium* „MSS. vetustiores multi" Bong. ABC. Voss. A. Egm. Par. A. Dr. B. Vind. ACI. Goth. A. *Samarobrum* Pet. sec. Confl. et Fabr. Vrat. A. *Samarobrinam* Dr. A. Vrat. B. Goth. B. Hamb. Vind. D. edd. ante Lips. Graev. (*Samarobriam* Ven. b.) Cf. c. 24 §. 1 et 47, 2.

§. 5. consiliis] *conciliis* And. Ox. S. Leid. A. Ald. et sqq. *Concilia* illa, quae modo dicti sunt Galli nocturna in locis desertis habuisse, per hiemem continuata esse verisimile non videtur, nec satis commode tamquam novum hoc ad illud modo

§. 4. reliqui] Perperam Metaphrastes, Sincerus, Heldius hoc pro genitivo habent, ut *caperent* verbi subiectum idem sit, quod *explorabant*, coniunctivus autem uterque necessitatem significet, cui *explorandi* notio repugnat, ad veritatem pertinens eorum, quae vel fiunt vel facta sunt. Neque vero nuntiis in omnes partes dimittendis efficere poterant, ut quod ipsis consilium capiendum superesset, intelligerent, sed de reliquorum consiliis certiores fieri volebant, si forte hi idem, quod ipsi, sentirent et de bello bellique inferendi principibus consultarent. Itaque *reliqui* eodem numero habendum, quo *hostes* 3, 24 §. 1 in verbis *quid hostes consilii caperent*, *exspectabat*.

nuntium acciperet. In his ab Lucio Roscio quaestore, quem legioni tertiae decimae praefecerat, certior factus est magnas Gallorum copias earum civitatum, quae Armoricae appellantur, oppugnandi sui causa convenisse neque longius milia passuum octo ab hibernis suis afuisse, sed nuntio allato de victoria Caesaris discessisse adeo, ut fugae similis discessus videretur. 6

dictum adiiceretur. Itaque praestat *consiliis*, quod non solum Bong. et Voss. A. cum reliquis Oud. eorumque affines Par. A. Dr. A. Vrat. A. et reliqui, sed etiam Hav. A. Vind. A. exhibent; quamquam in tanta vocabulorum similitudine codicum genera confundi a librariis solent. Etiam Oud. *consiliis* „non male hoc loco" legi sentiebat.

§. 6. quaestore] *legato* And. Ox. Goth. A. Hav. A. Vind. A(Fl). Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. et sqq. Cf. adn. crit. ad c. 24 §. 3 et 25, 5.

tertiae decimae] Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Vind. DEF. *XIII* Vind. A. Ald. b. Lips. et sqq.

factus est] „MSS. plerique" Bong. AB. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Par. A. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. ABEF. *factus* Vrat. A. *est factus* editi. Vid. ad 2, 27 §. 1 in adn. crit. adscripta.

milia passuum] *milium p.* „MSS. octo" Bong. AB. Pet. Pal. Voss. A. Egm. Par. A. Vrat. A. *millibus p.* Bong. C. Voss. B. Vind. F. Ven. f. St. Gr. b. Frell. *milibus p.* Dr. B. Goth. A. Vind. C(l). *mille passus* Vind. A. *passuum*, in m. add. *milia*, Dr. A. Secundum haec dubitari potest, *milia* an *milibus* pro genuino habendum sit.

afuisse] Bong. A. Voss. A. Egm. Par. A. *abfuisse* Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Hamb. Gott. sec. Elb. Vind. B(DEF). Rom. a. Med. a. Ven. bc. Ber. Ald. ab. Gr. a. St. Turr. Lips. In. Gr. Dav. Cl. *abluisse* Ven. d. *affuisse* Vrat. A. Ven. e. *fuisse* And. Hav. A. Vind. A. *constitisse* V. C. Urs. Not Leid. B. marg. Duk. Goth. A. Vind. CI. Ven. f. Vasc. Gr. b. (Frell.) Cf. adn. crit. ad 1, 36 §. 5.

§. 6. In his] sc. quae ex omni Gallia ad eum afferebantur, quorum significatio in proximis verbis inest.

quae Armoricae appellantur] Eas nominatim scriptor recenset 7, 75, in iisque nonnullas refert supra iam commemoratas, unde Ukertus Gall. p. 332 probabiliter commune hoc earum nomen postmodum ei innotuisse colligit. Significationem autem eius nominis ne tum quidem, cum haec scribebat, cognitam habuisse videtur, quandoquidem septimo demum libro eam declarat verbis *quae Oceanum attingunt*; quam declarationem Hirtius confirmat 8, 31: *civitates positae in ultimis Galliae finibus, Oceano coniunctae*. Itaque suspicari licet hunc locum integrum esse ex Ephemeridibus in Commentarium translatum.

adeo, ut] Horum prius non posse ad verbum *discessisse* referri existimans Heldius *festinanter* vel tale quid cogitatione

54. At Caesar principibus cuiusque civitatis ad se evocatis alias territando, cum se scire, quae fierent, denuntiaret, alias cohortando magnam partem Galliae

Cap. 54. §. 1. evocatis] „Bong. A. Voss. A. Lov. Egm. Aic. 7 al. Inc." Bong. AB. Pal. Voss. A. Gott. Egm. Lov. (Par. A.) meorum plerique cum Gu. Vind. EF. *convocatis* Leid. A. *vocatis* Hav. A. Goth. A. Vind. AC(I). edd. ante Oud. Cf. adn. cr. ad 4, 20 §. 4.

cum] *eum* Vind. B. *al. cum* Cu. sec. Fabr.

se scire, quae fierent] *sciret deficere* And. Cu. Hav. A. Vind. A.

denuntiaret] om. And. Cu. Hav. A. Vind. A. post *cohortando* „omnes fere" Bong. AB. Voss. A. Gott. Egm. Lbb. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. BCF. edd. ante Ald. „unde coniicias initio tantum fuisse *territando*, *se scire quae fierent*, *alias coh*." Oud. cui coniecturae satis blandae (cf. c. 6 §. 4) multum auctoritatis accederet, si ex eo, quod de Cu. refert Fabr., pro certo colligi posset *cum* coniunctionem in eo exemplari, unde Cu. et And. Hav. A. Vind. A. originem ducunt, non comparuisse.

addendum censet; quod probari nequit. Discessus ipse quamquam per se neque augeri neque minui potest, tamen qui ita discedit, ut fugere videatur, is propius ad fines, quibus actio discedendi continetur et a fugiendi actione separatur, accedit et maiorem eius quasi regionis partem emetitur, quam qui lento gradu abit, ideoque verius et certius discedere dici potest, quam qui citra fines illos consistit. Simili modo *adeo*, *ut* non solum iis locis, quos Heldius comparat, Civ. 1, 74 §. 4 et 2, 28 §. 1, sed etiam multis aliis a Germanici sermonis indole minus alienis usurpatur, ut Civ. 1, 80 §. 5: *Pugnatur acriter ad novissimum agmen, adeo, ut paene terga convertant*, quod non idem est ac *pugnatur adeo acriter*. Ib. 3, 15 §. 4: *summisque angustiis rerum necessariarum premebantur, adeo, ut cogerentur — aquam Corcyra — supportare*. Ib. c. 58 §. 3: *Erat summa inopia pabuli, adeo, ut foliis — equos alerent*. Gall. 8, 38 §. 5: *Cogitur in eius supplicium Caesar contra naturam suam —, adeo, ut verberibus exanimatum corpus securi feriretur*. Eodem pertinent illa, quae Handius Turs. 1 p. 142 n. 3 ad quorundam scriptorum usum refert. Proxime ad id, de quo agimus, accedit quod 6, 37 §. 2 legitur: *Germani — in castra irrumpere conantur, nec prius sunt visi, obiectis ab ea parte silvis, quam castris appropinquarent, usque eo, ut qui sub vallo tenderent mercatores, recipiendi sui facultatem non haberent*. Praeterea cf. *sic*, *ut* supra c. 11 §. 1 et 17, 2.

fugae similis discessus] Cf. Plancus ad Cic. Fam. 10, 23 §. 3: *Dedi operam deum benignitate, ut et celeriter me reciperem et hic discessus nihil fugae simile haberet*.

Cap. 54. §. 1. alias] Male Sincerus *civitates* audire iubet. Cf. c. 57 §. 3. 2, 29 §. 4. 3, 21 §. 3. (de quo loco falsum praedicat Haud. Turs. 1 p. 222 n. 6.) Civ. 1, 59 §. 2 et 64 §. 2.

in officio tenuit. Tamen Senones, quae est civitas 2
in primis firma et magnae inter Gallos auctoritatis, Cavarinum, quem Caesar apud eos regem constituerat, cuius frater Moritasgus adventu in Galliam Caesaris cuiusque maiores regnum obtinuerant, interficere publico consilio conati, cum ille praesensisset ac profugisset, usque ad fines insecuti regno domoque expulerunt et missis ad Caesarem satisfaciendi causa legatis, cum

§. 2. satisfaciendi] „MSS. plerique" Bong. A. Dr. A. Vrat. B. Goth. A. Vind. ABC(1). Hamb. (hic post *causa*) St. Gr. b. Freil. *satisfaciundi* Par. A. Dr. B. Vrat. AC. Goth. B. Id Oud. ut erat vetustatis amator, cum reliquis editoribus tenuit, nec respuisse Caesar videtur, cum codices optimi eum 1, 7 §. 4 *faciundi*, 5, 41 §. 4 *faciundae*, Civ. 1, 41 §. 4 *faciundo*, 5, 29 §. 2 *interficiundi*, 3, 6 §. 2 *potiundorum* et 5, 52 §. 6 *ferundum* scripsisse ostendant, quamquam 4, 34 §. 5 *faciendae*, 5, 19 §. 3 *faciendis*, 23 §. 4 et Civ. 2, 18 §. 1 et 3, 24 §. 1 *faciendas*, 5, 33 §. 3 et Civ. 3, 44 §. 1 *faciendum*, 7, 38 §. 8 et Civ. 1, 72 §. 3 *interficiendos*, Civ. 3, 104 §. 2 *interficiendum*, Gall. 1, 33 §. 5 *ferendus*, 3, 18 §. 4 *ferendi*, 4, 2 §. 6 *ferendum* haud dubie scripsit. Sed ista pauca sunt et rara, neque admodum frequentia fiunt adiectis his, quae Oud. secundum deteriores codices pleraque, nonnulla contra omnes in ordinem recepit: *faciundum* 1, 13 §. 1 et 31 §. 14. 5, 46 §. 3. 7, 87 §. 5. *faciundi* 4, 17 §. 2. *conficiundi* Civ. 2, 39 §. 2. *perficiundis* Civ. 3, 2 §. 1. *capiundum* ib. 41 §. 2. *diripiundas* ib. 31 §. 4. *regrediundi* 5, 44 §. 6. *gerundi* 3, 10 §. 1 et 6, 22 §. 3. quibus cum codices plus minus refragantur, tum alterius formae certa obstant exempla haec: *conficiendi* Civ. 1, 29 §. 1 et 3, 2 §. 2 et 51 §. 7. *conficiendam* Civ. 1, 3 §. 6. *conficiendas* Gall. 1, 3 §. 2 et 3 et 4, 11 §. 3. *perficiendis* 7, 56 §. 1. *perficiendi* ib. 37 §. 6 et Civ. 3, 60 §. 5 et 63 §. 4. *perficienda* Civ. 2, 1 §. 4. *capiendum* 7, 27 §. 1 et 36 §. 3 et 59 §. 3 et Civ. 3, 77 §. 3. *capiendam* 7, 26 §. 3. *capiendis* ib. 46 §. 5. *capiendo* ib. 77 §. 7. *capiendi* 4, 14 §. 2. *capienda* ib. 13 §. 3 et Civ. 3, 44 §. 6. *diripiendos* 6, 34 §. 8. *diripiendum* Civ. 3, 80 §. 6. *egrediendum* 4, 23 §. 4. *progrediendum* Civ. 1, 81 §. 1 et 3, 55 §. 1. *gerendi* Gall. 1, 41 §. 1 et 4, 22 §. 2 et 7, 63 §. 4 et Civ. 3, 97 §. 1. *gerendae* 5, 57 §. 1 et 7, 44 §. 1 et Civ. 1, 28 §. 2 et 2, 38 §. 2. *gerendam* Civ. 3, 43 §. 3. *gerendum* Gall. 1, 41 §. 2 et 2, 9 §. 5 et 3, 20 §. 1 et 4, 20 §. 2 et 7, 14 §. 2 et 32 §. 2. Itaque et h. l. *satisfaciendi* magis tutum puto, et 2, 7 §. 2 *potiendi*, quod Voss. AB. Vind. I. Ven. f. et cum *v* super *e* Bong. A. exhibent, cum in Par. A. *potiundi* cum *e* super *u* scriptum sit, nunc praeferendum censeo, *perficiundi* autem, quod Nipperdeius Civ. 1, 73 §. 3 ex uno Par. B. recepit, probare non possum.

§. 2. regem] Cf. ad 4, 21 §. 6 adscripta.

adventu] Vid. quae supra ad c. 3 §. 6 dixi.

is omnem ad se senatum venire iussisset, dicto audientes non fuerunt.
3 Tantum apud homines barbaros valuit esse aliquos repertos principes inferendi belli, tantamque omnibus voluntatum commutationem attulit, ut

§. 3. esse aliqnos repertos] „MSS.“ Voss. A. Gott. Egm. Bong. A. Pl. Par. A. Vrat. A. Goth. A. Vind. ACl. Ven. f. St. *e. r.* Bong. B. *a. e. r.* Dr. A. Vind. B. Gu. *a. r. e.* Vrat. B. *e. r. a.* Dr. B. Goth. B. Vrat. C. Hamb. edd. rell.
inferendi belli] „MSS. plerique“ Voss. A. Gott. Egm. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. Vind. BCl. Ven. f. *b. i.* Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. (hic *inferr.*) Vind. A. edd. rell. (*interferendi* Ven. de.)
omnibus voluntatum commutationem] *o. voluntatu conmutacionem* Gott. Fabr. *o. voluptatum* c. N. *o. volunptatum conuitationem* Hamb. *o. v. commutationum* Bong. A. *o. voluntatem* c. Voss. A. Goth. A. Med. a. Ven. bcde. *o. voluntatem commutationum* Boug. B. *o. voluntatem commutationemque* Egm. Vrat. A. *o. v. commutatio* Leid. C. *o. voluntatem commutatio* Pet.

senatum] Cf. adn. ad 2, 5 §. 1.

§. 3. Tantum] Copulam a Metaphraste (τοσοῦτο δὲ) adiectam desideranti Clarkio repugnans Oud. *tantum* ἐπιφωνήματος initium esse dicit; quem si audimus, post *inferendi belli* subsistere et cogitare debemus *ut dicto audientes non fuerint*. Nam ea est epiphonematis natura, ut rel deinceps propositae magnitudinem aestimari et colligi ex eo, quod antea dictum est, iubeat. Cf. Civ. 2, 20 §. 1: *Hoc vero magis properare Varro, ut cum legionibus quam primum Gadis contenderet, ne itinere aut traiectu intercluderetur. Tanta ac tam secunda in Caesarem voluntas provinciae reperiebatur* sc. ut illud metuendum Varroni esset. At hi, qui principes inferendi belli reperti sunt, iidem fuerunt atque illi dicto non audientes, et quae sequuntur, *tantamque — attulit*, his ita coniuncta sunt, ut quod ea excipit *ut*, non possit non ad *tantum* pariter atque ad *tantam* referri. Itaque epiphonema h. l. nullum est, sed asyndeton, cui simile exstat Civ. 1, 21 §. 6: *Tanta erat summae rerum exspectatio, ut* etc. nec ita dissimile illud 6, 41 §. 3, quod in adu. ad c. 44 §. 13 adhibui.

apud] Cf. ad 1, 20 §. 5 adscripta.

principes inferendi belli] Ad hoc exemplum Salustius, quem contulit Herzogius, Cat. 24 §. 2: *Manlium — qui postea princeps fuit belli faciundi.* Item Cicero locis a Cortio ad Salust. monstratis Phil. 5, 16: *Caesar se ad neminem adiunxit: ipse princeps exercitus faciendi et praesidii comparandi fuit.* et 7, 9: *Firmani, qui principes pecuniae pollicendae fuerunt.* Denique Livius a Dübnero comparatus 40, 53 §. 6: *animadvertere in eos, qui principes et auctores transcendendi Alpes fuissent.*

omnibus voluntatum commutationem attulit] sc. Galliae populis, quorum voluntates Caesar iis rebus, quae §. 1 demonstratae sunt, usque eo sibi obstrinxerat, ut in officio mansuri viderentur. Sed horum cuique suae voluntatis itaque omnibus *voluntatum* allata est commutatio. Cf. Civ. 1, 12 §. 3: *confisus muni-*

praeter Haeduos et Remos, quos praecipuo semper honore Caesar habuit, alteros pro vetere ac perpetua erga populum Romanum fide, alteros pro recentibus Gallici belli officiis, nulla fere civitas fuerit non suspecta nobis. Idque adeo haud scio mirandumne sit, cum com- 4
pluribus aliis de causis, tum maxime quod ei, qui vir-

o. voluptatem commutatio Vrat. B. *o. voluntatis c.* Lb. Fabr. Vind. I. *omnium voluntatis c.* Aud. Ox. S. Leid. A. Par. B. Hav. A. Vind. A. Flodoardus, Ald. ab. Gr. a. St. P. Man. Turr. Lips. Iu. Gr. Dav. quod sententiam non ineptam, sed genitivorum concursum minus commodum et priorem eo loco positum habet, cui ad verbum extremum referendus casus magis convenit.

Haeduos] Egm. Fabr. *Heduos* Bong. A. Pl. Flod. et plerique. *eduos* h. l. Hamb. *Aeduos* vulgo, ut alibi.

§. 4. sit] *non sit* St.

ei, qui] Bong. A (hic cum *hi* super *ei*) B. Pet. Pal. Voss. A. Egm. Lov. Fabr. N. Voss. Cl. Par. A. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. et a m. pr. A. Hamb. Gn. Vind. BCDEI. edd. ante Ven. f. *hi qui* Reg. Dr. B. Vind. F. Ven. f. *ii qui* Goth. A. a m. sec. Gr. b. Freil. *hii qui* Gott. Fabr. *qui* Aud. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. Reliquos codices Oud. *hi* vel *ii*, vel *ei qui* scriptum habere refert. Nunc accuratius cognita eorum auctoritate Caesar videri debet h. l. *ei* vetusto more scripsisse, quemadmodum apud Plautum Pseud. 3, 2 v. 30 *ei homines* scriptum est initio senarii iambici. Alibi sane in his bell. Gall. libris constanter codices *ii* exhibent, sed Civ. 1, 86 §. 3 Pet. Leid. A. Par. B. et ib. 3, 73 §. 6 etiam plures et meliores tuen-

cipiorum voluntatibus Caesar cum eo, quod paulo ante dictum est *diffisus municipii voluntate Thermus*. Ipsa autem, quae omnibus *allata* dicitur, *commutatio* voluntatum non actio est voluntates commutantium, sed status et conditio commutatarum ad omues quasi aggressa iisque accidens. Cf. 8, 43 §. 5: *Quo facto repente perennis exaruit fons tantamque attulit oppidanis salutis desperationem, ut id non hominum consilio, sed deorum voluntate factum putarent.* Civ. 1, 11 §. 3: *tempus vero colloquio non dare neque accessurum polliceri magnam pacis desperationem adferebat.* Ib. 67 §. 4: *lucem multum per se pudorem omnium oculis — adferre.* Item 8, 10 §. 1. Civ. 3, 60 §. 2. Alex. 10, 5. 14, 4. 75, 2.

quos praecipuo semper honore Caesar habuit] Eadem dictione usus est Livius eo loco, quem Ciacconius adscripsit, l. 38 (c. 39 §. 11): *Chios quoque et Smyrnaeos et Erythraeos pro singulari fide, quam eo bello praestiterunt, et agro donarunt et in omni praecipuo honore habuerunt.* Caesar Civ. 3, 47 §. 7 addidit praepositionem: *pecus vero, cuius summa erat ex Epiro copia, magno in honore habebant.* Similiter *loco* et *in loco*, *numero* et *in numero habere* dicebant, loci significationem nunc solo ablativo exhibentes, nunc praepositione certiorem reddentes, verbo *habere* autem primum et proprie animi indicium, deinde agendi rationem consentaneam indicantes.

fuerit] Cf. adn. ad 2, 21 §. 4.

tute belli omnibus gentibus praeferebantur, tantum se eius opinionis deperdidisse, ut a populo Romano imperia perferrent, gravissime dolebant.

55. Treviri vero atque Induciomarus totius hiemis nullum tempus intermiserunt, quin trans Rhenum legatos mitterent, civitates sollicitarent, pecunias pollicerentur, magna parte exercitus nostri interfecta
2 multo minorem superesse dicerent partem. Neque tamen ulli civitati Germanorum persuaderi potuit, ut Rhenum transiret, cum se bis expertos dicerent, Ariovisti bello et Tencterorum transitu; non esse amplius

tur *ei*, quod unum nosse Diomedem ostendit Osannus Commentationis grammaticae de huius pronominis formis a. 1845 editae p. 54.

deperdidisse] *disperdidisse* Gu. et alii, quos nominavi ad 3, 28 extr. (*deperdidissent* Dr. B. Hamb. Vind. EF. *deperdisse* Vind. D. Ven. f. Ald. b.)

a] *ea* Voss. AB. Duk. Carr. cod. Turr. Goth. A. a m. pr. Vind. C. et, sup. *quia* I. *quia* alius cod. Turr. Dr. B. Vind. DF. et a m. s. Vrat. B. et Goth. A. edd. ante Ald. a. *quia a* Vind. BE. om. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. usque ad Oud.

populo Romano] *populi Romani* Carr. Vind. AD. Rom. a. Ald. et sqq. usque ad Oud. *po. Ro.* (vel *p. R.*) reliquorum plerique et Med. a. Ven. bcdef. Ber.

Cap. 55. §. 2. Tencterornm] „*Thinctherorum*, *Tencatherorum* etc. MSS. et Edd. pp.“ *Thincterorum* Voss. A. Gott. Pet. Confl. Vrat. B. Gu. *Thinctherorum* Egm. Bong. A. Pl. Par. A. Vrat. A. *Thinchterorum* Bong. AB. Fabr. *Tincthororum* Dr. A. *Tenctherorum* Dr. B. Vind. B. *Tenchterorum* Vind. EF. *Tencherorum* Vind. A. *Thenctherorum* Hamb. *Tenchaterorum* Vind. D. *Tencatherorum* Goth. B. et a m. pr. A. Vind. Cl. edd. ante Ald. *Tenchtherorum* Ald. et sqq. (*enchtherorum* P. Mau.) Cf. adn. cr. ad 4, 1 §. 1.

§. 4. praeferebantur] sc. eo tempore, quo tantam existimationis iacturam faciebant, quantam sequentia ostendunt, h. e. usque ad illud tempus, quo eam fecerunt. Cf. Civ. 3, 94 §. 5: *sed Pompeius, ut equitatum suum pulsum vidit atque eam partem, cui maxime* c o n f i d e b a t, *perterritam animadvertit*, — *acie excessit*. Alex. 19, 3: *iamque eos, qui praesidio eum locum* t e n e b a n t, *tormentis ex navibus sagittisque depulerat*.

ut a populo Romano imperia perferrent] Praepositionem, quae Oudendorpio magis ad *imperia* spectare videbatur, equidem verius et simplicius ad verbum *perferrent* referri puto, ut 2, 31 §. 4: *sibi praestare, si in eum casum deducerentur, quamvis fortunam a populo Romano pati, quam ab his per cruciatum interfici, inter quos dominari consuessent.*

Cap. 55. §. 2. Ariovisti bello] Cf. Cic. Brut. c. 21 *Viriathi bello*. Tac. Hist. 2, 27 *bello Neronis*.

non esse] Haec, etiamsi *tentandam* verum sit, maiore interpunctione separanda a superiori-

fortunam tentaturos. Hac spe lapsus Induciomarus 3
nihilo minus copias cogere, exercere, a finitumis equos
parare, exsules damnatosque tota Gallia magnis prae-
miis ad se allicere coepit. Ac tantam sibi iam his 4
rebus in Gallia auctoritatem comparaverat, ut undique
ad eum legationes concurrerent, gratiam atque amici-
tiam publice privatimque peterent.

56. Ubi intellexit ultro ad se veniri, altera ex
parte Senones Carnutesque conscientia facinoris insti-
gari, altera Nervios Aduatucosque bellum Romanis pa-
rare, neque sibi voluntariorum copias defore, si ex
finibus suis progredi coepisset, armatum concilium in-
dicit. Hoc more Gallorum est initium belli, quo lege 2

tentaturos] Hav. A. Vrat. C. Goth. AB. (Gu. Vind. EFI.) inc. Ald. et sqq. usque ad Oud. praeter St. *temptaturos* MSS. et Egm. sec. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. AB. Hamb. Vind. BC. Ven. f. *temptandam* Vind. A. edd. ante Ber. *tentandam* And. S. Leid. A. Par. B. Ber. St. Oud. cui „rectius multo et nervosius“ id videbatur. Sed *faciendum* aliquid negare decernentis est: cui frustra, ut faciat, persuadetur, is *facturum* se negat. Itaque *tentaturos* h. l. aptius est. Neque vero eo recepto *non sese* malle debebat Oud. Cf. 3, 8 §. 3: *per suos principes inter se coniurant nihil nisi communi consilio acturos eundemque omnis fortunae exitum esse laturos.*

§. 3. finitumis] Bong. A. Ox. Egm. Oud. 2. non *finitimis*. (*finitimos* Goth. A. *finitmis* Ven. b.)

exsules] *exules* al. et Oud. 2.

§. 4. his] Par. A. Bong. A. Dr. AB. Vrat. A. Goth. A. Gu. Vind. ACFI. edd. ante P. Man. Turr. *hiis* Vrat. BC. Hamb. *iis* Goth. B. P. Man. Ald. b. Lips. et sqq.

Cap. 56. §. 2. Hoc more Gallorum est initium belli] „Habet haec pro glossemate Gruterus: quam opinionem vehementer confirmat Petav. Cod., a quo omnia haec absunt, ut et varietas,

bus nulloque modo ad *expertos* referenda sunt, quo rettulit Horkelius: im Kriege des Ariovistus und beim Uebergange der Tenchtherer hätten sie zweimal die Erfahrung gemacht, daß sie das Glück nicht weiter versuchen dürften. *expertos* absolute dictum est, ut 1, 44 §. 5 *si iterum experiri velint* et 8, 36 §. 2 *in experiundo.*

§. 4. publice privatimque] Cf. adn. ad 1, 16 §. 1.

Cap. 56. §. 1. ultro] Vid. ad c. 28 §. 5 dicta.

§. 2. Hoc more Gallorum est initium belli] sc. armatum concilium indictum; quamquam in omnia concilia Gallos venisse armatos Livius auctor est 21, 20 §. 1, ubi postquam legatos Romanos peragrata Hispania in Galliam transisse narravit, ita pergit: *In his nova terribilisque species visa est, quod armati (ita mos gentis erat) in concilium venerunt.* Nam quod ibi nonnulli nomen proprium civitatis alicuius, ad quod *in his* re-

communi omnes puberes armati convenire consuerunt:

quae est in reliquis MSS." Oud. Ea quidem non magna est. Nam pro *initium belli* in Egm. et Vrat. A. *initum bellum*, in Pal. Gott. Leid. C. Dnk. Dorv. Lb. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. BCDF. inc. et rell. edd. ante Ald. et in Gr. b. et Frell. *initium bellorum* legitur; in Bong. B. proximum *quo* in *que* corruptum ad *belli* adhaesit: *bellique;* denique in Leid. A. Hav. A. Vind. A. Voss. C. et a m. sec. in Gott. pro illo *quo* scriptum est *quod.* Glossematis autem suspicionem sententia ipsa defendit. Quis enim talem Gallorum morem comminisceretur? aut quo consilio alibi inventum hoc potissimum loco insereret? Contra eiicienda videri haec poterant alicui, qui *quo* ad *armatum concilium* referens alieno scilicet additamento diremptum ab eo moleste ferret. Itaque Grutero assentiri non possum.

armati] *et a.* „MSS. 12" Bong. B. Voss. A. Egm. Gott. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. BCEFI. inc. et reliquae ante Ald., quod ita probat Oud. „ut *et* valeat τὸ *et quidem.*" Sed id ipsum describendo concilio *armato* non convenire docuit Heidius. Me magis deficiens optimi codicis testimonium et dictionis insolentia et quod saepenumero *et* a librariis perperam positum est, movet.

consuerunt] *consueverunt* Reg. N. Voss. Cl. Dr. A. Hamb. Vind. C. Ven. cdc. St. Vasc. Gr. b. (Frell.) *coguntur* Aud. Ox. Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. in. Gr. Dav. Cl. Id cum sequentibus magis congruere videtur quam *consuerunt.* Nam diram potius necessitatem ista, quam consuetudinem, quae liberum arbitrium relinquere solet, significant. Sed vim verbi restringere et ita statuere licet, hanc consuetudinem fuisse, ut qui convenirent, id quod omnes puberes facere oportebat, *armati* convenirent.

ferendum esset, excidisse aut ipsum *his* in eiusmodi nomen mutandum esse putant, eo minus probabile est, quod etiam §. 6 *gentis* nomine sine dubio Galli omnes designantur. Neque vero propter hunc Caesaris locum opus est ut quem Livius saeculo sexto morem fuisse Gallorum tradit, eum septimo exeunte depositum aut mutatum statuamus. Sed quamvis tum quoque in nullum concilium non armati venirent, tamen armatum nominari et iudici nullum solebat nisi quod initium belli esset, cuius accuratiorem descriptionem sequentia exhibent, in quibus *quo* ad *hoc* seu id ipsum, quod armatum indici et initium belli esse dictum est, pertinet; ex quo intelligitur verba *hoc — belli* neque cum Oud. in parenthesi ponenda neque maiore interpunctione a sequentibus esse dirimenda.

omnes puberes] etiam plebeii, quos ad reliqua concilia non adhibitos esse ex iis, quae 6, 13 tradita sunt, colligi potest. Nisi forte cum equitibus et nobilibus suis etiam ad illa, sed sine armis venire solebant; quae causa esse potuit, cur hoc, quo omnes puberes armati venirent, armatum concilium nominaretur. Ceterum druides, qui secundum 6, 14 §. 1 a bello abesse consuerunt, non videntur in omnibus, qui dicuntur, fuisse.

qui ex iis novissimus venit, in conspectu multitudinis omnibus cruciatibus affectus necatur. In eo concilio 3 Cingetorigem, alterius principem factionis, generum suum, quem supra demonstravimus Caesaris secutum fidem ab eo non discessisse, hostem iudicat bonaque eius publicat. His rebus confectis in concilio pronun- 4 tiat arcessitum se a Senonibus et Carnutibus aliisque conpluribus Galliae civitatibus huc iturum per fines Remorum eorumque agros populaturum ac prius, quam id faciat, castra Labieni oppugnaturum. Quae fieri velit, praecipit.

venit] *convenit* „Bong. AB. Voss. A. Pet. Lov. Carr. et 9 alii" cod. Turr. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. CE. edd. ante Ald. male, indice Oud., cui assentior, non quo unus omnino *convenire* nequeat, verum quod cum alio vel aliis coniunctio vel praesens vel futura, cuius significatio abesse ab illo verbo non potest, h. l. significanda non erat. Nam eum, qui necaretur, cogitare debemus solum et singularem venisse, venisse autem ad alios per se quisque intelligit adeo, ut verbo praesertim inusitato et ambiguo moneri non debuerit. Itaque non dubito, quin praepositio temere a librariis ex proximo sit repetita.

§. 4. conpluribus] Bong. A. Par. A. non *comp.* (*quampluribus* Duk. Goth. A. Vind. CI. edd. ante Ven. f.)

huc] *hunc* Bong. B. Leid. A. *hoc* Vind. A. *Huic* Ven. cde.

iturum] *iter* Vind. D. *iterum* Gött. Fabr. edd. ante Ber. *iter facturum* And. Ox. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. praeter Gr. b. et Frell. quae cum inc. Ber. et Ven. f. *iturum* tenent, quod non melius, sed a codicibus firmius et tale est, ex quo alterum facilius, quam ipsum ex altero, ut ortum sit, intelligi possit.

castra Labieni] *L. c.* Vrat. B. Gn. Graev. Oud. tacens.

praecipit] *praecepit* Bong. AB. Pal. Voss. A. Gott. Egm. Fabr. Vrat. ABC. (hic *proecepit*) Goth. B. (In Goth. A. omnia inde a verbis *id faciat* usque ad *in dies* c. 58 §. 1 abscissa sunt) Hamb. Gn. Ven. f. De Bong. A. testis est etiam Pl., de Pal. ex. Conf., Oudendorpius vero tacet. Praeteritum ferri non potest.

qui ex iis novissimus venit] Cf. Civ. 1, 53 §. 3: *ne ex omnibus novissimi venisse viderentur.* Etiam h. l. *venit* praeteritum est.

§. 3. ab eo non discessisse] h. e. ab eius amicitia non defecisse. Cf. c. 3 §. 3 et ad dictionem Civ. 3, 60 §. 3: *discedere a nobis et novam tentare fortunam novasque amicitias experiri constituerunt.* Hisp. 2, 1: *legati Cordubenses, qui a Cn. Pompeio discessissent.*

hostem iudicat bonaque eius publicat] Haec eadem coniungit Plancus ad Cic. Fam. 10, 21 §. 4: *hostibus denique omnibus iudicatis bonisque publicatis.*

§. 4. huc iturum] Etsi *huc* plerumque initio novae enuntiationis poni solet, tamen h. l. mediae assignandum et sublata interpunctione haec cum *arcessi-*

57. Labienus, cum et loci natura et manu munitissimis castris sese teneret, de suo ac legionis periculo nihil timebat: ne quam occasionem rei bene ge-
2 rendae dimitteret, cogitabat. Itaque a Cingetorige atque eius propinquis oratione Induciomari cognita, quam in concilio habuerat, nuntios mittit ad finitumas civitates equitesque undique evocat; his certum diem

Cap. 57. §. 1. munitissimis] *munitissumis* Boug. A. Voss. A. (taceutibus Fabr. et Pl.) Leid. C. Par. A. *munitis summis* Leid. B. *munitissimus* Hamb. et, sup. a m. s. *i*, Vrat. B. Cf. 7, 13 §. 3. 8, 16 §. 3. Civ. 1, 20 §. 3. 2, 31 §. 2.

§. 2. finitumas] Bong. A. sec. Fabr. et Pl. (sec. hunc cum *i* super *u*) Par. A. Oud. 2. *finitumos* Boug. A. sec. Oud. *propinquas* Vrat. C. Goth. B. Pal. Confl. edd. aute Ald. *finitimas* Ald. et sqq.

his] Bong. ABC. Pet. Pal. Voss. A. Egm. Fabr. Par. A. Dr. AB. Vrat. A. Gu. Viud. ABCFI. Vcn. cde. St. Gr. b. *hiis* Gott. Fabr. Vrat. BC. Hamb. *iis* rell. edd.

certum] *certam* Hav. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. et sqq. usque ad Oud. qui codicum scripturam merito restituit.

tum se coniungenda putavi propterea, quod *pronuntiat arcessitum se* durius finem facere enuntiati et desiderare continuationem videbantur. Cf. 4, 32 §. 4: *Nam quod — pars una erat reliqua, suspicati hostes huc nostros esse venturos noctu in silvis delituerant.*

Cap. 57. §. 1. sese teneret] Hoc cautionis erat, qua sane uti debuit is, qui recte nihil timeret; sed tamen ante omnia opus erat ut eiusmodi castra haberet, quae habentem si nihil timere audiremus, facile eum tenere se castris crederemus. Itaque magis probarem, si scriptor illud dixisset atque ex antecedente consequens potius quam ex consequente antecedens colligendum nobis reliquisset. Offensionem non male vitavit Ad. Wagnerus haec ita interpretatus: Labienus blieb in seinem von der Natur wie durch Kunst wohl verschanzten Lager und fürchtete nichts für sich, noch seine Legion. Alii nullam accepisse et castris se tenentem eodem loco atque in castris versantem habnisse videntur, ut Horkelius, cuius interpretatio haec est: L. fürchtete für sich und die Legion keine Gefahr, da er in einem Lager stand, das durch Natur und Kunst trefflich befestigt war. Cf. 3, 17 §. 5 ibique in adn. cr. adscripta.

ne quam occasionem — dimitteret, cogitabat] Hoc alterum erat ducis officium, ut, cum sibi suisque ne quid ab hoste noceretur providisset, quomodo ipse hosti noceret, cogitaret; atque huic Labienum protinus, cum priori satisfactum esset, operam dedisse, scriptor significat asyndeto, cuius vim obscurarunt interpretes nostrates, quos supra nominavi, quorum alter haec posuit: — seine Legion, nur bedacht, keine Gelegenheit eines glücklichen Streichs zu versäumen, alter haec: — befestigt war: er kann nur darauf, sich keine Gelegenheit zu einer wackern That entgehn zu lassen. Cf. supra ad c. 49 §. 7 dicta. De *ne* coniunctione vid. adn. ad 4, 13 §. 4.

§. 2. his — dicit] De hoc asyndeto cf. ad 1, 50 §. 1 in adn. cr. adscripta.

conveniendi dicit. Interim prope cotidie cum omni 3
equitatu Induciomarus sub castris eius vagabatur, alias
ut situm castrorum cognosceret, alias conloquendi aut
territandi causa: equites plerumque omnes tela intra
vallum coniiciebant. Labienus suos intra munitionem 4
continebat timorisque opinionem quibuscumque poterat
rebus augebat.

58. Cum maiore in dies contemptione Induciomarus ad castra accederet, nocte una intromissis equitibus omnium finitumarum civitatum, quos arcessendos curaverat, tanta diligentia omnes suos custodiis intra castra continuit, ut nulla ratione ea res enuntiari aut
ad Treviros perferri posset. Interim ex consuetudine 2
cotidiana Induciomarus ad castra accedit atque ibi magnam partem diei consumit; equites tela coniiciunt et
magna cum contumelia verborum nostros ad pugnam
evocant; nullo ab nostris dato responso, ubi visum est, 3
sub vesperum dispersi ac dissipati discedunt. Subito 4

§. 3. conloquendi] Bong. A. Voss. A. Par. A. non *coll.* (*elloquendi* Hamb. *alloquendi* Vind. F.)

§. 4. munitionem] Boug. AB. Pet. Pal. Voss. A. Gott. Egm. Fabr. Par. A. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gn. Vind. BFI. Ven. f. St. Gr. b. Frell. *munitiones* cum rell. edd. Hav. A. Dr. B. Vind. A. et MSS. quinque Oud. qui singularem, quem „reliqui" praebebant, non recepit. Cf. c. 48 §. 5. Pluralis certus est c. 9 §. 5. c. 44 §. 12. 7, 51 §. 4 et 70, 6.

quibuscumque] Par. A. (Bong. A.) Vind. A. non —*cunque*.

Cap. 58. §. 1. contemptione] Bong. A. Dr. AB. Vrat. AC. Vind. ABC(EFI). edd. ante Oud. praeter Ber. quae *contētione* habet. *contenptione* Goth. B. *contentione* Goth. A. Hamb. *contencione* Vrat. B. *contemtione* Oud. Cf. adn. cr. ad c. 29 §. 2.

arcessendos] *arcessiendos* „Leid. A. Vasc. Steph. aliae" (Frell. et St. cum reliquis edd. conseutiunt) *accersendos* Bong. A. Pet. Voss. A. Gott. Egm. Fabr. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. (in Goth. A. priore parte vocabuli abscissa superest *sendos*) Vind. ABCD(EI). edd. ante Oud. (*accercendos* Ber.) *accersendos al. arcesendos* Hamb. Vide ad c. 11 §. 2 dicta, quorum id, quod de Vasc. secundum Ond. relatum est, pro falso habeto.

§. 3. plerumque omnes] Cf. adn. cr. ad 2, 30 §. 2. (p. 196.)

Cap. 58. §. 1. nocte una] Ad collocationem adiectivi cf. 4, 32 §. 4: *nam quod omni ex reliquis partibus demesso frumento pars una erat reliqua.* ubi pariter atque hic oppositum aliquid habens magis insigni ipsum positum est loco.

§. 3. nullo — discedunt] Pertinent haec ad eandem atque proxime antecedentia consuetudinem ideoque non maxima interpunctione ab illis discernenda sunt.

Labienus duabus portis omnem equitatum emittit; praecipit atque interdicit, proterritis hostibus atque in fugam coniectis (quod fore, sicut accidit, videbat) unum omnes peterent Induciomarum, neu quis quem prius vulneret, quam illum interfectum viderit, quod mora reliquorum spatium nactum illum effugere nolebat; magna proponit his, qui occiderint, praemia; summit-

§. 4. proterritis] Bong. A. Voss. AB. Pet. Egm. Par. A. et, si recte vidit Elb., Hav. A. *praeterritis* Bong. B. sec. Oud. *praeteritis* sec. Fabr. *perterritis* reliqui Oud. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. ABC(EFI). edd. ante Oud. *perteritis* Hamb. Tenui scripturam ab Oud. receptam partim codicum auctoritate motus, partim quia multo rarius verbum, quod tamen 7, 81 §. 4 certam sedem haberet, non ineptum h. l. esse videbatur; quamquam in tam facili et crebra illarum syllabarum confusione dubitari potest, an errori debeatur *proterritis*, praesertim cum diversis familiis adscripti codices Voss. B. et Pet. idem exhibeant et in Hav. A. lectio ambigua sit, *perterritis* autem per se non minus bonum est, immo ad eos, qui iam *discedere* dicti sunt, etiam aptius videtur.

peterent] *petant* Ox. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. St. Oud. Imperfectum post praesens historicum, ut in adn. cr. ad c. 11 §. 2 demonstratum est, nullam offensionem haberet, nisi sequeretur praesens, quod et ipsum hanc ob rem obnoxium mutationi videmus fuisse. Sed tamen haec varietas, genere non discrepans ab ea, quam Graecis saepe indicativum vel coniunctivum adstruentibus optativo placuisse constat, minime h. l. ingrata est, cum et orationis cursum acceleret et interdicti vim augeat repraesentatione. Exempla congessit Nipperdeius p. 83 sqq. quorum unum simillimum huic est 7, 86 §. 2: *imperat*, *si sustinere non possit*, *deductis cohortibus eruptione pugnaret: id, nisi necessario*, *ne faciat*. quod pariter mutatum est a criticis.

vulneret] *vulneraret* Hamb. P. Man. Ald. b. Lips. et sqq. usque ad Oud. *vulnerarent* Reg. Leid. B. Dr. B. qui pariter atque Bong. C. et Vind. F. qui *vulnerent* habent, *quis* omittunt.

viderit] *videret* Voss. A. Gott. Egm. Fabr. Hav. A. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. AB(EI). edd. ante Ald. P. Man. Ald. b. Lips. et sqq. usque ad Oud. *viderent* Bong. C. Confl. Leid. B. Reg. Dr. B. Goth. A. Vind. F. Perfectum, quod teste Oud. Bong. AB. Pet. S. Ox. „et alii" exhibent, quodque Nipperdeius in Par. A. legi credit, etiam hac auctoritate satis tutum videtur.

his] Voss. A. Gott. Egm. Lov. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A.

§. 4. praecipit atque interdicit] Cf. c. 22 §. 5: *interdicit atque imperat Casivellauno*, *ne Mandubratio neu Trinovantibus noceat*. cuius loci interpretationem hic faciliorem reddit eo, quod quam ob rem duo verba coniuncta sint, perspicue monstrat, id quod illo loco non ita in oculos incurrit.

occiderint] Hic coniunctivus est futuri exacti, non, ut *viderit*, perfecti.

tit cohortes equitibus subsidio. Comprobat hominis 5
consilium fortuna, et cum unum omnes peterent, in
ipso fluminis vado deprehensus Induciomarus interficitur, caputque eius refertur in castra; redeuntes equites quos possunt consectantur atque occidunt. Hac 6
re cognita omnes Eburonum et Nerviorum quae convenerant copiae discedunt, pauloque habuit post id factum Caesar quietiorem Galliam.

Dr. AB. Vrat. A. Gn. Vind. ABCFI. Ven. cdef. *hiis* Vrat. BC. *eis* Hamb. *iis* rell. edd. Cf. adn. cr. ad c. 7 §. 6.

§. 5. Comprobat hominis consilium fortuna] De *hominis* significatione, quae videatur h. l. esse, dictum est in adn. cr. ad c. 7 §. 8. quem qui *fortunae* oppositum putant, in modum, credo, Schilleriani der Mensch versuche die Götter nicht, ii vereor ne longe a mente scriptoris et a ratione aberrent. Cf. Cic. Fam. 7, 10 §. 3: *iam intermiseram* (ad Caesarem scribere) *ne viderer liberalissimi hominis meique amantissimi voluntati erga me diffidere. Sed tamen his litteris, quas proxime dedi, putari esse hominem commonendum.* Ibid. 17 §. 2: *cum viderem me a Caesare honorificentissime tractari hominisque liberalitatem incredibilem et singularem fidem nossem.* Idem pro Quint. c. 24 (§. 77): *Cum cupidius instaret, homini pro amicitia familiarius dixi mihi videri ore durissimo esse qui* etc. Eodem pertinent illa, quae in lexicis exempla nominis eleganter pro pronomino positi afferuntur, cuius elegantiae causa haec est, quod ad personae significationem indolis et naturae in persona conspicuae significatio accedit.

in ipso fluminis vado] Quo evasurum se speraverat, in eo ipso deprehensus est. Cf. c. 33 §. 1: *haec tamen ipsa timide.* 7, 50 §. 2: *ac tametsi dextris humeris exsertis animadvertebantur, quod insigne pacatum esse consuerat, tamen id ipsum sui fallendi causa milites ab hostibus factum existimabant.* Nam cum talibus potius hoc comparandum videtur, quam cum illis, quae Heldius adscripsit, *sub ipsis radicibus montis* (Civ. 1, 45) et *ad ripam ipsam fluminis* (Civ. 3, 19) quae eiusdem generis sunt atque *sub ipso vallo* supra c. 43 §. 5. Flumen hoc Mosam fuisse probabiliter statuit Cluverius Germ. l. 2 c. 14 p. 66 cl. p. 51; quamquam mirari licet, quid sit, quod nomen ipsum minime illud incognitum Caesari ab eo non est appositum.

LIBER VI.

Multis de causis Caesar maiorem Galliae motum exspectans per Marcum Silanum, Gaium Antistium Reginum, Titum Sextium legatos dilectum habere insti-

Cap. 1. §. 1. dilectum] „Pulm. Bong. AB. Voss. A. Egm. Ox. Lov. et quatuor alii,“ quorum unus secundum Fabr. est Gott. (Par. A. Pet. et Bong. C. Confl.) Vrat. AC. et ante corr. Dr. A. et Goth. B. Idem in suo codice invenit Petrarcha 15, 1: *dilectus novos per legatos habuit.* In Vind. A. nomen omissum, in Par. B. *delatum*, in edd. ante Oud. et in Dr. B. Vrat. B. Hamb. Vind. C. Pal. Confl. et a corr. in Dr. A. et Goth. B. scriptum *est delectum*, quod Oud. partim codicum auctoritate, partim Festi testimonio motus correxit. Ac de codicibus dubium non est quin secundum eos Caesar ubique *dilectus* scripsisse iudicandus sit. Cf. infra §. 4. 7, 1 §. 1. 4 §. 3. Civ. 1. 2 §. 2. 6 §. 3 et 8. 9 §. 4. 10 §. 3. 11 §. 2 et 4. 12 §. 3. 14 §. 4 bis. 15 §. 5. 16 §. 1. 18 §. 5. 24 §. 2. 25 §. 1. 30 §. 4. 31 §. 2. 2, 18 §. 1. 3, 87 §. 5. 102 §. 3. Idem de Hirtio statuendum 8, 54 §. 2. Alex. 2, 1. 50, 3. 56, 4 et de belli Africi scriptore 20, 4. 36, 1. Non minus certum est Festi p. 73 Müll. testimonium: *Dilectus militum, et is, qui significatur amatus, a legendo dicti sunt*, idque eo pluris faciendum, quod non solum Glossa Labbei *Dilectus*, *ἀγαπηθεὶς καὶ στρατολογία*, sed etiam Varronis auctoritate confirmatur de L. L. 6, 66 *indidem ab legendo legio et diligens et dilectus* nomina repetentis. Neque vero deest ratio. Veteri enim republica milites ita conscribebantur, ut ex singulis tribubus sorte ductis quaterni semper iuvenes pares aetate et habitu corporis electi a tribunis in quattuor legiones distribuerentur. Cf. Polyb. 6, 20: *μετὰ ταῦτα καθίσαντες* (tribuni) *χωρὶς ἀλλήλων κατὰ στρατόπεδον κληροῦσι τὰς φυλὰς κατὰ μίαν καὶ προσκαλοῦνται τὴν ἀεὶ λαχοῦσαν. ἐκ δὲ ταύτης ἐκλέγουσι τῶν νεανίσκων τέτταρας ἐπιεικῶς τοὺς παραπλησίους ταῖς ἡλικίαις καὶ ταῖς ἕξεσιν. προσαχθέντων δὲ τούτων λαμβάνουσι πρῶτοι τὴν ἐκλογὴν οἱ τοῦ πρώτου στρατοπέδου, δεύτεροι δ' οἱ τοῦ δευτέρου, τρίτοι δ' οἱ τοῦ τρίτου, τελευταῖοι δ' οἱ τοῦ τετάρτου. πάλιν δ' ἄλλων τεττάρων προσαχθέντων λαμβάνουσι πρῶτοι τὴν αἵρεσιν οἱ τοῦ δευτέρου στρατοπέδου, καὶ ἑξῆς οὕτως, τελευταῖοι δ' οἱ τοῦ πρώτου. μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἄλλων τεττάρων προσαχθέντων πρῶτοι λαμβάνουσιν οἱ τοῦ τρίτου στρατοπέδου, τελευταῖοι δ' οἱ τοῦ δευτέρου. καὶ ἀεὶ κατὰ λόγον οὕτως ἐκ περιόδου τῆς ἐκλογῆς γιγνομένης*

Cap. 1. §. 1. Marcum Silanum, Gaium Antistium Reginum, Titum Sextium] Horum in superioribus libris mentio nulla est facta, et videntur hoc demum tempore in Caesaris legatis esse coepisse.

dilectum habere] In Italia hunc dilectum habitum esse Rheinhardus colligit ex eo, quod Plutarchus Caesari ex Italia tradat in caesorum supplementum tres legiones venisse. Sane Plutarchus Caes. c. 25. *Καὶ γὰρ ἧκεν,*

tuit; simul ab Gneo Pompeio proconsule petit, quo- 2
niam ipse ad urbem cum imperio rei publicae causa

παραπλησίους συμβαίνει λαμβάνεσθαι τοὺς ἄνδρας εἰς ἕκαστον τῶν στρατοπέδων. Hunc *dilectum* non minus quam *delectum* vocari potuisse liquet, etiamsi verbum *diligere* ea significatione dictum nunquam fuerit. Quod qui urgent et propterea *dilectum* nomen damnant, ut Goerlitzius in Emendationibus Iulianis p. 9 et Kritzius ad Sallust. Cat. c. 36, non reputant ne *diligendi* quidem verbum ea in re usurpatum reperiri, sed *legi* milites dictos esse, qui conscriberentur, *deligi* vero, qui ex lectis et conscriptis eligerentur ita, ut ceteris praeferrentur. Itaque nihil obstat quo minus codicibus fidem habeamus et secundum eos de scriptoribus statuentes alios *dilectum*, alios *delectum* in re militari dicere maluisse, nonnullos utrumque probasse credamus.

§. 2. Gneo] Boug. AB. Gott. Voss. A. Egm. Fabr. Dr. A. Vrat. A. Hamb. Vind. CEI. *negeo* Par. A. *Gneio* Vrat. B. Vind. B. *Gn.* Vind. A. Med. a. *Cn.* Goth. B. Vrat. C. Rom. a. Ven. b. etc. *C.* Dr. B. Vid. adn. cr. ad 5, 36 §. 1.

inquit, *ἐξ Ἰταλίας ἀντὶ τῶν ἀπολωλότων αὐτῷ τρία τάγματα.* Sed quod addit *Πομπηΐου μὲν ἐκ τῶν ὑφ' αὐτῷ δύο χρήσαντος, ἓν δὲ νεοσύλλεκτον ἐκ τῆς περὶ Πάδον Γαλατίας*, minus eum idoneum huius rei auctorem esse arguit. Pompeium enim unam tantum legionem eamque confectam ex dilectu provinciae Caesaris misisse Hirtius 8, 54 docet, quocum consentit Caelius in ep. ad Cic. Fam. 8, 4 §. 4 et secundum ipsum Plutarchum Cato Pompeio haec apud senatum exprobrans: *νυνὶ δὲ καὶ τέλος, ἑξακισχιλίων ὁπλιτῶν δύναμιν, Καίσαρι κέχρηκεν εἰς Γαλατίαν· ἃ οὔτ' ἐκεῖνος ᾔτησε παρ' ὑμῶν οὔτε οὗτος ἔδωκε μεθ' ὑμῶν, ἀλλὰ δυνάμεις τηλικαῦται καὶ ὅπλα καὶ ἵπποι χάριτές εἰσιν ἰδιωτῶν καὶ ἀντιδόσεις.* (Cat. c. 45.) Itaque ex eo potius, quod Caesar §. 3 de *Italiae* facultatibus commemorat, et quod Civ. 3, 87 §. 5 Labienum commemorantem facit (*hae copiae, quas videtis, ex dilectibus horum annorum in citeriore Gallia sunt refectae, et plerique sunt ex colonis Transpadanis*) illud, quod posuit Rhellicanus, colligi debebat, nisi disertis verbis infra c. 32 extr. traditum exstaret.

§. 2. ad urbem] ita, ut militibus iliis, quos consul anno belli Gallici quarto in Hispaniam provinciam ex consulatu a se proconsule administrandam conscripsisset, nihil iam ipsi opus esse videretur.

cum imperio] quo fiebat ut milites illi etiam tum sacramento, quo consul eos rogasset, tenerentur, quo minus iniussu eius aut ad signa convenire aut ad Caesarem proficisci eis liceret. Cf. Civ. 2, 32 §. 9, ubi L. Domitius *deposito imperio* negatur milites sacramento tenere potuisse.

rei publicae causa] Hoc non minus ad commendandam Pompeio Caesaris petitionem, quam ad significandam lectoribus remansionis eius causam pertinet. Qui enim rei publicae causa ad urbem cum imperio remaneret, ab eo nihil, quod rei publicae interesset, non impetrari fas erat. Itaque §. 4 rei publicae Pompeius tribuisse quod Caesar petiit dicitur.

remaneret, quos ex Cisalpina Gallia consulis sacramento rogavisset, ad signa convenire et ad se proficisci
3 iuberet, magni interesse etiam in reliquum tempus ad

remaneret] *remanebat* And. Ox. Cu. Leid. A. Hav. A. Vind. A. et pro var. lect. Gott. Fabr. *manebat* S. *maneret* Vrat. C. Goth. B. edd. ante Oud. qui ex quindecim codicibus et ed. inc. scripsit *remaneret*. In illis sunt Bong. AB. Voss. A. Egm. Lov. Gott. teste Fabr. et Pl. Accedunt (Par. A.) Dr. AB. Vrat. AB. Vind. EF. Gu. Hamb. nec dubito quin Caesar ita scripserit et redditam hanc a se in litteris ad Pompeium datis postulationis suae rationem significare voluerit: illud dubito, utrum in prima scriptione necessariam hanc significationem putaverit, an id, quod verum erat, pro vero ponere satis habuerit; qua ratione Tacitum saepe indicativo usum esse constat.

consulis] *consul is* Goth. B. ut videtur, et Iungermanni ed. utraque, ut scribi Rubenius Elect. 1, 15 iusserat. *consules* Leid. A. (in quo paulo ante *quod* pro *quos* legitur.) *consul* Vind. B. et corr. manu antiqua Dr. A. quemadmodum scribendum esse coniecerat Ciac. In margine Fabr. *cfulis* quasi ex coniectura positum et verbis *Kal. Iuliis* declaratum est. Denique in ed. Dav. exemplo Dresdensi anonymus *Caesaris* adscripsit; quorum nihil est probabile. V. int.

consulis sacramento] h. e. eo, quo consul rogare milites futuros solet, quod *consulis* sacramentum vocatur eadem ratione, qua verba, quae quis praeit, in quae iuretur, *alicuius* verba vocantur, prima et propria vi genitivi, qua etiam Graeci insiurandum *eius* esse dicunt, qui illud exigit. Cf. Eurip. Iph. Aul. 78: ὅρκους παλαιοὺς Τυνδάρεω μαρτύρεται. Plat. Phaedr. p. 241 A: τὰ τῆς προτέρας ἀνοήτου ἀρχῆς ὁρκωμόσια. Causa autem, cur Pompeius non *consul*, sed *consulis* sacramento rogasse illos dicatur, haec videtur, quod non omnia, quae quis consul facit, necessario *consulis* sunt, et quod magis quo iure, quam quo tempore illos rogasset, significandum erat. Simul facilius intelligitur non ipsum praesentem, sed per suos dilectum habuisse. Quod alii putant obstrictam consuli fidem et obedientiam eorum, qui *consulis sacramento* rogati appellentur, indicari, quo sensu Tacitus *sacramento Caesarum, Vitellii, Vespasiani adigi* dixerit, adiungi eam genitivo significationem et ex prima duci posse concedo, sed ab hoc loco alienam esse arbitror. — Dictionis *sacramento rogare* exemplis addo Valerii Max. 2, 3 init. *ne imperatoribus capite censos sacramento rogare esset necesse.*

§. 3. magni interesse — existimans] Cicero de nat. de. 1, 4 (§. 7): *primum ipsius rei publicae caussa philosophiam nostris hominibus explicandam putavi, magni existimans interesse ad decus et ad laudem civitatis res tam graves tamque praeclaras Latinis etiam litteris contineri.* Eundem in modum, quo haec Ciceronis interpretanda sunt, Caesaris verba cum aliis interpretatus est Horkelius: denn er meinte, um auch für die Folgezeit in Gallien etwas zu gelten, wäre es von hoher Wichtigkeit, daß etc. *opinionem* pro bona existimatione accipiens, *ad* praepositione autem finem significari statuens; quae si scriptoris sententia fuisset, *magni interesse etiam ad reliqui tem-*

opinionem Galliae existimans tantas videri Italiae facultates, ut, si quid esset in bello detrimenti acceptum, non modo id brevi tempore resarciri, sed etiam maioribus augeri copiis posset. Quod cum Pompeius et 4

§. 3. existimans] *existumans* Bong. A. sec. Oud. (tac. Fabr. et Pl.) Par. A. Dorv. (*aestimans* Gott. Voss. C. Vrat. B. inc.) resarciri — augeri] *sarciri* — *adaugeri* Ald. et plerique sequentium editorum, illud cum Ox. „et fortasse And." Hav. A. Vind. A., hoc cum And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. In Vind. A. *augeri* post *copiis*, in Hamb. ante *maioribus* legitur. *sarciri* — *augeri* Vasc. (Froil.) Gr. b. *resarciri* — *adaugeri* Cl. quod placuit Ecksteinio. Aldinam eandemque Oud. scripturam valde commendat Caesaris usus, verbum *sarcire* aliquoties, *resarcire* nusquam, *adaugere* vero item cum ablativo ponentis Civ. 3, 58 §. 4: *cogebantur Corcyra atque Acarnania — pabulum supportare, quoque erat eius rei minor copia, hordeo adaugere atque his rationibus equitatum tolerare.* Nec aliter in simili huic sententia imitator Caesaris Hirtius Alex. 12, 2: *sese et eas* (naves), *quae essent amissae, restituturum et numerum adaucturum.* Accedit quod praepositio in hoc verbo facile omitti, priori autem, id quod Moebius quoque sensit, facile adiici ex antecedente nomine a librariis potuit, quae ipsa causa videtur fuisse, cur in Cu. S. et Leid. A. discrepans a ceteris eius generis codicibus lectio *resarciri* irrepserit. Porro in Vind. A. *augeri* ita collocatum est, ut per errorem omisso eo, quod in archetypo esset, verbo composito ex margine, in quo ex alterius generis libro adscriptum esset, receptum videatur. Denique in *adaugeri* neque Reg. N. et Voss. a Clarkio neque Carr. a Bruto neque a

poris opinionem Galliae posuisset. Nunc hoc voluisse videtur, quod Germanice dicas: indem er glaubte, daß es von einem großen, auch für die Zukunft wichtigen Einfluß auf die Meinung Galliens sein werde, wenn etc. Optime Zumptius Gramm. §. 450: Wozu oder in welcher Hinsicht einem an etwas gelegen ist, wird durch ad ausgedrückt; modo ne wozu et in welcher Hinsicht pro synonymis posuerit. Quae quid differant, unus optime monstrat Ciceronis locus ad Fam. 5, 12 §. 2: *Equidem ad nostram laudem non multum video interesse; sed ad properationem meam quiddam interest non te exspectare, dum ad locum venias, ac statim caussam illam totam et tempus arripere.* Hic verbo quidem uno eoque respectum significante utrumque enuntiari videmus, sed alio haud dubie animo Cicero laudem, alio properationem suam respiciebat, quam differentiam nostra locutio declarat. Iam Caesar magni interesse etiam in reliquum tempus existimans tantas videri Italiae facultates ad opinionem Galliae respiciebat eiusque opinionis rationem habens illud iudicium suum ad eam referebat.

videri — facultates] De illo cf. ad 1, 40 §. 5, de hoc ad 1, 38 §. 3 adscripta.

augeri] non detrimentum, sed id, quod detrimento affectum erat. Quod cum etiam resarciri possit dici, mutatio haec subiecti (nam *id* tamen pertinet ad *detrimentum*) fere non maiorem offensionem habet, quam illa, quae 5, 48 §. 9 est facta.

rei publicae et amicitiae tribuisset, celeriter confecto per suos dilectu tribus ante exactam hiemem et constitutis et adductis legionibus duplicatoque earum cohortium numero, quas cum Quinto Titurio amiserat, et celeritate et copiis docuit, quid populi Romani disciplina atque opes possent.

2. Interfecto Induciomaro, ut docuimus, ad eius propinquos a Treviris imperium defertur. Illi finitimos Germanos sollicitare et pecuniam polliceri non desistunt: cum ab proximis impetrare non possent, ulteriores ten-
2 tant. Inventis nonnullis civitatibus iureiurando inter

Turrisano cod. Turr. neqne in ex. Conf. Bong. C. neque in Fabr. eundem Bong. et Lov. discrepare ab Aldo ita, ut in *sarciri*, traditum est: qni si omnes compositum tenent, in reliquis (Bong. AB. Pet. Pal. Gott. Voss. A. Egm. Fabr. Pet. ct Pal. Conf. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. et Vind. ABCDEFI.) simplex errori deberi magis verisimile fit. Sed tamen, cum verbo *resarciri* Terentius (Ad. 1, 2 v. 41) sit usus, et *augeri* aeque bonum sit atque *adaugeri*, codices, quos optimos habemus, tutius mihi, quam ista quamvis probabilia sequi est visum.

§. 4. dilectu] Bong. A. Voss. ABC. Ox. Egm. Lov. Vrat. A. (Par. A.) *delectu* (reliqui Oud.) Vrat. C. Goth. B. Vind. AC. edd. ante Oud. *delecto* Dr. A. Vrat. B. Hamb. Gu. *delectum* Dr. B. *delectibus* Vind. F. Vid. ad §. 1 not.

Cap. 2. §. 1. Germanos] om. And. Ox. *atque Germanos* Ald. ab. Gr. a. P. Man. Id ex margine codicis Aldini receptum suspicor, in quo adscriptum esset, cum in verborum scriptoris contextu *Germanos* ita, ut in And. et Ox. temere esset omissum. Ab ipso enim scriptore omissum non videtur, quamquam ex iis, quae sub finem capitis leguntur, suppleri quodammodo potest.

§. 4. quas cum Quinto Titurio amiserat] h. e. clade Tituriana. Eodem modo Tacitus loco ab Herzogio collato Ann. 1, 60 *undericesimae legionis aquilam cum Varo amissam* dicit. Minus recte Baumstarkius interpretatur unter Anführung, quod alibi, ut 5, 38 §. 4 (*legionem, quae cum Cicerone hiemet*) non ineptum est. Cf. Handius Turs. 2 p. 138.

Cap. 2. §. 1. ad eius propinquos] Eos omnes supra 5, 4 §. 2 una cum eius filio obsidum loco ad Caesarem adductos legimus, redditos nusquam accepimus. Itaque Vollmerus an non omnes adducti fuerint dubitat. Magis redditos a Caesare ex Britannia reverso crediderim, cum tot pignoribus obstrictum Induciomarum bellum facere Romanis ausum esse minus verisimile sit. Ceterum nescio, quare Lippertus ad unum ex propinquis potius, quam ad plures imperium a Treviris delatum statuerit. Infra c. 8 §. 8 item *propinqui* Induciomari et defectionis auctores fuisse et ex recepta a Labieno civitate una cum Germanis, qui auxilio veniebant, excessisse dicuntur.

§. 2. iureiurando inter se confirmant] non *se*, quod qui audiendum censent, sensum efficiunt plane ab re alienum, sed id, quod utrique facturos se pollicebantur, Germani, ut Treviris auxilio ve-

se confirmant obsidibusque de pecunia cavent; Ambiorigem sibi societate et foedere adiungunt. Quibus rebus cognitis Caesar, cum undique bellum parari videret, Nervios, Aduatucos ac Menapios adiunctis Cisrhenanis omnibus Germanis esse in armis, Senones 3

§. 3. ac Menapios] *ac* om. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. St. Oud. (*ac menappios* Ber.) Praetermissio copulae efficit ut enumeratio nondum absoluta videatur, eamque speciem cum aliis scriptoribus, tum Caesari etiam ibi, ubi vix quicquam esset, quod adiici quartum posset, placuisse constat. Cf. Oud. ad 4, 15 §. 2. Addita vero copula seriem cogitari iubet finitam, neque eius deesse exempla ego in adn. cr. ad illum locum docui. In qua quod *et* semel, *ac* nusquam in his Commentariis ita positum exstare dixi, id secundum Oudendorpii recensionem dictum puta. Nunc alterum *et* copulae tertium nomen adiungentis exemplum appono ex Civ. 3, 55 §. 3: *Delphos, Thebas et Orchomenum voluntate ipsarum civitatum recepit*, quae omnium codicum et omnium ante Scaligeranam editionem est lectio, simillimum hunc locum faciens illi, qui est Gall. 3, 20 §. 2: *multis praeterea viris fortibus Tolosa, Carcasone et Narbone.* Et quod Oud. Gall. 8, 8 §. 2 in verbis *singularis enim virtutis veterrimas legiones* VII. VIII. *et* VIIII. *habebat* MSS. tantum non omnes *et* omittere testatur, ego secundum meos codices credere non possum. Quod autem ad *ac* particulam attinet, cum codices praeter quattuor istos consentire in ea videantur (a me quidem visi omnes octo et Bong. A. sec. Pl. et Par. A. et Vind. CD. eam exhibent et Vind. EFI. non magis, quam Gn. aut ii, qui in ex. Conf. et Fabr. collati sunt, omittere eam dicuntur) pro genuina haberi et hoc exemplo simul augeri numerus illorum debet, quae ad 5, 24 §. 4 ad tuendam lectionem inter *Mosam ac Rhenum* adscripsi.

finitumisque] Bong. A. Egm. Par. A. (Oud. 2.) non *finitim.*

nirent, Treviri, ut pecuniam solverent. Cf. 5, 27 §. 10: *illud se polliceri et iureiurando confirmare, tutum iter per fines daturum.* 7, 66 §. 7: *sanctissimo iureiurando confirmari oportere, ne tecto recipiatur* etc.

obsidibusque de pecunia cavent] sc. Treviri Germanis et Germani a Treviris, illi dandis, hi accipiendis obsidibus. Itaque *cavent* ad eosdem pertinet, quo *confirmant*, neque vero cum verbis *inter se* coniungi h. l. debet, ut 7, 2 §. 2: *quoniam in praesentia obsidibus cavere inter se non possint.*

§. 3. Aduatucos] Cf. 5, 56 §. 1.

adiunctis Cisrhenanis omnibus Germanis] non solum Eburonibus, qui hoc tempore non poterant non esse in armis, sed etiam Condrusis, Caeroesis et Paemanis, quos omnes uno nomine Germanos appellatos esse 2, 4 §. 10 diximus, item Segnis, qui infra c. 32 §. 1 cum Condrusis eodem numero fuisse perhibentur. Hos igitur pariter adiunctos habebant Nervii, Aduatuci ac Menapii, non soli aut potissimum Menapii, ut putat Nipperdeius, qui *ac* particulae rationem constare non posse opinatur, nisi amplius quid de Menapiis quam de Nerviis et Aduatucis praedicetur. Neque

ad imperatum non venire et cum Carnutibus finitumisque civitatibus consilia communicare, a Treviris Germanos crebris legationibus sollicitari, maturius sibi de bello cogitandum putavit. 3. Itaque nondum hieme confecta proximis quattuor coactis legionibus de inpro-
2 viso in fines Nerviorum contendit et prius, quam illi aut convenire aut profugere possent, magno pecoris atque hominum numero capto atque ea praeda militibus concessa vastatisque agris in deditionem venire
3 atque obsides sibi dare coegit. Eo celeriter confe-
4 cto negotio rursus in hiberna legiones reduxit. Concilio Galliae primo vere, ut instituerat, indicto, cum

Cap. 3. §. 1. quattuor] Voss. A. Egm Fabr. Bong. A. Par. A. Dr. B. Vrat. AC. Goth. AB. Rom. a. Med. a. Ven. cdef. Ber. *quatuor* Dr. A. Hamb. Vind. E. Ven. b. Ald. a. Gr. ab. St. Frell. P. Man. Turr. *IIII*or Vrat. B. Vind. AF. *IIII.* Gott. Fabr. *IV.* Ald. b. Lips. et sqq.

inproviso] Par. A. Vrat. A. Vind. A. (Bong. A.) non *impr.* Similiter 1, 13 §. 5. 2, 3 §. 1. 5, 22 §. 1. 39 §. 1.

§. 2. pecoris] *pecorum* Leid. B. Vrat. B. Cf. adn. cr. ad 5, 12 §. 2. (*peccoris* Voss. A. Fabr. Hamb.)

§. 4. ut] *uti* S. Leid. A. (hic *constituerat* pro *inst.*) Ox. Vind. A. St. Oud. quae adverbii forma certam sedem habet 1,

enim aut per se credibile est Germanos Cisrhenanos omnes Menapiis se quam Nerviis et Aduatucis adiungere maluisse, aut ex sequentibus id eos fecisse intelligitur. Immo quae sequuntur, ita comparata sunt, ut de societate et foedere, quali Ambiorigem sibi adiunxisse Treviros §. 2 legimus, h. l. cogitari nequeat, quippe cuius nec mentio diserta nec vestigium ullum uspiam exstet, et verbis *adiunctis Cisrhenanis omnibus Germanis* nihil aliud significari statuendum sit, nisi una cum his in armis fuisse Nervios, Aduatucos ac Menapios. Cf. 7, 75 §. 2: *Imperant — parem numerum Arvernis adiunctis Eleutheris Cadurcis, Gabalis, Vellaviis, qui sub imperio Arvernorum esse consuerunt.* Itaque aut aliud comminisci aut *ac* delere debebat Nipperdeius.

ad imperatum] Cf. 5, 54 §. 2.

Cap. 3. §. 1. proximis quattuor coactis legionibus] Male Rhellicanus et contra linguae usum *proximis* ad tempus referens de iis cogitabat „quas recens delegerat, ut ab initio istius libri patet.“ Illae vero et tres tantum et hoc tempore fortasse nondum constitutae, nedum adductae erant. Nam quae adductarum commemorationem excipiunt c. 2, ea haud dubie prius erant facta, et quae h. l. Caesar secundum illa *nondum hieme confecta* fecisse dicitur, item prius facta esse possunt. Recte Vollmerus haec secundum 5, 53 §. 3 interpretanda putavit.

§. 2. in deditionem venire] V. ad 2, 13 §. 2 notata.

coegit] sc. eos; quod ad perspicuitatem non necessarium numeri causa omissum videtur. Eadem de causa alia adiecta videmus, e. c. *Germani* 4, 14 §. 1.

§. 4. ut instituerat] De huius verbi significatione cf. adn. cr. ad

reliqui praeter Senones, Carnutes Trevirosque venissent, initium belli ac defectionis hoc esse arbitratus, ut omnia postponere videretur, concilium Lutetiam Parisiorum transfert. Confines erant hi Senonibus civi- 5
tatemque patrum memoria coniunxerant, sed ab hoc consilio afuisse existimabantur. Hac re pro suggestu 6

49 §. 3. Civ. 2, 31 §. 6. 3, 73 §. 6. non admodum controversam Gall. 2, 1 §. 1. Afr. 18 §. 5. infirmam vero 8, 15 §. 6. Civ. 3, 22 §. 7, quibus locis *ut* scribendum est. Idem h. l. tutissimum, Oudendorpius autem eodem, quo in coniunctione, iudicio usus videtur, de quo v. ad 5, 6 §. 4 in adn. cr. adscripta.

Lutetiam] Silentio non videtur praetermittendum in Vind. A. et h. l. et 7, 57 et 58 constanter scriptum esse *Lucetiam*, assentiente hic quidem Vind. F., libri autem septimi locis aliquot Egm. Etiam Petrarcha secundum cod. Hamb. et interpr. Ital. ubique *Lucetiam* scripsit, et Metaphrastes posuit *Λευκετίαν*. Strabo l. 4 p. 52 Tz. *Λουκοτοκίαν*, Ptolemaeus 2, 8 §. 13 *Λουκοτεκίαν* nominat. (*Luteciam* Bong. A. *ad Lutetiam* Dr. B. et, ut videtur, Voss. A. Fabr. *in Lutetiam* Reg. N. Voss. Cl. Carr. Duk. Dorv. Leid. C. Dr. A. Vrat. BC. Goth. AB. Vind. BE. et, qui *Luteciam*, C. edd. ante Ven. f. Ald. ab. Gr. a. P. Mau. Turr. Cl. *in tertia* Hamb.)

§. 5. afuisse] And. Bong. A. Egm. Voss. A. Lov. Vrat. A. (Par. A.) *affuisse* Hav. A. Vind. C. et a m. pr. Goth. A. om.

5, 1 §. 1, et de conciliis ipsis adn. ad 5, 2 §. 4.

reliqui] sc. Galli, qui proprie vocabantur; in quibus et Senones Carnutesque et Treviri erant. De Menapiis enim cogitari non posse ex iis apparet, quae c. 5 §. 4 leguntur. Non magis cogitandum videtur de Aduatucis Germanisque Cisrhenanis, qui paulo ante in armis fuerant, quos ante exactam hiemem ut Nervios in deditionem redactos esse tacente scriptore quis credat? Itaque *Galliam*, cuius hoc concilium indictum erat, minus late patentem interpretari eo minus dubitabimus, quod etiam *omnem Galliam* interdum angustius dictam videmus. Cf. adn. ad 2, 1 §. 2.

initium belli ac defectionis hoo esse arbitratus] non quod reliqui venerant, sed quod Senones etc. non venerant, quae in reliquorum adventus descriptione quasi inclusa est sententia.

ut omnia postponere videretur] Non aliter hoc *videretur* dictum est atque illud *videri* c. 1 §. 3. Dubitari autem non poterat quin eam rem et summi momenti aestimaret et summa cum contentione persecuturus esset, cuius rei causa etiam concilium Galliae dirimendum putaret.

transfert] sc. Samarobriva, vel ex castris ibi positis. Cf. 5, 53 §. 3.

§. 5. patrum memoria] suorum, non nostrorum, qui 1, 12 §. 5. 40 §. 5. 2, 4 §. 2 dicuntur, quibus ista Senonum et Parisiorum coniunctio vix fuerit memorabilis.

coniunxerant] iisdem Senonibus, quibus erant confines. Sic recte Baumstarkius.

§. 6. Hac re pro suggestu pronuntiata] Hanc *rem* alii translatum Lutetiam concilium, *suggestum* autem eum interpretantur, de quo in conciliis verba fa-

pronuntiata eodem die cum legionibus in Senones proficiscitur magnisque itineribus eo pervenit. **4.** Cognito eius adventu Acco, qui princeps eius consilii fuerat, iubet in oppida multitudinem convenire. Conantibus prius, quam id effici posset, adesse Romanos
2 nuntiatur. Necessario sententia desistunt legatosque
3 deprecandi causa ad Caesarem mittunt. Adeunt per

Hamb. *abfuisse* reliqui cum edd. ante Oud. Cf. adn. cr. ad 1, 36 §. 5.

Cap. 4. §. 1. Acco] „*Acico*, *Accico* Bong. A. Voss. A. S. Leid. A. Pet. Egm. Lov. Dorv.“ *Acico* Pet. Voss. A. Egm. Fabr. Pal. Confl. Par. A. Bong. A. Pl. Vrat. AC. Goth. B. edd. ante Ald. *Accico* Vind. DE. . . . . Fabr. „Alii *Achico* (Dr. A. Vrat. B. Vind. B. Gu.) *Athico* (Gott. Fabr.) *Attico* (Vind. CI. et cum puncto sub priore *t* Goth. A. *Atico* Dr. B. Vind. F.) *Achilo*, *Accilio* (Lov. sec. Torrent. Fabr.).“ *ac cito* Hamb. *Accho* Hav. A. Infra c. 44. et 7, 1 libri fere omnes in *Accone* et *Acconis* consentiunt, ut huic nomini idem acciderit, quod *Latobrigis* 1, 5. §. 3. Quamquam *Acco* hic maiorem auctoritatem habet. Legitur enim in Vind. A. neque aliud ex And. et Ox. affertur, et ab Aldo ex codice receptum videtur.

§ 3. Adeunt] *ad eum* „MSS. 7.“ Voss. A. Egm. Lov. Par.

cere et moderari concilia Caesar consueverit; alii *rem* latius dictam putantes et ad illa quoque, quae de Senonibus et Carnutibus Trevirisque indicaverit, referentes pronuntiationem in castris factam statuunt, quorum significatio lusit in *suggestu*. Atque hoc verisimilius videtur. Etsi enim omnibus locis suggestus fieri et pro suggestu pronuntiari aliquid a Caesare potuit, tamen hic suggestum in concilio eoque seorsum alicubi habito significare voluisse scriptor non videtur, cum etiam ipsum illum concilii locum incertum reliquerit. In castris vero suggestum hunc, sicut illos, qui Afr. 44, 3. 54, 2. 86, 4 commemorati sunt, ponentibus etiam principes Galliae ibi versantes unaque cum iis milites de concilio transferendo reliquisque rebus, quas scire eorum interesset, certiores a Caesare factos ponere licet. Longius a vero cum in re, tum in loco aberravit Metaphrastes: *εἰς μὲν τὴν τῶν Παρισίων πόλιν Λευκετίαν — τὴν σύνοδον μετήγαγε ταύτην· τῶν δὲ Σενόνων ἐνταῦθα πολεμίων ἀπὸ τοῦ βήματος ψηφισθέντων* etc.

cum legionibus] septem numero, ut collatis supra §. 1 et infra c. 5 §. 6 dictis coniicere licet. Atque primum tum ver erat, quo tempore tres ex Italia legiones adductas fuisse c. 1 §. 4 relatum est. Horkelius fecit mit drei Legionen, aut potius eius typotheta.

magnisque itineribus] Male Lippertus „h. e. magno itinere confecto.“ Cf. adn. ad 1, 37 §. 5.

Cap. 4. §. 1. princeps eius consilii] V. ad 2, 14 §. 7. not.

prius, quam] Non alia horum verborum significatio h. l. est atque c. 3 §. 2, et tamen Oudendorpius in ed. maiore h. l. *priusquam* scripsit, quo adverbii vis male debilitatur. Cf. quae ad 5, 3 §. 5 in adn. crit. de *posteaquam* et *postea quam* monui. In ed. min. recte divisit.

§. 2. deprecandi causa] Cf. adn. ad 4, 7 §. 3.

Adeunt per Haeduos] Hoc pro-

Haeduos, quorum antiquitus erat in fide civitas. Libenter Caesar potentibus Haeduis dat veniam excusationemque

A. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Gu. Vind. E. inc. om. Pet. Dr. B. Hamb. Vind. DF. edd. ante Ven. f. Scilicet *ad eum* post *ad Caesarem* glossema ineptum videri debebat, quod eiiciendum esset. In Goth. A. vero etiam genuinum *adeunt* punctis a m. s. notatum et in Vind. C. nulla a *mittunt* interpunctione discretum est. *adeunte* Ven. f.

Haeduos] *eduos* Hamb. et h. l. etiam Ven. b. (*Aeduos* P. Man. Ald. b. Lips. et sqq.)

§. 3. Haeduis] *eduis* Hamb. item §. 4.

prie dictum esse potest ita, ut Haedui seu principes Haeduorum, qui ad concilium venerant, effecisse dicantur ut Senonum legatis ad Caesarem adire liceret, sive aditum Senones ad Caesarem per Haeduos habuisse. Ita fere Casivellaunus 5, 22 §. 3 *legatos per Atrebatem Commium de deditione ad Caesarem mittit*. Neque a vero abhorret venisse eos in Caesaris conspectum et ad eum introductos esse per Haeduos. Sed hoc minutius erat, quam quod tam breviter et summatim scribens recte posset commemorare, et in sequentibus non Senones, sed Haeduos petentes exhibet. Itaque *adeunt* translate dictum videtur, ut in locutionibus, quae apud Tacitum exstant, *scripto adire* et *legationibus adire*, item quibus Plautus utitur, quae eandem praepositionem habent, *per nuntium, per epistolam adire*, quarum similes sunt nostrae angehen et einkommen. Atque etiam Caesar interdum sic translate dixit *adire*, sed ita fere, ut proprie locutus videatur, velut 7, 4 §. 3 de Vercingetorige: *Hac coacta manu quoscunque adit ex civitate, ad suam sententiam perducit*. Ib. 71 §. 2 de eodem: *Discedentibus mandat, ut suam quisque eorum civitatem adeat omnesque — ad bellum cogant*. In quibus ad simplicem adeundi notionem accedens voluntatis et petitionis significatio eam translationem efficit, qua genus ponitur pro specie. Cuius quasi initium faciunt talia, quale est Civ. 1, 64 §. 3, ubi milites dicuntur *centuriones tribunosque militum adire atque obsecrare, ut* etc. Ib. 3, 59 §. 4: *Quibus illi rebus permoti universi Caesarem adierunt palamque de eorum iniuriis sunt questi*. Alex. 69, 1: *Cum in Pontum venisset — legati a Pharnace missi Caesarem adeunt atque inprimis deprecantur, ne* etc. Nam etiam in his inest aliquid translationis, quod facile senties, si contuleris illud Hisp. 3, 2: *Quo ex oppido cognito Caesaris adventu legati clam praesidia Cn. Pompeii Caesarem cum adissent, petere coeperunt, uti* etc. in quo plane nihil inest. Iam quot gradibus ab illo distet hoc, quo Senones *adire per Haeduos* dicuntur, non est obscurum. — Ad praepositionis usum praeter ea, quae supra ex Plauto (Mil. 4, 6 v. 10) attuli, cf. 1, 19 §. 3 *per C. Valerium Procillum — cum eo colloquitur*. Ib. 41 §. 1 *decima legio per tribunos militum ei gratias egit*.

§. 3. petentibus Haeduis.] Hic non dativus est, ut *conantibus* §. 1, sed ablativi sunt absoluti, ut 1, 28 §. 4: *Boios petentibus Haeduis, quod egregia virtute erant cogniti, ut in finibus suis collocarent, concessit*. et, de quibus dubitatio esse

accipit, quod aestivum tempus instantis belli, non quae-
4 stionis esse arbitratur. Obsidibus imperatis centum

arbitratur] Bong. A. Voss. A. Egm. „et 2 alii" Par. A. Dr. A. Vrat. AC. Goth. B. Hamb. Ven. f. *arbitrabatur* reliqui codices et editiones, tacente Pl.; cuius silentium etsi dubitationis aliquid de optimi codicis auctoritate iniicit, tamen diserto Oudendorpii testimonio plus tribuendum est. (Ex. Fabr. inde ab huius libri c. 3. usque ad finem libri 7. Bongarsianorum codicum certam mentionem nullam facit). Cf. 7, 84. §. 4: *Multum ad terrendos nostros valet clamor, qui post tergum pugnantibus exstitit, quod suum periculum in aliena vident salute constare.* Civ. 1, 4. §. 3: *Scipionem eadem spes provinciae atque exercituum impellit, quos se pro necessitudine partiturum cum Pompeio arbitratur.* Etiam Apitzius et Ecksteinius praesens praetulerunt, sed neque rectius ille imperfecto pronuntiare praesens, neque hoc comparare cum eo debebat, quod 5, 46 §. 3. pro perfecto reponendum fuit. (*exit* pro *exiit.*) Hoc loco *arbitrabatur* non solum aeque rectum, sed etiam magis usitatum erat. Cf. 3, 8 §. 2: *Ab his fit initium retinendi Silii atque Velanii, quod per eos suos se obsides, quos Crasso dedissent, recuperaturos existimabant.* 5, 58 §. 4: *praecipit atque interdicit — neu quis quem prius vulneret, quam illum interfectum viderit, quod mora reliquorum spatium nactum illum effugere nolebat.* Ib. 39 §. 4. 7, 21 §. 3.

§. 4. imperatis] *impetratis* P. Mau. Ald. b.

nequit, 2, 12 §. 5: *legatos ad Caesarem de deditione mittunt et petentibus Remis, ut conservarentur, impetrant.* Quamquam enim data Senonibus venia etiam Haeduis eorumque precibus data dici potest ea dativi significatione, quae ad 1, 20 §. 5 declarata est, tamen in hoc nomine usus scriptorum obstat. Cf. 7, 15 §. 6: *Datur petentibus venia.* 8, 48 §. 9: *veniam petenti dedit.* Afr. 92, 3: *quibus supplicibus venia data.*

instantis belli] Qui hunc genitivum ex solo *esse* verbo pendere statuunt, etiam *aestatem belli esse* et similia recte dici statuere debent, quae vereor ut exemplis probare possint. Mihi scriptor non alia de causa *aestivum tempus* quam *aestatem* ponere maluisse videtur, nisi quod semel positum *tempus* bis cogitari vellet, quemadmodum aperte voluit illa scribens 2, 19 §. 5: *Ubi prima impedimenta nostri exercitus ab his, qui in silvis abditi latebant, visa sunt, quod tempus inter eos committendi proelii convenerat.* secundum quae etiam haec interpretanda puto, quae leguntur Civ. 3, 60 §. 7: *neque tempus illud animadversionis esse existimans.* Instantis autem *belli tempus*, quod Oud. tempus cogitandi de bello, quod instabat (quae locutio est Ciceronis Phil. 11, 10: *si quicquam aliud a nobis, nisi de instanti bello cogitatum putabunt*) interpretatur, potius gerendi belli tempus est existimandum. Per aestatem enim Caesar non cogitaturus, sed gesturus erat bellum, sane non quod instaret, sed quod instabat tum, cum hoc arbitrabatur, quod ipsum tempus erat de instanti bello cogitandi. Id vero vernum erat, non aestivum.

hos Haeduis custodiendos tradit. Eodem Carnutes lega- 5
tos obsidesque mittunt: usi deprecatoribus Remis, quo-
rum erant in clientela, eadem ferunt responsa. Peragit 6
concilium Caesar equitesque imperat civitatibus.

5. Hac parte Galliae pacata totus et mente et
animo in bellum Trevirorum et Ambiorigis insistit. Ca- 2
varinum cum equitatu Senonum secum proficisci iubet,
ne quis aut ex huius iracundia, aut ex eo, quod me-
ruerat, odio civitatis motus existat. His rebus consti- 3

§. 5. Eodem] *e. tempore* Leid. B. et addito in m. a m. s. *tempore* Goth. A.

§. 6. Peragit] *pergit* Dr. A. Cf. 5, 24 §. 1: *concilioque Gallorum Samarobrivae peracto* et Garatou. ad Cic. pro Sext. c. 35. (p. 144 ed. Neap. 1187, 2 Hal.)

Cap. 5. §. 1. bellum] *bello* Bong. A.

§. 2. meruerat] *metuerat* „MSS. tres quatuorve recentiores" Goth. B. Vind. C. (Gu.) Rom. a. Med. a. Ven. bcdef. Ber. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. *in eum erat* St. et Faërnus „sive coniectura, sive ex V. C." Urs. Not. Idem in Emend. ita Faër-

§. 4. hos] quos statim, ut erant imperati, adductos existimare debemus. De constructione dictum est ad 4, 21 §. 6.

§. 5. Eodem] i. e. ad Caesarem, si ex iis, quae ante dicta sunt, adverbii declaratio petenda est; alium enim locum in illis significatum videmus nullum. Sed ad personas referre Caesar haec adverbia non solet, neque ad quem illi missi essent, demonstrari opus erat. Itaque ex sequentibus potius declaratio petenda, in quibus cum Caesar peregisse concilium dicatur, quod erat Lutetiam translatum, Lutetiam Carnutes et simul, quia hi *eodem*, quo Senones, miserunt, etiam Senones misisse legatos docemur.

usi deprecatoribus Remis] Vulgo haec ad superiora referunt, quasi sua sponte Carnutes legatos obsidesque ad Caesarem mittere non ausi sint.

eadem ferunt responsa] Hoc alterum est praecedentis narrationis supplementum, responsa tulisse Senones indicans; quae cum verbis §. 3 *dat veniam excusationemque accipit* contineri necesse sit, aptissime haec *eadem ferunt responsa* ad illa *usi deprecatoribus Remis* referri patet, ut, quemadmodum per Haeduos Senones, ita per Remos Carnutes veniam impetrasse dicantur.

Cap. 5. §. 1. et mente et animo] Cf. adn. ad 1, 39 §. 1.

institit] V. adn. cr. ad 3, 14 §. 3.

§. 2. secum proficisci] quocunque ipse profecturus esset.

civitatis] Hoc ita collocatum est, ut possit cum *odio* coniungi, neo obstat sententia; sed membrorum aequabilitas et concinnitas suadet, ut sequentibus potius adiungatur, quo facto nonnihil levatur Cavarini invidia. Itaque comma sustuli.

§. 3. His rebus constitutis] quae quidem ad Cavarinum, ad equitatum Senonum, ad profectionem eorum pertinerent, quas omnes in Ephemeridibus copiosius expositas h. l. perbreviter significatas videri ad 5, 5 §. 1 ostendi.

tutis, quod pro explorato habebat Ambiorigem proelio non esse concertaturum, reliqua eius consilia animo cir-
4 cumspiciebat. Erant Menapii propinqui Eburonum finibus, perpetuis paludibus silvisque muniti, qui uni ex Gallia de pace ad Caesarem legatos nunquam miserant: cum his esse hospitium Ambiorigi sciebat; item per

num sive meliores nactum codices, sive ex ingenio emendasse narrat. Porro Faërni lectionem amplexum esse R. Stephanum Oud. narrat, qui nescio an a. 1544 cognitum habere potuerit quod Faërnus in Caesaris Comm. aut recipiendum aut emendandum censuisset. Ceterum in *meruerat* consentiunt codices Cu. Voss. A. Pet. Egm. Gott. Fabr. Pet. Confl. Braut. Hav. A. et meorum reliqui, nisi quod in Dr. B. *menerat* scriptum videtur, in Vind. B. *al. vetus erat* scriptum esse dicitur, et edd. Vasc. Gr. b. (Frell.) Lips. et sqq. Sed anonymus Dresdensis scribendum putabat *meruerant* „scil. Senones, ab admissa in Caverinum. Vid. Lib. V. C. 54." Apitzio vero etiam eiicienda videbantur verba *eo, quod meruerat*, propterea, quod alii habeant *metuerat*, et quod neque Metaphrastes neque Petrarcha haec agnoscant. Nempe mirari licet Caesarem eius, quem ipse regem constituisset, odium meritum fateri, quam illi offensionem critico remedio, Heldius interpretatione tollere studuit, *merere* h. l. nihil nisi contrahere, remota culpa, significare contendens. Sed hominem iracundum crudelius et superbius imperasse, quae Hansii suspicio est, facile credi potest et scriptore iubente debet. Cf. quae Divitiacus 1, 31 §. 13 de Ariovisto dicit: *Hominem esse barbarum, iracundum, temerarium: non posse eius imperia diutius sustinere.*

§. 3. concertaturum] *certaturum* (Vind. I.) Ven. f. Lips. In. Gr. Dav. Ci. *contenturum* And. Ox. Par. B. Hav. A. Vind. A. *concertaturum tenturum* Voss. A. Par. A. sec. Nipperd. (sec. Dübnerum Par. A a m. pr. *concertaturum*, correctue *contenturum* habet, idque Dübnerus recepit.) *concertaturum temptaturum* Egm. Vrat. A. *concertaturum ceterum* Pet. Ex his omnibus *contenturum* non veriorem, ut Oud. putabat, sed antiquam esse lectionem efficitur ex margine vetustioris alicuius exemplaris in ea, quae secundum tertiumque a Bong. A. locum tenent, illatam una cum altera, quae pura in Bong. A. exstans, cum per se nihil reprehensionis habeat, pro vera accipienda est.

§. 4. his] Pet. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Par. A. Bong. A.

§. 4. Erant Menapii — miserant:] Horum nihil est, quod non superioribus Commentariis sit demonstratum. Cf. 3, 28 et 4, 22 §. 1 — 3. Hoc vero loco iterum proponuntur, quia ad explicandum Caesaris consilium pertinent, et ita proponuntur, ut ipse sibi ea in memoriam revocare et ab eorum consideratione ordiri consultationem videatur. Consilium autem ipsum duabus potissimum rationibus nitebatur, quas deinceps declarat; quarum priori haec, quae de Menapiis commemorat, tanquam prooemium praemittit. Ea de causa punctum post *miserant* in colon mutavi.

de pace] Cf. adn. ad 4, 36 §. 1.

hospitium] V. ad 1, 31 §. 7 adscripta.

Treviros venisse Germanis in amicitiam cognoverat. Haec prius illi detrahenda auxilia existimabat, quam 5 ipsum bello lacesseret, ne desperata salute aut se in Menapios abderet, aut cum Transrhenanis congredi cogeretur. Hoc inito consilio totius exercitus impedi- 6

Dr. AB. Vrat. A. Goth. A. Gu. Vind. ABCFI. Rom. a. Ven. cdef. Ber. *hiis* Vrat. BC. Hamb. *iis* Goth. B. Med. a. Ven. b. Ald. et sqq.

Germanis] And. Ox. S. Leid. A. Pet. cui ex. Fabr. addit Lov. de quo tacet Oud. Hav. A. Hamb. Vasc. St. Gr. b. (Freil.) Lips. et sqq. *in Germanis* Vind. A., qui deinde *amicitiam* siue *in* exhibet. *Germanos* reliqui Oud. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. (Gu.) Vind. EI. edd. ante Vasc. P. Man. Turr. Ald. b. Id licet ferri possit ita, ut *ei* audiatur, tamen, cum multo faciiius audiatur *eum*, in una littera lapsum esse optimi codicis scriptorem, praesertim cum *Treviros* modo scripsisset, verisimilius est, quam Caesarem durius praetulisse. Accedit quod h. l. de Ambiorigis, non de Germanorum auxiliis agitur, id quod sequentia demonstrant, quae ipsa obstant quo minus Menapios Germanis in amicitiam venisse interpretemur.

§. 5. bello lacesseret] *l. b.* Dr. A. Vind. B. *b. lacessendum* And. Lov. Aid. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. lu. Gr. Dav. *bellō lacesseret* Bong. A. sec. Oud. (tac. Pi.) *bellum l.* Voss. AB. Egm. Duk. Vrat. A. Vind. C. Cf. adn. cr. ad 4, 34 §. 2. (*lacesseret* Dr. A. Hamb. *lacesserat* Goth. A. et, sup. *e*, Vind. A.)

Menapios] *Menapiis* ex veteribus libris Gifanius, ut ait Brantius. Reg. Ox. Leid. A. Carr. Duk. Hav. A. Goth. A. Vind. ACI. Cf. adn. ad 5, 8 §. 4. *manepios* Dr. B. *menappios* Rom. a.

congredi] *concedere* And. *cum cede* Ox. quod ex illo corruptum videtur. Illud autem suspicor originem ducere ab offensione, quam vulgata lectio habet, quae Caesarem quasi amicum prospicientem Ambiorigi facit, cum sibi potius caveret deberet, ne facere aut pati ipse cogeretur quod nollet. Atque hoc significari alicui videbatur, si scriberetur *aut eum Transrhenanis concedere cogeretur*. Servata *cum* praepositione *concedere* sensum non habet. Non magis casu fieri ex *congredi* potuit.

cogeretur] *conaretur* Vrat. A. ut scribendum putabat vir doctus, quem Oud. Gudium dicit, cuius adnotationem ad h. l. adscripsit. Ea in ex. Fabr. sine auctoris nomine ab eadem manu, quae varias lectiones scripsit, exarata exstat in scheda. Ipse Oud. mutationem necessariam esse negat, quia *cogeretur* idem sit, quod *necessitate coactus conaretur*. Sed non tam ne quid conaretur Ambiorix, quam ne quid efficeret, quod Caesari contrarium esset, cavendum huic erat; quae ipsa vulgatae scripturae sententia est, adiuncta ad effectionem necessitatis significatione, quasi dictum sit *aut*, *id quod necessario facturus esset*, si prius (ut in Menapios se abderet) efficere non potuisset, *cum Transrhenanis congrederetur*.

§. 5. cum Transrhenanis congredi] Usitatam huius locutionis significationem tenentes Sincerus et Horkelius, qua in hostili congressu usurpatur, non solum subiecti mutationem inferunt durissimam, sed etiam veritati adversantur et Caesarem vitantem fa-

menta ad Labienum in Treviros mittit duasque ad eum
legiones proficisci iubet; ipse cum legionibus expeditis
7 quinque in Menapios proficiscitur. Illi nulla coacta
manu loci praesidio freti in silvas paludesque confu-
giunt suaque eodem conferunt. 6. Caesar partitis co-
piis cum Caio Fabio legato et Marco Crasso quaestore
celeriterque effectis pontibus adit tripertito, aedificia
vicosque incendit, magno pecoris atque hominum nu-
2 mero potitur. Quibus rebus coacti Menapii legatos ad

§. 6. ad eum legiones] Hunc verborum ordinem praebent Bong. A. sec. Pl. Ox. Vind. A. St. raro diversarum familiarum principum tantum consensu, qui casui attribuendus non videtur. Cf. infra c. 32 §. 2: *si qui ad eos Eburones ex fuga convenissent.* Alex. 11, 1: *magnoque impetu IIII ad eam constratae naves contenderunt.* In reliquis codd. et edd. est *legiones ad eum.* (In Dr. B. Vind. F., qui pro *duasque* habent *ducesque*, est *legionis ad eum.*)

Cap. 6. §. 1. legato] om. And. Ox. Hav. A. Vind. A. *longato* Gr. b.

Marco Crasso] Gott. Fabr. Vrat. B. Vind. BCI. *Mencasso* Egm. Fabr. *mencasso* Vrat. A. *M.* superducta linea *Crasso* Par. A. *M. Crasso* reliqui cum edd.

quaestore] *legatis* And. Ox. Cf. adn. cr. ad 5, 24 §. 3.

adit] Ox. S. Hav. A. (Par A.) Vasc. St. Gr. b. *addit* Vind. A. *adhiit* Hamb. *adiit* reliqui Oud. Carr. (Confl.) Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. CDEF. cum reliquis ante Oud. edd. Cf. adn. cr. ad 4, 20 §. 3.

tripertito] „MSS. plerique“ Par. A. Vind. A. et per compendium Hamb. Reliqui mei cum edd. omnibus et, si Pl. silentium non fallit, Bong. A. habent *tripartito.* Cf. var. lect. 1, 25 §. 6. 5, 10 §. 1 et 32 §. 1. (*exercitu* addunt Carr. Duk. Dorv. Bong. C et Pal. Confl. Dr. B. Vrat. C et a m. s. margo B. Goth. AB. Vind. CDEI. edd. ante Ven. f.)

ciunt quod paulo post c. 9 §. 1 et 2 ultro appetisse, immo hoc ipso loco in proxime sequentibus meditatus esse demonstratur. Ii vero, qui Ambiorigis hanc cum Transrhenanis congressionem statuunt et *congredi* secundum Morum eorum fines adire seque cum iis coniungere interpretantur, dum et syntaxin et historiam consentientem habent, exemplis probare interpretationem non possunt. Nam quae Oberlinus in Mantissa ut plane sic dicta affert Livii 38, 25 (§. 6) et Nepotis Dat. 11 (§. 2), ea non differunt ab hoc, quod supra 4, 11 §. 1 scriptum est de legatis ad Caesarem revertentibus, *qui in itinere congressi magnopere ne longius progrederetur, orabant*, et colloquendi ac paciscendi causa factam congressionem significant; et quos Moebius 1, 39 §. 1 simili sensu *congressos* cum Germanis dici putat Gallos, eos proelio seu armis congressos esse satis demonstrant quae ibi sequuntur: *ne vultum quidem atque aciem oculorum ferre potuisse.* Nihilo minus tamen vera illorum interpretatio et verbi Latini usus ad Grae-

eum pacis petendae causa mittunt. Ille obsidibus ac- 3
ceptis hostium se habiturum numero confirmat, si aut Ambiorigem aut eius legatos finibus suis recepissent. His confirmatis rebus Commium Atrebatem cum equi- 4
tatu custodis loco in Menapiis relinquit, ipse in Treviros proficiscitur.

7. Dum haec a Caesare geruntur, Treviri magnis coactis peditatus equitatusque copiis Labienum cum una legione, quae in eorum finibus hiemaverat, adoriri para-

§. 3. habiturum numero] *n. h.* Hav. A. Viud. B. St. *in n. h.* Viud. A. *h. in n.* S. Leid. A. Certe Oud. sub lemmato *habiturum numero* ex illis referens *in numero* facile praepositionem hic excidere potuisso ob praecedens *m* demonstrat. *h. al. abiturum n.* Hamb.

§. 4. rebus] om. edd. anto Ven. f.

Cap. 7. §. 1 hiemaverat] *hiemabat* Ox. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. St. Oud. „Hiems enim noudum erat exacta.“ Ita sane statuendum esset, si *hiemabat* genuinum esse constaret, simulqne credendum, quae c. 5 §. 6 et c. 6 gessisse Caesarem relatum est, noudum exacta hieme esso gesta, quod secundum c. 3 §. 4 et 6 scripta credi non potest. Itaque plusqnamperfectnm praestat, quod tamen non impedit, quo minus iisdem in castris, quae per hiemem habuerat, etiam tum fuisse Labienum eoquo oppugnandi causa contendisse Troviros oxistimemus. Atqno hoc unum mutandae lectionis occasionem dedisso videtur, quod certa loci significatio, quam imperfectum praeboret, desideraretur. Quamqnam ne plusquamperfecti quidem usus ab ea significationo abhorret, ut id adn. cr. ad 2, 6 §. 4 docui. Sed h. l. nihil est quod cogitari de ea iubeat.

corum imitationom referendus videtur, qui *συνέρχεσθαι* et *εἰς ταὐτὸν ἔρχεσθαί τινι* ita dicere solent. Cf. Pollux Onomast. 1, 154: *δύναιτο δ᾽ ἄν τις εἰπεῖν ἐπὶ μὲν τοῦ εἰς ἔχθραν καταστῆναι, τὰς σπονδὰς ἔλυσαν, διέστησαν, ἀπεῤῥάγησαν, ἠλλοτριώθησαν, ἐξεπολεμώθησαν. εἰς πόλεμον συνέπεσον, ἐπὶ δὲ τοῦ ἐναντίου συνῆλθον, ἡρμόσθησαν, εἰς ταὐτὸν ἦλθον, ᾠκειώθησαν.* Ao noscio, qno alio verbo Latino uno haec adeundi seque coniungendi actio indicari potnisset. Haud minori dubitationi obnoxius eiusdom verbi usus est Civ. 1, 40 §. 3.

Cap. 6. §. 4. His confirmatis rebns] i. e. eo perductis, ut firmae esse viderentur; id quod fide ab utrisque, a Menapiis etiam obsidibus datis effici potnit. Cf. Civ. 1, 86 §. 2: *neque omni interposita fide firmum esse posse.* Ib. 74 §. 3: *fidem ab imperatore de Petreii atque Afranii vita petunt —. Quibus confirmatis rebus se statim signa translaturos confirmant.* Res autem, qnae confirmatae monstrantur, non aliae sunt, nisi quas proxime antecedentia continent, pax a Menapiis petita et pacis conditiones a Caesare latae. Cf. c. 5 §. 3: *His rebus constitutis.* Et *pacem confirmare* 1, 3 §. 1 et 4, 28 §. 1 legimus.

custodis loco] cf. adn. ad 1, 20 §. 6.

Cap. 7. §. 1. in eorum finibus]

bant, iamque ab eo non longius bidui via aberant, cum
2 duas venisse legiones missu Caesaris cognoscunt. Posi-
tis castris a milibus passuum quindecim auxilia Ger-
3 manorum exspectare constituunt. Labienus hostium
cognito consilio sperans temeritate eorum fore aliquam
dimicandi facultatem praesidio quinque cohortium im-
pedimentis relicto cum XXV. cohortibus magnoque equi-
tatu contra hostem proficiscitur et mille passuum in-
4 termisso spatio castra communit. Erat inter Labie-
num atque hostem difficili transitu flumen ripisque prae-
ruptis: hoc neque ipse transire habebat in animo neque
5 hostes transituros existimabat. Augebatur auxiliorum
6 cotidie spes. Loquitur in consilio palam: quoniam

§. 3. praesidio quinque cohortium] Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. A. Goth. A. Hamb. Gu. Vind. C. Ven. f. *p. V. c.* Pet. Gott. Voss. A. Egm. Fabr. Vrat. B. Cl. *p. c. quinque* Rom. a. Med. a. Ven. bede. Ber. *p. c. V.* Vrat. C. Goth. B. Oud. *quinque c. p.* Vind. E. Ald. a. Gr. ab. St. Frell. P. Man. Turr. *V. c. p.* Ald. b. Lips. lu. Gr. Dav. „contra MSS. et Edd. Vett." *V. cohortibus p.* Vind. A. *p. c.* Vind. B. *quinque cohortum* Vind. F. Vere Oud. vulgato ante Clarkium verborum ordini adversari codices monuit, sed quem ipso ex editis ante Ven. f. recepit, cum codicibus pariter adversari non animadvertit.

§. 4. habebat in animo] *habeat in a.* Dr. B. *i. a. habebat* Ox. S. Leid. A. Vind. A. (Hav. A.) St. Oud. Similiter Hisp. 26, 7: *cohortes animo habeo ad vos mittere.* Sed altero verborum ordine Afr. 51, 4: *haberetne in animo dimicare.* Item *esse in animo* 1, 7 §. 3. 10 §. 1. Civ. 1, 1 §. 4.

§. 6. consilio] *conscilio* Dr. B. *concilio* Ald. ab. Gr. ab. P. Man. et sqq. usque ad Oud., qui secundum „MSS. 14, in quibus optimi quique" restituit *consilio*, quod tuentur Bong. A. Pl. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Fabr. (Par. A.) Carr. cod. Turr. Pal. Confl. Hav. A. et praeter Dr. B. a me visi omnes. Cf. adn. cr. ad 1, 40 §. 1.

Hanc legionem Caesarem 5, 24 §. 2 in *Remis* in confinio Trevirorum hiemare iussisse, ab eiusque oppugnatione deterritum Induciomarum 5, 53 §. 2 copias *in Treviros* reduxisse accepimus, et tamen h. l. *in finibus Trevirorum* hiberna habuisse, et c. 5 §. 6 Caesar ad Labienum *in Treviros* misisse impedimenta dicitur. Quam repugnantiam alii aliter tollere conati sunt, equidem ita removendam censeo, ut locus castrorum in ipso confinio Remorum et Trevirorum fuisse statuatur, in quo posita pariter horum atque illorum in finibus locata dici potuerint.

§. 2. a milibus passuum quindecim] Cf. ad 5, 32 §. 1 adscripta.

§. 3. impedimentis] sc. totius exercitus, quae a Caesare ad se missa (c. 5 §. 6) Labienus in castris illis munitissimis (5, 57 §. 1) cum quinque cohortibus reliquit.

§. 4. flumen] Id Rhellicanus et plerique *Mosellam* interpretan-

Germani adpropinquare dicantur, sese suas exercitusque fortunas in dubium non devocaturum et postero die prima luce castra moturum. Celeriter haec ad hostes 7 deferuntur, ut ex magno Gallorum equitum numero nonnullos Gallos Gallicis rebus favere natura cogebat.

adpropinquare] Par. A. (Bong. A.) Vrat. A. Vind. A. non *appr.* (*apr.* Hamb. Vind. D.)

§. 7. equitum] om. Vind. D. *equitatum* Duk. Pal. Cousl. et a m. pr. Goth. A. *equitatus* Aud. Ox. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. praeter Gr. b. Freil. quae cum prioribus edd. et reliquis Oud. codd. item Reg. N. Voss. Cl. cod. Ciac. Pet. Gott. Voss. A. Egm. Fabr. Bong. C. Consl. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. et a m. s. A. Hamb. Gu. Vind. CEF. tenent *equitum*, quod et codicum causa et ut simplicius teneri debet. *Magnum numerum equitatus* Caesar 1, 18 §. 3, *magno numero equitatus* 3, 11 §. 3 dixit, sed *magno Gallorum equitatus numero* nescio quid operosi habet, quod minus placet. Oudendorpio vero etiam *equitatuum* placebat ex eoque natum videbatur *equitatum*, deinde ex hoc *equitatus*, quorum nihil probabile arbitror. Facile *equitum* corrumpi potuit in *equitatum* corruptumque est 5, 19 §. 2 in Gott. Fabr. Gu. Vrat. B. et 6, 30 §. 3. in Voss. A. Fabr. Ex *equitibus* autem etiam 6, 31 §. 1 et 7, 14 §. 5, quos locos significavit Elberlingius, *equitatum* fecerunt Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Itaque *equitatus* h. l. consulto, *equitatum* errore illatum, a Caesare vero profectum videtur *equitum*.

Gallos] *Gallorum* Lbb. om. Aud. Ox. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. praeter Gr. b. Freil. *Gallos* Clarkius non abiutur, Reichardus (*Geographische Nachweisungen der Kriegsvorfälle Caesars und seiner Truppen in Gallien* Lips. 1832 p. 9) *Suram* (*Süre*, *Sauer*) significari putat, quod verisimilius videtur.

§. 6. fortunas] Cf. adn. ad 3, 12 §. 3.

devocaturum] Praepositionis Dübnerus hanc vim esse putat, ut certi ac definiti loci notionem adiiciat ad simplicem vocationem; quam tamen significationem *devocare* verbum, nisi additum esset *in dubium*, non magis haberet, quam *deducere* c. 10 §. 2 in verbis: *Ubiis imperat, ut pecora deducant* eam habet, quam idem vir doctus statuit interpretans *ducant in locum ipsis significatum.* Neque vero additum *in dubium* facit ut locus, in quem *devocentur* fortunae, magis certus et definitus sit cogitandus, quam si eo *vocari* dicantur; sed quia quae *devocantur*, eo in loco, in quem devocantur, constitura et mansura videntur (cf. ad 2, 21 §. 7 adn.) loci notionem ipsam certiorem et clariorem animo concipimus, si quid *devocari* aliquo audimus, quam si *vocari*, et ita demum praepositionis vis ad ipsum locum illum quasi extenditur, cum per se nonnisi ad eum, de quo quid vocetur, pertineat. Atque hinc intelligitur, quomodo fiat ut *in dubium vocare* dictio usitatior sit, quam *in dubium devocare*. Quae enim dubitationi, quae vulgo dicitur, obnoxia sunt, fere extra locum versantur et nihil concreti habent.

§. 7. ut] V. ad 5, 43 §. 5 adscripta.

8 **Labienus noctu tribunis militum primisque ordinibus convocatis, quid sui sit consilii, proponit et quo facilius hostibus timoris det suspicionem, maiore strepitu et tumultu, quam populi Romani fert consuetudo, castra moveri iubet. His rebus fugae similem profectio-**
9 **nem effecit. Haec quoque per exploratores ante lucem in tanta propinquitate castrorum ad hostes deferuntur.**
8. Vix agmen novissimum extra munitiones processerat, cum Galli cohortati inter se, ne speratam praedam ex manibus dimitterent, longum esse perterritis

dere a Caesaris perspicuitate, Oudendorpius sine dubio rectius abesse iudicabat „ni in *ταυτολογίαν* incurrat turpiter Caesar." Uterque *nonnullos Gallos* coniunxisse videtur; quod si fieri necesse est, cum Oudendorpio sentiendum erit: sin *nonnullos* ad praecedentia, *Gallos* ad sequentia referre licet, non perspicuitatis causa, sed argute hoc additum habebitur, fere ut 5, 27 §. 6: *Non facile Gallos Gallis negare potuisse.* Sic *Gallos* appositionis loco accipiendum et ita interpretandum est, ut ex magno Gallorum equitum numero non omnes, sed tamen nonnulli natura cogente ut Galli sensisse et Gallicis rebus favisse dicantur. Quod cum minime inepte dictum videretur, codicum auctoritati obtemperandum et *Gallos* revocandum putavi.

§. 8. noctu] *nocte* Vind. A. quod nihil nisi tempus significat. Sed consulto Labienus noctem ad hoc consilium sumpsisse, scriptor autem iiii, quod §. 6 *palam* in consilio ab eo pronuntiatum ostendit, hoc ut clam propositum opponere videtur; quod nescio quo modo adnotationem criticam ad 3, 2 §. 1 scribentem me fugit.

convocatis] *coactis* And. Ox. Reg. Hav. A. Vind. A. Dav. Cl. Oud. praeeunte ad Liv. 30, 4 §. 1 Gronovio, qui Andinis membranis nimium tribuere solebat. *Coactis* non ineptum, sed paulo vehementius et multo minus usitatum, quam *convocatis* (cf. 3, 5 §. 3 *convocatis centurionibus* 4, 23 §. 5 *legatis tribunisque militum convocatis*) ex Ephemeridibus, quarum vestigium c. 6 §. 1 deprehendimus, originem ducere non minus potest, quam §. 7 *equitatus* et *Gallos* nominis praetermissio.

suspicionem] *suspicione* Hamb. (qui pro *det habet de.*) *suspectionem* Bong. A. quem unum mirari licet hoc uno loco formam vetustati sane non inauditam et a recentioribus quibusdam usurpatam exhibere, cum in reliquis locis undecim vulgatam constanter teneat, qua Caesar, ut insolita verba fugiebat, dubitari non potest quin etiam hic sit usus. Nec aliter Terentius Andr. 3, 2 v. 21. ex quo loco Oud. *incidit suspectio* affert.

effecit] Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Fabr. Par. A. Bong. A. Pl. Bong. C. Confl. Vrat. AB. Hamb. Gu. Vind. F. *fecit* Lov. sec. Oud. Dorv. Pal. Confl. Vrat. C. Goth. B. Vind. D. edd. ante Ald.

§. 8. quid sui sit consilii] Cf. adn. ad 1, 21, §. 2.

fert] V. adn. ad 4, 32 §. 1.

Cap. 8. §. 1. cohortati inter se] Cf. 4, 25 §. 5.

longum esse] Perperam Sin-

Romanis Germanorum auxilium exspectare, neque suam pati dignitatem ut tantis copiis tam exiguam manum, praesertim fugientem atque impeditam, adoriri non audeant, flumen transire et iniquo loco committere non

efficit Ald. et sqq. Dr. A. B. Goth. A. Vind. A. et pars codicum Oudendorpii, qui nihil nisi „*effecit* MSS. 8" adscribens, incertum reliquit, qua auctoritate praesens tenuerit. Nunc potiorem esse praeteriti auctoritatem apparet, quo hanc effectionem non ut reliquas actiones tamquam praesentem intueri, sed absolutam cogitare iubemur; id quod naturae et rationi effectionis satis convenit. Quamquam ne praesens quidem ineptum est. Cf. c. 9 §. 4: *paucis diebus opus efficitur*. Et in tantulo scripturae discrimine peue libera datur electio.

Cap. 8. §. 1 auxilium] *auxilio*, in m. *auxilia*, Bong. A. sec. Oud. *auxilio* an *auxilia* sec. Pi. *auxiliom* Goth. A. a m. pr. *auxilia* idem a m. s. Reg. N. Vind. DF. Vasc. Gr. b. Cl. om. Vind. A. Pluralis magis convenit ei, quod cap. 7 §. 2 legitur, et propius ad optimi codicis scripturam accedit, quam singularis, ad sensum vero nihilo est deterior. Itaque utrum scriptor posuerit, ambiguum est.

committere] Ita Vind. A. *c. proelium* Pet. Gott. Voss. A. Fabr. Par. A. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. Gu. Vind. B. Ven. f. *proelium c.* reliqui (*conm.* Ham.) cum editis praeter Ven. f. omnibus; quae sedis inconstantia suspectum facit nomen. Sequentia vero plane id damnant. Quomodo enim hostibus proelium committentibus placide progredi poterat Lavienus? aut cum quibus commissum proelium illud putamus? De futura enim commissione ut cogitemus neque prioris verbi *transire* ratio neque linguae usus patitur. Cf. 2, 23 §. 3: *ipsi transire flumen non dubitaverunt*. 8, 48 §. 6: *non dubitant nostri resistere*. Civ. 2, 33 §. 5: *ne Varus quidem Attius dubitat copias producere*. Ib. 3, 106 §. 3: *infirmis auxiliis proficisci non dubitaverat*. Contra, remoto nomine dictio fit similis eius, quae exstat Civ. 3, 25 §. 1 (*venti, quibus necessario committendum existimabat*) sententia autem tam apta, quam quae maxime. Neque vero dubium esse

cerus: Es solle ferne von ihnen seyn. Rectius dixeris: Es sey Zeitverschwendung. Quod enim antea ut iustum et necessarium consumere exspectando tempus statuerant, id iam longum iis et supervacaneum videbatur, quoniam perterriti essent Romani. Similiter Civ. 1, 29 §. 2, quem locum contulit Heldius: *Relinquebatur ut — naves essent exspectandae. Id propter anni tempus longum atque impeditum videbatur.*

tam exiguam manum] Labienus XXV. cohortes et magnum equitatum habebat (c. 7 §. 3) ex quo iudicari potest, quantae Trevirorum copiae fuerint; nisi forte temeritatis eorum significandae causa ita loquentes fecit Caesar.

atque impeditam] h. e. impedimenta sua secum agentem ac portantem. Cf. §. 3 et 5.

iniquo loco committere] Cf. 4, 5 §. 1: *nihil his committendum existimavit*, et quae ibi adscripsimus; secundum quae *committere* h. l. absolute positum interpretari possumus *arbitrium permittere*, fere ut *tribuere* 1, 13 §. 4 *honorem habere*, *posse* 1,

2 dubitant. Quae fore suspicatus Labienus, ut omnes citra flumen eliceret, eadem usus simulatione itineris
3 placide progrediebatur. Tum praemissis paulum impedimentis atque in tumulo quodam collocatis Habetis, inquit, milites, quam petistis facultatem: hostem inpe-
4 dito atque iniquo loco tenetis: praestate eandem nobis ducibus virtutem, quam saepenumero imperatori praestitistis, atque illum adesse et haec coram cernere existi-

potest, utrum casu aut coniectura omissum an supplendae orationis causa additum esse *proelium* verisimilius sit. Itaque secundum Vind. A. delevi; cuius libri auctoritatem non parum hic firmari puto.

§. 3 hostem] *hostes* Bong. A. Pi. Carr. cod. Turr. Vind. I. et a m. pr. Goth. A. Id verum esse potest.

inpedito] Vind. A. Goth. B. (Bong. A.) non *imp.* (*impeditum* Vind. D. *impeditos* Carr. cod. Turr. Dr. B. Goth. A. Vind. I. *impeditus* Vind. C. *in impedito* Egm. *impedimento* Ven. bcde. Dorv. *in impedimento* Vrat. A.)

§. 4 atque illum adesse] *eum adesse* Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. Iu. Gr. Dav. Ci. *adesse eum* And. Ox. S. Leid. A.

18 §. 3 *potentiam habere*, *consequi*, Afr. 72, 5 *fructum capere*; quibus verbis omnibus hoc commune est, quod eius rei, ad quam actio pertinet, notionem actioni iniunctam habent ideoque obiecto non egent, quod nos desiderare solemus. Atque eiusdem generis esse *committere* verbum locus Civ. 3 in adn. cr. allatus demonstrat. Sed tamen quod *ventis* recte tribui potest arbitrium, id fatendum est *loco* non satis convenire. Itaque praestat audire *se*, vel, quod eodem redit, *committere* verbum h. l. intransitivum statuere, ut *convertere* et alia, de quibus cf. Haasii adn. ad Reisigii Scholas p. 291 sq. quam interpretationem etiam illa, quae Civ. 3 leguntur, recipiunt, neo non haec, quae Plautus posuit Curc. 5, 2 v. 55: *Sanan' es quae isti committas?* quae tamen ellipsin potius videntur habere ex verbis antecedentibus explendam, pariter atque illa Menaech: 4, 3 v. 12: *Quia commisi.* Alibi sane additum legitur pronomen, ut supra 4, 21 §. 9, *se barbaris committere*, Civ. 1, 75 §. 2: *rectene se illi sint commissuri*, Hisp. 25, 1: *nullo loco aequo se committere*, et saepius apud Hirtium, Ciceronem, Livium, sed necessarium non videtur. Etiam *recipere* Plautus dixit pro *se recipere*.

§. 2. itineris] Re vera erant in itinere et ibant, sed quod proprie iter esset, quo certum in locum pervenirent, nullum habebant.

§. 3. Tum] Non male Metaphrastes: *ἐπειδὴ δὲ πάντες διέβησαν οἱ πολέμιοι.* Aliter haec narrat Frontinus Strat. 2, 5 §. 20: *Galli credentes eum fugere flumen, quod medium erat, instituerunt transmittere. Labienus circumacto exercitu inter ipsas superandi amnis difficultates eos cecidit.* Haec enim dubium non est quin huc, quo Brantius rettulit, potius, quam quo Oudendorpius, ad 7, 60 sqq. sint referenda.

quam petistis facultatem] Ex hac petitione, cuius mentio in superioribus non est facta, col-

mate. Simul signa ad hostem converti aciemque dirigi 5
iubet et paucis turmis praesidio ad impedimenta dimissis reliquos equites ad latera disponit. Celeriter 6
nostri clamore sublato pila in hostes inmittunt. Illi, ubi praeter spem quos fugere credebant, infestis signis ad se ire viderunt, impetum modo ferre non potuerunt ac primo concursu in fugam coniecti proximas silvas petierunt. Quos Labienus equitatu consectatus magno 7
numero interfecto compluribus captis paucis post diebus civitatem recepit; nam Germani, qui auxilio veniebant, percepta Trevirorum fuga sese domum recepe-

Vind. A. St. Oud. *adesse* Vind. B. (*adque* — Bong. A. Pl.) Andinam scripturam cum similis prioris membri conformatio, tum minime abhorrens ab recta oratione motus vehementior commendat, et fortasse fuit haec prima scriptoris manus. Vulgatum simile est illi, quod 7, 62 §. 2 legitur: *Labienus milites cohortatus, ut suae pristinae virtutis et tot secundissimorum proeliorum retinerent memoriam atque ipsum Caesarem, cuius ductu saepenumero hostes superassent, praesentem adesse existimarent, dat signum proelii.*

§. 6. inmittunt] Vrat. A. Vind. AC. (Bong. A.) non *imm.* („*inmittunt* Boug. Pet. Voss. A. Leid. A. Lov. S. Cu. Egm. et 4 alii“ *imm.* Egm. Fabr. Goth. AB. Vrat. C. Dr. B. Vind. EFI. *im̄.* Cu. Pet. Voss. A. Lov. Fabr. *im.* Ven. bcde. *emittunt* Pet. Pal. Bong. C. Conß. *mittunt* N. Ort. Gott. Voss. C. Leid. C. Dr. A. Vrat. B. Ham. Gu. Vind. B. inc. *iniciunt* Leid. B. *iaciunt* edd. eaedem, quae *eum adesse.*)

petierunt] „Bong. A. Leid. AB. S. al.“ *petiverunt* (Fabr.) Par. A. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B et a m. pr. A. Vind. C. Edd. ante Oud. praeter Ven. f. St. Cf. adn. cr. ad 4, 27 §. 4.

§. 7 receperunt] *recipiunt* Leid. B. *perceperunt* Dorv. Pal. Conß. Vrat. C. Vind. D. et a m. pr. Goth. B. *contulerunt* And. Ox. S. Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. et sqq.

ligi posse videtur milites simulatum ducis timorem pro vero habuisse atque aegre tulisse, quod suae virtuti parum crederet.

§. 5. aciemque dirigi] Hoc verbo Caesar alibi in acie usus non videtur: *instruere*, *constituere*, *instituere* dicere solet. Etiam Hirtius semel tantum, Alex. 37, 3, item Hispaniensis belli scriptor, 29, 3, saepius Africi posuit, c. 13 §. 1 et 2, c. 41 §. 2, c. 59 §. 2.

§. 6. primo concursu] V. ad I, 22 §. 1. adn.

§. 7. equitatu] Cf. adn. cr. ad 1, 53 §. 3.

civitatem recepit] non urbem, quam Dübnerus in argumento huius capitis dicit (*la ville*), sed commune Trevirorum. 7, 90 §. 1: *His rebus confectis in Haeduos proficiscitur; civitatem recipit.* Insignis est h. l. narrandi celeritas.

percepta] Hoc verbo scriptor amplius quid, quam quibus alias utitur *cognoscere* et *audire* verbis, significare et rei gestae magnitudinem atque hominum Germanorum gravitatem atque in sciscitando diligentiam denotare voluisse videtur. Cf. adn. cr. ad 5, 1 §. 8.

8 runt. Cum his propinqui Induciomari, qui defectionis auctores fuerant, comitati eos ex civitate excesserunt.
9 Cingetorigi, quem ab initio permansisse in officio demonstravimus, principatus atque imperium est traditum.

9. Caesar, postquam ex Menapiis in Treviros ve-
2 nit, duabus de causis Rhenum transire constituit; quarum una erat quod auxilia contra se Treviris miserant;

§. 8 his] Pet. et a m. s. Voss. A. (*haec* a m. pr.) Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. A. Gu. Vind. ABCFI. Ven. cdef. St. Gr. b. Freii. *hiis* Gott. Fabr. Vrat. BC. Ham. *iis* Goth. AB cum reiiquis edd.

excesseruut] Goth. A. Vind. ACI. St. Gr. b. Frell. „*excesserant* vel *excesserunt* MSS. et Edd. pierique" *excesserant* Gott. Voss. A. Egm. Lov. Bong. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Ham. Gu. Vind. BDEF. Edd. ante Ald. *secesserant* Pet. sec. Oud. *secesserunt* sec. Fabr. *abscesserant* Leid. B. *excessere* Ald. et sqq. de quo cf. ad 3, 21 §. 1 in adu. cr. dicta. Plusquamperfectnm ferri non potest et errore post *fuerant* faciiius excusando illatum videtur.

Cap. 9. §. 2 una erat] *e. u.* Vind. E. *e. altera* And. Ox. Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. et sqq. Id variandi stndio acceptnm referre non dubitarem, nisi nominis mutationi ad-

§. 8. comitati eos] Hoc ne inntile additamentum putemus, teuendum est *cum aliquo* excedere dici eum quoque posse, qui soius eodem tempore, quo iiie, excedat.

§. 9. demonstravimus] 5, 3. 4. 56. 57.

Cap. 9. §. 1. ex Menapiis in Treviros] Confines Treviros fuisse Menapios ex his verbis colligi iu adn. ad 2, 4 §. 8 non debebat. Patiuntur quidem ut ita statuamus, immo suadere videntur. Cf. Alex. 65, 1: *Cum in Syriam Caesar ex Aegypto venisset.* Sed etiamsi qui medii essent, per quorum fines eundum fuisset, eos nominari nihil attinebat. Neque enim ubi fnisset Caesar ant qua iter fecisset, antequam in Treviros veniret, sed quam rem gessisset, demonstrandum et interrupta cap. 7 narratio continuanda erat. Similiter Alex. 65 continuantur c. 33 narrata, cuius in fine si Caesar non terrestri, sed maritimo itiuere in Syriam profectus esse diceretur, nihilo minus recte haberent iiia, quae c. 65, 1 sunt posita. Iam inter Treviros et Menapios secundum ea, quae supra c. 5 et infra c. 32. §. 1 leguntur, incoiuisse videntur Eburones et reliqui Germani Cisrhenani, quornm nullos iter Caesaris et quinque legionum moratos esse non est mirandnm.

§. 2. contra se] Civ. 3, 53 §. 5: *quem Caesar, ut erat de se meritus et de republica, donatum milibus cc. aeris ab octavis ordinibus ad primum pilum se traducere pronuntiavit.* Afr. 8, 4: *ipse interea ex perfugis et incolis cognitis conditionibus Scipionis et qui cum eo contra se bellum gerebant, miserari.* Cf. Ramshornii Gramm. p. 544.

miserant] sc. Transrhenani, qui verbis *Rhenum transire* tam certo sunt indicati, ut nominari vix potuerint, nedum debuerint.

altera ne ad eos Ambiorix receptum haberet. His con- 3
stitutis rebus paulum supra eum locum, quo ante exer-
citum traduxerat, facere pontem instituit. Nota atque 4
instituta ratione magno militum studio paucis diebus
opus efficitur. Firmo in Treviris ad pontem prae- 5
sidio relicto, ne quis ab his subito motus oriretur,

iuncta esset verbi traiectio nescio quid genuini redolens. Cf. 4, 12 §. 1: *ubi primum nostros equites conspexerunt, quorum erat V. milium numerus.* Civ. 3, 29 §. 2: *omnibus copiis — quarum erat summa veteranarum trium legionum* etc. 7, 32 §. 4: *horum esse alterum Convictolitavem — alterum Cotum.* 5, 13 §. 5: *huius est longitudo lateris — septingentorum milium.* Itaque idem h. l. quod c. 8 §. 4 in verbis Labieni accidisse suspicor. Vulgata vero lectio simplicior est et nomen habet Caesari, ut vere docet Oudendorpius, magis usitatum, quam alterum.

ad eos Ambiorix receptum] *A. r. ad e.* Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. et sqq. usque ad Oud. qui „*ad eos* ante *receptum*“ in MSS. esse testatus *A. ad e. r.* edidit, quod ego non nisi in Vrat. C. Goth. R. et Ham. inveni. Reliqui a me visi et Pet. Voss. A. Gott. Egm. Fabr. Bong. A. Par. A. Gu. Vind. BF. Ven. f. Gr. b. Frell. *ad e. A. r.* habent. *A. ad se r.* legitur in Vind. D. et edd. ante Ven. f. Ambiorigis nomen si quis primo loco deiectum aegre ferat, is Caesarem reputet ex Menapiis venisse, quos non aliam ob rem adierat, nisi ut eorum auxilio Ambiorigem privaret. Recte igitur nunc Transrhenanos petisse dicitur, ne *ad eos* Ambiorix receptum haberet.

§. 3. constitutis rebus] *r. c.* Vind. A. V. ad 5, 2 §. 1 adscripta.

paulum] *paulo* Ox. Vrat. C. Vind. A. St. *paululum* Leid. B. Vind. B. in. Dr. A. *paulum* est in marg. Cf. adn. cr. ad 4, 24 §. 3.

§. 5. ad pontem praesidio relicto] „MSS. plerique“ Pet. Gott. Voss. A. Egm. Fabr. Boug. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. A. Goth. AB. Ham. Gu. Vind. F. edd. ante Ald. (*ac* pro *ad* Ven. cde. — *relicta* Ven. de.) *ad p. r. pr.* Vrat. B. *pr. r.* (om. *ad p.*) Vrat. C. *pr. ad p. r.* Vind. A. Ald. et sqq. in quibus nomen incommode dirimit loci definitionem.

his] Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. A. Vind. ABCFI. Ald. a. Gr. ab. St. Frell. Turr. et, sup. a. m. s. *Ubis*, Bong. C. Confl. *hiis* Hamb. Vrat. C et, in m. a m. s. *Ubiis*, B. *ubiis* Med. a. Ven. bcde. *iis* Goth. AB. Ven. f. et sqq.

oriretur] *oreretur* Bong. A. (cum *i* supra *e* sec. Pl.) et a m. pr. Par. A. *orriretur* Ham. Cf. adn. cr. ad 5, 53 §. 1.

§. 3. His constitutis rebus] quae ad transitum Rheni pertinerent. Cf. adn. ad 5, 5 §. 1.

§. 5. ne quis — motus] V. 3, 29 §. 1 ibique adscripta. Praeterea cf. 7, 69 §. 7: *quibus in castellis interdiu stationes ponebantur, ne qua subito eruptio fieret.* Motum ipsum impedire praesidium non poterat, neque eo consilio ad pontem relinquebatur, sed ne inscils Romanis oriretur, et ut pontem interim, dum Caesar certior fieret, tuerentur.

6 reliquas copias equitatumque traducit. Ubii, qui ante obsides dederant atque in deditionem venerant, purgandi sui causa ad eum legatos mittunt, qui doceant neque ex sua civitate auxilia in Treviros missa neque ab se
7 fidem laesam. Petunt atque orant, ut sibi parcat, ne communi odio Germanorum innocentes pro nocentibus poenas pendant; si amplius obsidum vellet, dare pol-

§. 6. *Ubii*] *Ubi* „MSS. plerique" Oud. ad §. 8. Voss. A. Egm. Dr. AB. Vrat. AC. Goth. B. Ham. Vind. CE. Ald. ante corr. *Ubii* Par. A.

sui] om. Ox. Vind. A. Cf. adn. ad 3, 6 §. 1.

ex sua civitate auxilia] *a. e. s. c.* „MSS. plerique" Pet. Gott. Voss. A. Egm. Par. A. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. Gu. Vind. BC. Ven. f. St. Gr. b. Frell. Tacente de Bong. A. Plüschkio vulgatum ordinem ut meliorem tenui. *Auxilia* in Treviros missa esse Ubii negare non poterant: *ex sua civitate* missa esse negabant.

§. 7. ut sibi parcat, ne] *et ut s. p. et ne* Gott. Voss. C. *p. s. ne in* (om. *ut*) Vind. A. Pro *ne* Davisius *nec*, vir doctus in Fabr. *non*, Oudendorpius, si mutatione opus esset, *neu* malebat. V. int.

obsidum] *obsidium* Bong. A. S. Ham. Ven. bede. St. Hanc lectionem nescio cur deteriorem vocaverit Schneiderus Gramm. 3 p. 261. Certe a codicibus firmior est, quam 4, 38 §. 2 *paludium*, quod idem non ita damnat. At reliquis in locis *obsidum* certam sedem habet. Nam 3, 2 §. 5 et 4, 22 §. 2 et 7, 90 §. 2 et Civ. 1, 74 §. 5 et Afr. 26, 6 sine varietate legitur, et 4, 36 §. 2 in una Ven. d., 5, 5 §. 3 in uno Goth. A, a m. pr., 5, 27 §. 2 in uno Voss. C. *obsidium* exstat. Ne id quidem impedit, quo minus semel *obsidium* posuisse Caesarem credamus, sed tamen ad persuadendum libri illi non sufficiunt.

vellet] *velit* V. C. Urs. And. Ox. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Lips. et sqq. Cf. in adn. cr. ad *peterent* 5, 58 §. 4 et ad

reliquas copias] pedestres, cuius generis relictum ad pontem praesidium fuisse his verbis indicatur.

§. 6. ante] 4, 16 §. 5. Ad idem tempus spectat *ante* §. 3 positum in verbis *quo ante exercitum traduxerat*.

purgandi] Cf. adn. ad 1, 28 §. 1.

neque ab se] V. ad 5, 2 §. 4 adn.

§. 7. ne] Recte Oudendorpius hoc ex *orant* pendere negat; neque enim asyndeto hic locus est neque consilii significationi, quod orantibus propositum fuerit; sed quod ex *parcat* pendere ait eo sensu, quem Metaphrastes declaraverit, cuius verba sunt *δεόμενοι δὲ Καίσαρα συγγινώσκειν, μὴ διὰ τὸ αὐτοῦ πρὸς πάντας τοὺς Γερμανοὺς μῖσος ἀθῷοι αὐτοὶ ἀντὶ τῶν ἐνόχων δίκας τίνοιεν*, minus accurate dictum videtur. Non quam ob rem, sed quo modo sibi parcat, ostendunt eumque cavere iubent, ne innocentes pro nocentibus habeat. Cf. 7, 45 §. 8: *inprimis monet, ut contineant milites, ne studio pugnandi aut spe praedae longius progrediantur.* In quibus *ne* item est nostrum, daß nicht, non damit nicht, pendetque non tam ex eo, quod enuntiatum est, verbo, quam ex cogitanda cautionis notione. Cf. adn. ad 1, 4 §. 2.

si amplius obsidum vellet] Hinc

licentur. Cognita Caesar causa reperit ab Suevis auxi- 8
lia missa esse: Ubiorum satisfactionem accepit, aditus viasque in Suevos perquirit. 10. Interim paucis post diebus fit ab Ubiis certior Suevos omnes in unum locum copias cogere atque his nationibus, quae sub

possent ib. 11, 2 adscripta. Imperfectum, si verum est, rem incertam significare videtur: wenn er mehr Geiseln wünschen sollte. Sed utrum verum sit, eo difficilius est iudicare, quod praesens interdum duabus liquidis scriptum legitur, non solum in Ham., qui ita solet, sed etiam in melioribus. Sic Dr. A. 5, 51 §. 3 *vellit*, Bong. A. Pl. ib. 27, 9 *vellintne*, Voss. A. Fabr. 3, 18 §. 2 *vellet* cum *i* supra altera *e* pro *velit* exhibet.

§. 8. reperit] post *ab Suevis* Dr. B. *repettit* Ham. *repperit* Voss. A. Egm. Gott. Fabr. Bong. A. Par. A. Vrat. AB. Goth. B. Rom. a. Med. a. Ven. bf. quod non magis aptum h. l., quam 5, 21 §. 4.

Ubiorum] And. Ox. Vind. A. margo Frell. *ubi eorum* Goth. A a m. pr. Vind. Cl. *ubi horum* reliqui, etiam Hav. A. et a m. s. Goth. A., cum edd. ante Ven. f. St. Gr. b. Frell. Cf. adn. cr. ad 1, 54 §. 1.

accepit] *recepit* Vrat. C. *accipit* „in alio codice" Urs. Not. Eum codicem secutus est Cl. probavitque Nipperdeius propterea, quod quorum plane eadem conditio sit enuntiatorum, in iis tempora variari non possint, et quod *accepit* ad particulam *ubi* accommodatum sit a librariis. Priori responsum est iis, quae adscripsimus ad verba 2, 13 §. 1 *Caesar — in deditionem Suessiones accepit exercitumque in Bellovacos ducit;* posterius quo minus pro certo habeatur, impedit locus 2, 9 §. 2: *ubi neutri transeundi initium faciunt, — Caesar suos in castra reduxit.* quo loco duo tantum Oud. codices et tres mei (Bonn. Gu. et Vrat. B.) cum ed. inc. habent *facerent*. Praeterea trium enuntiatorum, quae verbis *reperit*, *accepit*, *perquirit* continentur, primum haud dubie alia conditione est atque secundum et tertium; quam diversitatem Nipperdeius semicolo post *esse* posito significare voluit, scriptor certius indicavit temporis mutatione.

Cap. 10. §. 1. in unum locum] *in u.* Ham. (om. *locum*) et ed. Dübneri, ipso, ut opinor, invito. *u. in l.* Ox. Leid. A. Vind. A. Oud. tacente Pl. Cf. adn. cr. ad 3, 16 §. 2.

his] Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Gn. Vind. ABCFI. edd. ante P. Man. Turr. *hiis* Vrat. ABC. . . . Fabr. Ham. *iis* Goth. AB. P. Man. Ald. b. Lips. et sqq.

quae sub eorum sint imperio] *qua Suevorum sunt imperia* Vind. A. et *sunt* pro *sint* legitur in parte codicum Oud. Hav. A.

apparet obsides illos, quos anno belli Gallici quarto dederant, etiam tum in Caesaris potestate fuisse.

§. 8. Cognita Caesar causa] De verbo v. dicta in adn. cr. ad 5, 1 §. 8, de verborum ordine ad 5, 49 §. 4.

Cap. 10. §. 1. Suevos omnes] Centum enim pagos habebant, ut 4, 1 §. 4 legimus. Quo minus *omnes* ad *copias* referamus, verborum collocatio obstat. *copias cogere* sine epitheto dicitur 5, 55 §. 3. 7, 55 §. 9.

eorum sint imperio, denuntiare, ut auxilia peditatus
2 equitatusque mittant. His cognitis rebus rem frumentariam providet, castris idoneum locum deligit; Ubiis imperat, ut pecora deducant suaque omnia ex agris in oppida conferant, sperans barbaros atque imperitos homines inopia cibariorum adductos ad iniquam pugnandi
3 conditionem posse deduci; mandat, ut crebros exploratores in Suevos mittant quaeque apud eos gerantur,
4 cognoscant. Illi imperata faciunt et paucis diebus intermissis referunt Suevos omnes, posteaquam certiores nuntii de exercitu Romanorum venerint, cum omnibus suis sociorumque copiis, quas coëgissent, penitus ad
5 extremos fines se recepisse; silvam esse ibi infinita

Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. (hi duo *qui* habent pro *quae*) Ham. et edd. ante Oud. plerisque. *sint* dedit Oud. secundum Reg. N. Voss. A. Egm. Bong. A. „sex recentiores" quorum unus est Gott. Fabr., et St. Idem exstat in Goth. A. (Par. A.) et ed. Ven. f. Utrum a Caesare scriptum sit, omnibus rebus incertum videtur. Nam quod librorum auctoritati coniunctivum praebentium superest, propter dissensionem nonnullorum et in tantulo discrimine non ita magni est faciendum, rationi autem grammaticae cum aliorum locorum exceptio, velut infra §. 5 et supra 2, 4 §. 10, 5, 11 §. 2, tum ipsa indicativi evidentia opposita est rei certae admodum conveniens.

ut] *uti* Ox. Vind. A. Oud. 1. Cf. adn. cr. ad c. 3 §. 4.

§. 2. adductos] *abductos* eod. Turr. Gr. b. *aductos* Ald. ante corr. *adflictos* Leid. A. Oud. 2.

ad iniquam] *ad inquam* Vind. C. *in-aliquam* Aud. S. Hav. A. Vind. A. *ad aliquam* Ox. Cu. cod. Turr. margo Goth. B. margo Gr. a.

deduci] *adduci* Leid. A. *reduci* Vind. E.

§. 4. se] „Sic MSS. omnes fere et Edd. Inc. Steph. aliaeque, non *sese*" Oud. cuius tamen in ed. utraque *sese* legitur, ut in plerisque ante ipsum edd. et in Ham. Dr. B. Vrat. C. Goth. B et a m. s. A. In Gr. b. pronomen omissum, *se*, quod Oud. edere volebat, in Pet. Gott. Voss. A. Egm. Boug. A. Par. A. Hav. A. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A a m. pr. Gu. Vind. ACI. scriptum est.

§. 2. providet] De huius verbi constructione dixi in adn. cr. ad 5, 8 §. 1.

ad iniquam pugnandi conditionem] sc. subeundam. 8, 3 §. 4: *dubitantes terrore ad conditiones pacis adducebat.* Putabat autem Caesar Suevos Ubiorum in finibus secum esse depugnaturos, quo si homines barbari atque imperiti re frumentaria non satis provisa intrassent ibique nihil, quo famem sustentarent, invenissent, etiam iniquo loco, quo citius bello defungerentur, proelium commissuros sperabat.

magnitudine, quae appellatur Bacenis; hanc longe introrsus pertinere et pro nativo muro obiectam Cheruscos ab Suevis Suevosque ab Cheruscis iniuriis incursionibusque prohibere; ad eius initium silvae Suevos adventum Romanorum exspectare constituisse.

§. 5. quae appellatur] Haec usque ad *Vercingetori* 7, 55 §. 4 in Goth. A. foliis aliquot excisis desunt. *appellatam* N. *quae appelletur* St. V. supra ad *sint* §. 1 adscripta.

Bacenis] *Baccenis* Dr. A. Vind. B. *Bacinis* S. Leid. A. *Bacecis* Voss. B. *Bacessis* Dnk. Vind. C. *Bacesis* Vind. I. *Barcenis* Volaterranus. Metaphrastes *Βακένην* fecit ad modum *Arduennae*, *Cevennae*, *Baduhennae* Frisiorum (Tac. Ann. 4, 73) et *Nemetocennae* apud Hirtium 8, 46 extr. a quibus non temere scriptor discrepantem huius terminationem similemque eius fecisse videtur, quam habet *Samulocenis* oppidi nomen in tabula Peutingeriana exstans, de quo v. Iaumanni liber *Colonia Sumlocenne* inscriptus 1840 p. 123 sq. et Ukerti *Germania* p. 291 sq. Baumstarkius qua auctoritate *Bacēnis* posuerit, nescio. Cum neque apud poëtas neque omnino praeter hunc locum uspiam occurrat nec de origine eius quicquam constet (cf. Ukertus l. c. et p. 119 et Zeussius die Deutschen und die Nachbarstämme p. 11) nihil ille nisi analogiam nominis adiectivi *lenis* secutus videtur, secundum quod de proprio statui nihil potest.

hanc] Aud. Ox. S. Leid. A. Pet. Hav. A. Vind. A. Gr. ab. St. Frell. Turr. Lips. et sqq. *hac* Lov. Fabr. *ac* „reliqui" Gott. Voss. A. Egm. Bong. C. Pal. Conf. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Ham. Vind. BCDEI. edd. ante Gr. a. P. Man. Ald. b. quod non dubito quin etiam in Bong. A., de quo tamen Pl. tacet,

§. 5. hanc longe introrsus pertinere] His verbis *infinitae magnitudinis* una quasi pars describitur. De verbo cf. adn. cr. ad 5, 13 §. 1.

Cheruscos ab Suevis Suevosque ab Cheruscis iniuriis incursionibusque prohibere] Minus recte Morus *ab Suevis* interpretatur *ab ea parte*, *qua Suevi sunt*, *ad fines Suevorum*. Quis enim alterum ab altero prohiberi audiens de loco cogitet, ubi alter prohibeatur? Probabilius ad sensum Sincerus *iniuriis* explicat *ratione iniuriarum*, sed ablativi significationem non tenuit, quam in *iniuriis incursionibusque* eandem esse atque in *Suevis* et *Cheruscis* recte statuit Heldius. Sed fatendum est prorsus insolitam esse hanc ablativi iterationem, solum comparandam illam, quantum video, cum accusativi iteratione solita in verbis *docere*, *celare*, *flagitare* et huic similibus vim suam in res ita, ut in personas exserentibus, ad quorum similitudinem hoc a scriptore tentatum videtur. Eadem ratione *ab hostibus metu liberare* et huiusmodi alia dici poterant, quae usu recepta non sunt. Quod si quis Caesarem eo usque extendisse analogiam neget, reliquum est ut *ab Suevis*, *ab Cheruscis* construat cum *iniuriis incursionibusque* eo modo, quo Oud. 5, 54 §. 4 *a populo Romano imperia* construebat, eaque perspicuitatis et vitandae ambiguitatis gratia pro magis usitatis *Suevorum*, *Cheruscorum* posita existimet; nisi forte *Suevis* et *Cheruscis* pro adiectivis feminini generis habere malit.

11. Quoniam ad hunc locum perventum est, non alienum esse videtur de Galliae Germaniaeque moribus
2 et quo differant hae nationes inter sese, proponere. In Gallia non solum in omnibus civitatibus atque in omnibus pagis partibusque, sed paene etiam in singulis do-

exstet. Saepe enim *ac* pro *hac* exhibet, quae causa huius erroris esse potuit.

Cap. 11. §. 1. quo] *quod* Voss. A. Vind. A. *quo modo* Reg. Voss. Cl. Voss. B. Dr. B. Vind. CEFI. et teste Oud. supra scriptum Bong. A. de quo tacet Pi. *quō* (h. e. *quo modo*) Duk. Id Clarkius Regii et Vossiani sui, fortasse eiusdem, qui Oudendorpio secundus audit, auctoritate recepit; ac saepe illud in *quo* corruptum esse constat. Hic vero nulla causa est, cur *quo* corruptum videatur. Est nostrum woburch. Idem in recta interrogatione posuit auctor Hisp. 42, 7: *in quo vos victores existimabatis?*

hae] „MSS. et Edd. sinceriores." Pet. Voss. A. Egm. Lbb. *hec* Dr. B. et sec. Elberl. Gott. ex quo Fabr. affert *hee*, quod est in Vrat. ABC. *eae* Goth. B. (Gu.) Rom. a. Med. a. Ven. b. Ald. et sqq. usque ad Oud. praeter St. Gr. b. Frell. Cf. adn. cr. ad 5, 15 §. 3.

§. 2. pagis partibusque] *plagis p. q.* S. *pagis partibus* Voss. A. Vind. D. *partibus pagisque* Gott. Voss. C. Leid. C. Dr. A. Vrat. B. Vind. B. Gu. Inc. Haec varietas non tanti est, ut eius causa in suspicionem venire vulgata lectio possit. Nec multum tribuendum Metaphrastae, qui *partibusque* non reddidit, de quorum sensu v. Int.

in] And. Ox. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Vrat. A. Ald. et sqq. Reliquis libris scriptis editisque ante Aldum deest, et fa-

Cap. 11. §. 1. Quoniam ad hunc locum perventum est] Poterat brevius dicere: *hoc loco*; sed ita facit verba, ut descriptionem morum Galliae Germaniaeque in hunc locum distulisse et dum ad eum veniret, exspectasse videatur: da wir nun zu dieser Stelle gekommen sind. Eratque hic ante alios idoneus locus eo, quod res in Germania gestae, quae scriberentur, erant nullae, de Suevis autem relata quasi aditum praebebant ad reliqua commemoranda, quae scitu digna de Germanorum natione comperisset. Quibus quod plura etiam de moribus Galliae praemittit, non solum ea de causa, quam ostendit, ut appareret, quo hae nationes inter se differrent, sed potissimum eo consilio factum videtur, ut coniunctim aliquo loco proposita exstarent quae vel per se memorabilia vel ad rerum gestarum rationem intelligendam necessaria cum ipsarum narratione coniungi minus commode potuissent. — Male Sincerus *locum* interpretatur Argument, partem certam seu caput tractationis, qua significatione rhetores utuntur. Neque omnino simile huic est Suetonianum illud, quod nonnulli comparant in Aug. 94, ubi, postquam de religione Augusti exposuit, haec addit: *Et quoniam ad haec ventum est, non ab re fuerit subtexere, quae ei — evenerint, quibus futura magnitudo — sperari — posset.*

§. 2. pagis partibusque] Cum Caesari nihil magis solitum sit, quam ad speciem adiungere genus (cf. adn. ad. 5, 2 §. 4), in *pagis*

mibus factiones sunt, earumque factionum principes 3 sunt qui summam auctoritatem eorum iudicio habere existimantur, quorum ad arbitrium iudiciumque summa

cile excidere post *etiam* potuit. Atque hanc fuisse praetermissionis causam verisimile fit eo, quod in Vrat. A. *in* omissum non est, cuius libri scriptor diligentius, quam reliqui, archetypon expresserit, et quod etiam post *solum* excidit *in* in Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. EF. Ac nescio an post *non solum in* neque Caesari, qui praepositiones iterare solet, neque alii scriptori *sed etiam* sine ea cum solo ablativo positum placere potuerit. Cf. 1, 18 §. 5: *non modo de regno, sed etiam de ea, quam habeat, gratia desperare.* ib. 40 §. 7: *non solum in suis, sed etiam in illorum finibus.* 8, 6 §. 2: *pertinere autem non tantum ad dignitatem, sed etiam ad salutem suam.* Accedit quod verendum scriptori erat, ne omissa hoc tertio loco praepositione, quam tamen alteri *omnibus* addidisset, *singulis domibus* non iam ablativo, sed dativo posuisse videretur, ter autem posita si forte displiceret, multo rectius illam in altero *omnibus*, quam in hoc tertio omissurus fuisset. Cf. 2, 21 §. 4: *ut non modo ad insignia accommodanda, sed etiam ad galeas induendas scutisque tegimenta detrudenda tempus defuerit.*

§. 3. existimantur] *existumantur* Bong. A. (— $\underset{\cdot}{\overset{i}{u}}$ — sec. Pl.) Egm. sec. Oud. (tac. Fabr.) Par. A.

autem etiam dubitari possit, utrum de vicis, an de maioribus civitatium partibus sit cogitandum, quam dubitationem additum *partibusque* tollit, sane mirum est Davisio et Oudendorpio hoc eiiciendum videri potuisse. Nec verum sensit Clarkius partes pagorum significari putans, cui assensus est in lexico sub v. *pagus* Forcellinus; quod Caesar si voluisset, *pagorum* addere non neglexisset. Prorsus autem Nipperdeium ratio fefellit, qui si verum sit *partibusque*, Galliae partes intelligi oportere censet, cuius cum et civitates et pagi et domus partes sint, *partibus* cum his exaequatis genus tamquam speciem poni generis. Quidni ut civitates in Gallia, ita pagos partesque in civitatibus, domos autem in pagis partibusque positas cogitemus? Recte iam pridem hunc locum interpretatus est Morus.

§. 3. eorum iudicio] non ex decreto magistratuum aut legibus, sed hominum opinione: quem quisque maxima auctoritate praeditum existimat, sive opibus excellentem sive prudentia et virtute, eius factioni se aggregat ita, ut ad eum omnium rerum et consiliorum suorum arbitrium et iudicium deferat. Is enim sensus est verborum *quorum ad arbitrium — redeat*, quae definitionem exhibent principum diversam ab ea, quae verbis *qui summam — existimantur* continetur eorundem descriptio, quae de certis quibusdam hominibus, non de genere quodam hominum, quemadmodum definitio, cogitari iubet. Sententia igitur haec est: qui eorum iudicio summam auctoritatem habere existimantur, hi principes factionum et ii sunt, quorum ad arbitrium iudiciumque summa omnium rerum consiliorumque redeat. Aliis coniunctivus voluntatis significationem habere videtur, cui locus non est nisi post actionis verba cum voluntate coniunctae et rei alicuius efficiendae causa susceptae, cuiusmodi neque

4 omnium rerum consiliorumque redeat. Idque eius rei causa antiquitus institutum videtur, ne quis ex plebe

§. 4. Idque] And. Ox. Cu. Leid. A. Hav. A. Vind. A. et pro v. l. Gott. (*itaque al. idque* Gott. Fab.) *id* S. St. *itaque* reiiqui codices cum ed. inc. Fior. (Ven. f.) quod si pro *et ita* habere veiis, tenere licet, tenuitque Nipp. Sed usus obstat Caesaris, qui semei, quod sciam, et praegresso *ita* iunxerit *itáque*, 1, 52 §. 2: *Ita nostri acriter in hostes signo dato impetum fecerunt, itaque hostes repente celeriterque procurrerunt, ut* etc. reliquis in locis vitandae, ut opinor, ambiguitatis causa *atque ita* dicere maiuerit, ut 4, 12 §. 2 *atque ita perterritos egerunt, ut* etc. ib. 33 §. 2 *atque ita currus conlocant, ut* etc. et ad praecedentia spectante adverbio 3, 7 §. 1 *cum omnibus de causis Caesar pacatam Galliam existimaret — atque ita inita hieme Illyricum profectus esset* et tribus locis ibi a me adscriptis, quibus addo Civ. 1, 20 §. 1. 75 §. 3. 79 §. 4. 2, 28 §. 4. 42 §. 4. 3, 71 §. 3. Contra *idque* non ita raro posuit. Cf. 1, 30 §. 3: *petierunt, uti sibi concilium — indicere idque Caesaris voluntate facere liceret.* infra c. 18 §. 1: *Galli se — prognatos praedicant idque ab druidibus proditum dicunt.* Civ. 3, 17 §. 2: *postulabat Caesar, ut legatos sibi — mittere liceret, idque ipsi fore reciperent.* ib. 60 §. 2: *magnam tamen haec res illis offensionem — attulit, idque ita esse — intellegebant.* ib. 86 §. 3: *perspectare* ad *quorum* negat, in quo iapsi sunt Ad. Wagnerus (dieser Parteien Häupter sind, welche von denen für angesehen geachtet werden, auf deren Schiedsspruch und Urtheil alle Dinge und Berathungen beruhen) et Horkeiius (die Häupter der Parteien sind die, von welchen man meint, daß sie das meiste Ansehn nach Urtheil derer haben, deren Bestimmung und Urtheil bei Rath und That die letzte Entscheidung vorbehalten bleibt) non reputantes iiii conionctivi rationem in hac sententia non constare, sententiam autem ipsam neque per se probabiiem neque commode esse enuntiatam. Aut *apud magistratus* aut *apud potentissimos* pro *eorum iudicio, quorum* etc. scripturus Caesar fuisset, si id, quod iiii fernnt, docere voiuisset. Denique iiia interpretatione adbibita nihil reiinquitur, unde quaiis principum auctoritas fuerit, appareat.

esse verbum est neque *existimare*. Non magis ad opinionem existimantium referri debet, quemadmodum statuisse videtur Baumstarkius, cuius expiicatio haec est: qui eo modo summam auctoritatem habere existimantur, ut summa omnium rerum ad eos redire possit atque soieat. Cum enim sermo sit de factionum, non de civitatium principibus, de pubiicarum rerum summa cogitari nequit, privatarum autem re vera ad iiios redit summa, si principes sunt factionum. Itaque homines earum factionum dici non possunt ita existimare, summam rerum omnium ad iilos redire aut redire soiere. Sin autem iiiud tempus respicitur, quo homines deiiberant, ad quem se aggregent, ne tum quidem recte aiiquem ita praeditum auctoritate existimare dicuntur, ut summa rerum ad eum *redeat*. Nam quod Baumst. in expiicatione posuit *redire possit*, sensum toierabiiem reddidit, iinguae rationem non habuit. Recte vero idem *eorum*

§. 4. antiquitus] fortasse nondum satis valido iegum et magistratuum imperio.

contra potentiorem auxilii egeret; suos enim quisque opprimi et circumveniri non patitur, neque aliter si faciat, ullam inter suos habet auctoritatem. Haec eadem ratio est in summa totius Galliae; namque omnes civi-

suasi equitibus nostris idque mihi facturos confirmaverunt, *ut* etc. lb. 92 §. 2: *Pompeius suis praedixerat*, *ut — paterentur; idque admonitu C. Triarii fecisse dicebatur.* Etiam *instituere* verbum hac significatione cum eo pronomine construit infra c. 14 §. 4: *id mihi duabus de causis instituisse videntur*, alia vero cum *ita* adverbio 1, 14 §. 6: *ita Helvetios a maioribus suis institutos esse*, *uti obsides accipere*, *non dare*, *consuerint*. His de causis *idque* a Caesare, *itaque*, errore eodem, quo 7, 29 §. 6 testante Fabr. (Oud. enim tacet) in codice Lov., h. l. in plurium nostrorum archetypo a librario scriptum videtur.

faciat] *faciant* Leid. A. Ox. Hav. A. Vind. A. (Par. B. — In Par. A. *antiquitus* et sqq. usque ad *parent* c. 13 §. 10 desunt.) Oud.

habet] *habere* Pal. Conf. *haberet* Leid. B. *habeat* Lips. Iu. Gr. Dav. Cl. tac. Fabr. *habeant* Ox. *habent* Vind. A. et ex coniectura Oud. „Cum *quisque* dixit, omnes intelligit, et hinc numerum mutat, ut solent poëtae et historici millies." In *quisque* tamen Caesar non solet. Cf. 5, 31 §. 4. 33 §. 6. infra 15 §. 2. (ubi v. adn.) 7, 48 §. 2. Neque h. l. cur fecisse videatur, ulla est causa.

§. 5. in summa] *in* om. Vind. E. Ven. cde.

suos enim quisque opprimi et circumveniri non patitur] Metaphrastes: *τοὺς μὲν γὰρ ἑαυτοῦ ὑπηκόους ἕκαστος τῶν ἀρχόντων θλίβεσθαί τε καὶ πιέζεσθαι οὐκ ἐᾷ.* in quibus recte servata est affirmatio, qua *quisque dicitur non pati.* Cf. Odyss. 21, 232: *ἄλλοι μὲν γὰρ πάντες, ὅσοι μνηστῆρες ἀγαυοί, οὐκ ἐάσουσιν ἐμοὶ δόμεναι βιὸν ἠδὲ φαρέτρην.* Varro de lingua Latina 9 §. 23: *si usquequaque non esset analogia*, in quo *non esset* idem significat, quod *deesset*, ut hic *non patitur* fere idem, quod *impedit*, et *usquequaque* non magis, quam *quisque* a negatione afficitur. Simul apparet recte se habere *opprimi et circumveniri* in parte orationis nondum a negatione affecta. Similiter 5, 12 §. 6 *leporem et gallinam et anserem gustare fas non putant.* Civ. 1, 29 §. 3: *Galliam Italiamque tentari se absente nolebat.* Aliter Gall. 1, 35 §. 2: *neque de communi re dicendum sibi et cognoscendum putaret*, ubi praecedens negatio facit, ut coniunctum dicendi et cognoscendi officium detrectasse Ariovistus dicatur. — De verbis *opprimi* et *circumveniri* cf. adn. ad 5, 39 §. 3.

§. 5. in summa] Alex. 71 §. 1: *At Pharnaces — lentius agere*, *decedendi diem postulare longiorem*, *pactiones interponere*, *in summa frustrari coepit.* Cicero ad Q. F. 2, 16 §. 3: *Drusus — erat absolutus*, *in summa quattuor sententiis*, *cum senatores et equites damnassent.* Non aliter hic totius Galliae ratio *in summa* eadem esse dicitur, quam particulatim in civitates divisae esse demonstratum est. Qui *summam totius Galliae* atque *in ea esse* hanc eandem rationem statuunt, ab linguae usu non minus, quam ab eo, quod res est, aberrant.

**tates in partes divisae sunt duas. 12. Cum Caesar
in Galliam venit, alterius factionis principes erant Hae-
2 dui, alterius Sequani. Hi cum per se minus valerent,
quod summa auctoritas antiquitus erat in Haeduis ma-
gnaeque eorum erant clientelae, Germanos atque Ario-**

in partes divisae sunt duas] Ita MSS. Clarkii „et mei vel *in p. div. du. s.* (ita St.) vel *div. s. in p. du.*“ *in partes* om. Hamb. et, ut videtur, Lov. Fabr. *qui visae s. in du. p.* Vind. A. *in du. p. div. s.* Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. Iu. Gr. Dav. „Fors abundat duas.“ Quam suspicionem neque haec, quae proposita est, scripturae varietas multum adiuvat, et quae proxime sequuntur, plane refellunt. Collocatum in fine numerale est ut 1, 1 §. 1.

Cap. 12. §. 2. eorum erant] *earum er.* Dr. A a m. pr. *er. eor.* Gott. Voss. C. et sec. Fabr. A. Vrat. B. Gu. inc. *eorum* om. Hamb. *erant* om. Cu. Ox. S. Leid. A. Hav. A. Par. B. Vrat. C. Vind. A. St. Id probat Oud. et quia praecessit *erat*, hic audiendum putat *erant* conferrique iubet a se notata ad illud 4, 11 §. 3: *quorum si principes ac senatus sibi iureiurando fidem fecisset*, quod ipsum conferri posset, si antecedentis *erat*, quod in Egm. et Vrat. A. non legitur, praetermissio commendanda esset. Atque einsdem generis omnia sunt quibus illic utitur exempla, ut aut primum aut ultimum locum teneat verbum singulare unum ad duo nomina diversi numeri relatum. Deinde, si nullam offensionem habeat medius locus, hic non temere scriptor iterasse verbum, sed cavisse videtur, ne non solum *erant*, sed etiam *antiquitus* ex prioribus repeteretur, eademque de causa addidisse *eorum*, quo magis per se constare hanc alterius causae significationem appareret. Itaque *erant* tenendum et errore potius, quam consulto in parte librorum omissum videtur.

Cap. 12. §. 1. Cum — venit] 3, 9 §. 2: *cum primum per anni tempus potuit.* Cf. ibi in adu. cr. dicta.

Sequani] Haec Caesaris est oratio statum Galliae talem describentis, qualis ipsi tum, cum in Galliam venit, esse visus est, cum Haeduorum potentia fracta Sequanos totius Galliae principatum obtinere videbat. Alia de eodem statu oratio est Divitiaci Haedui 1, 31 §. 3: *Galliae totius factiones esse duas: harum alterius principatum tenere Haeduos, alterius Arvernos. hi cum tantopere de potentatu inter se multos annos contenderent, factum esse, uti ab Arvernis Sequanisque Germani mercede arcesserentur.* Huic enim non Sequani a Germanis adiuti, sed Germani a Sequanis arcessiti et vicisse Haeduos et ipsis Sequanis libertatem eripuisse videbantur. Itaque non Sequanis, qui iam non sui iuris essent, sed Arvernis, qui superiori aetate haud dubie principes eius factionis fuissent (cf. adn. ad illum locum) etiam tum principatum eius tribuit. Omnino autem id agit, ut cum Haeduis, tum Gallis omnibus auxilium contra Germanos ferendum esse Caesari persuadeat, atque ita orationem componit, ex qua Caesar h. l. ea potissimum colligit, quae ad factionum Gallicarum rationem et historiam pertinent. Nam id quidem dubitari non potest, quin illum locum hic respexerit.

vistum sibi adiunxerant eosque ad se magnis iacturis
pollicitationibusque perduxerant. Proeliis vero com- 3
pluribus factis secundis atque omni nobilitate Haeduo-
rum interfecta tantum potentia antecesserant, ut ma-
gnam partem clientium ab Haeduis ad se traducerent
obsidesque ab his principum filios acciperent et publice
iurare cogerent nihil se contra Sequanos consilii initu-
ros, et partem finitumi agri per vim occupatam possi-
derent Galliaeque totius principatum obtinerent. Qua 4
necessitate adductus Divitiacus auxilii petendi causa
Romam ad senatum profectus inperfecta re redierat.

§. 3. traducerent] *transducerent* Pet. Gott. Voss. A. Egm. Fabr. Bong. C. Pal. Confl. Dr. AB. Vrat. AC. Goth. B. Hamb. Ald. b. Lips. et sqq. quae auctoritas multo est maior, quam plerisque in locis positae ab Aldo nepote plenioris formae esse solet. Nihilo minus, cum Bong. A. teste Pl. et Vind. A. cum Lov. Fabr. Vrat. B. et edd. prioribus *trad.* exhibeant, id restituendum putavi.

his] Bong. A. Pl. Par. B. Dr. AB. Vind. ABCF. edd. ante P. Man. Frell. Turr. *hiis* Vrat. ABC. Hamb. *iis* Goth. B. P. Man. Ald. b. Lips. et sqq.

finitumi] Bong. A. Voss. A. Lov. Oud. 2. non *finitimi*. (*finitimam* Duk. Vind. C.)

§. 4. inperfecta] Pet. Voss. A. Egm. Fabr. Bong. A. Pl. Vrat. A. Goth. B. Hamb. Vind. BC. *in perfecta* Vrat. B. *imperfecta* Oud. codices praeter Aud. et Ox. omnes (quibus quod *inperfecta* tribuit sicut editionibus primis, quae *imp.* habent, suo more fecit) Carr. cod. Turr. Gott. Lov. Fabr. Pal. Confl. Dr. AB. Vrat. C. Vind. Fl. Gu. edd. ante Ald. *infecta* Aud. Ox. Hav. A. Vind. A. et, sup. *per*, Par. B. Ald. et sqq. „ex formula quasi solenni *re infecta*“ qua reliquis in locis (7, 17. 82. Civ. 1, 33. 2, 14. 3, 40. 57) Caesarem usum esse idem Oud. ostendit, non ille dissimulans tamen apud Livium 1, 54 (§. 7) legi *ut re inperfecta redit Gabios* (nonlius interrogando exspectandoque responsum fessos) idque recte interpretans *non plane ad finem perducta.* Atque hoc ipsum

§. 2. magnis iacturis pollicitationibusque] 1, 31 §. 10: *Sed peius victoribus Sequanis, quam Haeduis victis accidisse; propterea quod Ariovistus, rex Germanorum, in eorum finibus consedisset tertiamque partem agri Sequani, qui esset optimus totius Galliae, occupavisset.* Haec idem Divitiacus: ipse Ariovistus ib. 44 §. 2: *Transisse Rhenum sese non sua sponte, sed rogatum et arcessitum a Gallis; non sine magna spe magnisque praemiis domum propinquosque reliquisse; sedes habere in Gallia ab ipsis concessas, obsides ipsorum voluntate datos.*

§. 3. publice iurare cogerent] De adverbio cf. ad 1, 16 §. 1, de verbo *cogere* ad 1, 4 §. 1 adscripta.

partem finitumi agri per vim occupatam] Hoc factum credere licet tum, cum Ariovistus tertiam partem agri Sequani occupavisset; quo facto Sequanis de ea parte decedendum et alias sedes quaerendas fuisse cum per se intelligitur, tum apparet ex iis, quae Divitiacus occupationis mentione facta addit: *et nunc de altera*

5 **Adventu Caesaris facta commutatione rerum obsidibus Haeduis redditis, veteribus clientelis restitutis, novis per Caesarem comparatis, quod hi, qui se ad eorum amicitiam adgregaverant, meliore conditione atque aequiore imperio se uti videbant, reliquis rebus eorum gratia dignitateque amplificata Sequani principatum**

Caesar significare voluisse videtur, praesens auxilium non impetrasse Divitiacum et tamen quasi fundamenta iecisse eius, quod postea ab ipso Caesare Haeduis latum est. Itaque re inchoata quidem, at non perfecta redisse dicitur. Cf. Cic. Fam. 1, 1 §. 1: *tu nisi perfecta re de me non conquiesti.* Etiam Hirtius 8 praef. §. 2 *inperfectum*, quamquam alia significatione, dixit.

§. 5. adgregaverant] Voss. A. Egm. Fabr. (Bong. A.) Vrat. A. Par. B. non *aggr.* (*agreg.* Vind. D. *aggregarant* Vind. A.)

dignitateque] *que* om. Ox. Leid. A. Hav. A. (Par. B.) Vind. A. et a m. pr. Dr. A. omisitque Oud. dum tria h. l. sine copula deinceps posita existimat, ut 4, 15 §. 2 *timore*, *lassitudine*, *vi fluminis oppressi* et alibi, nec reputat, quibus rebus maxime gratia et dignitas Haeduorum contineretur, earum iam factam esse mentionem ibi, ubi veteres clientelae restitutae, novae per Caesarem comparatae dicuntur, neque sic potuisse utramque amplificatam dici, quasi nondum quicquam eo pertinens esset commemoratum. Recte vero *reliquis rebus* amplificata dici poterat; qua interpretatione adhibita *que* necessarium esse liquet.

amplificata] *amplificati* Vind. F.

parte tertia Sequanos decedere iuberet.

§. 5. facta commutatione rerum] Horum verborum si sequentia epexegesin esse volumus, non solum post *rerum*, sed etiam post *amplificata* incidere et haec omnia inde ab *obsidibus* usque ad *amplificata* appositione adiecta statuere debemus. Sin adventu Caesaris primum commutationem rerum factam, deinde obsides Haeduis redditos et reliqua deinceps dici putamus, post *amplificata* comma facere non possumus. Si vero adventu Caesaris facta commutatione rerum primum obsides redditos, deinde veteres clientelas restitutas, tum novas comparatas, denique reliquis rebus Haeduorum gratiam dignitatemque amplificatam ostendi existimamus, neque post *rerum* neque post *amplificata* locum interpunctioni reliquimus. Iam scriptorem hos ablativos absolutos alio atque quattuor sequentes referri voluisse verisimile fit eo, quod alium in iis verborum ordinem instituit et participio primum locum assignavit. Praeterea adventu Caesaris non earum tantum rerum, quae ad factiones pertinebant, sed omnino Gallicarum pulso Ariovisto facta erat commutatio, quae si facta non esset, neque obsides reddi Haeduis neque reliqua illa effici potuissent. His de causis ex tribus, quae supra demonstratae sunt, interpungendi rationibus tertiam praetuli. Plerisque prima, Nipperdeio secunda placuit.

quod hi — videbant] Haec Oud. semicolo a praecedentibus separans ad sequentia videtur rettulisse. Sed ostendunt, qui factum sit, ut facile novae Haeduis clientelae compararentur. Neque vero parenthesin faciunt, cuius signa recentiores nonnulli posuerunt. — De verbo *adgregare* cf. adn. ad 4, 26 §. 1.

reliquis rebus] quibus vel omni-

dimiserant. In eorum locum Remi successerant; quos 6
quod adaequare apud Caesarem gratia intellegebatur,
hi, qui propter veteres inimicitias nullo modo cum Hae-
duis coniungi poterant, se Remis in clientelam dica-
bant. Hos illi diligenter tuebantur: ita et novam et 7
repente collectam auctoritatem tenebant. Eo tum sta- 8
tu res erat, ut longe principes haberentur Haedui, se-
cundum locum dignitatis Remi obtinerent. 13. In
omni Gallia eorum hominum, qui aliquo sunt numero

§. 6. ada qnare] post *apud Caesarem* Ven. f. *adaequari* „plures libri“ Ciac. (Gu.) cod. Turr. P. Mau. Gr. b.

gratia] *gratiam* Dr. B. *gratiae* P. Man.

intellegebatur] *intelligebantur* Lov. Leid. BC. Bong. C. Confl. Dr. B. Vrat. B. *intelligebant* codex Ciac. Vasc. St. (Freil.)

hi] Pet. Fabr. Bong. A. Pl. Par. B. Dr. AB. Vind. BFI. Ven. cdef. *hii* Gott. Voss. A. Egm. Lov. Fabr. Vrat. ABC. Hamb. Vind. A. *ii* Goth. B. edd. reliquae. Cf. §. 5.

dicabant] Bong. A. Leid. AC. Ox. Cu. Pet. Gott. Voss. C. cod. Brant. N. (Par. B.) Hav. A. Dr. A. Vrat. B. Hamb. Vind. A. inc. *dicebant* Voss. A. *ducebant* Egm. Vrat. A. *dicarant* V. C. Urs. *dederant* Reg. Voss. Cl. reliqui Oud. Carr. Bong. C. Pal. Confl. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. CDF. edd. ante Ald. Vasc. St. Gr. b. (Freil.) *dediderant* Ber. sec. Braut.

§. 8. statn] *in statu* Egm. Vrat. A.

erat] *erant* Bong. A. Pl. Leid. A. et a m. pr. Vrat. B. Cf. 5, 45 §. 1 ibique adscripta.

Cap. 13. §. 1. aliquo] *aliquot* Vrat. D. *in aliquo* Ox. Leid. AB. Par. B. Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr.

no gratia dignitasque amplificari potest ac solet, vel illorum poterat amplificari a Caesare. In quo genere primum locum tenebat veterum clientelarum restitutio, novarum comparatio. Ad dictionem cf. adn. ad 3, 17 §. 5.

dimiserant] Hoc qui interpretantur aufgeben, voluntariae actionis plus significari statuunt, quam res pati videtur. Aptius est aufgeben müssen. Similiter 8, 5 §. 1: *Carnutes desertis vicis oppidisque, quae tolerandae hiemis causa constitutis repente exiguis ad necessitatem aedificiis incolebant (nuper enim devicti complura oppida dimiserant) dispersi profugiunt*; in quibus *dimittere* etiam magis necessitate coactorum est, quam *deserere*. Item Cicero Tusc. 1, 6 (§. 12): *Miserum esse M. Crassum, qui illas fortunas morte dimiserit.*

§. 6. adaequare] sc. Haeduis. Cf. Civ. 2, 16 §. 3: *parique conditione ex muro ac turribus bellandi data virtute se nostris adaequare non posse intellegunt.* Respondet nostro gleichkommen.

dicabant] Hoc ita dictum est, ut etiam tum fuisse videantur qui ad Remos ab Haeduis transirent.

§. 7. tenebant] Civ. 3, 56 §. 2: *ut famam opinionemque hominum teneret.* Ib. 2, 31 §. 7: *huiusmodi res aut pudore aut metu tenentur.* h. e. salvae manent, conservantur.

§. 8. Eo] Cf. adn. ad 5, 44 §. 13.

Cap. 13. §. 1. In omni Gallia] Hoc non minus late dictum vide-

atque honore, genera sunt duo; nam plebes paene servorum habetur loco, quae nihil audet per se, nullo ad-

contra Caesaris consuetudinem, qui nominibus cum *esse* verbo statum et conditionem significante coniunctis nisi nudis et sine adiectivo positis, ut Civ. 3, 61 §. 1 *in honore apud Caesarem fuerant*, praeponere *in* non solet, *in numero esse* autem eos dicit, qui tamquam partes ad totum pertineut.

plebes] Bong. A. Voss. AB. Egm. Vrat. A. Gu. Lov. Duk. Carr. cod. Turr. Pulm. Pet. Confl. And. Ox. S. Leid. A. Hav. A. (Par. B.) Vind. A et post *pene* C. *plebs* (reliqui Oud.) Dr. AB. Vrat. BCD. Goth. B. Hamb. Vind. D. Aimoiuns, edd. ante Oud. Cf. Garaton. ad Cic. Agrar. 2, 25 p. 197 Neap. (748, 21 Hal.)

habetur] *habentur* Leid. A. Vrat. A. quorum priori etiam *qui — audent — adhibentur* pro *quae — audet — adhibetur* habet.

nihil audet per se] *per se nihil audet*, *et* ab Aldo et sqq. praeter Vasc. St. Gr. b. (Frell.) editum tenens Oud. „*habet*" inquit „MSS. 11 et Edd. quaed. ut et *n. habet*, *per se n.* ciecto *et*, quod etiam abest ab Edd. pp. forsan *audens n.* ut Graecus *δυνάμενος*. *nihil laudis habet* Ber." *nihil habet per se* Aim. Pal. Confl. Lov. a Torrentio collatus Fabr. Dr. AB. Vrat. ABCD. Goth. B. Hamb. Vind. BCFI. Gu. edd. ante Ven. f. (*nichil* — Vrat. AD. Hamb.) *nihil habet pro se* cod. Turr. *nihil laudis habet per se* Carr. Ven. f. *per se nihil habet* Voss. A. Egm. Fabr. Vind. DE. *praeter al. per se nihil habet* Gott. Fabr. *per se nihil habet et* Pet. a m. pr. Lov. ab Heinsio coll. Lbb. Fabr. *per se nihil audet* Par. B. Vind. A. Vasc. sec. Brant. St. *nihil audet et per se* Bong. A. Pl. Hoc proxime abest ab eo, quod ex Gr. b. Frell. recepi, quamquam illud, quod Aldus edidit, nec per se deterius nec minus a codicibus, si Fabr. non fallit, firmum videtur. Nam *per se* postposita esse, *nihil* praecedere in uno Lov. Torr. ostendit Fabr. Asyndeton autem, nisi *nihil* primum locum tenet, probabilius videri non potest, et post *audet* aeque facile omitti a librariis atque inseri potuit *et*. Sed meorum codicum consensu verisimile fit etiam in Voss. A. et reliquis Fabr. *nihil habet* ante *per se* legi eundemque verborum ordinem ab Oud. in undecim illis esse inventum. Itaque codicum causa *nihil* praeposui, *et* delevi.

nullo] Carr. cod. Turr. Pulm. Bong. A. Voss. ABC. Egm. „5 alii"

tur, quam illud 1, 1 §. 1 *Gallia est omnis divisa in partes tres*.

servorum] quibus Galli item ut Graeci et Romani utebantur. Infra c. 19 §. 4: *servi et clientes — una cremabantur*. 5, 45 Verticonis Nervii servus memoratur, et 8, 30 Drappes Senonum servos ad libertatem vocasse traditur.

quae nihil audet per se] non naturali ignavia, sed conditionis iniquitate, id quod nos composita locutione wagen dürfen significamus, quae eadem adhibenda nobis est ad illa 1, 32 §. 4: *hoc esse miseriorem et graviorem fortunam Sequanorum, quam reliquorum, quod soli ne in occulto quidem queri neque auxilium implorare auderent*, item Civ. 1, 2 §. 2: *quo praesidio tuto et libere senatus quae vellet, decernere auderet*. — De loco et significatione pronominis relativi dixi ad 5, 1 §. 1 quod huc ad *quae* referri possit, de dictione autem *per se* ad 1, 9 §. 2.

hibetur consilio. Plerique, cum aut aere alieno, aut magnitudine tributorum, aut iniuria potentiorum premuntur, sese in servitutem dicant nobilibus; in hos eadem omnia sunt iura, quae dominis in servos. Sed de his duobus generibus alterum est druidum, alte- 2 3

Gott. Pal. Confl. Vrat. B a m. pr. et septem a me inspecti, Vind. El. Gu. Aim. Rom. a. inc. Ber. Ven. f. *nulli* Vrat. B a m. sec. Vind. A. Par. B. Hav. A. cum reliquis ante Oud. edd. Civ. 2, 7 §. 1 *nullo usui*, Cic. pro Quint. 1 (§. 5) *nullo praesidio* item dativi sunt.

consilio] *concilio* Leid. A. Cl.

§. 3. druidum] om. Vrat. D. *druudum* Vind. A. *diuidum* Hamb. *drudium* Ven. de.

§. 2. Plerique, cum] *Plerique* sunt pars maxima plebeiorum non omnium, sed eorum, qui aut aere alieno etc. premuntur: hi non omnes, sed plerique eorum tum, cum premuntur, sese in servitutem dicant nobilibus. Hi iuris conditione eadem atque servi erant, sed servitus eorum non videtur perpetua neque gratuita, sed mercenaria fuisse.

aere alieno] Ex hoc genere fuerint illi, quos ad indicium conduxisse dicitur Orgetorix 1, 4 §. 2: *obaeratos suos, quorum magnum numerum habebat.* Nam aere alieno pressos suis se creditoribus in servitutem dicasse consentaneum est iisque serviisse, donec soluti essent.

magnitudine tributorum] Tributa igitur servientes aut nulla omnino, aut exigua pendebant.

iniuria potentiorum] Hanc quidem principes factionum a suis prohibebant, ut c. 11 §. 4 traditum est; sed tamen fuisse plebeios admodum pauperes et infirmos, quibus princeps factionis auxilium ferre nollet vel non posset, facile creditur. His nihil relinquebatur, nisi ut servitutis tutiorem conditionem subirent.

§. 3. druidum] De huius nominis origine et significatione alii aliter statuunt. Cf. Barth Ueber die Druiden der Kelten 1826 p. 12 sqq. Caesar peregrinum vocabulum tenuit, vel quod Romanis iam notum et familiare esset, vel quod propria eius vis uno Latino reddi non posset, *sacerdotes* autem nomen, quo 7, 33 §. 4 utitur, etsi ad munus et personam druidum satis aptum, tamen ab eo, quod Galli audirent, alienum videretur. Quod ad declinationem attinet, Caesar constanter sequitur tertiam et plurali tantum utitur, quem Cicero, Lucanus, Suetonius, Tacitus secundum primam efferunt. Cic. de div. 1, 41 (§. 90): *si quidem et in Gallia druidae sunt, e quibus ipse Divitiacum Haeduum, hospitem tuum* (sunt Quinti ad Marcum fratrem verba) *laudatoremque cognovi; qui et naturae rationem, quam φυσιολογίαν Graeci appellant, notam esse sibi profitebatur, et partim auguriis, partim coniectura quae essent futura dicebat.* Atque huic respondet id, quo Strabo utitur, *δρυΐδαι*, et quo Diodorus Siculus, *δρουΐδαι*; quorum prius propter originis a Graeco quercus nomine ductae speciem etiam occasionem dare formae a Cicerone adhibitae potuit. Quamquam Plinio *druides* quoque forma a *δρῦς* nomine repeti posse videbatur. Nat. hist. 16 §. 95: ***Nihil habent** druides (ita suos appellant magos) visco et arbore, in qua gi-*

4 **rum equitum. Illi rebus divinis intersunt, sacrificia publica ac privata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus adolescentium numerus disciplinae causa concurrit, magnoque hi sunt apud eos**

§. 4. religiones] ***religionem*** **Vind. A.**
adolescentium] ***adulescentium*** **Voss. A. Egm. Fabr. Vrat. A.** ***adoloscentium*** **Dr. A. Hamb.**
hi*]** **Pet. Fabr. Bong. A. Pl. Par. B. Dr. AB. Vrat. AD. Vind. ABFI. Aim. Ven. cde. St. Gr. b. Frell. Cl.** ***hii **Gott. Fabr. Vrat. Bl. Ham.** ***his*** **Vind. C.** ***ii*** **Goth. B. cum reliquis edd.**

gnatur, si modo sit robur, sacratius. Iam per se roborum eligunt lucos nec ulla sacra sine ea fronde conficiunt, ut inde appellati quoque interpretatione Graeca possint druides videri. Sed hic ad stirpem potius, quam ad flexionem respexerit. Ceterum quod Oud. et plerique Druides quasi nomen proprium scribunt, sine ratione facere videntur. Caesarem quidem eo pro communi usum esse apparet c. 21 §. 1, ubi Germanos negat druides habere, qui rebus divinis praesint.

§. 4. rebus divinis intersunt] Etiam praefuisse druides rebus divinis initium docet c. 21, quod modo citatum est, eodemque pertinet quod sacrificia procurare et religiones interpretari dicuntur. Sed ea auctoritate praeditos necesse non erat ipsos adesse sacrificiis reliquisque rebus, quibus dii colerentur. Illos igitur adesse et hoc munere vel officio fungi consuevisse hic docemur.

sacrificia publica ac privata procurant] Hoc Forcellinus pariter atque illud, quod est apud Nepotem Themist. 2, 8, *arcem sacerdotibus paucisque maioribus natu ac sacra procuranda tradunt, reliquum oppidum relinquunt*, interpretatur sacrorum curam habere eaque rite peragere. Et druides non solum interfuisse sacrificiis, sed etiam manu operam dedisse ex c. 16 §. 2 apparet, quo loco administris iis ad quaedam sacrificia uti Galli dicuntur, et fortasse nullum sacrificium sine aliqua opera eorum rite peragi poterat. Sed verbi *procurare* significatio alia est et ad animum pertinet, quem druides sacrificiis intentum habentes id egisse dicuntur, ut omnia tam publica, quam privata suo loco et tempore et a quibus et quo modo fas et opus esset, fierent. Itaque sacrorum curam habere recte posuit Forcellinus, alterum non item, nec satis apte comparavit Nepotis verba, quae aliam curam et alio pertinentem significant.

religiones interpretantur] h. e. ea, quae religionis et deorum causa facienda sunt, demonstrant et quo modo facienda sint, docent. Certe Cicero de leg. 2, 27 (§. 76) *interpretes religionum* vocat eos, quos Plato Leg. 12 pag. 958 D et alibi ἐξηγητὰς appellat; quorum illud munus fuisse constat. Cf. Ruhnken. ad Tim. Lex. p. 110 sq. Eadem ratione is, qui Ciceroni orationem pro domo sua supposuit, c. 1 pontifices eo consilio institutos scripsit, *ut religiones sapienter interpretando rem publicam conservarent.* Itaque verbi significatio ducta est ab ea, quam habet nomen apud Cic. de leg. 1, 10 (§. 30): *interpresque est mentis oratio*, nec aliter idem ib. c. 4. (§. 14) summos fuisse in civitate viros dicit, qui *ius civile interpretari populo* et responsitare soliti sint, h. e. docere, quid iuris esset. De nomine cf. ad 5, 6 §. 3 adscripta. Aliis verbum decla-

honore. Nam fere de omnibus controversiis publicis privatisque constituunt, et si quod est admissum facinus, si caedes facta, si de hereditate, de finibus

§. 5. de finibus] *finibus* Hamb. Ven. cde. *si de finibus* N. Egm. Vrat. A. Dav. Cl. Oud. Non sine ratione scriptor h. l. *si* omisisse videtur. Facilius enim alias eiusdem generis controversias druides decrevisse credimus, quam si iterum posuisset. Quo minus autem codicibus illis, qui *si* habent, multum tribuamus, hoc impedit, quod in duobus melioribus, Egm. Fabr. et Vrat. A., supra ante *quod* omissum est *si*, quo ex loco temere in hunc deiectum videtur.

randi seu exponendi significatione positum et ad causas et rationes sacrorum, quas druides ignorantibus explicuerint, referendum videtur; quod etsi non alienum erat a persona eorum, qui de deorum immortalium vi et potestate disputare et iuventuti tradere solerent (c. 14 §. 6), tamen vereor ut cuiquam Romanorum haec verba legenti in mentem venerit. Neque credibile est Gallos vulgo rerum divinarum causas cognoscendi tam studiosos fuisse, ut inter publica druidum officia hoc tertium referri potuisse videatur. De disciplina autem in sequentibus demum sermo est, eamque in vulgum efferri noluisse dicuntur c. 14 §. 4.

§. 5. fere de omnibus controversiis publicis privatisque constituunt] *Publicas* controversias simplicissimum et §. 6 dictis convenientissimum videtur eas interpretari, quae inter singulas civitates seu populos essent, *privatas* autem, quas privati vel inter se vel cum magistratibus populisve haberent. Itaque druides de omnibus controversiis *inter cuiusque generis personas* constituere dicuntur. Cf. 8, 46 §. 5: *paucos dies ipse in provincia* (ulteriore) *moratus*, *cum celeriter omnes conventus percucurrisset*, *publicas controversias cognosset*. — et quod ad verbum attinet, Alex. 65, 4: *de controversiis veteribus cognoscit ac statuit*. et 78, 1: *omniumque earum provinciarum de controversiis cognoscit et statuit*. Ipsum *constituere* cum eadem praepositione posuit Nepos Eum. 12, 1: *de hoc* (Eumene) *Antigonus cum solus constituere non auderet, ad consilium retulit*. et auctor epistolae Bruti ad Cic. 1, 6 §. 1: *cum eum videro, quoniam nobis permittis, communiter constituemus de reditu eius ad petitionem aut commendationem honoris*. Ad rem cf. Strabonis locus ab Hotomanno adhibitus 4 p. 60. Tz. *Δρυΐδαι δὲ πρὸς τῇ φυσιολογίᾳ καὶ τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν ἀσκοῦσι. δικαιότατοι δὲ νομίζονται καὶ διὰ τοῦτο πιστεύονται τάς τε ἰδιωτικὰς κρίσεις καὶ τὰς κοινάς· ὥστε καὶ πολέμους διῄτων πρότερον καὶ παρατάττεσθαι μέλλοντας ἔπαυον· τὰς δὲ φονικὰς δίκας μάλιστα τούτοις ἐπετέτραπτο δικάζειν*. Fiduciariam autem atque honorariam hanc druidum iurisdictionem fuisse cum res ipsa, tum tota Caesaris narratio ostendit.

si de hereditate, de finibus controversia est] Hoc ne vitiose iteratum videatur, animadvertendum est aliud huic subesse divisionis principium, et quemadmodum antea de personis, ita nunc de *rebus cuiusque generis*, de criminibus pariter atque de possessionibus, decernere druides dici.

controversia est, idem decernunt, praemia poenasque constituunt. 6 Si qui aut privatus aut populus eo-

idem] „MSS. vetustiores“ Voss. A. Gott. Bong. A. Pl. Par. B. cod. Turr. Dr. AB. Vrat. D. Hamb. Vind. ACF. *id* Egm. Fabr. Vrat. A. *ii* V. C. Urs. Not. om. Vaticanus et Ursinianus in Emend. *iidem* vulgo. Cf 1, 31 §. 1. 5, 42 §. 5.

decernunt] Pet. And. S. Leid. A. Vind. A. Vrat. C. (Par. B.) V. C. Urs. idem, qui *ii*. Reliqui etiam Bong. A. teste Oud. (Pl. tacet) Ox. et Hav. A. item Vind. BFI. Aim. cod. Turr. et edd. ante Lips. praeter Vasc. St. Gr. b. (Frell.) habent *discernunt* (*disernunt* Hamb.) quod, si de finibus tantum controversiae essent, tueri se posset loco Virgilii Aen. 12, 898: *Saxum antiquum, ingens, campo quod forte iacebat, Limes agro positus, litem ut discerneret arvis.* quamquam hic non sine poëtica licentia id, quod proprie de arvis dicendum erat, ad litem videtur transtulisse, et *litem discernere* minime, id quod Oud. a Gronovio (Observ. p. 416) inductus statuebat, vulgaris erat locutio. Crebra est horum verborum in codicibus permutatio, et h. l. utrumvis in utriusque generis libris scriptum videmus. Vulgato praeter linguae usum suffragatur quod paulo post legitur *decreto*.

§. 6. qui aut] „Aud. Ox. Leid. A. Lov. Egm. Gal. inc.“ Gott. Fabr. (Par. B.) Hav. A. Vind. E. „*quia*, sup. *autem*, Bong. A.“ (fortasse *qui a͡*, h. e. *qui aut*, in eo libro scriptum idque perperam ab aliquo *qui autem* lectum est. Pl. tacet.) *quis autem* Vrat. D. *quis aut* reliqui. Oud. Dr. B. Vrat. B a m. s. Goth. B. Vind. C. (Gu.) Aim. edd. ante Oud. Cf. adn. cr. ad 1, 48 §. 6, quo loco pro *qui* in Bong. A. est *qua* cum linea directa per *a* litteram ducta.

privatus] *privati* Ox. Leid. A. Par. B. Hav. A. Vind. A. *privatis* Vind. D. *privato* Vrat. D.

populus] Bong. A. Voss. A. Dr. A a m. pr. Vrat. AB. Hamb. (Gu.) And. Ox. S. Leid. AC. Par. B. Hav. A. Vind. AB. cod. Brant.

praemia poenasque constituunt] Si *poenas* ad *facinora* referimus, plus druidum arbitrio damus, quam legibus ordinata civitas patitur. Et Gallis quoque legibus constitutas criminum poenas fuisse ex c. 17 §. 5 dictis intelligitur. Cf. 1, 4 §. 1: *damnatum poenam sequi oportebat, ut igni cremaretur.* Neque iis, quae sequuntur, hoc convenit, quae demonstrant fieri potuisse ut decreto druidum poenae constitutionem adiunctam habente non staretur. Itaque ad eas, quae proxime dictae sunt controversiae de hereditate, de finibus referendas et ita interpretandas puto, ut 5, 1 §. 9, ubi litis aestimationi adiecta est poenae constitutio multam seu pecuniam definiens, quam poenae loco penderent qui iniuriam intulissent. Quam si apud Gallos ex decreto druidum iis numeratam putamus, quibus illata esset iniuria, facilius iam *praemia*, quae constituere druides dicuntur, intelligimus, quae, si ad crimina respicimus, etsi varia cogitari possunt, tamen quae potissimum cogitanda sint, nescimus.

§. 6. aut privatus aut populus] Recte *privato* opponitur *populus*, qui si decreto, verbi causa de finibus, non stat, publice stare eo recusat. Atque omnia, quae deinceps enumerantur incommoda eorum, quibus sacrificiis interdi-

rum decreto non stetit, sacrificiis interdicunt. Haec 7 poena apud eos est gravissima. Quibus ita est interdictum, hi numero impiorum ac sceleratorum habentur,

Aim. sec. Hotom. Ald. ab. Gr. a. St. P. Man. Turr. Lips. *publicis* Vind. D. *publico* Vrat. D. *publicus* (reliqui Oud.) cod. Turr. Bong. C. Confl. Aim. sec. Bouq. Dr. B et a m. s. A. Vrat. C. Goth. B. edd. ante Ald. Gr. b. Frell. In. Gr. Dav. Cl. Oud. „Magistratus ipsos *ἁπλῶς publicos* appellatos, vel unus, meo indicio, certissimus Caesaris locus evincit VI. B. G. 13." Garatonius ad Cic. Verr. 1, 31. (p. 185, 13 Hal.) At a codicibus nihil incertius esse hoc loco iam liquet, et pariter ab usu linguae abhorrere id, quod illi codices exhibent, satis constat. Denique sequentia ita comparata sunt, ut de magistratibus sermo esse non possit. Qui si in numero eorum essent, *quibus ita est interdictum*, alia haud dubie incommoda eos se qui et aut ipsi magistratu se abdicare et honorem honorisque insignia deponere cogi, aut cives nihil iam imperium eorum curare nullaque in re obsequi dicerentur, minime vero petentibus iis ius reddi et honos quivis *communicari* negaretur.

stetit] *steterit* cod. Ciacc. S. Leid. AB. Dr. B. Vrat. D. Aim. Vasc. St. Gr. h. (Frell.) Cl. Cf. adn. ad. 2, 14 §. 6.

§. 7. hi] Pet. Fabr. Bong. A. Pl. Par. B. Dr. AB. Vrat. D. Vind. BCFI. Aim. Ven. cdef. *in* Vind. A. *hii* Voss. A. Gott. Egm. Fabr. Vrat. ABC. Hamb. *ii* Goth. B. rell. edd.

his] Gott. Voss. A. Egm. Lov. Lbb. Fabr. Dr. B et a m. s. A. Vrat. D. Vind. B. Gu. Aim. Ven. cde. et, ab alia manu praeposito *Ab*, Bong. A. Pl. *hiis* Vrat. C. *iis* Carr. Bong. C. Pal. Confl. Goth. B. Rom. a. Med. a. Ven. bf. Ber. Gr. b. Frell. Lips. et sqq. *hi* Dr. A a m. pr. Vrat. A. Vind. CFI. *hii* Vrat. B. Hamb. *ab his* Par. B. Hav. A. Vind. A. *ab iis* And. S. Leid. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. St. Turr. et, *ab* inter versus posito, Ox. et Pet.

decedunt] *descendunt* „alius" Vind. B. *discedunt* And. S. Leid. A. Hav. A. Dr. A corr. St. cf. 5, 56 §. 3: *quem supra demonstravimus Caesaris secutum fidem ab eo non discessisse*, et praeter eos, qui ibi demonstrati sunt, locos Civ. 1, 12 §. 2: *Thermus cohortes ex urbe reducit et profugit. Milites in itinere ab eo discedunt ac domum revertuntur.* Ib. 16 §. 1: *milites, qui ab eo discesserunt.* 2, 42 §. 3: *et se ab eo non dis-*

ctum est, in populum non minus, quam in privatum quadrant. Pertinent enim ad quemlibet ex populo.

§. 7. his omnes decedunt] *Decedere* alicui, sc. de via, non solum honorem habituri, sed etiam malum evitaturi dicuntur. Plautus Amphitr. 3, 4 v. 3 sq. *Nam mihi quidem hercle qui minus liceat deo minitarier Populo, ni decedat mihi, quam servolo in comoediis?*

neque honos ullus communicatur] sc. cum iis. Cf. 7, 63 §. 4: *petunt a Vercingetorige Haedui, ut ad se veniat rationesque belli gerendi communicet* sc. secum. Quo minus enim ad *his* referatur *communicetur*, additum illi impedit *petentibus*. Infra quidem c. 23 §. 9 in verbis *hisque omnium domus patent, victusque communicatur* nihil tale obstat, et Civ. 3, 18 §. 3 haud dubie cum dativo constructum est *communicare*, si

his omnes decedunt, aditum eorum sermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant, neque his petentibus ius redditur neque honos ullus com-
8 municatur. His autem omnibus druidibus praeest unus,
9 qui summam inter eos habet auctoritatem. Hoc mortuo aut, si qui ex reliquis excellit dignitate, succedit, aut, si sunt plures pares, suffragio druidum, nonnun-

cessurum pollicetur. Secundum quae, si *omnes* ii dicuntur, qui antea esse cum his consuerunt, noti et familiares eorum, id quod in hac sententia minime durum videtur, recte habere *ab his omnes discedunt* fatendum est. Sed tamen a Caesare scriptum non videtur. Neque enim ab ipso neque a librariis cum vulgato permutatum esset. Contra vulgatum facile cum illo permutari potuit, idque ita factum esse cum universa codicum illud exhibentium indoles, tum ipsorum inter se dissensio arguit.

eorum] And. Ox. Leid. A. Par. B. Hav. A. Vind. A. om. reliqui Oud. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Fabr. Dr. AB. Vratt. ABCD. Goth. B. Hamb. Vind. BCEF. Gu. Aim. edd. ante Ald. Vasc. St. Gr. b. (Freil.) insolita Caesari eoque molestiori ambiguitate, quod res ipsa et verbum *defugere* eorum, quibus omnes decedunt, defectus autem pronominis ipsorum decedentium aditum sermonemque indicare videtur. Accedit quod de Bong. A. tacet Pl. Itaque eiicere non sum ausus.

contagione] *cogitatione* „MSS. septem" Voss. A. Egm. et, add. *al. contagione*, Gott. Fabr. Dr. A. Vrat. A. Hamb. Gu. Vind. B. et cum puncto sub priori *o* Bong. A. Pl. *communione* Vind. A. „cogitatione f. coitatione H." Fabr. rubr. In Pet. *contagione* correctum esse idem testatur Fabr.

his] Pet. Voss. A. Egm. Gott. Fabr. Bong. A. Pl. Par. B. Dr. AB. Vrat. AD. Vind. ABCFI. Gu. Aim. Ven. cdef. *hiis* Vrat. BC. Hamb. *iis* Goth. B. reli. edd.

§. 8. druidibus] *druudibus* Vind. A. *druydibus* Vrat. D. *druitibus* Vrat. B a m. pr. *triuitibus* Ham.

§. 9. mortuo] *mortuo succedit eius heres* Egm. Vrat. A.

aut] om. Aud. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Par. B. Vind. A. Dr. B. Aim. Ald. et sqq.

druidum] *druudum* Vind. A. *druydum* Vrat. D. *diuidum* Hamb. — Quod vulgo inde ab Aldo addunt *adlegitur*, exstat in Aud. Ox. Cu. S. Pet. sec. Oud. Par. B. Vind. A. (in hoc *alleg.* ut in St. Gr. b. Freil.) Idem, ut Elberlingio videtur, vel, ut Whittio, vera est codicum scriptura *quibus communicare de maximis rebus Pompeius consuerat*. Sed quia reliquis in locis (4, 13 §. 4. 5, 36 §. 3. 6, 2 §. 3. 19 §. 7. 20 §. 1. 7, 37 §. 2. 8, 19 §. 5) non dativum, sed *cum* praepositionem adiunctam habet, dativi usus a Caesare pariter atque a ceteris eius aetatis scriptoribus abiudicandus et Civ. l. c. cum Gronovio *quibuscum* scribendum videtur. Significationem verbi optime declaravit Dübnerus: tribuitur sicut ceteris. Nec fugit ea Herzogium; sed *honorem* is multo artius, quam par est, ne dicam inepte, interpretatur Ehrenamt.

§. 8. qui summam inter eos habet auctoritatem] His verbis

quam etiam armis de principatu contendunt. Hi certo 10
anni tempore in finibus Carnutum, quae regio totius
Galliae media habetur, considunt in loco consecrato.
Huc omnes undique, qui controversias habent, conve-
niunt eorumque decretis iudiciisque parent. Disciplina 11

alligitur a m. pr. fuit in Hav. A., in quo nunc est *eligitur*. Leid. A. habet *adligitur*, Bong. A. sec. Oud. inter versus a m. s. *deligitur*, quod Oud. in ed. 2 recepit. Reliqui codices Oud. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Fabr. Pet. et Pal. Conf. Carr. cod. Turr. cod. Brant. Bong. A. Pl. Dr. AB. Vrat. ABCD. Goth. B. Hamb. Vind. BCDEFI. Gu. Aim. et edd. ante Aldum nullo interiecto verbo *druidum nonnunquam* continuant. Aldina lectio unum aliquem vel parem dignitate vel inferiorem suffragio druidum ad plures allectum iisque ut primum inter pares adiunctum potius, quam praefectum significare videtur. Quod licet ita et fieri et a scriptore enuntiari potuerit, tamen vix credendum est casu factum esse ut omisso illo verbo sensus aeque bonus, oratio autem multo et concinnior et clarior existeret. Immo ab ipso Caesare omissum esse secundum codices statuendum, in eos vero, qui habent, ex Ephemeridibus illatum videtur, in quibus etiam *at* pro altero *aut* omisso priore locum habuerit, quo magis diversam fuisse allecti conditionem et ipsam allegendi actionem ab eius, qui sua sponte succederet, statu et ab ipsa successione significaretur.

armis de principatu] „MSS" Pet. Voss. A. Egm. Gott. Bong. A. Pl. Carr. cod. Turr. Dr. A. Vrat. AB. Vind. AB. Gu. Aim. Veu. f. St. Gr. b. Freil. Oud. 1. *de p. a.* cod. Brant. Dr. B. Vrat. CD. Goth. B. edd. reil. et Oud. 2. *de p. rhemis* Hamb. Etiam servato *adlegitur* verbo *armis* recte praeponitur, eiecto non potest non praeponi.

§. 10. loco consecrato] *l. secreto c.* Vind. B. In Ox. super *loco* scriptum est *luco*. Id Oud. in ed. 2 recepit, neque aliud ex

unus ille, qui omnibus praeest seu principatum tenet, describitur. Cf. adn. ad c. 11 §. 3.

§. 9. contendunt] Hinc *suffragio* ablativum eodem modo atque *armis* pendere recte statuit Nipperdeius. Cf. 1, 13 §. 4: *se ita a patribus maioribusque suis didicisse, ut magis virtute, quam dolo contenderent*, ibique adscripta, in quibus est Hirtianum illud 8, 50 §. 2 *contendebat enim gratia cum libenter pro homine sibi coniunctissimo - tum acriter contra factionem et potentiam paucorum;* cui si componas quod ibidem §. 4 legitur, *cum is multo plus gratia suffragiisque valuisset*, alterum dictionis eius, qua Caesar usus est, exemplum vix desideres. Quemadmodum autem in priori membro verborum *succedit* et *excellit* subiectum est idem, ita in hoc iidem *pares esse* et *contendere* dicuntur: contentionem ipsam iisdem rebus diremptam esse, quibus contendissent, per se intelligitur. Sic nihil neque ad elegantiam neque ad perspicuitatem deest. Nam futurum esse aliquem, qui de binorum druidum duello cogitaret, de quo Lippertus verba facit, Caesar providere non potuit, sed eosdem, quorum suffragia non satis valuissent, armis concertasse cum adversariis intellectum iri speravit.

§. 10. Hi] sc. omnes druides, quibus unus praeesse dictus est.

qui controversias habent] sc.

in Britannia reperta atque inde in Galliam translata
12 esse existimatur, et nunc qui diligentius eam rem cognoscere volunt, plerumque illo discendi causa proficiscuntur. **14.** Druides a bello abesse consuerunt neque tributa una cum reliquis pendunt, militiae vacationem
2 omniumque rerum habent immunitatem. Tantis excitati praemiis et sua sponte multi in disciplinam con-
3 veniunt et a parentibus propinquisque mittuntur. Magnum ibi numerum versuum ediscere dicuntur: itaque annos nonnulli xx. in disciplina permanent. Neque fas

Bong. A. attulit Pl. Sed hic praetermittere aliquid potuit. ipse Oud. in adn. ad h. l. rem incertam relinquit, in addendis p. 986 nihil nisi *luco* iam olim bene legisse Is. Casaubonum in Praef. ad Diog. Laërt. ostendit. Hic vero p. 2 ed. Meibom. emendationem suam Plinii et Lucani verbis instruit, quorum alter Nat. hist. 16, 44 §. 95 Hard. de druidibus dicit *roborum eligunt lucos*, alter Phars. 1, 453 eosdem ita alloquitur: *nemora alta remotis Incolitis lucis.* Ex his fortasse colligi potest locum, quem Caesar consecratum dixit, fuisse lucum, minime vero *luco consecrato* eum scripsisse. Neque Rich. Bentleius in adn. ad Lucanum idem conlectans argumenti quicquam protulit.

Cap. 14. §. 1. Druides] *druudes* Vind. A. *druydes* Vrat. D.

inmunitatem] Par. A. Goth. B. Vind. A. (Bong. A.) . . . Fabr. P. Man. non *imm.*

§. 3. annos nonnulli] „MSS. et Edd. accuratiores“ Gott. Voss. A. Egm. *n. a.* Dr. B. Vrat. CD. Goth. B. Hamb. cod. Brant. Vind. D. edd. ante Oud. praeter Ven. f. Vasc. teste Brantio, St. Gr. b. (Frell.)

xx.] Gott. Voss. A. Fabr. Bong. A. Pl. Dr. AB. Vrat. BD.

ipso illo tempore, quo druides omnes in Carnutum finibus considunt domoque absentes ius dicere in suo quisque populo non possunt. Tum omnes illuc in locum medium totius Galliae conveniunt et ad concilium druidum in ius adeunt eorumque decretis iudiciisque, quibus alias interdum non paretur, parent. Ipsum autem concilium non solum iuris dicundi, sed omnium rerum ad disciplinam pertinentium causa quotannis haberi solitum videtur.

§. 11. disciplina] Cf. adn. ad c. 14 §. 5.

Cap. 14. §. 1. bello] non ab ipso solum conflictu, ut Hausius putabat propterea, quod 2, 10 Divitiacus, quem unum ex druidibus fuisse Cicero tradat, interfuisse bello dicatur. Nam hic consuetudo druidum, sicut in altera parte verbis *militiae vacationem habent* ius eorum demonstratur, et qui a bello abesse *consuerunt*, eorum nihil impedit quo minus unus et alter semel et iterum gerat bellum.

una cum reliquis] qui certis temporibus certa tributa pendere coguntur. Cum his una pendere druides negantur, non ullo tempore necessitatibus rei publicae subvenire dicuntur.

§. 3. versuum) Quin hi *versus* proprie dicti essent et iidem, qui a nobis Verse vocantur, nec Wolfius dubitabat Proleg. ad Hom. p. 102, nec dubitare ullus debebat, qui sequentia perpendisset, quae litteris illa mandare nefas

esse existimant ea litteris mandare, cum in reliquis fere rebus, publicis privatisque rationibus Graecis litteris

Goth. B. Vind. CEFI. Gu. Aim. *viginti* „MSS. 4" Egm. Vrat. AC, Hamb. Vind. D. cod. Braut. edd. ante Ald. *vicenos* Vind. A. Ald. et sqq. quemadmodum interpretari signum numeri licet, quod quamquam ambiguum est, tamen recipere eo minus dubitavi, quo rarius numeri in illo genere codicum signis sunt exarati. Non solum ordinalium, sed etiam distributivorum eandem atque ordinalium significationem fuisse Plinii codices fidem faciunt. Cf. Nat. hist. 7, 49 p. 405, 11 Hard. (p. 52 Sill.) *circa Placentiam in collibus oppidum est Veleiacium, in quo* CX. *annos sex detulere, quatuor centenos vicenos, unus* CXL. in quibus, cum paulo ante scriptum sit *centum viginti annos Parmae tres edidere*, CX. parem ambiguitatem habet atque b. l. XX. Afric. 80, 2 *ibique III. praesidio relicto* recte legitur *trino*, h. e. triplici. (*tercio* ibi Vind. A., *inde* Dr. A. Vind. B. habent, quod utrumque ex *III.* factum esse apparet.) Alibi adverbia sic significata videmus. Alex. 74, 3: *fiducia veterani exercitus sui, quem* XXII. *in acie conflixisse et vicisse legati eius gloriabantur.* Afric. 45, 3: *egone contra Caesarem, imperatorem meum, apud quem ordinem duxi, eiusque exercitum, pro cuius dignitate victoriaque amplius* XX. XVI. *annis depugnavi, adversus armatusque consistam?* nam ita ibi legendum videtur quod vulgo scribunt *amplius* XXXVI. *annis*. Hoc tamen loco nescio an potius *viginti* legendum sit, remota plurium, quibus id temporis spatium commune fuerit, et sola spatii ipsius in numero significatione relicta, quae eo maiorem vim habet, quo magis pura et nuda est. Plinium modo vidimus *centum viginti* scripsisse pro centenis vicenis nulla, ut videtur, nisi variandi causa. Similiter 7, 2 p. 374, 3 (p. 11 Sill.): *quibus locis Indiae umbrae non sint, corpora hominum cubitorum quinum et binorum palmorum exsistere, et vivere annos centum triginta nec senescere, sed ut medio aevo mori.* Praeterea etiam Cicero cum *singulis* distributivo cardinale coniunxit. Cf. Zumptii §. 119. Pomponius autem Mela 3, 2 §. 3 de druidibus secundum Caesarem verba faciens necessario distributivum posuit: *docent multa nobilissimos gentis clam et diu, vicenis annis, aut in specu, aut in abditis saltibus.* Caesari vero, si ambigue scripsit XX., idem accidisse credas, quod eodem tempore Pompeio et doctissimis civitatis in simili vocabulo accidisse Gellius 10, 1 ex Varrone et Tirone refert.

ea] *eam* Vind. A.

fere rebus] *r. f.* Vind. A. *f. r* . . . Dr. A. *vere r.* Vind. D. Med. a. Veu. bcde.

privatisque] *privatis* Pet. Fabr. *et privatis* Leid. A.

rationibus] int. vers. a m. s. Gott. Fabr. *regionibus* Hamb.

Graecis litteris utantur] Hoc ordine codices plerique Oud. Boug.

fuisse ostendunt. Nam ore tantum enuntiatae aut mente conceptae sententiae non magis Latine *versus*, quam Germanice Zeilen vocantur.

in reliquis fere rebus] quae litteris mandari ab hominibus solent; quae cum non eiusdem generis ubique sint, duae nominatim commemorantur, ut cuius illae generis fuerint, constet.

publicis privatisque rationibus]

4 **utantur. Id mihi duabus de causis instituisse videntur: quod neque in vulgum disciplinam efferri velint neque eos, qui discunt, litteris confisos minus memoriae studere; quod fere plerisque accidit, ut praesidio**

A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABCD. Goth. B. Hamb. Vind. BD. (Gu.) Aim. et pleraeque aute Oud. edd., quarum Iu. et Graev, *Graecis*, quod Hotomannus delebat, pro suspecto circumscribunt. *gerendis l. u.* Voss. B. *l. g. u.* Vind. C. *G. u. l.* Leid. A. S. Ox. Vind. A. St. Oud. cuius verborum collocationis ea vis est, ut tradita a druidibus non nullis, sed aliis, quam Graecis litteris mandare dicti videantur. Nam *Graecis* in ea plus ponderis habet, quam *utantur*. Contra in fine enuntiati positum verbum pari est pondere et in reliquis illos rebus non abstinere litterarum usu, sed litteris iisque Graecis uti docet. Hoc ipsum autem, quod additis *iisque Graecis* demonstratur, minus operose scriptor praeposito adiectivo demonstrat; qua ratione Hotomanni et Scaligeri offensio elevatur.
§. 4. discunt] *discant* Ox. Leid. A. Voss. C. Hav. A. Vind. A.

Haec si exempli causa addita sunt, id quod etiam propter asyndeton statuendum est, *rationibus* nomini non latior significatio, qua interdum *res rationesque* coniunctim dicuntur, sed angustior illa et magis propria convenit, qua tabulas seu codices expensi et accepti et tabulas seu catalogos numerum rerum exhibentes iudicat, Rechnungen und Verzeichnisse, quo in genere erant tabulae illae in castris Helvetiorum repertae, item Graecis litteris confectae, de quibus cf. 1, 29 §. 1 quaeque ibi adscripsimus. (In quibus p. 60 a 13 inter *neque* et *fas* iam inseras velim *discipulos*.) Huiusmodi autem tabulas, praesertim in quibus privatae rationes inessent, ab unis druidibus confici solitas esse nec per se verisimile est nec tam breviter quasi per transennam ostensurus fuisset scriptor. Ac ne illi quidem, quos nefas existimare dicit, ea litteris mandare, quae versibus inclusa discantur, druides sunt, sed druidum discipuli iidem, quorum nonnulli annos viginti in disciplina permanent, quos omnes scribendi artis peritos, minime vero omnes e disciplina egressos in druidum numerum receptos fuisse putandum est. Itaque et rationum confectio et reliquarum rerum scriptio ad illius disciplinae alumnos eosque vel druides vel extra druidum ordinem positos referenda atque verborum *existimant* et *mandare* et *utantur* subiectum omnium idem statuendum videtur.

§. 4. Id mihi duabus de causis instituisse videntur] Hoc sine dubio de druidibus enuntiatum est, quibus auctoribus factum sit ut illud nefas esse ab eorum discipulis existimaretur.

quod neque in vulgum disciplinam efferri velint] Cf. adn. cr. ad *discunt* et 1, 23 §. 3: *Helvetii, seu quod timore perterritos Romanos discedere a se existimarent, — sive eo, quod re frumentaria intercludi posse confiderent, commutato consilio — nostros — lacessere coeperunt.* Ib. 27 §. 4: *sive timore perterriti — sive spe salutis inducti, quod — suam fugam — ignorari posse existimarent.* 2, 11 §. 4: *quod abesset a periculo viderentur.* Ceterum aut vana haec Caesaris opinio, aut vulgus Gallorum non expers litterarum fuit.

quod fere] Cf. ad 3, 2 §. 2 adn. et *ad omnes fere* 5, 12 §. 1, et cap. sq. §. 1 *quod fere* quo loco huic simillimo *quod* non po-

litterarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam re-
mittant. Inprimis hoc volunt persuadere, non interire 5
animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios,
atque hoc maxime ad virtutem excitari putant, metu
mortis neglecto. Multa praeterea de sideribus atque 6

Oud. nulla ratione reddita. Ac vereor, ut idoneam habuerit. Nam quod *velint* praecedit, qui coniunctivus propter *videntur* necessarius est, nihil cum hoc commune habet, qui alio referri non potest, nisi ad illius instituti auctores et ad eorum vel cogitationem vel sermonem, cuius repraesentatio inutiiis et molesta videtur. § 5. maxime] om. Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. post *ad virtutem* collocant Dr. A. Vrat. B. Vind. B. Gu. Sed pertinet ad *hoc*. 1, 28 §. 3: *ea maxime ratione*. 8, 5 §. 2: *eo maxime tempore*.

test non pro relativo pronomine haberi. Idem persaepe in his libris subiectum est verbi *accidere*, cui si quando praemissa est *quod* coniunctio, dubitari de ea non potest. Sic Civ. 3, 61 §. 1 *quodque novum et praeter consuetudinem acciderat*. et ib. 70 §. 1 *quod haec praeter spem acciderant*. Similiter h. l. scriptorem si *quod* eadem, qua paulo ante, significatione positum intelligi voluisset, dubitationi occursurum et *quod fere plerique — remittunt* scripturum fuisse puto, ut 1, 1 §. 3 *quod fere cotidianis proeliis cum Germanis contendunt*. et 3, 18 §. 6 *quod fere libenter homines id, quod volunt, credunt*.

§. 5. hoc maxime ad virtutem excitari putant] Etsi non prorsus bello et armis abstinebant druides (cf. ad §. 1 adscripta et c. 13 §. 9) tamen plerumque a bello afuturis et vacationem militiae habituris inprimis hoc, quo maxime ad virtutem excitarentur, persuadere voluisse non videntur, neque Caesarem credibile est propterea, quod ipse plurimum virtuti et ad virtutem utilibus praeceptis tribueret, primo loco posuisse hoc, quod illi successoribus suis tanto usui futurum existimare non possent. Magis verisimile videtur nullius eorum, qui hoc docerentur, futurae vitae conditionis rationem a docentibus habitam esse, cum ex magno adolescentium numero, qui disciplinae causa ad eos concurrerent, alii nihil nisi erudiri vellent, eorum vero, qui praemiorum magnitudine excitati in disciplinam convenissent, nonnulli certe speratis exciderent. Itaque neque hoc de animabus praeceptum neque illa, quae de sideribus reliquisque rebus *iuventuti* tradere dicuntur, ad arcana disciplinae referenda puto, quamquam eo relata sunt a Pomponio Mela verbis in adn. cr. ad §. 3 adscriptis haec addente: *unum ex his, quae praecipiunt, in vulgus effluxit, videlicet ut forent ad bella meliores, aeternas esse animas vitamque alteram ad manes*. Sed ea, quam Caesar in vulgum efferri eos noluisse disciplinam dixit, ad religiones potissimum, quarum interpretes essent druides, spectasse atque haec eadem fuisse videtur, quam in Britannia repertam existimari tradit c. 13 §. 11.

metu mortis neglecto] Ad formam orationis cf. c. 23 §. 3 *repentinae incursionis timore sublato*. Quod autem *neglecto* dixit, non *sublato*, novum fortasse, at minime ineptum fecit. Etiamsi maneat innatus illis mortis metus, tamen negligunt eum et levi momento aestimant.

§. 6. Multa praeterea de sideribus] Temere Horkelius: Bieles

eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de deorum inmortalium vi ac potestate disputant et iuventuti tradunt. **15.** Alterum genus est equitum. Hi, cum est usus atque aliquod bellum incidit, quod fere ante Caesaris adventum quotannis

§. 6. inmortalium] Par. A. Goth. B. (Boug. A.) non *imm.* In Vind. A. cum duobus, quae sequuntur, verbis omissum est. tradunt] *transdunt* Ald. b. Lips. Iu. Gr. Oud.

Cap. 15. §. 1. quod fere ante Caesaris adventum] Gott. Voss. A. Egm. Fabr. Aim. Par. A. Boug. A. Pl. Dr. AB. Vrat. ABCS (hic *adventu*) Goth. B. Hamb. Vind. CF. Gu. edd. ante Ald. In Vind. B. *fere* omissum, in Pet. Fabr. et Cousl. in *fecere* corruptum, deuique in Vind. A. Ald. et seqq. post *adventum* positum est. Oud. MSS. plerosque et Edd. pp. *quod fere ante adventum Caesaris* exhibere dicens in duobus extremis falsus est. De

lei Punkte außerdem — über die Gestirne etc.

terrarum] h. e. orbis terrarum. Ita 4, 7 §. 5 *reliquum quidem in terris esse neminem, quem non superare possint.* Alex. 67, 1 *in ea parte positus terrarum, quae nulla praesidia Caesaris habuisset.* Non aliter hoc intellexit Mela ante illa, quae ad §. 3 adscripsi, haec ponens: *hi* (druides) *terrae mundique magnitudinem et formam, motus coeli ac siderum et quid dii velint, scire profitentur.*

de rerum natura] Hoc praetermissum a Mela ita interiectum et coniunctum reliquis est, ut aliquanto angustius, quam in Lucretiani operis titulo dictum et ad eas potissimum res, quae in terris sunt et nascuntur, referendum videatur.

Cap. 15. §. 1. equitum] Quod in druidibus Caesar faciendum non putavit, ut Latino eos nomine appellaret, id in equitibus fecisse propterea videtur, quod horum nomen Gallicum nihil aliud significaret. Quod si ad modum Latini factum et ab equi nomine derivatum fuit, fortasse, si stirpem Gallicam servandam Caesar putasset, pro equitibus ponere *marchiones* potuisset, quod ipsum Gallicum nomen eorum fuisse statuebat Goduinus Pausaniae auctoritate adductus, qui 10, 19 §. 6 ed. Schub. et Walz. postquam Gallorum equitum singulorum cum binis famulis coniunctim pugnandi rationem descripsit, haec addit: *τοῦτο ὠνόμαζον τὸ σύνταγμα τριμαρκισίαν τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ· καὶ ἵππον τὸ ὄνομα ἴστω τις μάρκαν ὄντα ὑπὸ τῶν Κελτῶν·* cuius dicti veritatem post Bochartum de Phoenicum coloniis c. 42 p. 674 ed. 1692 Schubartus et Walzius in adn. ad Paus. demonstraverunt. *Equites* autem Caesar etiam propterea appellandos putaverit, quod in eo nomine et militiae et ordinis significatio inesset et apud Gallos quoque generis et ordinis equestris origo ad eos referenda esset, quibus facultates ad equos alendos suppetissent. Sed in rerum gestarum narratione *equites* et *equitatum* Gallorum nulla generis ratione habita eo tantum modo, quo *pedites* et *peditatum* dicit, uno fortasse 1, 31 §. 6 loco excepto, quo Divitiacus Haeduos cum Germanis congressos *omnem nobilitatem, omnem senatum, omnem equitatum amisisse* querens dubitari potest utrum exercitus partem, an civium ordinem dicat.

cum est usus] Cf. adn. cr. ad 4, 2 §. 3.

incidit] Cf. adn. ad 2, 14 §. 6.

accidere solebat, uti aut ipsi iniurias inferrent, aut inlatas propulsarent, omnes in bello versantur, atque 2
eorum ut quisque est genere copiisque amplissimus, ita plurimos circum se ambactos clientesque habet. Hanc

postposito pronomini adverbio dixi ad c. 14 §. 4, quo loco item, ut hoc, reddi potest in der Regel.

inlatas] Voss. A. Egm. Fabr. Vrat. A. Par. A. (Bong. A.) non *ill.*

§. 2. ambactos] *amicos* Aud. Ox. Id secundum ea, quae 3, 22 de solduriis scripta sunt, factum esse potest. Lindenbrogio autem, ut ex schedis eius, quae Hamburgi asservantur, intellexi, etiam Caesar sic scripsisse videbatur.

habet] *habent* Leid. A. Hav. A. Vind. A. Oud. 1. Recte idem in cd. 2. singularem restituit scriptoris usui convenientem, de quo cf. adn. cr. ad c. 11 §. 4, probatum eundem Garatonio ad Cic. Verr. Act. 1 c. 14 p. 146 Neap. (p. 148, 31 Hal.)

omnes in bello versantur] Quemadmodum druides c. 13 §. 4 describere ita instituit, ut eos rebus divinis interesse demonstret, eadem ratione equites quasi in scenam producens omnes in bello versari ostendit nec aliud quicquam habet, quod de eorum vita referat. Itaque paucis verbis ad perficiendam imaginem additis communes omnium Gallorum mores depingere pergit.

§. 2. copiisque] Cf. adn. ad 1, 3 §. 5.

ambactos] Teste Festo p. 4 ed. Müll. „*ambactus* apud Ennium lingua Gallica servus appellatur.“ Et magis definite Glossarium Labbaei: *ambactus δοῦλος μισθωτός· ὡς Ἔννιος.* Aliis vocabulum totum Latinum videbatur, quod altera haec apud Festum illi subiecta glossa docet: „*am* praepositio loquelaris“ h. e. inseparabilis nec per se subsistens, sed loquelis seu verbis adhaerens „significat *circum*, unde supra servus ambactus, id est circumactus dicitur.“ Hanc opinionem multis tuetur Salmasius ad Flavium Vopiscum p. 486 ed. 1620, quae non impediunt, quo minus recte post alios Morus a veteri vocabulo Germanico *andbahts* ministrum seu famulum significante repetisse Latini originem videatur, quod etiam Iac. Grimmio locis a Müllero in adn. ad Festum allatis placuit. Sed tamen Romanis necesse non erat *ambacti* nomen peregrinum potius, quam domesticum et ab *agere* verbo ductum existimare, neque Caesar h. l. ut peregrinum interpretari addito *clientesque* videtur. Non enim, ut in *Vergobreto* 1, 16 et in *solduriis* 3, 22, peregrinitatis notam adiungit, sed ut per Ennium Latino facto uti, addito autem *clientesque* non tam definire eius notionem, quàm genus hominum, in quo ambacti fuerint, coniungere cum specie, ut c. 16 §. 2 et saepe, videtur. Qui si *δοῦλοι μισθωτοὶ* erant, clientes quidem omnes erant, neque vero vicissim clientibus omnibus ambactorum nomen conveniebat, sed iis tantum, qui supra c. 13 §. 2 in servitutem se dicare nobilibus dicuntur, quos Caesar non minus, quam c. 19 §. 4 ipsos servos, a clientibus distinguere eo videtur, quod non *in clientelam* eos, sed *in servitutem* se dicare dicit, clientium autem nomine comprehendere omnes plebeios, qui se ad principis alicuius factionem adgregassent, cuius rei causam c. 11. §. 4. afferens *suos* quemque opprimi et circumveniri non pati, similem autem civitatium rationem demonstrans humiliores *in clientelam* se dicare potentioribus

unam gratiam potentiamque noverunt. **16.** Natio est
2 omnium Gallorum admodum dedita religionibus, atque ob eam causam qui sunt adfecti gravioribus morbis quique in proeliis periculisque versantur, aut pro victimis

Cap. 16. §. 1. omnium] *omnis* V. C. Urs. Aud. Ox. Cu. Leid. A. Hav. A. Vind. A. et in m. Alm. Lips. et sqq. quod rectum haud dubie et magis usitatum est, quam *omnium*. Sed nihilo minus genuinum hoc videtur. Postquam enim de generibus druidum et equitum, quae partes sunt Gallorum, expositum est, ad omnes Gallos, qui nationem faciunt, transiens scriptor nationem eodem modo omnium Gallorum dicit, quo genera alterum druidum, alterum equitum dixerat.

§. 2. adfecti] Voss. A. Fabr. Par. A. (Bong. A.) non *aff.* (*afecti* Vrat. D. *affecti* corr. in priori *f* et in *i* Dr. A.)

dicit c. 12 §. 6. Tam late patente *clientium* nominis significatione, quae 1, 4 §. 2 et 7, 4 §. 1 unice conveniens ne angustiorem quidem, quae infra c. 19 §. 4 et 7, 40 §. 7 locum habet, excludit, parum illud aptum *ambactorum*, quos Glossarium declarat, interpretamentum fuisse, et si tamen interpretandi causa additum fuit, aliter Caesarem et latius, quam Ennium dixisse *ambactos* statuendum est; quod cur faciamus, non apparet. Itaque quod ad 1, 4 §. 2 adscripsi apud Gallos *ambactos* audisse clientes, nunc minus accurate dictum videtur.

Cap. 16. §. 1. admodum dedita religionibus] Ad. Wagnerus interpretatus est sehr religiös, Hausius dem Aberglauben sehr ergeben, uterque iudicium, alter honestum, alter iniquum adiungens, quorum neutrum in Latinis inest, rerum autem externarum animi religiosi testium significationem, quae maxime inest, omittens; qua de causa Horkelii quoque interpretatio, sehr den Religionssatzungen ergeben, a vero abest, ad quod propius accedit dem Götterdienste. Cf. adn. ad 5, 6 §. 3 et huius libri c. 13 §. 4.

§. 2. ob eam causam] Minus enim religionibus dediti non fere credunt sacrificiis aut votis aliquid effici posse, cui ars et virtus efficiendo impares sint. Quod autem homines sacrificant, non iam propter animum religionibus admodum deditum, sed propter opinionem illam de deorum numine non aliter placando facere dicuntur, qua remota animalibus vel aliis rebus sacrificandis non minus deditos se religionibus praestarent. Itaque similis est huius loci brevitas illi, quam in *Graecis litteris* c. 14 §. 3 observavimus. Memorabilis autem haec scriptoris aequitas et digna est, quae cum Ciceronis iudicio conferatur pro Fonteio c. 10 in hanc Gallorum consuetudinem ita declamantis: *Postremo his quidquam sanctum ac religiosum videri potest, qui etiam si quando aliquo metu adducti deos placandos esse arbitrantur, humanis hostiis eorum aras ac templa funestant? ut ne religionem quidem colere possint, nisi eam ipsam prius scelere violarint. Quis enim ignorat eos usque ad hanc diem retinere illam immanem ac barbaram consuetudinem hominum immolandorum? Quamobrem quali fide, quali pietate existimatis esse eos, qui etiam deos immortales arbitrentur hominum scelere et sanguine facillime posse placari?*

in proeliis periculisque] Hoc haud dubie sic est dictum, ut illud *ambactos clientesque* c. 15 §. 2 dictum esse statuimus.

pro victimis] h. e. eo modo,

homines immolant, aut se immolaturos vovent, admi-
nistrisque ad ea sacrificia druidibus utuntur, quod 3
pro vita hominis nisi hominis vita reddatur, non posse
deorum inmortalium numen placari arbitrantur, publi-
ceque eiusdem generis habent instituta sacrificia. Alii 4
inmani magnitudine simulacra habent, quorum contexta
viminibus membra vivis hominibus complent, quibus suc-
censis circumventi flamma exanimantur homines. Sup- 5

immolant] *inm.* Egm. Fabr. *imol.* Vrat. D. Hamb. *ymol.* Dr. B.

immolaturos] *inm.* Egm. Fabr. (Bong. A.) *imol.* Vrat. D. *ymol.* Dr. B. Hamb.

druidibus] *druudibus* Vind. A. *druydibus* Vrat. D. *druitibus* Vrat. B a m. pr. *diuidibus* Ham.

§. 3. nisi] *non nisi* Bong. A. Voss. ABC. Leid. ABC. S. Egm. Lov. Gott. Lbb. Par. A. Vrat. AB. Hamb. iuc. *nihil ni* eaque cum duobus sequentibus in fine versus a m. s. addita habet Dr. A. *non*, quod ante *posse* in omnibus libris exstat, h. l. vitiosum esse apparet, sed quomodo ortum undeve illatum sit, obscurum est.

hominis vita] Bong. A. Ox. Hav. A. Vind. A. *v. h.* cum reliquis codd. Aim. et edd. ante Oud. cf. Cic. pro Quint. c. 30. (§. 92): *Si caussa cum caussa contenderet, nos nostram perfacile cuivis probaturos statuebamus: quod vitae ratio cum ratione vitae decerneret, idcirco nobis etiam magis te iudice opus esse arbitrati sumus.*

non posse] *n. p. aliter* V. C. Urs. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. et, *aliter* int. vers. a m. s. addito, Bong. A. Adverbium a Scaligero receptum sequentes editores tenuerunt, neque a codicibus illud abesse Fabr. ostendit. Abest vero a reliquis Oud. et meis omnibus, a Par. A. et Aim. et edd. ante Iu. neque aut necessarium aut Caesari usitatum est. Cf. 2, 6 §. 4: *nisi subsidium sibi submittatur, sese diutius sustinere non posse.* et, quibus locis *nisi* adverbii instar est, 1, 44 §. 8. 2, 32 §. 1. 3, 17 §. 7. 4, 24 §. 2. 6, 20 §. 3. 7, 69 §. 1. 86 §. 2.

inmortalium] Voss. A. Egm. Fabr. (Bong. A.) non *imm.*

§. 4. inmani] Voss. A. Egm. Fabr. (Bong. A.) Par. A. Vrat. C. Vind. A. (in quo, ut in Ox. post *magnitudine* positum est) non *imm.* Cf. 4, 1 §. 9. (*unam* Hamb. *humani* S. *limnani* Leid. A, uterque post *magn.*)

quo victimae immolari solent. Similiter Livius 39, 13 §. 11 *pro victimis immolari* dixit. Cf. *pro nocentibus* c. 9 §. 7.

§. 3. reddatur] tamquam debitum. Eadem ratione et epistola reddi dicitur ei, cui scripta est, et ius petentibus (c. 13 §. 7) et ipsa vita (cf. int. Cic. Planc. c. 37) quam ubi morientes simpliciter *reddere* dicuntur, ibi cogitari videtur de natura seu diis, a quibus ea conditione datur, ut aliquando reddatur. Hic vero deorum numen iratum alicui cogitatur eius vitam sibi deposcere.

§. 4. Alii] Victimae enim ferro caedebantur.

contexta] h. e. texendo composita Cf. adn. ad 2, 33 §. 2 et 7, 23 §. 4: *sic deinceps omne opus contexitur.*

§. 5. Supplicia] Clacconius *victimas et immolationes* inter-

plicia eorum, qui in furto, aut in latrocinio, aut aliqua noxa sint conprehensi, gratiora dis inmortalibus esse arbitrantur, sed cum eius generis copia defecit,

§. 5. noxa] *noxia* Bong. A. sec. Oud. S. Vind. A. Ald. a. Gr. a. P. Man. quod recepissem, si de principum utriusque generis codicum consensu constitisset. Sed ex Bong. A. Plüschkius nihil a vulgata discrepans attulit, eandemque Fabr. in. Voss. A. Gott. Egm. et Beyerlii silentium in Par. A. et Elberlingii testimonium in Hav. A. exstare fidem faciunt. Exstat praeterea in Pal. Confl. Gu. Dr. AB. Vrat. ABCD. Goth. B. Hamb. et nisi fallor, in reliquis Vind. excepto A. omnibus. Utroque nomine Latinos delictum, *noxiae* proprie, *noxae* translata a damno ad damni causam significatione appellasse, *noxiam* antiquioribus, Plauto et Terentio, *noxam* recentioribus, Livio, Virgilio, Ovidio, magis in usu fuisse, de Ciceronis usu fere ut de Caesaris non satis constare secundum ea, quae Oud. ad Suet. Caes. c. 81 et Garat. ad Cic. Amer. c. 22 p. 183 (p. 57, 8 Hal.) et viri docti ab utroque citati disputant, verisimillimum videtur. A novissimis Frontonis, Nonii, Festi, editoribus novi nihil allatum est. Apud Quintilianum 5, 12 §. 13, quem locum Bonellus in lexico Quint. omisit, *noxa* constans est codicum lectio, apud Tacitum Ann. 6, 4 *noxiam* habet MS.

sint] *sunt* MSS. duo „Aim. Pal. Confl. Dr. AB. Vrat. B. Vind. BF. Ven. f. om. Vind. I. Coniunctivi, quem codices teneri iubent, ratio videtur ea esse, quam in adn. cr. ad 4, 1 §. 4 statuimus ad tuendum id, quod ibi legebatur *manserint*, adhiberi posse, ut genus hominum cogitatione comprehensum significetur. Ad opinionem enim Gallorum haec supplicia gratiora diis *arbitrantium* referri coniunctivum scriptoris usus minus patitur. Cf. adn. cr. ad c. 10 §. 1 et Civ. 3, 87 §. 4: *an non exaudistis ex his, qui per causam valetudinis remanserunt, cohortes esse Brundisii factas?*

conprehensi] Bong. A. Par. A. non *compr.* (*deprehensi* Lov. Dorv. Pal. Confl. Vrat. C. Goth. B. Hamb. edd. ante Ald. *deprensi* Vind. D.)

dis] Bong. A. Egm. Par. A. Oud. 2. Vulgo *diis.*

inmortalibus] Goth. B. (Bong. A.) non *imm.*

defecit] „MSS. octo“ Voss. A. Egm. Gott. Bong. A. Par. A.

pretatur, quas *supplicia* Caesar appellans ad supplicationes respexerit, in quibus victimae immolarentur. Ac poenae quidem significatio neque ad rem ipsam neque ad innocentium supplicia est apta, neque de cruciatu cogitandum videtur, cum crudelitatis nota in reliquis nulla insit. Praeterea constat *supplicia* nonnunquam pro supplicationibus poni, in supplicationibus autem victimas esse immolatas. Itaque *supplicia deorum*, quae Clacconius ex Salustio et Varrone affert, translata a toto ad partem et simul ab eo, quod abstractum vocatur, ad concretum significatione victimae dici possunt diis oblatae, et si homines pro victimis sunt, etiam homines *supplicia* appellari possunt; sed ad *hominum supplicia* explicanda ineptum videtur hac via uti potius, quam occisiones simpliciter dictas poenae et cruciatus notione remota interpretari.

etiam ad innocentium supplicia descendunt. 17. Deum maxime Mercurium colunt. Huius sunt plurima simulacra; hunc omnium inventorem artium ferunt, hunc viarum atque itinerum ducem; hunc ad quaestus pecuniae mercaturasque habere vim maximam arbitrantur.

Vrat. AB. Gn. *defuit* Dr. B. *deficit* vulgo, quod nisi codicum causa mutandum non erat. Immo saepius Caesar ea significatione, qua nos dicimus abgehen, quae praesens tempus requirit, quam qua ausgehen, cui praeteritum magis aptum est, ponere solet *deficere*. Cf. 2, 10 §. 4: *ubi — ipsos res frumentaria deficere coepit*. 3, 5 §. 1. 4, 20 §. 2. 5, 33 §. 17, 50 §. 6. Civ. 2, 37 §. 6: *non materia multitudine arborum, non frumentum, cuius erant plenissimi agri, deficere poterat*. Ib. 41 §. 7: *nostros vires lassitudine deficiebant*. 3, 58 §. 5: *postquam non modo hordeum pabulumque omnibus locis herbaeque desectae, sed etiam fructus ex arboribus deficiebant*. Contra haec unum est alterius significationis exemplum Civ. 3, 99 §. 4: *cum vires eum lassitudine defecissent*. quod tamen sufficere videtur.

Cap. 17. §. 1. Deum] *dm̄* „MSS. multi" Voss. A. Egm. *domini* Dr. A. *dum* Dr. B. *deinde* Vrat. B. quae omnia ex illa „multorum" scriptura originem ducunt. *demum* Ven. de. Ciacconio et recentioribus quibusdam aut *deûm*, aut *deorum* scribendum videbatur, quemadmodum Tacitus Germ. c. 9 scripsit de Germanis *deorum maxime Mercurium colunt*. Sed syncopen in hoc nomine Caesar facere non solet, neque si Tacitus *deorum* scripsit, etiam Caesar sic scripsisse putandus est.

Cap. 17. §. 1. Deum maxime Mercurium colunt] Haec utique ita disposita sunt, ut vera videri possit Heldii interpretatio: Als Gott verehren sie am meisten den Mercur. Ad superiora tamen, in quibus deorum mentio semel atque iterum est facta, nescio an magis apta haec sit: der Gott, den sie am meisten verehren, ist Mercurius. Hoc autem nomine vocatum a Romanis et esse creditum deum eundem statuae atque illum, quem Galli maxime colerent, si minus necessarium, certe proclive erat Romanis, qui pleraque omnia tribui illi a Gallis viderent, quae ipsi tribuerent Mercurio. Itaque scriptor et hunc Mercurium et reliquos eorum nominibus appellat, quorum secundum Romanos natura ita comparata esset, ut ad eos ipsos pertinere Galiorum cultus et opiniones viderentur. Propria vero Gallorum nomina etiam propterea omisisse videtur, quod non eadem in omnibus Galliae partibus essent. Cf. 1, 1 §. 2. De Lucano Phars. 1, 445 sq. tria ex iis prodente non liquet, utrum omnibus Gallis communes, an proprios quibusdam deos indicare voluerit hac sacerdotum descriptione: *Et quibus immitis placatur sanguine diro Teutates horrensque feris altaribus Hesus Et Taranis Scythicae non mitior ara Dianae*. Horum Teutates Mercurius, Hesus Mars, Taranes Iuppiter esse creditur.

viarum atque itinerum ducem] Si *itinerum* dux is est, qui in itinere versantes et iter facientes ducit atque efficit, ut salvi perveniant, quo tendunt, *viarum* ducem, nisi bis idem dictum esse volumus, non item interpretari debemus in via versantibus ducem se praebentem, sed eum, qui in viam ducat et qua eundum sit,

2 **Post hunc Apollinem et Martem et Iovem et Minervam. De his eandem fere, quam reliquae gentes, habent opinionem: Apollinem morbos depellere, Minervam operum atque artificiorum initia tradere, Iovem imperium**
3 **caelestium tenere, Martem bella regere. Huic, cum**

§. 2. initia] *inicium* Bong. A. Pi. *initium* idem sec. Oud. et Vrat. C. tradere] „MSS. omnes" *transdere* Lips. et sqq.

monstret, quem Latini simpliciter *ducem*, Graeci ὁδηγόν, nostrates Wegweiser appellant. Genitivi significatione eadem Tacitus Ann. 1, 59 extr. Arminium *gloriae ac libertatis*, Segestem *flagitiosae servitutis ducem* dixit, nec multo aliter Livius *ducem locorum* 9, 5 §. 7 in loca et per ea ducentem. Itaque *viarum* dux Mercurius ab erroribus et inviis tuetur, *itinerum* dux prosperum itineribus successum praestat. Aliter haec Heldius interpretatur et ex ducis officio praesidii notionem repetitam ad vias applicans *praesidem viarum atque itinerum ducem* intelligit, Vorsteher der Wege, und Führer, Beschützer der Menschen auf ihren Gängen und Reisen. Sed quod iter facientibus fertur a duce praesidium, eiusmodi viis ipsis ferri nullum potest, neque fieri solet ut ducis nomen idque cum itineris nomine coniunctum audientes de praesidio cogitemus.

§. 2. Post hunc Apollinem etc.] In his ordinandis recte statuit Lippertus scriptorem hoc spectavisse, ut quem deum magis colerent Galli, eius nomen anteponeret. Id cum ex eo intelligitur, quod *post* Mercurium, quem *maxime* colunt, hos colere dicuntur, tum quod alia ratio nulla apparet, sine ratione autem et temere haec nomina deinceps posita esse vix credendum videtur. Deinde vero alium ordinem instituit: Martem, qui secundus erat, cum plura de eo dicenda essent, ultimo loco posuit. Sic honoris ratione, quae iam demonstrata esset, omissa munerum similitudinem sequens Apollini iungit Minervam, Iovi tertium locum relinquit. Hoc ipsum autem, quod Iovem quartum a Mercurio colerent, impedire scriptorem non poterat, quo minus eandem eos atque reliquas gentes opinionem de eo habere et imperium caelestium ei assignare existimaret. Nam etiam alias gentes inferioribus diis maiorem honorem habere et diligentius et religiosius eos, quam summum deum colere videbat. *Alabandanses quidem sanctius Alabandum colunt, a quo est urbs illa condita, quam quemquam nobilium deorum.* Cic. Nat. deor. 3, 19.

operum atque artificiorum initia tradere] Secundum haec Galli non totam operum et artificiorum disciplinam, sed initia tantum, quae pars et Graecis et Romanis imprimis gravis et sancta videbatur, qua de re cf. interpretes Luciani in Somnio T. 1 p. 176 sqq. Lehm., ad deae auctoritatem et vim divinam referebant; quam si omnibus ad illa instituendis praeceptricem adesse arbitrabantur, quo pertinere *tradere* praesens videtur, hanc deam scriptori Minervam appellare pene necessarium erat. Quod autem *initia* eam tradere dixit, nescio an sanctitatem illam, quae ei rei et vocabulo adiuncta erat, respexerit. Cf. Liv. 39, 8 §. 5 de Bacchanalibus: *initia erant, quae primo paucis tradita sunt: deinde vulgari coepta sunt per viros mulieresque.* Aliter Horkelius: Minerva pflanze die Anfangsgründe der Hand- und Kunstarbeit fort. in

proelio dimicare constituerunt, ea, quae bello ceperint, plerumque devovent: quae superaverint animalia capta, immolant reliquasque res in unum locum conferunt. Multis in civitatibus harum rerum exstructos tumulos 4

§. 3. proelio] *bello* Vind. A. cf. adn. cr. ad 5, 16 §. 2.
ceperint] *coeperint* Par. A. *ceperunt* Hav. A. Dr. A. Goth. B. Vind. BD. (Gu.) edd. ante Cl. exceptis inc. sec. Elb. Ven. f. Vaso. St. Gr. b. (Freil.) Coniunctivum Ciacconius in codice Achillis Statii, Fabr. in Pet. Gott. Voss. A. Egm., Conß. in Bong. C., Clarkius et Oud. in suis omnibus exstare testantur.
plerumque] *plerique* Lov. Fabr.
devovent] Ita Aim. in verborum contextu, in m. vero habet *deferunt*, quod qui adscripsit, sensum huius loci bene declaravit.
quae] *quam* N. „abbreviate“ sec. Cl., qui cum Ciacconio *quum* scribendum putabat. Iurinius desiderabat *qui*.
superaverint] *superaverunt* Rom. a. Med. a. Ven. bcde. Ber. Id probabat Cl. cum Ciacconio putans haec opponi illis *cum proelio dimicare constituerunt*, verbis autem *quum superaverunt* idem, quod Ciacconius voluerat, significari existimans: post victoriam. Neque id contra scriptoris usum. Cf. 1, 50 §. 5: *non esse fas Germanos superare, si ante novam lunam proelio contendissent.* Sed certe non devotionem semper victoria neque victoriam animalium sequebatur captura, quemadmodum secundum Clarkii coniecturam credendum esset scriptorem statui voluisse.
animalia] „tantum est ad oram Pet.“ Fabr. idque a m. s. Conß.
reliquasque] *reliquas* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Vrat. A. Vind. A. St. Iu. et sqq. quod magis, quam *reliquasque* placeret, si prioris membri (*quae-immolant*) eadem atque huius esset simplicitas.
§. 4. tumulos] *tumulo* Ven. cde. *cumulos* (Gu.) Ald. ab. Gr. ab. St. P. Man. Freil. Turr. Non sine causa *tumulos* h. l. offensioni fuisse viris doctis in adn. ad 2, 27 §. 2 ostendi. Tamen, cum etiam vulgo sepulcrorum dicerentur *tumuli*, haud dubie manu facti illi, *terrenum* autem *tumulum* supra 1, 43 §. 7 Caesar qua interpretatione nec verbi *tradere* nec personae divinae rationem habuit.

§. 3. ea, quae bello ceperint, plerumque devovent] h. e. dedunt, immolant vel offerunt, non se immolaturos vel oblaturos vovent. Cf. 3, 22 §. 3: *eo interfecto, cuius se amicitiae devovisset* cum eo, quod ib. §. 2 dictum est *una cum his, quorum se amicitiae dediderint.* Itaque *ceperint* non futurum est, sed praeteritum, ut 4, 2 §. 1 de Suevis: *mercatoribus est ad eos aditus magis eo, ut quae bello ceperint, quibus vendant, habeant, quam etc.* et coniunctivus etiam hic rem incertam et fortuitam significat. Denique *bellum*, de quo sermo est, non suscipi proelio illo, sed continuari, fortasse terminari putandum, initium autem ab iniuriis et rapinis cepisse (cf. c. 10 §. 5 et c. 15 §. 1) quarum reliquias tum, cum proelio decertare constituerint, Marti devovsant.

quae superaverint animalia bello capta, immolant etc.] Haec explicant id, quod dictum est *devovent:* animalia bello capta, quae superaverint neque vel sta-

locis consecratis conspicari licet, neque saepe accidit, ut neglecta quispiam religione aut capta apud se occultare, aut posita tollere auderet, gravissimumque ei rei supplicium cum cruciatu constitutum est. 18. Galli se omnes ab Dite patre prognatos praedicant,

sine tautologiae, ut credere par est, vitio dixerit, aliarum quoque rerum cumulos altiores manu exstructos eo nomine appellari potuisse concedendum est.

§. 5. ei rei supplicium] *ei* om. Duk. Dorv. Voss. B. Pal. Confl. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. C. *rei* om. Pet. Dr. B. *ei esse suppl.* Vind. EF. *ibi suppl. horum delictorum* Cu. et in m. Pet. Fabr. Par. B. Hav. A. Vind. A. „Longe aliter, sed interpolate, si quid video, haec circumferunt MSS. Cuiac. Andin. Leid. prim. Oxoniensis, et Petav. margo. *Ibi supplicium horum delictorum* vel *supp. ibi horum del. cum cruc.* etc." Oud. qui *ibi* post *suppl.* aut in Leid. A. invenisse aut in Aud. et Ox. eo loco positum accepisse videtur. Memorabilis autem haec scriptura ideo est visa, quod valde indoctam et imperitam manum prodit, quam nemo non diversam agnoscat ab illa, cui plures discrepantes in isto genere codicum a vulgatis lectiones debeantur.

Cap. 18. §. 1. druidibus] *driuidibus* (*driuidibus?*) Vind. A. *druydibus* Vrat. D. *druibus* Dr. A. *diuidibus* Hamb.

tim vel reliquis ante proelium diebus consumpta fuerint, id quod pecorum certe parti plerumque acciderit, immolant reliquasque res superstites (nam harum quoque nonnullae ante diem proelii deperire potuerunt) in unum locum conferunt, Martique consecraut. *Superare* verbi pro *superesse* positi exempla in lexicis cum alia prostant, tum unum imprimis ad hunc locum aptum Livii 22, 40 §. 8 de Hannibale: *non solum enim nihil ex raptis in diem commeatibus superabat, sed ne unde raperet quidem quidquam reliqui erat.*

§. 5. cum cruciatu) Cf. adn. cr. ad 2, 31 §. 4.

Cap. 18. §. 1. Galli se omnes ab Dite patre prognatos praedicant] In his *omnes*, licet esse possit accusativus, tamen pro nominativo habendum non minus, quam exempli gratia 4, 38 §. 3 in verbis *quod Menapii se omnes in densissimas silvas abdiderant.* De *Gallis* enim in superioribus usque sermo fuit, ut non possint quasi novi actores in scenam hic induci videri, neque, si praeter consuetudinem scriptor cum pronomine construi adiectivum voluisset, ancipiti forma usus esset, sed aut *cunctos* posuisset, aut *universos*. At enim res postulat, ut origo divina ad omnes pertinere dicatur. Id vero facile colligitur ex eo, quod omnes se ita prognatos praedicare dicuntur, ideoque *omnes* vocabulum eum locum tenet, ut maiorem vim eamque etiam ad sequentia redundantem habere intelligatur. Deinde *patre* cum *Dite* coniungendum, non ad *prognatos* referendum eo sensu, quo Sosia Plautinus Amphitr. 1, 1 v. 209 nomen rogatus respondet *Sosiam vocant Thebani, Davo prognatum patre.* Non enim filios se Ditis ferebant Galli, sed gentis auctorem praedicabant deum quendam, quem scriptor Plutonem esse iudicans *Ditem patrem* appellat, cognomine Romanis usitato eoque magis hic adiiciendo, quod ad istam Gallorum praedicationem valde aptum

idque ab druidibus proditum dicunt. Ob eam causam 2 spatia omnis temporis non numero dierum, sed noctium finiunt; dies natales et mensium et annorum initia sic observant, ut noctem dies subsequatur. In reliquis 3 vitae institutis hoc fere ab reliquis differunt, quod suos liberos nisi cum adoleverunt, ut munus militiae sustinere possint, palam ad se adire non patiuntur filiumque puerili aetate in publico in conspectu patris ad-

§. 2. mensium] *mensuum* Par. a m. pr. sec. Beyerlium. Cf. adn. cr. ad 1, 5 §. 2, quo loco idem liber eodem teste *mensum* cum *i* a m. s. superscripta exhibet.

§. 3. adoleverunt] Bong. A. (*adoleuer* sec. Pl.) Voss. A. Pet. Par. A. Dr. A. Vind. B. *adoleverint* reliqui et Aim. cum edd. Cf. adn. cr. ad 4, 33 §. 1. De Ciceronis usu eodem dixit Madvigius ad de fin. 5, 15 (§. 41), item de Varronis et Caesaris in Addendis p. 880. (ibi pro IV, 19 repone VI, 19.)

adsistere] Voss. A. Egm. Fabr. Vrat. A. Vind. AC. (Bong. A. Par. A.) non ass. (*asistere* Dr. B. Vrat. D. Vind. D.)

esset. Galli ipsi eum terrae deum sub terra in tenebris habitantem existimasse neque praeter hoc, quod a druidibus proditum esset, quicquam de eo statuisse neque publice coluisse eum videntur.

idque ab druidibus proditum dicunt] Non agnosco h. l. significationem arcani, qua Herzogius *proditum* dictum putat, nedum pronuntiari vetiti, quam sequitur Horkelius: das sei ihnen von den Druiden verrathen worden, sed acquiescendum censeo in ea, quam aperte habet loco huic *simili*, 5,12 §.7: *Britanniae pars interior ab iis incolitur, quos natos in insula ipsi memoria proditum dicunt*, h. e. traditum. Item 7, 77 §. 13: *cuius rei si exemplum non haberemus, tamen libertatis causa institui et posteris prodi pulcherrimum iudicarem.* Nec sine ratione huius opinionis ductores nominantur, cum in reliquis nulla eorum mentio fiat. Haec enim propria erat Gallorum: reliquae magis ex communi religionum omnium fonte fluxisse videbantur.

§. 2. omnis temporis] h. e. per dies noctesque continuati, der ganzen Zeit. Similiter 5, 7. §. 3 ventus quidam magnam partem *omnis temporis* in regionibus quibusdam flare dicitur.

non numero dierum] ut Romani, qui per binos vel trinos dies totidemque noctes continuati temporis spatium biduum vel triduum appellare solebant, quod apud Gallos binoctium vel trinoctium appellabatur. Eandem Germanorum consuetudinem fuisse Tacitus refert Germ. c. 11: *nec dierum numerum, ut nos, sed noctium computant; sic constituunt, sic condicunt: nox ducere diem videtur.* Et hi quoque ultimam gentis suae originem a terra repetebant, ut idem Tacitus c. 2 memorat.

§. 3. ab reliquis] De huius nominis iteratione cf. adn. ad 4, 32 §. 2.

cum adoleverunt] Ipsum aetatis annum quaerens Meebius ad Persas usque recurrit, quos quoniam Strabo l. 15 (p. 230 Tz.) inde a vicesimo militare tradat, idem Germanis, ut qui a Persis originem ducant, et Gallis quoque in-

sistere turpe ducunt. **19.** Viri quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine acceperunt, tantas ex suis bonis
2 aestimatione facta cum dotibus communicant. Huius omnis pecuniae coniunctim ratio habetur fructusque servantur: uter eorum vita superarit, ad eum pars utriusque cum fructibus superiorum temporum pervenit.
3 Viri in uxores sicuti in liberos vitae necisque habent potestatem, et cum paterfamiliae illustriore loco natus decessit, eius propinqui conveniunt et de morte si res in suspicionem venit, de uxoribus in servilem modum

Cap. 19. §. 1. acceperunt] *acceperint* Egm. Fabr. Vrat. A. Vind. A. Idem Oud. ex Egm. et Leid. B. referre voluit, retulit autem *acceperunt*. Coniunctivus ferri potest.
§. 2. servantur] *servatur* Hamb. Vind. I.
superarit] *superaverit* Gott. Fabr. Aim. Vrat. B. Gu. Vind. A. et a m. s. Dr. A. *superarerunt* idem, ut videtur, a m. pr. *supererit* Dr. B. Vind. C. *superari* Vrat. D. *superarent* „MSS. quinque et inc.“ Cf. c. 17 §. 3 *ceperint* et *superaverint*.
fructibus] *fructu* Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A.
§. 3. illustriore] Voss. A. Egm. Fabr. Vrat. A. Par. A. (Bong. A.) non *ill.* (*lustriore* Hamb.)

itium militiae fuisse coniicit. Sed ii, quibus haec scripta sunt, dubitari non potest quin de septimo et decimo potius cogitare debuerint, nec video, quid impediat quo minus nos idem faciamus.

In conspectu patris] h. e. ita, ut pater conspicere eum possit. Atque hic ipse conspectus, cum in publico uterque versatur, patrem pudore afficit, eamque ob causam non patiuntur, ut liberi sui priusquam adoleverint, palam ad se adeant. Simile Persarum institutum, sed sine causae significatione, prodidit Strabo l. c. p. 227: τὰ τρεφόμενα μέχρι τεττάρων ἐτῶν οὐκ ἄγεται τοῖς γονεῦσιν εἰς ὄψιν.

Cap. 19. §. 1. dotis nomine] Cf. adn. ad. 3, 2 §. 5.

§. 2. Huius omnis pecuniae] quae partim dotis nomine allatis viro nummis, partim bonis constat viri, quae per aestimationem totidem, quot accepit, nummorum instar facta sunt.

§. 3. vitae necisque habent potesatem] sc. eandem, quam in ipsos habet vel lex vel magistratus, non ut pro lubitu necare viris uxores, patribus liberos liceat. De simili Romanorum instituto cf. Taciti Ann. 2, 50 et ab Oreilio ad eum locum adscripta. Apud Gallos autem ea potestas etiam defuncto marito ab eius propinquis exercebatur in eiusmodi casu, cuius sequitur descriptio.

de uxoribus] Plures igitur uxores habebant Galli, si minus omnes, certe illustriore loco nati et satis ad plures dotes exaequandas et simul plures uxores et domos habendas opibus instructi. Quamquam enim quod de uno patrefamiliae dictum est, id ad omnes pertinet, tamen hanc de *uxoribus* quaestionem de singulis singulorum habitam existimari additus ad *propinqui* singularis *eius* non patitur. Praeterea fidem facit quod Tacitus Germ. c. 18 de Germanis scribit: *prope soli barbarorum singulis uxoribus contenti sunt exceptis admodum paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem plurimi nuptiis am-*

quaestionem habent et si conpertum est, igni atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt. Funera sunt 4
pro cultu Gallorum magnifica et sumptuosa, omniaque, quae vivis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia; ac paulo supra hanc memoriam servi et clientes, quos ab his dilectos esse constabat, iustis fune[b]ribus confectis una cremabantur. 20. Quae

conpertum] Bong. A. Pl. Par. A. Vrat. A. non *comp.*
igni] om. Bong. C. Coud. *igne* Leid. A. Vind. A. Dr. B. qua forma Caesar Civ. 3, 8 §. 3 est usus, item auctor Afr. c. 91 §. 3 et Hisp. 16, 2. Cf. adn. ad 1, 4 §. 1. et Haasius ad Reisigii Scholas p. 92.
§. 4. sumptuosa] *sumtuosa* Ond.
omniaque, quae] *omnia quaeque* „MSS. plurimi" Voss. A. Gott. Pal. Coud. Par. A. Hav. A. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Hamb. Vind. CF. edd. ante Ald., quarum Ber. post *omnia* colon habet. *et omnia quae* Aim. *omnia quae* Egm. Vrat. A. Vind. AE. St. Cf. adn. cr. ad 4, 6 §. 3.
his] Pet. Voss. A. Egm. Fabr. Aim. Par. A. Bong. A. Pl. Dr. AB. Vrat. D. Vind. ABCF. Ven. cdef. St. Gr. b. Freil. *hiis* Gott. Fabr. Vrat. ABC. Hamb. *iis* Goth. B. et edd. reil.
funeribus] *funebribus* Lips. Iu. ex Ursini sententia, quae vera videtur. Cf. Liv. 1, 20 §. 7, ubi Numa instituisse dicitur, *iusta quoque funebria placandosque manes ut idem pontifex edoceret.* Sane Plinius Nat. hist. 10 §. 2 de phoenice puio verba faciens eum *principio iusta funera priori reddere* secundum codices scripsisse et iusta funebria intellexisse videtur, idque praecipue movit Oudendorpium, ut in adn. ad Sueton. Aug. c. 19 p. 184 mihi h. l. mutandum censeret, cum ad h. l. ipsum aut *funebribus* scribendum, aut, quod alterum suaserat Ursinus, *funeribus* ut glossema delendum dixisset. Sed neque satis certa illa lectio est, cum ante Harduinum editi libri habeant *funeri*, quod si ex *priori* leni mutatione feceris *patrio* (*prio*) dictionem haud paulo probabiliorem praebet similemque Ciceronianae pro Rosc. Am. c. 9 *qui nondum etiam paterno funeri iusta solvisset*, neque si Plinium poëtice plurali usum esse credimus, fere ut Ovi-

biuntur. ex quo intelligitur, cur diserte πολυγαμίαν Gallorum commemorandam scriptor non putaverit, cum de singulari Britannorum in ea re consuetudine plura verba fecisset 5, 14 §. 4.
excruciatas interficiunt] aut scelere convictas, aut, quod magis verisimile videtur, omnes, quo diligentius viri vitam tuerentur uxores, si unius culpa exstincto omnibus pereundum esset. Sic Romae senatus consulto constitutum tradit Tacitus, *ut si quis a suis servis interfectus esset, ii quoque, qui testamento manumissi sub eodem tecto mansissent, inter servos supplicia penderent.* Ann. 13, 32.
§. 4. cultu] Cf. adn. ad 1, 1 §. 3.
inferunt] tamquam inferias.
supra hanc memoriam] Liv. 2, 41 §. 3: *Tum primum lex agraria promulgata est, nunquam deinde usque ad hanc memoriam sine maximis motibus rerum agitata.*

civitates commodius suam rem publicam administrare existimantur, habent legibus sanctum, si quis quid de re publica a finitimis rumore aut fama acceperit, uti

dius dixit Met. 3, 137 *dicique beatus Ante obitum nemo supremaque funera debet*, idem de Caesaro credendnm; qui *si funeribus* scripsit, non de uno funere eiusque iustis, sed de pluribus cogitavit, ut nos, si dicimus: wenn die ordentlichen Begräbnisse vorüber waren. Atque eadem significationo Ausonius locis ab Oud. ad Sueton. citatis Praefat. Parentalium v. 1 et Parental. 9 v. 1 *funere justo* et *iusto funere* posuit. Quomodo vero *funera confecta* cogitari poterant nondum crematis servis et clientibus, qui tamen *una cremabantur?* quae res quam maxime ad omnium huiusmodi funerum confectionem pertinuerit necesse est. Itaque nihil restat, nisi ut *iusta funera* cum Dübnero interpretemur *iusta funerum* seu partes funerum eas, quae in omnibus funeribus usu receptae essent, iisque confectis in quibusdam servos et clientes per accessionem cremari solitos dici statuamus. Nam quae alii commenti sunt, ut Hausius, qui *funeribus* pro dativo haberi vult, ut Moebius, qui et ipse *iustis* a *funeribus* separari posse putat, ceterum repugnantia loquitur, ut Herzogius, qui *funera* ritus ac ceremonias sacras mortuis efferendis debitas dici potuisse autumans tamen *iusta funera* interpretatur vollständige, der Sitte und Gewohnheit ganz entsprechende Begräbnisse," denique ut Lippertus, qui soloece vertit im Fall ansehnliche bei Vornehmeren stattfindende Leichen gehalten würden, eorum probari nihil potest. Sed illud quoque, quod Dübnerus proposuit, admodum est durum, et ut ad singularem fortasse, si *iusto funere confecto* scriptum esset, adhiberi posset, a pluralis usu certe et a scriptoris perspicuitate abhorret. Itaque *b* litteram adieci.

Cap. 20. §. 1. aut fama] *aut aut f.* Dr. *A. audef.* Par. a m. pr. om. Vind. A. *ac f.* Ox. Leid. A. Hav. A. Duk. Vind. I. Oud. Cf. 4, 5 §. 2: *Est autem hoc Gallicae consuetudinis, uti et viatores etiam invitos consistere cogant et quod quisque eorum de quaque re audierit aut cognoverit, quaerant.* Civ. 3, 84 §. 1: *tentandum Caesar existimavit, quidnam Pompeius propositi aut voluntatis ad dimicandum haberet.* Inter *rumorem* autem et *famam* discrimen non minus est, quam inter *audire* et *cognoscere*, aut inter *propositum* et *voluntatem.* Itaque distingui illa non minus poterant, quam haec; neque causa h. l. erat, cur potius coniungerentur. Immo legum orationi, quo haec referenda esse verbi modus (*acceperit*) docet, magis conveniebat disiunctio. Huic accedit quod eorum codicum, ex quibus Oud. *ac* recepit, meliores in hac parte omnino corrupti sunt: *quis*

Cap. 20. §. 1. commodius] 2, 20 §. 3: *quod superioribus proeliis exercitati, quid fieri oporteret, non minus commode ipsi sibi praescribere, quam ab aliis doceri poterant.* Nos generaliter dicimus gut.

suam rem publicam] C. Gracchus apud Festum p. 286 Müll. *eae nationes cum aliis rebus per avaritiam atque stultitiam res publicas suas amiserunt.* Cic. Verr. 2, 55 (§. 138). *sic census habitus est te praetore, ut eo censu nullius civitatis respublica posset administrari.*

ad magistratum deferat, neve cum quo alio communi-
cet; quod saepe homines temerarios atque imperitos 2
falsis rumoribus terreri et ad facinus impelli et de sum-
mis rebus consilium capere cognitum est. Magistratus 3
quae visa sunt, occultant, quaeque esse ex usu iudica-
verunt, multitudini produnt. De re publica nisi per
concilium loqui non conceditur.

(Hamb. *qui*) omittunt Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. et pro *acceperit* (Vrat. D. Ven. bcde *accepit*) et *deferat* exhibent *acceperint* et *deferant*. Deinde *quo* omittunt Ox. et Leid. A. (cum Dorv. Vrat. BC. Goth. B. Vind. D. et edd. ante Ald.) et cum Vind. A. *communicent* habent pro *communicet*, quod rursus tenet Hav. A.

§. 2. imperitos] *impeditos* Boug. A. Par. B. Voss. ABC. Pet. Egm. Gott. Leid. C. Lov. Fabr. Boug. C. Pal. Confl. Vrat. ACD. Goth. B. Hamb. Vind. F. Aim. inc. et cum vulgato in m. a m. s. posito Dr. A. Vrat. B. Eodem errore c. 39 §. 2 *impediti* pro *imperiti* in Leid. A. et 4, 24 §. 4 in Pal. Confl. Vrat. Goth. B. et 7, 29 §. 2 in Bong. C. Confl. Vrat. C. Goth. B. scriptum est.

§. 3. iudicaverunt] „Bong. A. (*iudicauer* sec. Pl. ut c. 18 §. 3) Voss. A. Lov. 4. al. inc.“ Voss. A. Lov. Fabr. Par. A. Hav. A. Dr. B. Vrat. ABD. Hamb. Gu. Vind. C. *iudicavert* Egm. Fabr. i. e. *iudicaverunt*. Cf. Freundii index compendiorum orationi pro Milone praepositus n. 77. *iudicaverit* Ven. cde. *iudicaverint* reliqui codices et editiones. Id per se tolerabile non minus, quam *ceperint* et *superaverint* c. 17 §. 3, sed post *visa sunt* minus probabile.

concilium] *consilium* „MSS. 4“ Gott. Egm. Dr. B. Vrat. ABCD. Goth. B. Hamb. edd. ante Ald. Cf. adn. ad 5, 2 §. 4.

deferat] Cf. adn. cr. ad 4, 27 §. 3.

§. 2. temerarios] Cf. adn. ad 1, 31 §. 13.

§. 3. multitudini] ad concilium, id quod sequentia demonstrant, convocatae. Itaque maximam partem equites fuerint. Cf. adn. ad 5, 56 §. 2.

produnt] Ne hoc quidem, etsi oppositum habet *occultant*, ad arcani significationem cum Herzogio referendum, sed simpliciter interpretandum puto eröffnen. V. c. 18 §. 1.

De re publica] sc. agenda seu suscipienda. Nam verba facere et sermones habere de rebus ad civitatem pertinentibus nisi per concilium potestate data ullis Gallis non licuisse et eos, quibus id non liceret, Caesarem commodius suam rem publicam administrare existimatos dixisse vix credendum videtur. Sed de re aliqua publica facienda loqui eamque faciendam proponere, id vero privatorum arbitrio nisi publica auctoritate non permittere haud quaquam ineptum erat. Itaque *loqui de republica κατὰ τὸ πρακτικὸν*, ut Cicero ait Att. 2, 7, intelligendum, ut Civ. 2, 36 §. 2 *de deditione omnes palam loquebantur* sc. facienda, comparandumque cum eo, quod Hirtius dicit 8, 31 §. 3 *qui saepe vexati nunquam pacis fecerant mentionem*, et Cicero Att. 2, 18 *si mentionem fecerint, quo aliter ager possideatur atque ut ex legibus Iuliis. Rem* autem *publicam* Caesar eadem significatione posuit 1, 34 §. 1: *velle sese de republica et summis utriusque rebus cum eo* (Ariovisto) *agere*.

per concilium] h. e. concilio

21. Germani multum ab hac consuetudine differunt. Nam neque druides habent, qui rebus divinis
2 praesint, neque sacrificiis student. Deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt et quorum aperte opibus iuvantur, Solem et Vulcanum et Lunam: reliquos

Cap. 21. §. 1. druides] *driuides* Vind. A. *druydes* Vrat. D. *Druidas* Vasc. St. Gr. b. (Freil.) Turr. *diuides* Hamb. *druides, quos nos sacerdotes vel divinos vates possumus vocare* Aim.

§. 2. opibus] *operibus* Dr. A. (iu m. vulg.) Vind. B. St. et ante *aperte* Gr. b. Freil. quo loco *opibus* positum in Dr. B. Vrat. CD. Goth. B. Vind. D. Hamb. edd. ante Ven. f. Ald. ab. Gr. a. P. Mau. Turr. Lips. Iu. Gr. Dav. Cl. ab Oud. secundum „MSS." (Pet. Voss. A. Egm. Fabr. Gu.) postpositum est.

Vulcanum et Lunam] *V. et Solem* Lov. Fabr. *L. et V.* Pet. Fabr. *Volcanum*, quam scripturam Garatonius ad Cic. Verr. 2,

occasionem praebente et potestatem faciente; ita ut ei, qui de re publica loqui velit, non solum concilio opus sit, quod si solum dicere voluisset scriptor, *in concilio* dixisset, sed etiam concessione et permissu concilii, cuius rei significatio petenda videtur ex verbo *conceditur*, quod etsi non ita, ut *loqui*, cum illis coniunctum est, tamen, si abesset, nescio an illa minus recte haberent, velut si scriptum esset *de re publica non aliter nisi per concilium*, aut *tantummodo per concilium loquuntur*, quibus simpliciter aut tempus, aut instrumentum indicaretur. Ac de tempore quidem haec quoque dicta statuebant Davisius et Oud., non reputantes illi eo tempore, quo et per quod celebretur concilium, etiam extra concilium haberi orationes posse; instrumenti autem notionem, sive cum Lipperto interpreteris durch das Organ der öffentlichen Versammlung, sive cum Baumstarkio dadurch, daß man eine Versammlung abhält, pariter alienam esse apparet. Itaque neque cum illis, quae Oud. commemorat, *per ea tempora*, *per hiemem*, neque cum eo, quod Baumst. confert, *per litteras agere*, hoc comparandum, sed si causam respicimus dictionis, ad genus illud referendum, quo pertinet Civ. 3, 1 §. 1 *is enim erat annus, quo per leges ei consulem fieri liceret*. Cui generi proxima sunt ea, in quibus per occasionem significat, ut Suetonianum Caes. 80 *in campo per comitia tribus ad suffragia vocantem*, quod Davisius nihil nisi tempus comitiorum dici putans ad suam interpretationem firmandam adhibuit. Cf. id. Ner. 43 *senatum universum veneno per convivia necare*. Hanc igitur significationem cum altera ex verbo *conceditur* petenda coniunxisse scriptor videtur, cuius brevitatem sic explicare licet: Unternehmungen, die sich auf den Staat beziehen, dürfen nur in einer Volksversammlung und mit deren Genehmigung zur Sprache gebracht werden.

Cap. 21. §. 1. multum ab hac consuetudine differunt] *Consuetudo* collective dicta est, ut 5, 14 §. 7: *Ex his omnibus longe sunt humanissimi qui Cantium incolunt — neque multum a Gallica differunt consuetudine.*

qui rebus divinis praesint] His totum druidum munus comprehenditur, quod supra c. 13 §. 4 per partes explicatum est.

§. 2. quorum aperte opibus iuvantur] *Opes* deorum h. l. non

ne fama quidem acceperunt. Vita omnis in venationi- 3
bus atque in studiis rei militaris consistit; ab parvu-
lis labori ac duritiae student. Qui diutissime impu- 4
beres permanserunt, maximam inter suos ferunt lau-
dem: hoc ali staturam, ali hoc vires nervosque confir-
mari putant. Intra annum vero vicesimum feminae no- 5
titiam habuisse in turpissimis habent rebus; cuius rei

61 (p. 277, 1 Hal.) probabat, in nullo codice repertum videtur. Cf. adn. cr. ad 1, 39 §. 5.

§. 3. ab parvulis] *apparvulis* Bong. A. Pi. *a. p.* „alii". Vett. Codd. Ursini, Viud. D. St. Gr. b. Frell. *ab parvis* Vind. I. *a parvis* Leid. A. Vind. A. *ac parvuli* Dr. A. Supra c. 2 §. 1 *ab proximis* sollicitandum non putavi, cum *a p.* ab Oud. in „paucis MSS", a me in Goth. AB. Vind. Al. et edd. Ven. f. St. Gr. b. Freil. inventum esset, qui fere *ab* ante consonas mutare in *a* solent; neque h. l. *ab parvulis* damno, quippe optimi codicis scriptura satis firmatum; sed tamen certa *ab* ante *p* positae exempla in his Commentariis perrara sunt. Cf. infra c. 34 §. 3 et 7, 46 §. 1. Contra *a proximis* infra c. 38 §. 2. Civ. 2, 35 §. 3. Afr. 15 §. 1 et alia eiusdem generis circiter septuaginta locis exstant.

§. 4. hoc ali staturam, ali hoc vires] Ita Ald. ab. Gr. a. Lips. Oud. *hoc alii staturam alii vires* „MSS. plurimi" Voss. A. Egm. Gott. Lov. Fabr. Pet. Bong. C. Pal. Confl. Carr. cod. Turr. cod. Braut. Bong. A. Pl. (quamquam hic alterum *hoc*, quod Oud. habet, a codice abesse non ostendit) Par. A. Dr. AB. Vrat. ABCD. Goth. B. Gn. Vind. EF. edd. ante Ald. *hoc alii student staturam alii vires* Vind. C. *hoc alii staturam aliis vires* Hamb. *hoc alii st. alii hoc v.* Cu. Pet. Fabr. P. Man. *alii hoc st. alii hoc v.* Hav. A. Vind. A. *hoc ali st. ali v.* St. Gr. b. Freil. Iu. Gr. Dav. Cl. His Oud. alterum *hoc* ex Cu. Pet. Leid. A. Ox. et Edd. Ven. 1517. Ald. et prima Gryphii a se adiectum ostendens *Ali hoc* aliter dictae videntur atque vulgo hominum res, quas habent ad iuvandum et ad opem ferendam idoneas et necessarias, quales sunt calor, ignis, lux, quae quasi divitiae et possessiones deorum illorum sunt, a quibus cum hominibus communicantur. Cf. Civ. 3, 35 §. 7: *suis ac suarum opibus Caesarem enixe iuvabat.* Ib. 103 §. 3: *ut — illius opibus in calamitate tegeretur.* Nepos Timol. 2, 2: *quod utrorumque Dionysiorum opibus Corinthii saepe adiuti fuerant.* id. Hann. 1, 3: *cum — alienarum opum indigeret.* Sic homines divinarum opum indigemus. Illae vero, de quibus hic est sermo, *aperte* deorum sunt, quippe quae nullo administro intercedente homines iuvent. Atque haec est interpositi inter *quorum* et *opibus* adverbii significatio, quae non fugit Baumstarkium conferri iubentem quod 5, 3 §. 5 legitur, *de suis privatim rebus.*

§. 3. consistit] Vid. adn. cr. ad c. 22 §. 1.

§. 5. cuius rei] sc. habitae feminae notitiae, quam in promiscuis sexus utriusque lavationibus et in illa corporum nuditate dissimulari et occultari peritorum oculis ipsa natura non facile patiebatur. Ignoti enim nulla cupido.

nulla est occultatio, quod et promiscue in fluminibus perluuntur et pellibus aut parvis renonum tegimentis utuntur, magna corporis parte nuda. 22. Agri

vires tamqnam horum librorum omnium scripturam ponit, deinde vero MSS. plurimos bis habere *alii* referens *ali* in editis tantum, in scriptis *alii* invenisse videtur. Sed *ali*, etiamsi in nullo codice supersit, tamen quin a Caesare scriptum sit, dubitari nequit: alterum *hoc* dubitari potest utrum pro genuino, an pro interpolato habendum sit. Me, ut pro genuino haberem, maxime hoc movit, quod ab Aldo exhibitum *ali* non coniectura inventum, sed ex codice ductum videbatur, cuius codicis auctoritas ne in altero quidem temere spernenda esset. Deinde in Hav. A. Vind. A. prius *hoc* ex primo in secundum locum translatum facilius explicatur, si alterum *hoc* genuinum, quam si et ipsum importuna mutandi libidine invectum est. Denique inserendi alterius causa omnino nulla, omittendi vero iis, qui *alii* legerent, aliqua tamen erat. Nam *hoc alii staturam, alii vires nervosque confirmari putant* commodius habet, quam — *alii hoc vires* —.

§. 5. renonum] Ita Vrat. CD. Goth. B. Vind. AD. edd. ante Ald. Iu. et Oud. 2., qui in 1 Aldinam et reliquarum edd. scripturam *rhenonum* tenens eamque in Voss. A. et Ox. et aliis ex-

parvis renonum tegimentis] Nulla auctoritate, nisi forte Aimoini, cuius in exemplari nescio quo Hotomannus adscriptum dicit *est id animalis nomen*, et Metaphrastae, qui *ῥήνων καλουμένων ζώων δέρμασιν* posuit, recentiores nonnulli animalis nomen hoc esse statuunt, cum veteres scriptores omnes, quos eo usos esse novimus, aperte vestem eamque Germanis usitatam dixerint, neque grammatici aut lexicographi veteres aliam eius significationem norint. Isidorus Orig. 19, 23, *ubi de vestibus quarundam gentium* disserit, hanc, quae germanis propria sit, ita describit: „Rheuones sunt velamina humerorum et pectoris usque ad umbilicum atque intortis villis adeo hispida, ut imbrem respuant; quos vulgo reptos vocant, eo quod longitudo villorum quasi reptat; de quibus Salustius: *Germani intectum rhenonibus corpus tegunt.* Dicti autem rhenones a Rheno Germaniae flumine, ubi iis frequenter utuntur.“ Similiter Glossarium a Savarone ad Sidonium adhibitum: „Rheno est pellicium vel vestis facta de pellibus pendensque ad umbilicum.“ Hoc vero loco de animali cogitari non debere eum ex tegimentorum per *aut* particulam facta a pellibus diiunctione, tum ex ipso *tegimentis* nomine apparet, quod ad Germanorum corpora referri necesse est. Itaque *parva renonum tegimenta* dicens scriptor ipsos renones tegimenta praebentes in animo habet et praebita ab iis tamquam per eos effecta enuntiat. Sic Virgilius Ecl. 1, 1 *sub tegmine fagi*, Iustinus 2, 6 §. 11 *refugia montium*, Cicero pro Flacco 13 extr. *latibulis occultorum locorum* dixerunt.

Cap. 22. §. 1. Agri culturae non student] Hoc in universum et maximae partis habita ratione dictum esse scriptor ipse nos docet c. 29 §. 1. *minime omnes Germanos* agri culturae studere supra a se demonstratum ostendens. Ceterum agros ab omnibus cultos esse ex sequentibus apparet. Itaque non agri cultura,

culturae non student, maiorque pars eorum victus

stare, ceteros vetustiores *rhenorum* vel *renorum*, alios *renonum*, *rerum* vel *renum* cum inc. exhibere tradens librorum auctoritatem non satis demonstravit neque de orthographia mentionem fecit. *rhenorum* Hotomannus in cod. Steph., Fabr. in Pet. a m. s. Egm. et Lov., Pl. in Bong. A., Achaintrius in Par. B. legi testantur. Idem in Dr. B. Vrat. A. Vind. B. legitur. *renorum* Dr. A. et Hamb., *rhenum* Gu., *renum* Gott. Ort. Fab. Vrat. B. exhibent, *rhenonum* apud Aimoinum et in Hav. A. et secundum Beyerii silentium in Par. A. scriptum est. Sic discrepantibus inter se eiusdem generis libris, optimo haud dubie corrupto, tutissimum visum est sequi eos, qui Gallicae vocabuli origini a Varrone de L. L. 5 §. 167 proditae (*Quibus operibantur, operimenta, et pallia opercula dixerunt. In his multa peregrina, ut sagum, reno Gallica*) magis convenientem formam exhibent, et aspirationem ut in *redis* 1, 51 §. 2 omittere. Idem fecerunt Dukerus ad Florum 1, 17 §. 4. et Cortius in Sallustii fragm. p. 1002. Nec aliter Servius, cuius ad Georg. 3, 383. *Et pecudum fulvis velatur corpora saetis* haec in ed. Lion. est adnotatio: *Renonibus. Nam ut Sallustius dicit in historiis: Vestes de pellibus Renones vocantur.* Apud Isidorum quidem Orig. 19, 23 §. 4, ubi ipsum Sallustii fragmentum exstat, et apud Sidonium Apoll. Epist. 4, 20 et in Glossario a Savarone ibi citato scriptum est *rhenones*, atque Isidoro nomen a flumine Rheno ductum videtur; sed nihilo certius id, quam quod G. I. Vossio in Etymologico aut D. Vossio in adn. ad h. l. placuit, quorum ille a Graeco ῥινὸς vel ῥῆνεα (Hesychius: ῥῆνες, ἄρνες, πρόβατα), hic cum Cluvero Germ. 1 p. 135 a nomine *rhen*, nostro Rennthier, originem eius repetit; quae omnia Varronis iudicio postponenda videntur.

Cap. 22. §. 1. eorum victus] Voss. A. Gott. Egm. Lov. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. A. Vrat. AB. Hav. A. sec. Whitt. Vind. A. Gu. Aim. Ven. f. *v. e.* „Pet. Leid. A. aliique“ Dr. B. Vrat. CD. Goth. B. Hamb. edd. rell. quem ordinem Oud. retinuit „ne ambiguitas oriatur, et ad *partem* referri possit τὸ *eorum*.“ Id vero timendum h. l. non magis erat, quam 1, 16 §. 4 in verbis *praesertim cum magna ex parte eorum precibus adductus bellum susceperit.* Sed praepositi nominis ea est vis, ut victus mentio nunc primum fieri videatur, quam eo postposito facilius sentimus iam factam esse verbis *agriculturae non student*, in quibus frumenti significatio inest. Atque eodem spectat comparativus *maior*, cuius ea rursus collocatio est, ut plurimum ei ponderis tribuendum sit: der größere Theil ihrer Nahrung. Huic vero sententiae magis convenit secundarius *victus* nominis locus.

in lacte] *e l.* Lov. Fabr. *l.* Hamb. In. Gr. Dav. Horum utrumvis praeferre et vulgatum damnare debent ii, quibus *consistere* h. l. idem est, quod constare seu compositum esse, qua signifi-

sed studium eius et amor a Germanis abiudicatur.

maiorque pars] Idem de Suevis relatum legimus 4, 1 §. 8: *neque multum frumento, sed maximam partem lacte atque pecore vivunt multumque sunt in venationibus; quae res et cibi genere* etc. Sed totus locus conferendus est. Quae enim

2 **in lacte, caseo, carne consistit; neque quisquam agri modum certum aut fines habet proprios, sed ma-**

catione et Lucretius 2, 584 *nil esse* dicit, *Quod genere ex uno consistat principiorum, Nec quicquam, quod non permisto semine constet*, et Hisp. 7 §. 5 *reliquae* (legiones) *ex fugitivis auxiliares consistebant*. Atque aptior haec videtur, quam illa, qua respondet nostro beruhen, quae adiunctam habere solet *in* praepositionem, ut 2, 33 §. 3 et locis ibi allatis, quibus Oud. hic ad tuendam codicum scripturam utitur. Nam alia ratio est *spei*, *salutis*, *victoriae* et huiusmodi rerum, quae cum *consistere in aliquo* dicuntur, de translata verbi significatione dubitari nequit, alia eius, de quo hic agitur, *victus*, quae res est concreta et composita, quam si *consistere in lacte*, *caseo*, *carne* audimus, non facile de fundamento, in quo posita et collocata sit, cogitamus. Sed codices *in* teneri iubent. Itaque videndum, ne *consistere* h. l. oppositum sit ei, quod est *procedere*, et verti debeat sich beschränken; quae interpretatio etiam ad illa c. 21 §. 3: *vita omnis in venationibus atque in studiis rei militaris consistit* adhibenda videtur. Aliter Handius Turs. 3 p. 273, qui haec cum illis comparat, quae *contineri in aliquo* dicuntur.

caseo, carne] *caseo carneque* Aim. *e caseo et carne* Lov. Fabr. (de cuius libri scriptura dubitabat Oud.) *et carne et caseo* Vind. A. *et caseo et carne* Leid. A. Ox. „et fortasse Cu And.“ Hav. A. Vind. C. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. Iu. Gr. Dav. Cl. Lectionem ab Oud. ex reliquis libris (Pet. Voss. A. Gott. Egm. Fabr.) restitutam commendat Ciceronis locus Tusc. 5, 32, quo Anacharsis Scytha Hannoni in litteris scribit: *lacte*, *caseo*, *carne vescor*.

§. 2. certum] om. Vind. A. Vrat. D.

hic de Germanis omnino traduntur, eorum nihil non convenit iis, quae illic de Suevis scripta exstant, neque abest suspicio, ut quidam arbitrantur, quin de communibus omnium Germanorum moribus quaerens Caesar ad Suevos potissimum pertinentia acceperit. Quae si vel maxime ad omnes pertineant, tamen hos ipsos incertum est quos dixerit. Nusquam enim ostendit, quam late fines Germaniae pateant, aut quae eam gentes, quot quantaeque incolant. Praeter Suevos sex nominat populos, qui una cum iis in exercitu Ariovisti fuerint, Harudes, Marcomanos, Triboces, Vangiones, Nemetes, Sedusios. (1, 51.) Citra Suevos quattuor, Usipetes, Tencteros, Ubios, Sugambros. (4, 1. 16. 6, 35.) Ultra Suevos unos Cheruscos. (6, 10.) Ad hos igitur referri poterunt haec, quae de moribus Germaniae exposita sunt, et item ad illos, quos sub Suevorum imperio esse supra c. 10 §. 1 significavit, neque his ampliores statuisse fines huius, quam infra c. 25 §. 4. dicit *Germaniae* videtur. Ad *ultimas Germanorum nationes*, quae 4, 16 §. 7, et ad *multas gentes*, quae c. 25 §. 3 dicuntur, quarum ne nomina quidem cognita habuerit, vix credibile est ipsum eadem omnia referri voluisse.

§. 2. magistratus ac principes] Cum secundum c. 23 §. 5 in pace nullus sit communis civitatis magistratus, sed principes regionum atque pagorum inter suos ius dicant, hos *magistratus*, qui una cum principibus agros attri-

gistratus ac principes in annos singulos gentibus cogna-

cognationibusque] *cognationibus* Leid. A. Duk. Vind. I. *cognationique* Egm. Vrat. A. *cognationisque* Voss. B. et a m. pr. Dr. A. *cognationesque* Par. A. Voss. AC. Vrat. B. Vind. B. Gu. et a m. s. Dr. A.

huere dicantur, belli causa, qui ei praesint (ib. §. 4) delectos interpretatur Henr. de Sybel Entstehung des deutschen Königthums 1844 p. 49 sq. „Da die Landvertheilung sich regelmäßig in jedem Jahre erneuerte, so konnte sie sehr leicht in die Amtsführung eines Herzogs fallen, und nichts ist begreiflicher, als daß ein solcher Dictator bei dieser wichtigsten inneren Angelegenheit mitwirkte. Cui rationi primum hoc obstat, quod solo magistratuum nomine duces belli intelligi non facile possunt, deinde, quod c. 23 scriptor principes regionum atque pagorum, dum eos *communibus* magistratibus opponit, ipsos quoque *magistratus* esse significat, denique, quod certe nonnunquam pax, in pace autem nullus erat belli dux, hi vero magistratus omnibus annis attribuere agros dicuntur. Propius a vero abesse videtur Georg. Waitz: Deutsche Verfassungsgeschichte Vol. 1. 1844 p. 91 magistratus ac principes h. l. fere eosdem dici ostendens. „Ebenso werden VI. 22 magistratus ac principes ziemlich gleichbedeutend neben einander gestellt.“ Cui ita assentior, ut homines eosdem duobus nominibus designari a scriptore statuam, nominum ipsorum significationem non eandem (neque posterius ad prius definiendum additum esse existimem. *Magistratus* enim definitione non egebat, ut v. c. *malacia* 3, 15 §. 3, cui propterea additum est *ac tranquillitas*, neque *principum* nominis ea significatio est. Sed quinam essent Germanorum magistratus, cui generi hominum adscripti, demonstrare non inutile erat, atque huius demonstrandi causa *ac principes* additum puto ad *magistratus*, ut 1, 31 §. 10 *ac sedes* ad *locus* et ib. 39 §. 1 *ac mercatorum* ad *Gallorum* et, qui locus inprimis huc pertinet, 4, 11 §. 3 *ac senatus* ad ipsum *principem*. Nam quod Waltzius *senatum* hoc loco „die Gemeinde“ dici censet, cuius opinionis p. 113 rationem reddere conatur, Romanorum quidem, quibus Caesar haec scripsit, nemini tale quid in mentem venire nec aliter quisquam illa dicta putare poterat, quam quae Civ. 2, 3 §. 2 de Messanensium *principum ac senatus* fuga legebat. Iam semel declarata per illud additamentum principum nominis in Germanis significatione eademque mox confirmata 4, 13 §. 4 verbis *Germani frequentes omnibus principibus* m a i o r i b u s q u e n a t u *adhibitis ad eum in castra venerunt* hoc tertio loco licebat scriptori eo nomine ipso ad demonstrandum genus hominum, quos magistratus appellabat, uti. Sed porro inquirentes in horum principum originem causasque dignitatis atque auctoritatis Caesar fere destituit. Tamen ex eo, quod iidem magistratus erant, principes eos non electione in certum tempus cum certa potestate creatos fuisse, ex plebis autem §. 4 facta mentione generi atque natalibus coniunctum fuisse locum principalem colligendum videtur.

gentibus [cognationibusque hominum, qui una coierunt] *Gentes* Caesar reliquis in locis ea significatione dicit, qua supra c. 17 §. 2: *de his eandem fere, quam reliquae gentes, habent opinionem.* Hic vero alia eaque angustiore utens ob id ipsum addidit *cognationibusque hominum*,

tionibusque hominum, qui una coierunt, quantum et quo loco visum est, agri adtribuunt atque anno post alio

qui] *que* Vind. C. *quique* Pet. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. *qui cum* „MSS. 11“ Voss. A. Gott. Lov. Lbb. Carr. cod. Turr. Par. A. Dr. AB. Vrat. BCD. Goth. B. Hamb. Gn. Vind. BDEFI. Rom. a. Med. a. Ven. incdef. *qui sua* Egm. Vrat. A.

una] *unam* Ham.

coierunt] *coier̄* Bong. A. Pl. ut c. 20 §. 3. *coirunt* Par. A. *coirent* Dr. A. *cohierunt* Vind. F. *cogerunt* Egm. Fab. Vrat. A. *coierant* Vrat. D. *coierint* Leid. A. Voss. C. Gott. Fab. Gu. Vrat. B. inc. Oud. de quo idem statuendum atque de *iudicaverint* c. 20. Quod ad reliqua attinet, *qui*, si in Bong. A. exstat, quod Oud. et Pl. silentio credendum est, huius auctoritate satis tutum videtur, etiamsi ab Aldo non ex codice, sed ex ed. Ber. receptum sit: *qui cum* aperte vitiosum, et si in omnibus libris legeretur, tamen emendandum esset; *qui sua* sensu caret; *quique* ad dictionem non reprehendendum (cf. 7, 50 §. 3: *L. Fabius centurio quique una murum ascenderant*) neque sensu carens nihilo minus probari non potest. Nam si magistratus ac principes non solum gentibus cognationibusque hominum, sed etiam aliis, qui una cum illis coierunt, agros attribuere dicuntur, cognationis mentio supervacanea fit et principes casum et fortuitam coitionem pari loco atque illam in attribuendis agris habere videntur. Magis probabile est *quae*, quod fortasse is, qui Vind. C. exaravit, suo in exemplari invenit. Gentes enim et cognationes, quae coierunt, re ipsa non differunt ab hominibus, qui coierunt. Sed *una* coisse illae dici non poterant, homines vero non solum poterant, verum etiam debebant, ut non singulatim nonnullos, sed cunctos, qui in aliqua gente essent, coisse unum in locum contulisse intelligeretur. Itaque, cum in *una* libri consentiant, *qui* tenendum est.

et] Pet. Fabr. Aim. Hav. A. Vrat. D. Vind. A. Ven. f. Cl. Oud. *ei* „MSS. plerique“ Voss. A. Gott. Lov. Pal. Conf. Par. A. Bong. A. Pl. Dr. AB. Vrat. BC. Hamb. Goth. B. Vind. BEF. Gu. inc. *eis* Egm. Fabr. Vrat. A. *ei et* Carr. cod. Turr. Duk. Vind. I. *eis et* Vett. CC. Vos. Vrat. B. int. vers. a m. s. Vind. D. edd. reli. usque ad Cl. Cf. adn. cr. ad 4, 21 §. 8.

adtribuunt] Par. A. (Bong. A.) . . . Fabr. non *attr.* (*atr.* Ven. c. *tribuunt* Vind. F.)

qui una coierunt. Eadem ratione *factiones dissensionesque* §. 4 posuit, ne de factionibus, quales apud Gallos erant, loqui videretur, et alia quam plurima. Cf. adn. cr. ad. 5, 15 §. 1 et Alex. 78 §. 3: *eidem tetrarchiam legibus Gallograecorum iure gentis et cognationis adiudicavit.* De gentium et cognationum discrimine simili eius, quod Romanos inter gentes et familias intercedebat, cuiusmodi etiam apud Germanos exstitisse necesse est, cogitasse non videtur, neque si ostendere id voluisset, tam paucis tamque ambiguis verbis usurus fuisset. De *una* adverbii significatione cf. adn. cr. Eadem obtinet 5, 36 §. 3, ubi Titurius cum Cotta agere dicitur, *pugna ut excedant et cum Ambiorige una conloquantur*, item Hisp. 19, 3, ubi materfamilias se cum fa-

transire cogunt. Eius rei multas adferunt causas: ne, 3
adsidua consuetudine capti studium belli gerendi agri
cultura commutent; ne latos fines parare studeant potentioresque humiliores possessionibus expellant; ne accuratius ad frigora atque aestus vitandos aedificent;
ne qua oriatur pecuniae cupiditas, qua ex re factiones 4
dissensionesque nascuntur; ut animi aequitate plebem

§. 3. adferunt] Voss. A. Egm. Fabr. Par. A. (Bong. A.) Vrat. A. non *aff.* (*asserunt* Gott. Fabr. Vrat. B. Gu.)

adsidua] Voss. A. Egm. Fabr. Par. A. Vrat. A. non *ass. adsua* Bong. A. Pl.

belli gerendi] *belligerendi* Rom. a. Med. a. *belligerandi* Aim. Bonq. non *belli gerundi*, quod in Fabr. ex Aim. allatum eaque auctoritate ab Oud. receptum est. Cf. adn. cr. ad **5**, **54** §. 2.

milia constitutum habuisse narrat, *ut una transfugerent ad Caesarem.* Atque his quidem locis nemo dubitat quin *una* sit idem, quod *coniunctim;* hic vero plerique idem, quod *inter se* vel *unum in locum*, putare videntur, quod linguae usui repugnat non minus, quam si quis *cum Ambiorige una colloquentes* dici putet quicunque cum eo colloquantur. Loci communionem, quae utique indicanda erat, satis indicat verbum *coierunt*: *una* ad hominum conditionem pertinet. Itaque Germanice vertas den Stämmen und Verwandtschaften, deren Glieder mit einander vereint sich zusammengethan haben.

§. 3. adsidua consuetudine] non culturae, sed agri ipsius et loci sedisque fixae, cuius notio inest in *adsidua*.

agri cultura] pro *agri culturae studio*. Sic §. 4 *cum potentissimis* pro *potentissimorum opibus*.

accuratius ad frigora — aedificent] Qui unum in aunum aedificat, operae pretium se non facturum putat, si accuratius adversus aestus atque frigora aedificet, quae etiam aliis rebus, situ, veste defendi posse speret. Sic omnino minus respicere ea et cum minus mollescere, tum minus delectari aedium possessione consuescit. Itaque sine idonea ratione Ablancourtius, Iuriuius, Oberlinus *quam* post *accuratius* desiderabant.

§. 4. ne qua oriatur pecuniae cupiditas] Negata agrorum possidendorum facultate, neque ulla aedificiorum commoditate aut elegantia pelliciente ne pecuniae quidem, quae maxime illarum rerum causa concupisci solet, magna cupiditas esse potest.

ut animi aequitate plebem contineant] Horkelius: damit sie das niedere Volk in guter Stimmung erhielten. Quae interpretatio verbis Latinis satisfacere non videtur. Neque enim pro loci ablativo *animi aequitate* siue *in* praepositione haberi facile potest, et verba ita disposita sunt, ut rem graviorem, quam locum, et interiore nexu cum verbi actione coniunctam significare scriptor videatur. Itaque non ut *exercitum castris continuit* 1, 48 §. 4 et 2, 11 §. 2, sed magis ita, ut *suos custodiis intra castra continuit* 5, 58 §. 1 et *neque ulla necessitate neque imperio continerentur* 2, 11 §. 4. et *vi continerent milites* Afr. 82, 4 et, quae Ciacconius contulit, *commoda civium non divellere atque omnes aequitate eadem continere* Cic. Off. 2, 23, dicta haec puto, ita tamen, ut animi aequitas non continen-

contineant, cum suas quisque opes cum potentissimis aequari videat. 23. Civitatibus maxima laus est quam latissime circum se vastatis finibus solitudines habere.
2 Hoc proprium virtutis existimant, expulsos agris finitimos cedere, neque quemquam prope audere consistere;
3 simul hoc se fore tutiores arbitrantur, repentinae in-
4 cursionis timore sublato. Cum bellum civitas aut inlatum defendit, aut infert, magistratus, qui ei bello praesint, ut vitae necisque habeant potestatem, deligun-

Cap. 23. §. 1. latissime] „MSS. plerique“ Voss. A. Egm. Gott. Lov. Fabr. Pet. Confl. cod. Brant. Hotom. Steph. Rom. Aim. Bong. A. Par. A. Dr. A. Vrat. ABCD. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BC. edd. ante Ald. et teste Ursino Faërnus. *latissimis* Ox. Par. B. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. *latissimas* Pet. sec. Oud. cod. Ursini vetustissimus, ut in Notis, optimus, ut in Emendationibus alt, Bong. C. Confl. Dr. B. Vasc. St. Gr. b. P. Man. Turr. (Frell.) Lips. et sqq. Cf. 4, 3 §. 1 de Suevis dicta: *Publice maximam putant esse laudem quam latissime a suis finibus vacare agros.* In quibus adverbium item cum praepositione constructum tamen etiam ad verbum pertinet. Similiter hic duorum, quae sequuntur, verborum neutrum non ab illo afficitur. Itaque non solum propter codices, sed etiam per se ut significantius praeferendum est.

§. 2. finitimos] *finitumos* Bong. A. Oud. 2. Cf. adn. cr. ad 5, 38 §. 1.

§. 4. inlatum] Voss. A. Egm. Fabr. (Bong. A.) Par. A. non *ill. in latum* Vrat. A. (*ill.* Dr. A a m. pr. *illatam* Vrat. D.)

tium, sed eorum, qui contineantur, conditio esse cogitetur, quam illi ad continendos eos adhibeant. Similiter Livius 30, 20 §. 5: *oppida Bruttii agri, quae pauca magis metu, quam fide continebantur.* a quibus nihil omnino differunt haec: *ut animi aequitate plebes contineatur.* Sed activo utitur Caesar, ut animi aequitatem illam simul effectam ab iis, qui eam adhibeant, significet. Quare sic potius vertendum: damit sie durch Zufriedenheit mit seiner Lage das Volk in Ruhe halten.

cum potentissimis aequari] Repperit igitur apud Germanos Caesar *aequationem bonorum,* qua peste maiorem esse posse negat Cic. Off. 2, 21, si quidem ad tollendam quae iam exstiterit et legitime duraverit inaequalitatem instituatur. Sed apud illos a principio obtinuisse et una cum civitatibus nata non ita multo post Caesarem mutari coepta videtur, ut in adn. ad 4, 1 §. 7 Tacito auctore docui. *Potentissimos* autem, si opes omnium aequales erant, non ditissimos, sed principes interpretari debemus, qui plurimum in civitate possent, eosdem, qui agros in annos singulos attribuebant, ius inter suos dicebant, ad latrocinia duces se praebebant, quos supra *potentiores* dixit opposuitque *humilioribus.*

Cap. 23. §. 3. hoc — tutiores] Cf. adn. ad 5, 52 §. 6.

repentinae incursionis timore sublato] De adiectivo dixi ad 3, 8 §. 3, de substantivo in adn. cr. ad 5, 21 §. 3, de ablativis ad huius libri c. 14 §. 5.

tur. In pace nullus est communis magistratus, sed 5
principes regionum atque pagorum inter suos ius di-
cunt controversiasque minuunt. Latrocinia nullam ha- 6
bent infamiam, quae extra fines cuiusque civitatis fiunt,
atque ea iuventutis exercendae ac desidiae minuendae
causa fieri praedicant. Atque ubi quis ex principibus 7

§. 5. nullus] *nullis* Bong. A. Vind. A. *neque in illis* vel *nullis* Ox. *nullius* Hamb. *nullis*, etsi satis magnam auctoritatem habet, tamen vel propter ambiguitatem ferri nequit.

§. 5. principes regionum atque pagorum] Recte Morus in adn. ad verba c. 11. §. 2. *in omnibus pagis partibusque* etiam h. l. *regiones* et *pagos* non differre docet, nisi quod *regiones* communi nomine, *pagi* proprio dicantur. Quamquam enim *regiones* interdum latiore significatione dici videntur, ut 3, 11 §. 5 *navibus, quas ex Pictonibus et Santonis reliquisque pacatis regionibus convenire iusserat*, 5, 22 §. 1 *quibus regionibus quattuor reges praeerant*, ib. 14 §. 1 *quae regio est marituma omnis*, et *atque* saepe minus late patentia adiungit, ut infra c. 43 §. 2 *omnes vici atque omnia aedificia*, 7, 86 §. 3 *in eo die atque hora*, Civ. 1, 67 §. 3 *omnia loca atque itinera*, 3, 49 §. 4 *omnia flumina atque omnes rivos*, ut a linguae usu nihil obstet, quo minus *regiones* inter et *pagos* id discrimen intercedere putetur, quod nos hodie facimus inter Bezirke et Kreise, tamen ea scriptoris mens fuisse non videtur. Regionum enim principes, si plures in una regione erant pagi, ius dicere non poterant nisi inter eos, qui unius alteriusve pagi essent, qui non apparet cur non pagorum potius principes adirent, qui et ipsi inter suos ius dicerent. Atque ut eius rei causae quaedam fuerint, et ipsa iurisdictio quoque alia ab regionum, alia a pagorum principibus exercita fingi possit, verba quidem nihil eiusmodi ostendunt, sed cum principes, tum operam eorum pari loco ponunt. Iam vero exstant loci, quibus *regiones* idem atque *pagi* significare videantur. 4, 4 §. 2: *quas regiones Menapii incolebant*. ib. §. 4: (Usipetes et Tencteri) *reverti se in suas sedes regionesque simulaverunt*. 7, 3 §. 2: *clamore per agros regionesque significant*. Neque desunt qui minus late dictas exhibeant. 5, 19 §. 1: (Cassivellaunus) *iis regionibus, quibus nos iter facturos cognoverat, pecora atque homines ex agris in silvas compellebat*. 7, 83 §. 4: *cognitis per exploratores regionibus*. ib. 13 §. 3: (oppidum Avaricum) *quod erat maximum munitissimumque in finibus Biturigum atque agri fertilissima regione*. Itaque incerti ambitus vocabulo mirum non est scriptorem addendum aliquid putavisse, quo illum definiret, ideoque *principes*, quos c. 22 §. 2 cum *magistratibus* ita coniunxisset, ut nihil nisi locum, quem in civitate tenerent, demonstraret, hic certius indicandae conditionis eorum causa primum *regionum* principes nominasse, deinde *pagorum*. Cui adiungendo *atque* non minus hic idoneum erat, quam 2, 1 §. 4 in verbis *a potentioribus atque his, qui ad conducendos homines facultates habebant* et 4, 32 §. 5 et 5, 9 §. 3 in *equitatu atque essedis*, si ea recte interpretati sumus in adn. cr. ad 5, 15 §. 1.

**in concilio dixit se ducem fore: qui sequi velint, profiteantur: consurgunt hi, qui et causam et hominem probant, suumque auxilium pollicentur atque ab mul-
8 titudine conlaudantur: qui ex his secuti non sunt, in desertorum ac proditorum numero ducuntur omnium-
9 que his rerum postea fides derogatur. Hospitem violare fas non putant: qui quaque de causa ad eos**

§. 7. concilio] *consilio* „MSS. 5“ Egm. Bong. C. Pal. Confl. Dr. B. Vrat. ABC. Vind. D. edd. ante Ber. Cf. 4, 19 §. 2: *Suevos more suo concilio habito nuntios in omnes partes dimisisse.* Ita Oud. secundum „MSS. plerosque et Edd. Vett.“ (Rom. a. Ber. Ven. f. Gr. ab. St. Turr.) *consilio* Vrat. ABC. Goth. A. Hav. A. et, ut videtur, Egm. Gott. Fabr. cum reliquis ante Oud. edd.

hi] Pet. Voss. A. Egm. Lov. Fabr. Aim. Bong. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. Ad. Vind. AB. CFI. Ven. cdef. *hii* Gott. Fabr. Vrat. BC. Hamb. *ii* Goth. B. edd. rell. Cf. adn. cr. ad 5, 7 §. 6.

conlaudantur] Voss. A. Egm. Fabr. (Bong. A.) Par. A. non *coll.*

§. 8. his] codd. iidem, qui *hi* §. 7, praeter Lov., Aim. Ven. cde. St. Gr. b. Frell. *hiis* iidem, qui *hii.* *iis* Goth. B. edd. rell.

sunt] *sint* Dr. A.

his] libri iidem, qui supra, praeter Vind. C., et cod. Brant. Vasc. *hiis* iidem, qui supra, et Vind. C. *iis* Goth. B. Vind. D. edd. rell. om. Ox. Quod ad ordinem verborum attinet, *rerum* in Vrat. B. omissum in Dr. B. Vrat. CD. Goth. B. Hamb. Vind. CDF. cod. Brant. et edd. ante Cl. praeter Vasc. St. Gr. h. (Frell.) ante pronomen est positum. In Vind. A. *his fides rerum postea*, in Vind. I. *rerum postea his fides* legitur. Ordinem a Cl. et Oud. „secundum MSS.“ exhibitum tuentur Vett. CC. Urs. Pet. Voss. A. Gott. Egm. Aim. Bong. A. Par. A. Dr. A. Vind. B. Gu. Vrat. A.

§. 9. Hospitem] „MSS. plerique“ Voss. A. Egm. Gott. Lbb. Aim. Bong. A. Pl. et C. Confl. Pal. Confl. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABCD. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. CDEI. edd. ante Ald. Gr. b. Frell. *hospites* Hav. A. Vind. A. edd. rell. Singularis, sive genus significatum putas, ut 5, 12 § 5. *fagum atque abietem*, ib. §. 6 *leporem et gallinam et anserem*, sive unum aliquem pro omnibus dictum, pariter commode habere, pluralis ob eum, qui sequitur, *qui* magis placuisse illis, qui ita scripserunt, videtur.

quaque] *quamque* Dr. B. *quacumque* Vett. CC. Urs. Leid. A. S. cod. Turr. Hav. A. Vind. A. Vasc. St. Gr. b. (Frell.) Hos praeter consuetudinem secutus est Nipperdeius, auctoritate, ut opinor, Madvigii motus, qui in Excursu ad Cic. de fin. p. 849 haec docuit: „Mendose editur apud Caesarem B. G. VI., 23: *qui* (hospites) *quaque de caussa ad eos venerunt*, *ab iniuria prohibent sanctosque habent*; nam illa coniunctio *qui quaque de*

§. 7. profiteantur] Cf. Plauti Capt. 3, 1 v. 20: *quo imus una ad prandium? atque illi tacent. Quis ait hoc? aut quis profitetur? inquam: quasi muti silent.*

conlaudantur] Cf. adn. ad 5, 2 §. 3.

§. 8. fides] Cf. adn. ad 1, 19 §. 3.

venerunt, ab iniuria prohibent sanctosque habent, hisque omnium domus patent, victusque communicatur.

caussa distributionem significat singularum causarum (ut quom dico: dixerunt deinde separatim, qui quaque de re missi erant). Recte codices optumi (Leid. 1, Hann. A. apud Elberlingium, Scaligeranus, Ursini) habent: „*quacunque de caussa.*" At distributio causarum nihil habet absurdi, modo ne quamque earum cuique venientium attribuamus, sed nullam non posse cuique, si lubeat, attribui cogitemus. Atque haec ipsa huius pronominis vis est, ut rerum singularium omnium in genere aliquo comprehensarum nullam excludi patiatur; quo sensu nos dicimus das eine wie das andere, unde facile fit transitus ad id, quod est das eine oder das andere, welches es auch sey. Itaque non differre nonnunquam videntur *quisque* et *quilibet* seu *quivis*, a quibus distributionis seu generis significatio omnis abest. Cf. 7, 22 §. 1: *ut est summae genus sollertiae atque ad omnia imitanda et efficienda, quae ab quoque traduntur, aptissimum.* 4, 5 §. 2: *quod quisque eorum de quaque re audierit aut cognoverit.* His exemplis *quaque* satis tutum, *quacunque* et propter codices, quorum pretium Madvigius non recte aestimavit, suspectum et a Caesaris consuetudine alienum est, qui etiamsi apud milites dixerit illa, quae Suetonius in eius vita c. 66 refert, quorum extrema haec sunt: *aut quidem vetustissima nave impositos quocunque vento in quascunque terras iubebo avehi*, in Commentariis *quicunque* nisi ad verbum relatum non posuit.

venerunt] *venerint* Pet. Leid. A. S. Palm. Vind. A. Alm. Oud. Cf. c. 22 §. 2 *coierunt* ibique in adn. cr. adscripta. In Bong. A. etiam h. l. *vener̃* scriptum est. Indicativum cum reliquis exhibent Vett. CC. Urs. et Hav. A.

sanctosque] *que* in „MSS. plerisque" Pet. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Carr. cod. Turr. Alm. Bong. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABCD. Hamb. Gu. Goth. B. Vind. CDEI. et edd. ante Ald. omissum nihilo minus cum Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. tenendum putavi, ne sine ratione dissimile hoc enuntiationis membrum fieret alteri, quod ipsum, cum apponi sine copula posset, tamen non caret copula. Librariis autem facile accidere potuit ut semel omitterent quod intra paucos versus quater scribere debebant. (*sanctos* Vind. E. *sancto* Goth. B.)

hisque] Pet. Voss. A. Egm. Fabr. Alm. Par. A. Hav. A. Dr. AB. Vrat. AD. Gu. Vind. ABCFI. St. Gr. b. Frell. *hiisque* Gott. Fabr. Vrat. BC. *hiisque hii* Hamb. *iisque* Goth. B. Vind. DE. edd. ante Ald. (*usque* Med. a. Ven. bcde. quod in Rom. a. *iisque* significat.) *iis* Ald. et sqq., etiam Oud., qui MSS. plerosque *iisque* vel *hisque* exhibere ostendit. Cf. adn. ad *sanctosque*. Quamquam *iis* satis placet, neque aliud ex Bong. A. relatum accepi.

§. 9. victusque communicatur] cum iis. Id enim supplendum esse ad c. 13 §. 7 ostendi. Cf. c. 28 §. 6: *haec* (cornua urorum) *studiose conquisita ab labris argento circumcludunt atque in amplissimis epulis pro poculis utuntur.* quo loco fallitur qui Caesarem obsoletae verbi *uti* cum accusativo constructionis rationem habuisse putat.

24. **Ac fuit antea tempus, cum Germanos Galli virtute superarent, ultro bella inferrent, propter hominum multitudinem agrique inopiam trans Rhenum colonias mitte-**
2 rent. Itaque ea, quae fertilissima Germaniae sunt loca

Cap. 24. §. 1. Ac] *at* „MSS. 3" Gott. Hav. A. sec. Whitt. §. 2. Germaniae sunt] Ox. Voss. A., cui Fabr. Pet. et Egm. addit, Aim. Bong. A. Pl. Par. A. Hav. A. Wh. Dr. A. Vind. B. Ven. f. *sunt*, *Germaniae* vulgo.

Cap. 24. §. 1. Ac fuit antea tempus] Ad ea, quae de moribus Germanorum proposita sunt, hoc, quod ad veterem ipsorum et Gallorum historiam pertinet, adiungens per *ac* copulam scriptor nihil amplius dicere videtur, quam *illud adiungo*, ich füge noch hinzu, sine ulla interioris nexus aut similitudinis dissimilitudinisve significatione. Salustius fortasse posuisset *ceterum* cum rei alius demonstratione. Quod Baumstarkius conferri iubet *atque* 4, 25 §. 3, id aliam habet vim. V. ibi in adn. cr. adscripta.

superarent] Coniunctivi rationem redditam v. in adn. cr. ad 1, 23 §. 1. Eadem est Cic. Fam. 3, 7 §. 4: *a Pausania — audivi, cum diceret te secum esse questum, quod tibi obviam non prodissem.* de or. 2, 6 (§. 22): *saepe ex socero meo audivi, cum is diceret socerum suum Laelium semper fere cum Scipione solitum rusticari.* Ad rem cf. Tac. Germ. 28: *Validiores olim Gallorum res fuisse summus auctor* (ita enim cum codice Periz. et Rom. A. Massmanni scribendum videtur, non *auctorum*) *divus Iulius tradit; eoque credibile est etiam Gallos in Germaniam transgressos. Quantulum enim amnis obstabat, quo minus ut quaeque gens evaluerat, occuparet permutaretque sedes promiscuas adhuc et nulla regnorum potentia divisas? Igitur inter Hercyniam silvam Rhenumque et Moenum amnes Helvetii, ulteriora Boii, Gallica utraque gens, tenuere.* Quo loco abusus est Cluverius Germ. 3, 30 p. 116 ed. 1616 ad fidem vel Caesaris vel codicum eius impugnandam, non *Volcae Tectosages*, sed *Boii, Celtica gens* paulo post scribendum esse contendens; qua de re mirum est Oudendorpium non sibi liquere demonstrasse, cum minime obscurum sit verbis *eoque credibile est etiam Gallos in Germaniam transgressos* Tacitum id ipsum, quod Caesar de aliqua gente Gallica in Germaniam transgressa tradidisset, comprobare voluisse, de Helvetiis autem et Boiis eum non secundum Caesarem, sed ut aliunde comperta sibi et cognita tradere.

ultro] Cf. adn. ad 5, 28 §. 5.

§. 2. ea, quae fertilissima Germaniae sunt loca circum Hercyniam silvam] Minus recte Germaniae p. 191 Ukertus haec interpretatus est die fruchtbarsten Gegenden des Herkynischen Waldes, quam Galliae p. 354 den fruchtbarsten Strich, am Hercynischen Walde. Duo enim sunt, quae de locis a Tectosagibus occupatis praedicantur, unum, quod *fertilissima Germaniae sunt*, alterum, quod *sunt circum Hercyniam silvam* atque in eius vicinia, ut Civ. 3, 36 §. 4 equitatus regis Cotyis *circum Thessaliam esse* consuevisse dicitur. Similem *circa* praepositionis usum docuit Handius Turs. 2 p. 61 sq. Nam quod Horkelius vulgarem praepositionis significationem tenens posuit rings um den Her-

circum Hercyniam silvam, quam Eratostheni et quibusdam Graecis fama notam esse video, quam illi Orcy-

Hercyniam] „*Hircaniam* Leid. A. et dein. Alii aliter corrupte.“ *Herciniam* Alm. Dr. B. Vrat. CD. Vind. C. (Gu.) St. Gr. b. Freli. P. Man. Turr. Ald. b. *hericiniam* Hamb. *hercinam* Goth. B. *hercinnam* Vind. I. *haercyniam* Egm. Fabr. Vrat. A. *erciniam* Vind. A. Si Caesar, id quod per codices et h. l. et cap. sq. §. 1 verisimile fit, in antepenultima *y* posuit, hanc litteram non Graecorum nominum propriam existimabat, sed in barbaris quoque Latine reddendis locum ei concedebat, qua de re disputat Schneiderus Gramm. 1 p. 45 sq. non immemor ille huius loci, sed non illud, quod debebat, ex eo colligens. Aperte enim Caesar eius, quo ipse utitur, nominis notitiam non Graecis acceptam refert et tamen vocali utitur eadem. Qui post Caesarem huius silvae mentionem fecerunt, eorum editores recentiores plerique *y* tenuerunt, sed dissentientibus fere codicibus, ut Pomponii Melae 3, 3 §. 3 in *Hercynia*, et Livii 5, 34 §. 4, quo loco *Hercinii saltus* maiorem a libris auctoritatem habet. Velleii 2, 108 §. 1 *Hercynia silva*, sed 109 §. 5 *Herciniae* est in codice. Item Taciti Ann. 2, 45 *Hercyniae*, sed Germ. 28 et 30, ubi *Hercyniam silvam, Hercynio saltu*, *saltus Hercynius* legitur, magna est librorum varietas. Plinii Nat. hist. 4, 12 (§. 25) et 14 (§. 28). 10, 47 (§. 67). 16, 2 *Hercynium saltum*, *iugum*, *Hercynias silvas* commemorantis Silligius unum in primo loco vitiose discrepantem codicem affert, quem locum Solinus Polyh. c. 20 p. 29 D. Salm. et Isidorus Orig. 12, 7 §. 31 Lind. sine discrepantia nominis excerptum habent. Flori 1, 11 §. 8 et 17 §. 5. 3, 10 §. 14. 4, 12 §. 27 nulla orthographiae mentione facta Dukerus *Hercynius saltus*, *Hercyniis silvis*, Claudiani de quarto cons. Hon. 451, de laud. Stil. 1, 228, de bello Get. 330 Gesnerus *silvae Hercyniae*, Senecae Medea 714 Bothius *lucis Hercyniis*, denique Sidonii Apoll. Carm. 5, 284 Savaro *Hercinii nemoris* ediderunt, de quorum codicibus quaerendum est priusquam certum pronuntietur.

et] *ex et* Vrat. B. *e* Dr. B. *a* Hamb.

Orcyniam] „Bong. A. Voss. A. Leid. A. aliique multi“ Voss. A. Gott. Fabr. (Par. A.) *orciniam* Egm. Fabr. Alm. Dr. B. Vrat. ACD.

cynischen Wald, ob magnitudinem eius silvae ferri nequit. Nisi forte coniecturam aliquam de sedibus Volcarum, qualem in adn. cr. ad c. 25 §. 2 ostendo, secutus est.

Eratostheni et quibusdam Graecis] Quin Eratosthenem inter Graecos rettulerit Caesar, dubitari non potest, neque ita Cluverium *aliis* ante *quibusdam* desiderantem corrigere debebat Davisius, ut illum Cyrenaeum fuisse demonstraret. Sed tamen quae Gronovius ad Liv. 3, 25 §. 4 contulit, quae Oud. ad refutandum Cluverium sufficere arbitrabatur, velut Plautinum Capt. 5, 1 v. 1 *Iovi disque ago gratias* et Petronianum c. 2 *Pindarus novemque lyrici*, non magis ita sunt comparata, quam pleraque a Drakenborchio adiecta, quibus similia quaedam etiam in his Commentariis exstant, ut 1, 18 §. 4 *Caesarem et Romanos*, Alex. 65, 1 *tribunorum militum et qui legionibus praeerant*. Idem dicendum de Salustii loco ab Oud. citato Iug. 4, §. 55 : *nam saepe ego audivi Q. Maxumum, P. Scipionem*, *p r a e t e r e a civitatis nostrae praeclaros viros solitos ita dicere*. In altero autem

niam appellant, Volcae Tectosages occupaverunt

Goth. B. (Gu.) Ven. bcde. Gr. a. et sqq. usque ad Oud. *orcimam* Hamb. *carcinam* Vind. C. *harciniam* Pet. et Pal. Cond. Etiam ex Boug. A. *h* super prima littera scriptum rettulit Pl., cui prima littera ipsa in eo libro correctione ex *o* facta videbatur *e*. In iis, quos superstites habemus, scriptoribus Graecis Caesare antiquior nullus est, qui hac forma usus esse videatur, quam in h. l. Graecis tribuit. Nam Aristoteles Meteor. 1, 13 p. 350, 5 Bekk. τῶν ὀρῶν τῶν Ἀρκυνίων mentionem facit, et in eo, qui sub Aristotelis nomine fertur, libro περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων c. 105 p. 839, 9. Ister ἐκ τῶν Ἑρκυνίων καλουμένων δρυμῶν profluere dicitur, et Apollonius Rhod. 4, 640 σκοπέλοισι καθ' Ἑρκυνίου vel — κατ' Ἑρκυνίου scripsisse videtur, Posidonius autem, aequalis Caesaris, teste Strabone l. 7 p. 335 Tz. τὸν Ἑρκύνιον δρυμὸν quondam Boios incoluisse tradens eandem atque ipse Strabo, Diodorus, Dionysius Halic., Dionysius Perieg. 286, Stephanus, Eustathius vocabuli formam usurpat. Neque vero propterea Caesar aut errasse, aut corrupto Eratosthenis libro usus, aut ipsius liber corruptus esse existimandus est. In epigrammate Crinagorae, qui sub Augusto floruit, μυχὸν Ὀρκυναῖον legimus Anthol. Pal. 2 p. 149, quod Iacobsius, si huius loci recordatus esset, non mutasset in Ὀρκ., et Ptolemaei 2, 11 p. 117 Nobb. ὁ Ὀρκύνιος δρυμῶν, et p. 119 et 120 τὸν Ὀρκύνιον δρυμόν, quod rectius scribi Ὀρκ. sine ratione dicunt Thesauri Stephaniani editores novissimi in Add. Vol. 5. Horum neutrum verisimile est temere mutavisse spiritum, neque Caesarem puto Graecam formam, si sola vocali differret, memoria dignam iudicaturum fuisse.

Volcae] „liber Faërni et meus" Urs. Emend. „legendum ex Vett. cc. *Volscae*" idem Not. quod licet Ciacconius quoque et Hotomannus pro varia lectione ponant, tamen errore scriptum pro *Volcae*, quod in Emend. exstat, videtur. *Volcae* igitur ab Ursino commendatum et iam in Vasc. St. Gr. b. (Frell.) exhibitum, deinde a Lipsio et sqq. restitutum et ab Oud. in Leid. B. inventum est. *Vulgae* „Voss. A. Egm. al." Egm. Fabr. Vrat. A. Par. A. Ven. f. et Aim. Bong. (Hotom. et Oud. *Pervulgae*, Fabr. *Pervelgae* Aimoino tribuunt.) *Vulge* Pet. sec. Fabr. et Oud. et Voss. A. sec. Fabr. *Belgae* Voss. B. *vulgo* „plerique" Lov. Fabr. Gott. Wb. Carr. Hav. A. Dr. AB. Vrat. BCD. Goth. B. Hamb. (Gu.) Vind. ABCDEFI. Rom. a. Med. a. Ven. bcde. Ber. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr., quarum nonnullae post id incidunt. *uolgo* cum *u* super priori *o* Bong. A. Pl. Secundum haec *Volgae* potius a Caesare scriptum videri debet, idque eo magis, quod 7, 64 et Civ. 1, 35 codices fere omnes in *Volgarum* consentiunt, et Cic. pro Font. c. 8 (§. 16) et Liv. 21, 26 §. 6 *g* in eodem casu vel maiorem vel unu minorem auctoritatem habet, quam *c*. Sed infra 7, 7 pro *Volcis* nullus codex praebet *Volgis* (unus ex meis *Volscis*) et Plin. N.H. 3, 4 (§. 5) bis *Volcarum*, ib. 19 (§. 23) *Volcis*, et Pompon. Mel. 2, 5 §. 5 et 6 *Volcas* et *Volcarum* satis certa sunt. Accedit quod Strabo l. 4 p. 29 et 31 Tz. in hoc nomine constanter posuit k. Itaque illud, quod 7, 7 consensus librorum tuetur, praetuli. Cf. Ukerti Gallia p. 292 n. 48.

occupaverunt] „MSS." *occuparunt* Vrat. C. Goth. B. Vind.

eiusdem loco 85 §. 40, ubi Cor- tius scripsit *nam ex parente meo*

atque ibi consederunt. Quae gens ad hoc tempus his 3
aedibus sese continet summamque habet iustitiae et bellicae laudis opinionem. Nunc quoque in eadem inopia, 4

CD. edd. ante Oud. Cf. adn. cr. ad 5, 8 §. 3 (*nuncupaverunt* Aim.)

atque ibi considerunt] om. Vind. A. (— *considerunt* Dr. A. Vind. B. — *considerarnt* Dr. B. — *concederant* Rom. a.)

§. 3. his] Aim. Par. A. Boug. A. Pl. Dr. AB. Vrat. AD. Gu. Vind. ABCFI. edd. ante P. Man. Frell. Turr. *hiis* Vrat. BC Ham. *iis* Goth. B. edd. rell.

habet] *habent* Vind. A.

iustitiae] *iustitiam* Pet. Leid. A. Vind. A. Hav. A. Wh.

§. 4. Nunc quoque] Pet. (Boug. A. Pl.) *nunc* Ox. *n. quidem* Aim. Bouq. Duk. Vind. CI. *nuncqua* Lov. sec. Torrent. Fabr. *nunc*-

et ex sanctis viris ita accepi, secundum codices — *ex aliis sanctis* — scribi debet. Atque ut sint in quibus scriptores *alios* audiri voluisse videantur, hic quidem *et* maiore vi praeditum et fere ita dictum videtur, ut a Salustio *praeterea*. Similiter Civ. 3, 96 §. 1: *Lentuli et nonnullorum tabernacula protecta edera*. Ceterum verisimile est Graecos, quos Caesar *quosdam* dicit, eos fuisse, quos Eratosthenes in Geographicis ut famae de silva Orcynia auctores ac testes nominavisset. Nam qui post illum de rebus geographicis scripserant Graeci, eorum non *quibusdam*, sed omnibus notam esse oportebat silvam, quam celeberrimus scriptor commemorasset. Priorum autem vel aequalium notitiam si ipsorum libris debebat Caesar, nihil causae erat, cur non eos potius, quam Eratosthenem, vel una eos cum hoc nominaret. Iam inter auctores, quibus usus est Eratosthenes, non ultimum locum tenet Timosthenes, quem Strabo l. 2 p. 249 Tz. etiam de Germania et Britannia quamvis falsa rettulisse testatur: *καὶ Τιμοσθένης καὶ Ἐρατοσθένης καὶ οἱ ἔτι τούτων πρότεροι τελέως ἠγνόουν τά τε Ἰβηρικὰ καὶ τὰ Κελτικά, μυρίῳ δὲ μᾶλλον τὰ Γερμανικὰ καὶ τὰ Βρεττανικά, ὡς δ' αὔτως τὰ τῶν Γετῶν καὶ Βασταρνῶν*. Hunc igitur suspicari licet unum ex *quibusdam* fuisse.

§. 3. sese continet] cf. Alex. 18 §. 57: *neque vero diutius ex munitione* (sc. pugnantes) *se continere potuerunt*. Nos simili modo simpliciter dicimus ſich halten.

iustitiae] Hanc reliquis in locis scriptor singularium hominum virtutem praedicat, ut Divitiaci Haedui 1, 19 §. 2, Galbae, Suessionum regis 2, 4 §. 7, Caesaris 5, 41 §. 8 et Civ. 1, 32 §. 8. Itaque genti tributam ita interpretari possumus, ut si minus omnes, certe plurimos in ea gente homines institiae amantes dici statuamus. Atque ita interpretandum est quod Pomponius Mela 3, 7 §. 1 de Seribus scribit: *genus plenum iustitiae et commercio, quod rebus in solitudine relictis absens peragit*, *notissimum*, eodemque sensu poëta Iliad. 13, 6 Abios *δικαιοτάτους ἀνθρώπων* appellat. Sed cum iustitia, ut Plato docet, et singularis hominis sit et totius civitatis, iustitiae opinio non minus ad hanc in legibus atque institutis publicis, quam ad illam in moribus privatorum conspicuam referri potest.

§. 4. Nunc quoque] quo quidem tempore ceteri Galli iam dudum tam inopes, egeni, patientes esse desierunt. Pertinent autem

egestate, patientia, qua Germani, permanent, eodem victu

que cod. Turr. Vind. D. Aim. sec. Hotom. edd. ante Ald. St. Gr. b. Frell. Lips. Iu. Gr. Dav. Ci. *n. quoniam* Leid. A. S. Hav. A. Vind. A. *n. quod* „MSS. longe plurimi“ Carr. Lov. sec. Heius. Fabr. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABCD. Goth. B. Hamb. (Gu.) Vind. BE. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Idem in Vett. CC. suis invenisse videtur Ursinus Not.

patientia, qua] *qua* Vind. E. *potentia qua* Vind. F. *patria qua* Vrat. D. *patientia quam* Gott. Voss. C. inc. „Vett. CC. habent *patientia qua* vel *patientiaque qua*“ Urs. Not. *patientiaque* (omisso *qua*) Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr., eaedem, quae *nunc quod* secundum codices plurimos exhibent, quas a Madvigio admonitus sensu, ut ait, flagitante secutus est Whittius ita, ut plena post *utuntur* et post *largitur* interpunctione sublata haec omnia in unam periodum coniunxerit: *Nunc*, *quod — Germani — utuntur*, *Gallis autem — largitur*, *paulatim assuefacti — comparant*. Sed de inopia, egestate patientiaque Germanorum in superioribus diserta mentio non est facta, ut recte *in eadem* permanere dici potuerint, neque propterea, quod in ea *permanent*, Galli superari ab iis sunt assuefacti, sed magis eo, quod, dum Galli effeminautur, ipsi iidem, qui fuerant, permanserunt. Quae autem initio huius capitis mota est praesentis temporis atque ei, quod *antea* fuit, oppositi significationis exspectatio, huic quo minus h. l. *nunc* ponens satisfacere voluisse scriptor videatur, magnopere obstat paulo ante positum *ad hoc tempus* et totum illud ad Tectosages spectans additamentum. Minus etiam probabile est quod integra plurimorum codicum scriptura (*opinionem: nunc quod — patientia*, *qua Germani*, *permanent*, *eodem — utuntur; Gallis autem — largitur. Paulatim*) servata efficit Dübnerus, ut non de omnibus Germanis et Gallis, sed de Tectosagibus, qui circum Hercyniam silvam consederunt, et de iis, qui in Gallia remanserunt, sermo esse videatur, ipsa autem sententia (*nunc — utuntur*) neque cum superiori coniuncta neque recte inter se cohaerentibus partibus (*quod — permanent — utuntur*) sit composita. Minime vero credibile est Caesarem haec scripsisse, quae Nipperdeius fecit: *Nunc quidem in eadem — patientiaque Germani permanent*, *eodem — utuntur; Gallis autem — largitur*, *paulatim — comparant*. quae quo diutius consideres, eo magis displiceant necesse est. Cum in *qua Germani* codices tantum non omnes consentiant, in *quod* valde discrepent, hoc cum Oud. ita, ut in Per. factum est, corrigendum putavi,

haec partim ad Volcarum, quae inchoata est, descriptionem perficiendam reddendamque opinionis illius rationem, partim ad Germaniae Galliaeque mores absolvendos et ad virtutis et potentiae commutationem explicandam. Cave vertas cum Horkelio jetzt leben auch sie in gleichem Mangel.

qua Germani] His verbis omnium, quae supra singulatim de Germanorum moribus relata sunt, summa conficitur eorumque vitae universae inopia, egestas, patientia quasi tituli adduntur, et simul eos non nuper demum, sed omni tempore tales exstitisse declaratur. Ea enim *permanent* verbi vis est ad *Germani* redundans.

et cultu corporis utuntur. Gallis autem provinciarum 5
propinquitas et transmarinarum rerum notitia multa ad
copiam atque usus largitur. Paulatim adsuefacti su- 6
perari multisque victi proeliis ne se quidem ipsi cum
illis virtute comparant. 25. Huius Hercyniae silvae,

nonnihil simul Plüschkii silentio de Bong. A. et aliquid tribuens iis, qui *nuncque* exhibent. Nam *que* et *quoque* saepius a librariis commutata esse constat.

§. 5. provinciarum] om. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. Iu. Gr. Dav. *et* Ort. Fabr. *provinciae* Duk. a m. pr. Par. B. sec. Achaintr., codex Rob. Stephani sec. Ciacc. (contra ex Steph. et Rom. *provinciarum* affert Hotom.) Vasc. St. Gr. b. (Frell.) Cl. Oud., qui tamen ob codicum in plurali consensionem aut *provinciae nostrae*, aut, quo simul, si post *largitur* minor ponatur distinctio, orationis hiatui mederi sperat, *provinciae dum* scribendum proponit. Eiberlingius *provinciae Rom.* a Caesare scriptum coniicit. In Ox. ante *provinciarum* exaratum est ⟨r, quod Oud. nescio an pro *quoniam* positum putans ad eundem illum, quem dicit, hiatum expleudum pertinere arbitratur. V. int.

usus] *usum* Pet. Leid. A. S. Hav. A. Vind. A. Vasc. St. Gr. b. (Frell.)

§. 6. Paulatim] *qui p.* Aim. „Quoniam haec nonnihil hiulca videtur oratio; coniicerem legendum, *Paulatimque.*" Cl.

adsuefacti] Vind. 1. (Bong. A. Par. A.) non *ass.* (*asuef.* Vrat. D. Hamb. Vind. A.)

ipsi] om. Vind. A.

comparant] *compararunt* Ox. *comparent* Pal. Conf. Turr. *comperant.* Dr. B.

Cap. 25. §. 1. Hercyniae] *Herciniae* Alm. (Gu.) Med. a. St. Gr.

§. 5. Gallis autem] non quibusdam, sed omnibus. Nam opponuntur non Volcis, sed Germanis, quibuscum Volcae coaluerant.

provinciarum] non solum Galliarum, sed etiam Hispaniarum et quod ex transmarinarum rerum notitia colligi posse videtur, Sardiniae et Siciliae. De mercatura Gallorum cf. Ukerti Gallia p. 180 sqq.

ad copiam atque usus] Recte Horkelius: zu Besitz und Gebrauch. Sed numerum Caesar non sine ratione diversum fecit. Habendi enim et possidendi actio seu conditio simplex et una, utendi varia et multiplex est. Cic. de off. 1, 8: *expetuntur autem divitiae cum ad usus vitae necessarios, tum ad perfruendas voluptates.* Supra 5, 42 §. 3: *nulla ferramentorum copia, quae esset ad hunc usum idonea.*

§. 6. Paulatim adsuefacti superari] sc. Galli, de quibus initio huius capitis dictum est fuisse antea tempus, cum Germanos virtute superarent, ultro bella inferrent, propter hominum multitudinem agrique inopiam trans Rhenum colonias mitterent. Quibus si continuo iuncta haec forent, nemo asyndeto offenderetur neque *nunc* desideraret, cuius vice fungi *paulatim* sentiret. Iam quae interiecta sunt, non quidem parenthesin illa faciunt, sed tamen a principali sententia excurrunt, cuius tenor h. l. restituitur eo facilius, quod in proximis iterum nominati sunt Galli. De aliis asyndetis v. adn. ad 5, 49 §. 7.

ne se quidem ipsi — comparant] Cf. Cic. pro Quint. c. 30: *non*

quae supra demonstrata est, latitudo novem dierum iter expedito patet; non enim aliter finiri potest, neque
2 mensuras itinerum noverunt. Oritur ab Helvetiorum et Nemetum et Rauracorum finibus rectaque fluminis

h. Frell. P. Man. Turr. *hericinae* Hamb. *Hercynae* Pal. Confl. Dr. A. *hercinae* Dr. B. Vrat. CD. Goth. B. *hercinnae* Vind. I. *herenie* Vind. C. *Hyrcanie* Hav. A. Wh. *Yrcanae* cum *i* super *nae* Vind. A.

novem] Bong. A. Pl. Dr. AB. Vrat. ABC. Hamb. (Gu.) Vind. A. edd. ante Ald. b. Turr. *viiii* Vrat. D. *ix* Hav. A. Wh. Goth. B. Ald. b. Lips. et sqq.

§. 2. Helvetiorum] *Helvitiorum* „MSS. antiquiores" Par. A. Pet. Fabr. Bong. A. (hi duo *heluic.*) „*Herustiorum* vel *Herusticorum* MSS. 3 et ed. inc." (prius Gott. Wh.) *Herusciorum* Vrat. B. *Helustiorum* Dr. A. Vind. B. *eluetiorum* Med. a. Ven. bcdef.

Nemetum] *Nemetium* Dr. B. Vind. I. *Nemetuum* Duk. Vind. C. *Nemenum* Voss. B. *uemetum* Vrat. B. Gott. Wh. (hic in m. *austerlic*) *Venietum* Gott. sec. Oud. et Fabr. inc. *Uenetum* Voss. C.

Rauracorum] Aim. Hav. A. Vind. A. Ald. corr. et sqq. *Tauriacorum* „MSS. longe plurimi" Pet. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Boug. C. Pal. Confl. Par. A. Bong. A. (in quo tamen *t* non plane liquet) Dr. AB. Vrat. ABD. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. DEF. edd. ante Ald. *Tauracorum* Ald. ante corr. *tauricorum* Vrat. C. Vind. C. *Taurinorum* Leid. B. *Rauriacorum* Voss. A. sec. Oud. Vind. B. *Rauacorum* Leid. A. Cum Rauraci secundum 1, 5 finitimi Helvetiorum essent, Nemetes autem, qui 1, 51 inter Germanos, qui-

comparat se tecum gratia P. Quintius.

Cap. 25. §. 1. novem dierum iter] Ut 4, 7 §. 2: *a quibus cum paucorum dierum iter abesset.* Neque aliter infra §. 4: *cum dierum iter LX processerit.* Ne quis cum Herzogio *iter* pro appositione habeat.

neque mensuras itinerum noverunt] sc. Germani, qui si ita, ut aliae gentes, pedibus, passibus, stadiis, metiri itinera soliti fuissent, etiam a Caesare latitudo silvae aliter et certius finiri potuisset, quam diurnis itineribus, quorum modum Romani quidem in expeditionibus certum habebant (cf. adn. ad 1, 37 §. 5), Germani autem addito *expedito* satis relinquebant incertum. In hac sententia manifestum est *enim* coniunctionis vim ad hanc quoque partem pertinere. Aliter Horkelius: auch kennen sie kein Maß für Wege.

§. 2. Nemetum et Rauracorum] Cf. adn. cr. ad 4, 10 §. 2 et ad 1, 28 §. 2.

rectaque fluminis Danubii regione] Obscure Ciacconius haec *per ipsam Danubii fluminis longitudinem* interpretatur, neque satisfacit Morus Freinshemii utens verbis ad Curt. 7, 7 §. 4, quae sunt *perpetuo et in longum porrecto tractu.* Scriptor enim non solum eadem, qua flumen feratur, regione pertinere silvam, sed etiam regionem utriusque esse rectam, nullo magnopere amfractu intercedente, significat. Cf. 7, 46 §. 1: *oppidi murus ab planitie atque initio ascensus recta regione, si nullus amfractus intercederet, MCC. passus aberat.* et ad genitivum Civ. 1, 69 §. 3: *iamque primos superare regionem castrorum.*

Danubii regione pertinet ad fines Dacorum et Anartium; hinc se flectit sinistrorsus diversis ab flumine 3 regionibus, multarumque gentium fines propter magnitudinem attingit; neque quisquam est huius Germa- 4

bus exercitus Ariovisti constabat, post Harudes, Marcomanos, Triboces, Vangiones et ante Sedusios et Suevos sine sedis significatione nominantur, secundum Plinium et Tacitum et Ptolemaeum (cf. Ukerti Gallia p. 359) ad septentrionem versus a Rauracis habitarent remotioresque ab Helvetiis, quam a Rauracis sedes haberent, non apparet, qua ratione Caesar postquam Hercyniam silvam hac in parte oriri a finibus Helvetiorum et Nemetum ostendit atque ita simul latitudinis eius terminos definivit, Nemetibus addendos potius, quam aut omnino omittendos, aut medios, ut erant, ponendos statuerit fines Rauracorum. An significare voluit inter Helvetios et Nemetes sedere plures in eisque nonnullos, quorum fines Hercynia silva non attingeret, ideoque Rauracos, qui et ipsi inter illos positi essent, quorum vero fines attingeret silva, post Nemetes nominavit, ne si Helvetiis Rauracos, Rauracis Nemetes coniungeret, uno tenore ab Helvetiis usque ad Nemetes praecingere Galliam et Rhenum Hercynia videretur? Quod si ita sit, etiam de Volcarum sede coniecturam facere iisque vacuam illam ab Hercynio saltu partem Germaniae a finibus Nemetum usque ad Rauracorum fines pertinentem assignare liceat. An Rauracorum nomen, quod sane a codicibus minime certum est, vel Nemetum, quod Rhenanus et Rhellicanus in *Venetum* mutandum putabant, vel Helvetiorum corruptum arbitremur? Nihil horum valde probabile, sed tamen quidvis potius statuendum censeo, quam temere collocata esse nomina, quod etiam Zeussium (die Deutschen und die Nachbarstämme p. 218 sq.) statuere video.

Anartium] Pet. Voss. A. Gott. Egm. Fabr. *Auartium*, sup. a m. s. *n*, Vrat. B. *arnatium* Vind. F. *ynartium*, ut videtur, Dr. A a m. pr. *yanartium* Vind. B. „In V. C. est *Anartum*.“ Ciaco. „Scribendum *Anartum* ex Caesariana scribendi consuetudine.“ Urs. Not. Scilicet a Charisio (p. 81 Lind.) traditum meminerat Caesarem in Analogicis *harum partum* docuisse dici debere. Sed Civ. 1, 35 §. 4 *partium* in omnibus codicibus legitur. Cf. adn. cr. ad 5, 53 §. 1, et de hoc nominum propriorum genere Schneideri Gramm. 3 p. 249. In Fabr. *Nasartium* positum notatur. Ptolemaeus 3, 8 §. 5: *κατέχουσι δὲ τὴν Δακίαν ἀρκτικώτατοι μὲν ἀρχομένοις ἀπὸ δυσμῶν Ἄναρτοι καὶ Τευρίσκοι καὶ Κιστοβῶκοι· ὑπὸ δὲ τούτους* etc.

§. 3. sinistrorsus] *sinistrorsum* Leid. B. Voss. B. Vasc St. Gr. b. (Freil.) Cl. *sinistrossus* Vind. A.

attingit] *adtingit* Voss. A. Fabr. Par. A.

§. 3. diversis ab flumine regionibus] Danubio quasi moderatore relicto non amplius unam, sed plures sequitur regiones.

multarumque — attingit] Hoc etiam de illa parte dictum puta, quae secundum Danubium porrecta est.

§. 4. neque quisquam est huius Germaniae] Qui hunc genitivum cum illo comparant, qui est 5, 7 §. 7, *liberum se liberaeque esse*

niae, qui se aut adisse ad initium eius silvae dicat, cum dierum iter LX. processerit, aut quo ex loco oria-

§. 4. aut adisse] And. Ox. Hamb. Lips. Cl. Oud., ut teste Ursino in Emend. scribendum consuerat. Fuerunt *aut audisse* Vrat. A. *audisse aut adisse* Vind. E. *aut audisse aut adisse* „reliqui" Hav. AB. Par. A. Bong. A. Dr. AB. Goth. B. Vrat. BC. Aim. (hi duo *adiisse*) Vind. A. (hic additis secunda scriptione tribus posterioribus) CD (F) I. (Go.) edd. ante Lips. *adisse* Vrat. D. Iu. Gr. Dav. tacente Fabr., cuius silentio nihil hic tribuendum esse praeter Oud. auctoritatem disertum Whittii de Gott. (Hav. B.) testimonium argoit. Neque obscurum est, quomodo post *aut* positum *adisse* in *audisse* corrumpi, deinde una cum hoc recipi in ordinem potuerit. Vera autem scriptura in Hamb. errori librarii simili eius, qui in Vrat. A. commissus est, sed in And. et Ox. archetypo deberi videtur, quod si et ipsum sicut alterius generis libri corruptum fuisset, auctor illius recensionis addendo potius et mutando, quam omittendo emendare conaturus fuisset.

ad] em. Aim. Voss. B. Boug. C. Conf. Dr. B. Vasc. St. Gr. b. (Frell.)

civitatis, interpretari debent keiner gehört diesem Germanien an, vel si quo simili verbo Germanico reddere *esse* Latinum liber. At Caesar hoc dicere videtur: es giebt keinen in diesem Germanien. Itaque non ex verbo, sed ex pronomine pendere genitivus atque eiusdem generis esse existimandus est, cuius qui partitivus vocatur, velut 7, 76 §. 6: ***neque erat omnium quisquam, qui — arbitraretur.*** Quid autem illud sit, quod pronomine *huius* demonstretur, in adn. ad c. 22 §. 7 ostendi. Quod qui ad orientalem silvae partem referunt, cuius incolae nunquam occidentales eius partes, tam longe dissitas, adeant, quin ne nomine quidem tenus cognoscant, non reputant, neque in proximis eius partis mentionem esse factam, neque de incolis eius aut omnino quicquam innotuisse Caesari, aut hoc narrari potuisse, quod nisi cognito termino, a quo illi processissent, nullum sensum haberet. Atque hoc idem obstat iis, qui eas gentes demonstrari putant, quarum fines attingat silva. Sed quaeritur, qua ratione causaque Caesar illam Germaniae partem, de qua sola cogitari posse videtur, pronomine demonstrativo significandam putaverit. Qua de re alii aliter sentiunt, mihi prima causa in loco et tempore, quo primum haec scripsit, posita videtur. In Commentario autem *huius Germaniae* tenentem suspicor de longius remota illa ad ulteriorem ultimamque Hercyniam silvam pertinente cogitasse atque hanc illi opposuisse ita, ut 1, 44 §. 11 Ariovistum fecit *hanc Galliam*, quae sua provincia sit, opponentem illi, quae sit Romanorum: ***provinciam suam hanc esse Galliam, sicut illam nostram.***

qui se aut] Liberius haec collocata sunt, interposito quod postponendum erat pronomine. Eodem modo Hirtius 8, 13 §. 3: ***nec prius finem fugae fecerunt — quam se aut in castra suorum reciperent, aut nonnulli pudore coacti longius profugerent.***

ad initium] Cur non ad *finem* potius, quam ad *initium* dictum sit, minus mirabere, si Caesarem memineris haec ea in parte Germaniae scribere, quae aliquanto infra Nemetum fines sita esset, ex qua procedentes extra silvam

tur, acceperit; multaque in ea genera ferarum nasci 5
constat, quae reliquis in locis visa non sint; ex quibus
quae maxime differant ab ceteris et memoriae pro-
denda videantur, haec sunt: 26. Est bos cervi figura,
cuius a media fronte inter aures unum cornu exsistit ex-
celsius magisque directum his, quae nobis nota sunt,

§. 5. multaque] *multa* Leid. B. et edd. praeter inc. omnes. Id per se bonum, sed ita comparatum est, ut ex eo, quod codices habent, emendatione factum, non errore auctum enclitico videri debeat.

Cap. 26. §. 1. Est bos] *Embos* Vind. A.
directum] *decretum* Hav. A. sec. Whitt. Cf. adn. cr. ad 4, 17 §. 4 (*dirrectum* Dr. A.)

iter facere eamque a dextra obiectam et quasi occurrentem habere putandi sunt.

§. 5. multaque] Non cum proximis haec, sed cum illis cohaerent, quibus propter magnitudinem silva multarum gentium fines attingere dicitur, ad quae eiusdem magnitudinis declarandae causa adiecta sunt proxima.

Cap. 26. §. 1. Est bos cervi figura] Verbi significatio generis eiusdem est in his atque in illis *Flumen est Arar* 1, 12 §. 5 et ibi adscriptis, sed initio positum enuntiati magis respici iubet antecedentia, ut facilius audiatur quod nostra lingua adiicere solet relationis vocabulum, ut dort, darum, da et similia. Cf. c. 27 §. 1: *Sunt item quae appellantur alces.* Civ. 1, 39 §. 1: *Erant, ut supra demonstratum est, legiones Afranii tres, Petreii duae.* ib. 51 §. 2. 3. 3, 110 §. 5. Animal ipsum esse cervum, quem Linnaeus secundum Plinium 8, 34 (§. 52) nuncupavit tarandum, das Rennthier, maxime verisimile fit eo, quod feminae marisque eadem forma magnitudoque cornuum esse dicitur, cum reliquorum cervorum feminae fere careant cornibus. Quod autem bovem dixit Caesar cervi figura praeditum, deficiente nomine proprio facere coactus est (nam *renonum* c. 21 §. 5 aliam significationem esse vidimus) neque brevius meliusque dici poterat animal inter bovem et cervum medium ita, ut magis simile esset bovi.

cuius a media fronte — unum cornu exsistit] Non absimile huic illud, quo Cicero (Verr. 1, 37) et Livius (39, 37 §. 3) usi sunt, *ab inferis exsistere*, et similia, quam ea, de quibus ad 1, 1 §. 4 dixi, in quibus hoc ipsum *a fronte* est (Civ. 1, 41 §. 4 *a fronte contra hostem pedum XV fossam fieri iussit*) quae cum omnis generis verbis construuntur. Nec multum ab hoc differt Plautinum Rud. 1, 5 v. 22 *exsurgite a genibus ambae.* Alia non prorsus dissimilia congessit Handius Turs. 1 p. 12. Quod ad numerum cornuum attinet, in errorem Caesar induci potuit eo, quod unum tantum attulissent ii, ex quibus de his animalibus quaesivisset. Nam visum ab eo esse hoc unum, de quo loquitur, cornu ex eo colligi posse videtur, quod excelsius magisque directum his, quae Romanis nota sint, cornibus dicit, aliam differentiam eius in parte inferiori nullam commemorat.

2 **cornibus. Ab eius summo sicut palmae ramique late**
3 **diffunduntur. Eadem est feminae marisque natura, eadem forma magnitudoque cornuum. 27. Sunt**

§. 2. Ab] *et* Leid. A. *et ab* Aim.
summo] *summa* Lov. Vind. D. edd. ante Ven. f. Cf. adn. ad 2, 18 §. 1.

sicut] *se ut* St. sola, deinde cum Leid. A. S. Hav. A. Vind. A. *diffundunt. (diffiduntur* Vrat. C.)
palmae] *plane* Dr. B. *palmi* Vind. D.

ramique] *ramisque* Ven. de. *rami* Aim. St. Cl. quemadmodum Ursino teste scribi voluerat Faërnus. *rami quam* Par. B. Hav. A. Vind. A. Lips. Iu. Gr. Dav. Oud. „optime Cui. Urs. S. et Leid. A. cum And. et Pet. a m. sec. *quam* exhibent. Reliqui cum Edd. priscis *que.*" Oud. „*quam* MS. Cui. Pet. a m. sec." Fabr. „meus" Urs. Emend. „V. C." idem Not. *quam*, etsi a Caesaris usu non magis, quam a Ciceronis, prorsus alienum et in libris nonnunquam corruptum in *que* videtur, qua de re in adn. cr. ad 4, 25 §. 5 dixi, hoc tamen loco vel propter ambiguitatem ferri non potest. Eo enim recepto *palmae* non modo qua significatione, sed quo numero et casu positum sit, in incerto relinquitur. *ramique* etiam a me collati praeter Vind. A. omnes et Boug. A. Pl. Par. A. Gott. sec. Wh. (Gu.) Vind. BCD. cum editis ante Lipsium plerisque exhibent. Qui mutarunt, si consulto mutarunt, *palmae* pro genitivo habuisse et arborem intellexisse videntur. Palmarum enim *coma omnis in cacumine est*, ut Plinius scribit 13, 4 (§. 7), atque hic *a summo* cornus late diffundi rami dicuntur. Sed palmarum rami sive folia minime late diffunduntur, neque fas est praeter necessitatem augere numerum incredibilium hac in parte relatorum. V. int.

§. 2. sicut palmae ramique] Plinius 11, 37 (§. 45) de naturae in cornibus lascivia lususque praefatus *Sparsit*, inquit, *haec in ramos, ut cervorum, aliis simplicia tribuit, ut in eodem genere subulonibus ex argumento dictis, aliorum finxit in palmas digitosque emisit ex iis, unde platycerotas vocant.* Hic nulla potest esse dubitatio, quin palmae manuum intelligendae sint, non arbores neque inferiores remorum partes, de quibus Beckmannus, neque palmites, de quibus Nipperdeius cogitasse Caesarem opinabantur. Accedit rei ipsius veritas, cum tarandi cornua saepe simillimam palmae humanae speciem praebeant. Itaque partes illas, in quas dividi summum cornu videbat, primum cum palmis, deinde cum ramis, qui in cornibus paene proprie dicebantur, comparat: von seiner Spitze breiten sich wie flache Hände und Zweige weit hin aus. *Sicut* eadem significatione positum est a Cicerone de Invent. 2, 3 (§. 8)*: ex his duabus diversis sicuti familiis — unum quoddam est conflatum genus a posterioribus*, quem locum monstravit Forcellinus. Plures habet Freundius p. 402 C. Enclitici autem usus familiaris ille Caesari est, quo *ambactos clientesque* c. 15 §. 2 et alia multa dixit.

Cap. 27. §. 1. Sunt item] sc. in Hercynia silva, non omnino in rerum natura, de qua si cogitari h. l. posset, etiam *quae appellen-*

item quae appellantur alces. Harum est consimilis capris figura et varietas pellium, sed magnitudine paulo

Cap. 27. §. 1. alces] *altes* „MSS. longe plurimi" Pet. Voss. A. Gott. Egm. Pal. Par. A. Dr. B. Vrat. ABCD. Goth. B. Hamb. Vind. BCFI. Ven. f. In Bong. A. c non liquere et super ea *h* positam esse testatur Pi. Apud Pliuium 8, 15 (§. 16) *alcem*, Soliuum Polyh. (ed. 1689 fol.) c. 20 p. 29 E et F. *alces* (singulari), Iulium Capitolinum in Gordianis (ed. 1620 fol.) p. 152 A. *alces* (plurali), Vopiscum in Aureliano p. 229 C idem, deuique apud Pausaniam 5, 12 §. 1 et 9, 21 §. 3 ἄλκη certam scripturam habent, et *c* facillime in *t* corrumpi potuit. Itaque *alces*, quod Aim. Dr. A. Vind. A. Hav. A. cum edd. praeter Ven. f. omnibus exhibent, tenendum est, quamquam quae Caesar de hac fera, eadem Plinius l. c. de alia, quam *achlin* appellat, refert, cuius nominis vestigium in Bong. A. exstare videtur. Plinius haec habet: *Septentrio fert et equorum greges ferorum, sicut asinorum Asia et Africa, praeterea alcem ni proceritas aurium et cervicis distinguat, iumento similem, item natam in Scandinavia insula nec unquam visam in hoc orbe, multis tamen narratam achlin, haud dissimilem illi, sed nullo suffraginum flexu, ideoque non cubantem, sed acclinem arbori in somno, eaque incisa ad insidias capi, alias velocitatis memoratae. Labrum ei superius praegrande; ob id retrograditur in pascendo, ne in priora tendens involvatur.*

capris] *caprae* V. C. Dion. Vossii, Carr. cod. Turr. Duk. Vind. C. *capreis* Ox. Lov. ab Heinsio collatus sec. Fabr. Cl. Oud. 2. Idem nullo assentiente codice poni iusserat Salmasius ad Solin. p. 164 B: „nec enim caprae varietate pellis insignitae, sed capreae." cui argumento nihil tribuendum esse recte statuit Herzogius. Neque ab Oud. ullum aut ad h. l. allatum, aut ad Sueton. Tiber. c. 45 p. 419 demonstratum est, ubi simpliciter *capreis* in sua secunda Caesaris editione a se restitutum ostendit.

sed] om. Ox. St. *et* Vind. A.

tur deinde dici potuisset, quamquam certum huiusmodi coniunctivi exemplum in passivo nondum vidi. Nunc indicativus, qui sequitur, non minus necessarius est, quam initio c. sq. Cf. adn. ad 4, 10 §. 3, quo loco item passivum est.

quae appellantur alces] Huius nominis a Caesare, ut videtur, in Latinam linguam introducti atque Germanici *Elch* seu *Elk* ea est similitudo, ut maxime probabile sit significationem utriusque eandem et feram hic descriptam non aliam statuere atque hodie nobis vulgo Elendthier appellatam. Cuius generis si forte nondum adultam Caesar viderat feminam, in magnitudine et cornibus minus a vero abhorret eius descriptio.

Harum est consimilis] De verbi collocatione cf. ad 3, 8 §. 1 in adn. cr., de adiectivo ad 2, 11 §. 1 adscripta.

capris] Huius formae ambiguitati generis satis mederi videtur alcium nominis genus et praecedens *harum*. Tamen Ad. Wagnerus vertit ihre Gestalt ist doch ähnlich.

antecedunt; mutilaeque sunt cornibus et crura sine nodis
2 articulisque habent, neque quietis causa procumbunt
neque si quo adflictae casu conciderunt, erigere sese
3 aut sublevare possunt. His sunt arbores pro cubili-
bus: ad eas se adplicant atque ita paulum modo re-
4 clinatae quietem capiunt. Quarum ex vestigiis cum est
animadversum a venatoribus, quo se recipere consuerint,
omnes eo loco aut ab radicibus subruunt aut accidunt
arbores tantum, ut summa species earum stantium re-

mutilaeque] *que* om. Dorv. Idem in Hav. A. post additum dicit Wh. *mutilaé quae* Ald. *inutilaeque* Goth. B. Vind. C. *inutilesque* Ox. Vrat. A. et, ut videtur, a m. pr. Dr. A. *multaeque* Vind. D. *mutilaeque* Alm. *multique* Pet.

cornibus] *sine* c. Pet. sec. Oud. *sine cornubus* sec. Fabr. (*coribus* Gr. b.)

articulisque] *articlisque* Bong. A. Egm. Voss. A. (de hoc tacet Fabr.) Par. A. omissa coronide, quae superne ad *l* addita significabat *u*. *articulique* Vrat. C.

§. 2. adflictae] Voss. A. Egm. Par. A. (Bong. A.) non *affl.* (*afl.* Vrat. D.)

conciderunt] *conciderint* Leid. AB. S. Egm. Dук. Aim. Bong. C. Vrat. A. Vind. A. Ven. f. Vasc. St. Gr. b. (Frell.) Turr. Oud. *conciderent* Vrat. D. *acciderunt* Voss. A. Indicativum *conciderunt*, quem reliqui libri scripti (Boug. A. Pl. *concider̄* ut c. 22 §. 2) et editi praebent, Oud. tenere non minus debebat, quam *stetit* c. 13 §. 6.

aut sublevare] *ac S*. Leid. A. cod. Turr. Vind. A. Hav. A. Wh. margo Goth. B. edd. ante Ven. f. margo Gr. a. *sublevareque* Carr. cod. Turr. Duk. Vind. Cl. *haud sublevate* Dr. B.

§. 3. adplicant] Par. A. (Bong. A.) non *appl. adplicent* cum *a* super *e* Voss. A. Fabr. (*apl.* Vind. D.)

§. 4. cum] *ut* Carr. cod. Duk. Vind. Cl. Cf. adn. cr. ad 1, 4 §. 1.
stantium] *instantium* Egm. Fabr. Vrat. A.

mutilaeque sunt cornibus] Probabiliter Morus in extrema adnotatione: „alces femina, in opere Buffoniano delineata, habet cornuum initia, e fronte protuberantia, seu truncum aliquem, e quo rami nasci possint, sed veluti serra aut cultro praesectus est ille inchoatus truncus. Verissime igitur dici potuerunt alces feminae mutilae cornibus.“ Quod si Caesar etiam marem vidisset, de cornuum in utriusque differentia non minus verba fecisset, quam supra de eadem forma et magnitudine eorum in tarandis. Ceterum ante haec interpungendum putavi ut c. 25 §. 5 ante *multaque*.

sine nodis articulisque] Hos *nodos* Plinius *articulorum* dicit 11, 37 (§. 67).

§. 2. erigere sese aut sublevare] Recte Oehlerus, Quedlinburgensis editor a. 1845, *sublevare* antecedens, *erigere* consequens esse docuit.

§. 4. ut summa species earum stantium relinquatur] Abundare putes *summa*. Sed quia species arborum stantium, h. e. talis, qualis stantium esse solet, effici non potest nisi si summae arbores nul-

linquatur. Huc cum se consuetudine reclinaverunt, 5
infirmas arbores pondere adfligunt atque una ipsae concidunt. 28. Tertium est genus eorum, qui uri appellantur. Hi sunt magnitudine paulo infra elephantos,
specie et colore et figura tauri. Magna vis eorum est 2
et magna velocitas, neque homini neque ferae, quam

§. 5. reclinaverunt] *reclinaverint* Aim. Vind. A. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Hav. A. sec. Elb. (Whittius ex eo pariter atque ex Hav. B. *reclinaverunt* affert) editionesque omnes praeter St. Gr. b. Freil. quae cum VV. CC. Urs. Not. Bong. C. cod. Turr. *acclinaverint* exhibent, quod teste Brantio etiam in Vasc. legitur. *declinaverint* Leid. C. et, *r* a m. s. super *d*, Vrat. B. *adclinarent* Leid. B. *acclinaverunt* Dr. B. Vind. F. Idem Oud. in primam syllabam intentus, ultimae incuriosus tribuit Ursini codicibus et editionibus Vasc. et reliquis, in quibus est *acclinaverint*. Etiam *reclinaverunt* ex ullo suorum afferre neglexit. Exstat vero in Gott. Voss. A. Egm. Fabr. Pet. Confl. Bong. A. Pl. (*reclinauer̄*) Par. A. Dr. A. Vrat. AD. Vind. B. et eodem iure, quo c. 18 §. 3 *adoleverunt*, praeferendum est.

adfligunt] Vrat. A. Par. A. (Bong. A.) . . . (Egm.?) Fabr. non *affl.* (*afl.* Vrat. D.)

Cap. 28. §. 1. uri] *uiri* Dr. A. *ursi*, in m. a m. s. vulg., Vrat. B. om. Vind. C.

§. 2. vis eorum est] „plerique" Pet. Voss. A. Gott. Egm. Aim. Par. A. Dr. B et, qui ante corr. *earum*, A. Vrat. AB. Vind. F. inc. sec. Elb. Ven. f. Cl. *v. est eor.* Hav. A. Vind. A. (Gu.) Ald. et sqq. usque ad Cl. *est v. eor.* „alii". In Leid. A. *est* inter lineas positum, in Lov. Carr. cod. Turr. Duk. Dorv. Vrat. CD. Goth. B. Hamb. Vind. DE. et in reliquis ante Ald. edd. omissum est. His rebus motus Oud. delevit *est*, neque Pl. in Boug. A. legi ostendit. Mihi neque a Caesare verbum neque ab Oud. testimonium gravissimum praetermissum esse verisimile videtur.

neque homini] *et n. h.* Ox. Leid. A. Vind. A. Hav. A. Wh. ut 1, 45 §. 1 et vulgo Civ. 1, 45 §. 4.

iam in partem propendere videantur, translato a re ipsa ad rei speciem nomine *summam* dicit specimen earum, quemadmodum nos dicere possumus der oberste Theil ihrer Erscheinung, h. e. das Aussehen am obersten Theil, quibus verbis usus est Baumstarkius. In eandem sententiam Heldius posuit das oberste Aussehen, sed in iis, quae adscripsit, d. i. der Anblick, welchen der obere Theil, der in die Höhe ragende Theil der Bäume gewährt, superlativi rationem non tenuit. Moebius et Herzogius diversa miscuerunt, pessime vero Oehlerus interpretatus est der vollkommenste Anschein, als ob sie noch fest ständen. Neque Nipperdeio assentiri possum, qui ante *tantum* interpungit, quasi sensus sit is, quem Ad. Wagnerus statuit: daß sie nur scheinen zu stehen.

Cap. 28. §. 1. uri] Hanc Gallicam vocem esse, qua feri boves significentur, auctor est Macrobius Saturn. 6, 4 extr. Post Caesarem Virgilius eam usurpavit, deinde Plinius, cuius aetate imperitum vulgus bubalorum nomen

conspexerunt, parcunt. Hos studiose foveis captos in-
3 terficiunt Hoc se labore durant adulescentes atque hoc genere venationis exercent, et qui plurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quae sint
4 testimonio, magnam ferunt laudem. Sed adsuescere ad homines et mansuefieri ne parvuli quidem excepti
5 possunt. Amplitudo cornuum et figura et species mul-

conspexerunt] „MSS. et Edd. qdd.“ Bong. A. (*conspexer̄*) Par. A. Dr. B. Vrat. ACD. Goth. B. (Gu.) Vind. I. edd. ante Lips. *conspexere* Hamb. *conspexerint* „alii libri“ Ciacc. Pet. Gott. Fabr. Aim. cod. Turr. Hav. A. Dr. A. Vind. A. Lips. et sqq. Cf. *venerunt* c. 23 §. 9.

§. 3. adulescentes] Voss. A. sec. Oud. Ox. Par. A. Vind. C. non *adol.* Cf. adn. cr. ad 1, 47 §. 4. 52 §. 6. 3, 7 §. 2. 11 §. 5. 21 §. 1. (*adolos.* Dr. B. Hamb.) *homines adolescentes* Leid. A. S. Oud. tacente de Bong. A. Pi. Ita scribere Caesar potuit, si non solum aetatem, sed etiam genus eorum, qui hoc labore se durant, significare et homines opponere voluit feris. Nam illi quidem rationi hic locus non erat, qua Salustius Cat. 38 §. 1 et 52 §. 6 et Livius 2, 18 §. 10 et 28, 40 §. 7 *homines adolescentes* dixerunt, quos locos contulit Garat. ad Cic. Verr. 1, 38, a quo ipso *homo adolescens* eadem ratione, reprehendendi et excusandi causa, ut docuit Zumptius, est dictus. Atque haec significatio horum verborum magis usitata fuisse eamque ob rem omisisse Caesar vel induxisse *homines* videtur. Quod si a mera mutandi libidine profectum est, certe non eidem, cui reliquorum glossematum plurima, auctori tribuendum et ad hominem minime ineptum referendum est.

interfecerunt] *interfecerint* S. Lov. Aim. Dr. A. Vind. A. *interficiunt* Bong. C. Cuofl. Dr. B. Vind. F. Gr. b. Frell.

sint] *sunt* Vind. A. et a m. pr. Dr. A.

§. 4. adsuescere] Hamb. (Bong. A. Par. A.) non *ass.* *adconsuescere* Vind. C. (*asue.* Egm. Fabr. Vrat. D. Vind. A. *assuessere* Ber.)

mansuefieri] Bong. A. And. Ox. Leid. A. S. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. *mansueti fieri* (non — *facti*, quod in Oud. adn. legitur) „ceteri cum Edd. primis“ Pet. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Carr. cod. Turr. Bong. C. Pal. Aim. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABCD. Goth. B. Hamb. Gr. Vind. BCDI. edd. ante Ald. Hoc non alia nisi codicum noscendorum causa memorabile est visum.

uris imponebat, ut tradit Nat. hist. 8, 15, quod postea obtinuit et originem dedit nostro Büffel.

tauri] Genitivus est

§. 3. Hoc se labore durant] In his *se* pro enclitico est. Cf. 4, 1 §. 10 ibique adscripta.

testimonio] Cf. adn. cr. ad 1, 44 §. 8.

§. 4. ne parvuli quidem excepti] Imperite Lippertus: so daß nicht einmal die Jungen davon ausgenommen sind. Virgil. Ecl. 3, 18: *Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum Excipere insidiis, multum latrante Lycisca?* Alia eaque rei venatoriae magis propria significatione Horatius *excipere aprum* dicit Carm. 3, 12 extr.

tum a nostrorum boum cornibus differt. Haec studiose conquisita ab labris argento circumcludunt atque in amplissimis epulis pro poculis utuntur.

29. Caesar, postquam per Ubios exploratores comperit Suevos sese in silvas recepisse, inopiam frumenti veritus, quod, ut supra demonstravimus, minime omnes

§. 5. a] And. Ox. S. Leid. AB. „aliique“ Aim. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. om. Reg. Voss. Cl. Boug. A. Pet. Lov. Voss A. Egm. „et sex alii“ Gott. Pal. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABCD. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BCDFI. edd. ante Ald. Id Oud. recte fieri putat, si *cornibus* dativus sit, et suam ad 5, 14 (§. 1) adn. conferri iubet, quo loco *neque multum a Gallica differunt consuetudine* tantum in Ox. Boug. B. S. Leid. A. Lov. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. legitur, reliquis *a* deest. Etiam hoc ferri posse ostendit Oud., si eadem sit ratio et usus verbi *differre* ac *distare.* Sed *distare* quoque cum *a* construitur Civ. 1, 82 §. 4. 3, 103 §. 2. Alex. 7, 1. *Cornibus* autem vel propter ambiguitatem improbandum videtur. Itaque et hoc et l. 5 loco praestare genus illud codicum iudicandum est.

boum cornibus] c. *b.* Gott. Fabr. et Wh. Vrat. B. *bouum* c. Ven. bcde. c. *bovum* Dr. A. Vind. B. Cf. Freudii lex.

Cap. 29. §. 1. comperit] Boug. A. Pl. Par. A. non *comp.*

omnes] Hoc Lipsius teste Fabr. in *omnium*, Davisius assentiente Oud. in *homines* mutandum, Apitzius vero eiiciendum censebat propterea, quod supra c. 22 §. 1 non Germanos omnes, sed simpliciter Germanos agri culturae non studere demonstratum sit; quod quomodo intelligendum videatur, in adn. ad illum locum ostendi. Metaphrasten quidem *omnes* non expressisse vere post Oud. dixit Apitzius, sed quod Petrarcham quoque suae coniecturae favere dixit, minus verum est. Hic enim Hist. 15, 17 adscriptis ab illo verbis: *quod eo tempore Germanis agriculturae studium non erat* adiecit haec, quae ille omisit: *magna pars venatu et latrocinio utebantur, quorum altero, sit modo facultas, libenter nunc etiam utuntur; lacte, carne, caseo victitabant.*

§. 6. ab labris] His verbis Rhellicanus eam partem cornuum, quae labris bibentium admoveatur, indicari statuit, quod genus metonymiae durissimum est, ut si quis ensem aureo manubrio instructum a manu aureum dicat. Labra ipsorum cornuum margines sunt, ut *fossae labra* 7, 72 §. 1. Ad rem cf. Plin. 11, 37 (§. 45): *urorum cornibus barbari septemtrionales potant, urnisque (sc. singulis) bina capitis unius cornua implent.*

utuntur] sc. iis. Cf. adn. ad c. 23 §. 9. Ceterum nescio quid miri habet haec argenti et amplissimorum epulorum in illa inopia et egestate (c. 24 §. 4) commemoratio.

Cap. 29. §. 1. inopiam frumenti veritus] Hunc inopiae frumentariae metum, quo Caesar Suevos aggredi prohibitus est, alii Suevorum metum interpretati videntur, quam interpretationem secutus est Dio 40, 32: διὰ ταχίων φόβῳ τῶν Σουήβων ἐπαναχώρησιν.

Germani agri culturae student, constituit non progredi
2 longius; sed ne omnino metum reditus sui barbaris
tolleret, atque ut eorum auxilia tardaret, reducto exercitu partem ultimam pontis, quae ripas Ubiorum contingebat, in longitudinem pedum ducentorum rescindit
3 atque in extremo ponte turrim tabulatorum quattuor constituit praesidiumque cohortium duodecim pontis tuendi causa ponit magnisque eum locum munitionibus firmat. Ei loco praesidioque Caium Volcatium Tullum
4 adolescentem praefecit. Ipse, cum maturescere frumenta inciperent, ad bellum Ambiorigis profectus

ducentorum] Bong. A. Pl. (Par. A.) Gott. Wh. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. (Gu.) Vind. DEF. edd. ante Ald. b. Turr. *CCorum* Hav. A. Wh. *CC* Vind. A. Ald. b. Lips. sqq.

§. 3. turrim] *turrem* Leid. A. Hav. A. Wh. Vind. A. *turri* Ven. cde. et ante corr. Ald. a.

quattuor] Bong. A. Pl. Par. A. Dr. B. Goth. B. edd. ante Ald. *quatuor* Dr. A. Vrat. ABC. Hamb. (Gu.) Vind. F. Ald. a. Gr. ab. P. Man. St. Freil. Turr. *IIIIor* Hav. A. Wh. *IIII* Vind. A. *IV* Ald. b. Lips. sqq.

duodecim] Bong. A. Pl. Gott. Wh. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. (Gu.) Vind. D. edd. ante Ald. b. Turr. *XII* Dr. B. Vind. A. Ald. b. Lips. sqq.

praesidioque] *presioque* Voss. A. Fabr. *praesidio* Egm. Vrat. A. *praesidia* Vind. A.

Gaium] Gott. Voss. A. Egm. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. AB. Vind. BE. *G.* Hamb. Med. a. Ven. b. *Caium* Vind. Cl. *C.* Vrat. C. Goth. B. Hamb. Rom. a. Ven. c. et sqq. *Quintum* S. Leid. A. *Q.* Vind. A. om. Petr. Hist. 15, 17.

Volcatium] *Vulc.* „MSS. omnes" Voss. A. Gott. Egm. Lov. Bong. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. C et a m. sec. B. (a m. pr. *nulc.*) Vind. BDEF. Goth. B. Rom. a. Ber. Petr. l. c. *vulcanum* Pet. Fabr. Hav. A. Wh. Vrat. A. Hamb. Itaque pauci sunt h. l. vulgatae scripturae auctores, Vind. AC et, ut videtur, I. cum Gu. et Bong. C. et Pal. Coufl. Sed Civ. 3, 52 §. 2, quo loco idem sine praenomine commemoratur, libri omnes in *Volc.* consentiunt, quae scriptura cum per se probabilior, tum compluribus Ciceronis Epistolarum locis Medicei codicis auctoritate tutior est. Cf. Orelli Onomast. Tull. 2 p. 651.

adolescentem] *adul.* Voss. A. Ox. Par. A. (*adolesc.* Hamb.)

praefecit] *praeficit* Dr. B. Vasc. St. Gr. b. (Freil.) In Dr. A. — *fec* — correctum est.

§. 4. profectus] „Vox *profectus* abest a libro Faërni: et *σχολιαστικῶς* posita ab aliquo videtur." Urs. Emend. „Faërnus vocem *profectus* delebat, velut *σχολιαστικῶς* positam." Idem Not. Hac auctoritate eam vocem omiserunt Lips. Iu. Graev. „neque enim tum Caesar profectus est: ut modo testatur." Hotom. Con-

§. 3. cohortium duodecim] Cf. infra c. 44 §. 1.

adolescentem] Cf. adn. ad 3, 11 §. 5.

per Arduennam silvam, quae est totius Galliae maxima

tra Clacconius ex eo, qood infra c. 43 §. 1 Caesar *rursus* ad vexandos hostes *profectus* dicitur, etiam hic profectionis mentionem factam esse colligebat; quam rationem nullam esse apparet. Magis ad rem facit, quod Hotomanno respondet Vossius, potuisse Caesarem partem itineris conficere et postea subsistere, deinde iternm sequi. Eadem sententia est Oudendorpii: „cum toto exercitn peditum equitumque *profectus in via Minucium* cum equitatu *praemisit.*" Omnino necessariom esse verbum actionem aliquam ad Caesaris personam pertinentem significans pronomen *ipse* demonstrat, neque obscurum est eius verbi formam aptissimam esse eam, quae maxime perfectam eiosmodi actionem exhibeat. Itaque *profectus*, quod in libris est, neque com Th. Bentleio iu *profecturus* neque cum Vossio mutandum in *proficiscens*, quod posuit Petrarcha 15, 18. *Profectus* autem et in iter ingressus dici poterat Caesar simul atque a Rheno discedere coeperat; id quod tum, cum Basilum antecedere cum equitatu iuberet, factum iam fuisse facile potest credi.

per Arduenuam silvam — patet] Haec omnia a Metaphraste omissa et recentioribus quibosdam non a Caesare scripta, sed ex Orosio interpolata sunt visa, apud quem Hist. 6, 10 ed. Havercamp. haec legontur: *Caesar ulcisci mortem Sabini et Cottae legatorum volens, Ambiorigem et Eburones, deletae legionis auctores, postquam in Arduennam sylvam refugisse comperit, quae sylva totius Galliae maxima est, atque a ripis Rheni finibusque Trevirorum ad Nervios usque pertingit, et in longitudine plus quam quingenta millia passuum patet, permetiens rem suis maximi periculi fore* etc. quae multo probabilius ab Orosio ex Caesaris Commentario petita arbitraberis. In hunc autem cur aliena manu illata putentor, causa idonea nolla videtur. Pro *per* Vrat. B a m. pr. habet *ad*, pro *silvam* Viud. A. *viam. quae* iu Goth. B., *quae est* in Leid. A. omissom, deinde in hoc *maximam* pro *maxima*, in Dr. A. Vind. B. vero *quae est pars t. G. maxima* scriptum est. *totius* deest Gott. Fabr. et Vrat. B. *a ripis* pro *ab r.* habent „MSS. et Edd. qdd." Aim. (p. 25 D) Hav. A. Wh. St. Gr. b. Fröll., solum *ripis* sine praepositione Viud. A. *Treverorum* scripserunt, ut solent, Gott. Voss. A. Egm. Fabr. Pet. et Bong. C. Cond. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. B. Vrat. A. Vind. F. Aim. Veu. f. Ald. *Treviorum* Hamb. Veu. e. Verba *ad Nervios pertinet* et *que* in *milibusque* (*et milibus* Hav. A. Wh. Vind. A.) omisit Aim., cootra Petrarcha

§. 4. per Ardnennam silvam] qua proximum eo ex loco, in quo Caesar tum erat, in Eburones iter fuisse verisimile fit eo, quod celeritatis rationem in mittendo habuit. Itaque non totam silvae longitudinem Basilum ab oriente ad occidentem, deinde ad septentrionem versus usque ad Nervios emetiri iussum neque ideo mensuram longitudinis a scriptore demonstratam esse credendum, sed magis ab ortu solis hiberno versus occasum aestivum iter illum per silvam usque ad Eburonum fines habuisse, scriptorem antem geographiae causa quousque ultra Eburones et quam longe omnino pateret Arduenna, quae Galliae quasi Hercynia esset, demonstrasse statuendum est.

atque ab ripis Rheni finibusque Trevirorum ad Nervios pertinet milibusque amplius quingentis in longitudinem patet, Lucium Minucium Basilum cum omni equitatu praemittit, si quid celeritate itineris atque oppor-

adiecit *Remos: Ipse vero adversus Ambiorigem proficiscens per Arduennam silvam, maximam omnium Galliarum, quae inter Treveros Nerviosque et Remos quingentis et eo amplius passuum milibus in longum — extenditur, Lucium Basilium cum toto praeire iubet equitatu.* Et *passuum* post *quingentis* addit etiam Petav. Haec omnis varietas talis est, vix ut unius vocabuli scripturam, nedum totius loci *αὐθεντίαν* dubiam reddat. Quae vero ex loco 5, 3 §. 4 (unde *Remos* ascivisse videtur Petrarcha) nonnullis iniecta est suspicio, eam in adn. cr. ad illum locum redarguimus. Accedit Strabonis auctoritas, quem non temere Glandorpius huc respexisse putat in Morinorum, Atrebatum Eburonumque regione describenda l. 4 p. 51 Tz. his verbis utentem: *ἐμφερὴς δ' ἐστὶ τῇ τῶν Μεναπίων ἥ τε τῶν Μορινῶν καὶ ἡ τῶν Ἀτρεβατίων καὶ Ἐβουρώνων. ὕλη γάρ ἐστιν οὐχ ὑψηλῶν δένδρων, πολλὴ μέν, οὐ τοσαύτη δέ, ὅσην οἱ συγγραφεῖς εἰρήκασι, τετρακισχιλίων σταδίων. καλοῦσι δ' αὐτὴν Ἀρδουένναν.*

quingentis] Hav. AB. Wh. Bong. A. Bl. (Par. A.) Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. (Gu.) Vind. ACDEF. Aim. edd. ante Ald. b. Turr. *D* Ald. b. Lips. sqq. *quinquaginta* Orosii edd. ante Haverc., qui tacite *quingenta* scripsit. Ex Orosio minorem numerum recepit Cellarius: maiorem praeter codices Strabo tuetur. Cf. Ukerti Gallia p. 117 sq. (P. 118 in adn. erravit vir egregius scribens die 500 Millien betragen etwa 50 bis 60 Meilen. Cf. ipsius opus geographicum 1, 2 p. 75.)

Minucium] *Munitium* Vind. Cl. *Municium* Hav. A. Wh. *munitum* Vind. A. *Minuncium* Dr. B. *Minutium* Goth. B. Hamb. (Bong. A. Pl.) edd. ante P. Man. Turr. Oud. 2, ipso, ut opinor, invito. Certe 7, 90 §. 5 in utraque ed. tenuit *c*, item in *Minucio Rufo* Civ. 3, 7 §. 1. *Silonem* vero *Minutium* fecit Alex. c. 52, 53, 55; quam scripturam etsi codices plerisque locis commendant, tamen inscriptiones praeferri iubent alteram, quam Graeci quoque sequuntur.

Basilum] „Male MSS. *Munitium*, *Minutium Basilium*, ut et Edd. pleraeque; licet infra *Basilus* tum aliis, tum Lucano l. IV,

finibusque Trevirorum] V. ad 2, 24 §. 1 adscripta.

quingentis] Hoc spatium, quod nostra milliaria centum adaequat, si cui nimium videatur, non recta regione a Rheno per Treviros ad Nervios pertinuisse Arduennam, sed Remorum fines attigisse idque supra 5, 3 §. 4 significatum esse reputet. Ad Nervios igitur nisi dextrorsus a Remis se flectens pertinere non potuit, quem flexum longitudinis mensura necessario est secuta.

si quid celeritate itineris atque opportunitate temporis proficere posset] sc. Basilus. De eius enim itinere sermonem esse liquet, cum eoque Caesar hanc ipsam suam praemittentis cogitationem communicat, quasi dicat: *praemitto te, si quid — proficere poteris.* *Tempus* autem illud dicit, quo futurum erat ut

tunitate temporis proficere posset; monet, ut ignes in castris fieri prohibeat, ne qua eius adventus procul significatio fiat: sese confestim subsequi dicit. 30. Basilus ut imperatum est, facit. Celeriter contraque omnium

416" Et h. l. *Basilium* et infra c. 30 §. 1 *Basilius* legitur in Hav. AB. Wh. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. (Gu.) Vind. ABCFI. et edd. ante In. (*Balsilium* Ven. e.) sed 7, 90 meliores *Basilum* exhibent, quod Lucani versus *Et Basilum videre ducem* — satis tuetur. (In Fabr. volgatae *Basilum* adiectum est signum, quo Lipsii coniecturae notari solent.)

proficere] *perficere* Voss. A. Bong. C. Cond.

posset] Oud. codices exceptis Ox. Lov. Dorv. omnes, Pet. Gott. Voss. A. Egm. Bong. A. Par. A. Hav. A. Vrat. AB. Dr. A. Vind. ACF. inc. sec. Elberl. Ven. f. St. *possit* Ox. Lov. Dorv. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. (Gu.) Oud. cum edd. reliquis. Cf. infra c. 37 §. 4: *circumfunduntur ex reliquis hostes partibus, si quem aditum reperire possent*, et quae supra p. 52 ad eandem scripturae discrepantiam adscripsimus.

§. 5. ignes in castris fieri prohibeat] „MSS. plerique" Pet. Gott. Bong. A. Par. A. Dr. A. Vrat. AB. Hamb. Vind. A. Ven. f. Ci. et, qui a m. pr. *proh.* ante *fieri* habebat, Hav. A. Wh. *in c. ig. f. p.* „alii" St. Gr. b. Frell. *ig. f. in c. p.* Dr. B. Vrat. C. Goth. B. (reli. Fabr.) Oud. et reli. edd. (*ignis* — Hav. B. (*igneis* — Ald. a. Gr. a. Torr.)

Basilus ad Eburones perveniret; cuius temporis *opportunitas* posita erat in conditionis illorum iniquitate, si incautos et inopinantes opprimeret. Cf. Civ. 1, 85 §. 5: *neque nunc se illorum humilitate neque aliqua temporis opportunitate postulare quibus rebus opes augeantur suae.* Alibi *tempus* omissum est, ut 7, 20 §. 1: *quod eius discessu Romani tanta opportunitate et celeritate venissent*, neque hoc loco nisi concinnitatis causa additum videtur. De verbo *proficere* cf. adn. cr. ad 4, 19 §. 4.

§. 5. in castris] non primis, fortasse ne secundis quidem ac tertiis, sed eo in loco positis ab equitatu, quo verendum esset, ne per ignes significatio eius adventus fieret. De ignibus cf. 2, 7 §. 4 et Civ. 3, 50.

procul significatio fiat.] Sine idonea ratione Heldius adverbium cum verbo construendum negat, et vel propter locum, quem teneat, ad nomen referendum itaque *procul significationem* dictam esse statuit. Locus quidem non magis hic cum verbo construentibus obstat, quam supra c. 9 §. 5: *ne quis ab his subito motus oriretur*, aut 7, 70 §. 2: *ne qua subito inruptio ab hostium peditatu fiat*, et *procul significationem facere* eodem modo dictum videtur, quo *procul tela coniicere* 5, 34 §. 3.

sese confestim subsequi dicit] Secundum ea, quae c. 31 §. 1 et c. 32 scripta sunt, suspicari licet Caesarem non confestim esse subsecutum, atque ipsum *dicit* verbum lectori nonnihil dubitationis de fide Caesaris iniicit, praesertim comparatum cum eo, quod c. 33 §. 4 in simili re positum est, *confirmat*.

Cap. 30. §. 1. contraque omnium opinionem] Omnes enim Eburones trans Rhenum versari Caesarem cum exercitu opinabantur.

opinionem confecto itinere multos in agris inopinantes deprehendit: eorum indicio ad ipsum Ambiorigem contendit, quo in loco cum paucis equitibus esse dice-
2 batur. Multum cum in omnibus rebus, tum in re militari potest fortuna. Nam sicut magno accidit casu, ut in ipsum incautum etiam atque inparatum incideret,

Cap. 30. §. 2. sicut] cod. Ciacc. Bong. C. Conſl. Dr. B. Ven. f. St. Gr. b. Frell. Lips. sqq. *ut* Acc. om. „MSS. plerique" Carr. cod. Turr. Brant. Lov. sec. Torrent. Hav. AB. Wh. (uterque cum plena ante *sic magnae* interpunctione) Bong. A. Par. A. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. (Gu.) Vind. ABCE. cum rell. edd. Coniunctionem a scriptore non omissam esse certum videtur: utrum *ut* scripserit, an *sicut* dubitari potest. Illud demonstrativo *sic* praemisit 1, 44 §. 12. 3, 19 §. 6. 7, 30 §. 3. *sicuti—ita* posuit Civ. 3, 15 §. 4. *sicuti—sic* legitur apud Livium 28, 28 §. 6. Atque hoc a correctoris manu illato minus simile est, quam alterum, et maiorem certe a codicibus auctoritatem habet et ingratae *ut* particulae iterationi medetur.

casu] *usu* Lov. Duk. Dorv. Pal. Conſl. cod. Turr. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. E. edd. ante Ven. f. *usui* Vind. C.

etiam atque] cod. Brant. Hav. AB. Wh. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. B. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. BEF. inc. sec. Elb. In reliquis edd. usque ad Lipsium legitur *atque etiam*, quorum posterius Faërno auctore omiserunt Lipsius, In. Gr. Dav. Cl. („Faërnus delet *etiam*" Urs. Emend. „Vox *etiam* tollenda est, auctoribus libris Faërni et Stephani." Hotom.) contra MSS., ut ait Oud., qui reponens *atque etiam* de codicibus nihil praeterea nisi quosdam habere *etiam atque*, in Leid. A. autem *et imp.* legi ostendit. In Fabr. unus Lov. ab Heinsio collatus *etiam atque* habere traditur. In Dr. A. Vind. A. solum *etiam*, omisso *atque*, inveni. Iam quid secundum libros scripsisse Caesar indicandum sit, liquet, multoque id melius est, quam quod ante Lipsium vulgatum erat, quod cum discriminis inter *incautum* et *inparatum* intercedentis exiguitate pugnat, itemque melius eo, quod secundum Faërnum exhibuit Lipsius, in quo vis pronominis *ipsum* debilitatur. Similis harum particularum compositio exstat Civ. 1, 53 §. 1: *Haec Afranius Petreiusque et eorum amici pleniora etiam atque uberiora Romam ad suos perscribebant.*

inparatum] Egm. Fabr. Vind. A. (Boug. A. Par. A.) non *imp.* *imperatum* Vrat. A. Rom. a.

§. 2. cum—tum] Cf. adn. cr. ad 5, 4 §. 3.

magno—casu] Alibi magnitudo casus ex rei, quae accidit, magnitudine aestimatur, ut cum Plancus ad Cic. Fam. 10, 18 rem quandam *magnum habere casum* scribit: hic id, quod magnopere fortuitum acciderat nulloque modo exspectari aut praevideri poterat, *magno* accidisse *casu* dicitur. Similiter Civ. 3, 14 § 3: *ita exiguo tempore magnoque casu totius exercitus salus constitit.* Cf. infra c. 42 §. 1.

in ipsum incautum etiam atque inparatum] Duae res erant, in quibus magnitudo casus cerneretur, una, quod in ipsum regem, auctorem sceleris et calamitatis,

priusque eius adventus ab hominibus videretur, quam fama ac nuntius adferretur, sic magnae fuit fortunae omni

priusque] *priusque quam* Vind. F. *priusquam* Dr. AB. Goth. B. Hamb. Vind. BDI. *primusque* Bong. A. Pl. *prius* And. Ox. Metaphrastes haec omnia a *priusque* usque ad *adferretur* omisit.
eius adventus] *ei adv.* Voss. A. Fabr. *a. eius* Leid. A. Cu. S. Vind. A. om. And. Ox.
ab hominibus videretur] *ab omnibus v.* Bong. A. Voss. B. Duk. Leid. A. Cu. S. Hav. A. Vind. ACI. Ven. f. Gr. ab. Vasc. St. (Frell.) Turr. *v. ab omnibus* And. Ox. *Omnibus*, quamvis firmius a libris, quam *hominibus*, tamen in hoc verborum contextu ferendum non videtur. Neque enim credibile est semel ingressum in Eburonum fines Basilum ad nullos omnino venisse, quibus non prius adesse visus, quam venire esset nuntiatus, neque in omnibus Eburonibus, sed in uno Ambiorige potentiam fortunae demonstrare scriptor voluit.
quam] *aut* Dr. B. et a m. s. A. (a m. pr. *quam*) Vind. F.
ac] *aut* cod. Ciacc. Leid. AB. Bong. C. Confl. Dr. B. et a m. s. A. Hamb. Vind. F.
nuntius] Bong. A. Pet. Voss. ABC. Egm. Gott. cod. Brant. „alii" Bong. C. et Pal. Confl. Par. A. Dr. B. et a m. pr. A. Vrat. A. Vind. B. Ven. f. *n. adventus* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Oud. 2. *nunciis* cum reliquis libris scriptis editisque Oud. 1, vehementer dubitans ille de huius locutionis sinceritate et *adventus eius* non post *priusque*, sed post *nuntius* esse ponendum, vel, ibi iis vocibus manentibus, tamen *nuntius* cum iterata voce *adventus* legendum esse putans. Atque horum posterius in altera editione secutus lectionem exhibuit nec per se improbabilem et ex qua omnis huius loci varietas derivata videri possit: *priusque eius adventus ab hominibus videretur, quam fama ac nuntius adventus adferretur.* Sed tamen codicum indolem scripturamque respicientibus magis verisimile fiet ex duplici fonte fluxisse varietatem, et cum in unius generis archetypo scriptum esset — *prius videretur ab omnibus* (sc. Basilus cf. Civ. 3, 7 §. 3: *quod prius ad continentem visus est Caesar, quam de eius adventu fama omnino in eas regiones perferretur.*) *quam fama ac nuntius adventus adferretur*, in altero — *priusque eius adventus ab hominibus videretur, quam fama ac nuntius adferretur*, conflato utroque primum exstitisse id, quod Hav. A. exhibet: *priusque eius adventus — nuntius adventus*

altera, quod in incautum atque inparatum eoque facilius, ut sperari poterat, opprimendum inciderat. Itaque post *ipsum* paulisper subsistendum est.

priusque eius adventus ab hominibus videretur] Ut hic *videri*, ita Civ. 3, 12 §. 1 *auditus esse* adventus dicitur, utrumque paulo insolentius. *Homines* ii sunt, ad quos veniebat Basilus ad ipsum Ambiorigem contendens, quorum oppressione factum est, ut in ipsum incautum incideret.

magnae fuit fortunae] Adiectivi ratio eadem est, quae in *magno casu.* Ad genitivum cf. 8, 36 §. 1: *magnae felicitatis esse arbitratur neminem ex caede refugisse in castra.* 5, 49 §. 6: *erat magni periculi res cum tantis copiis iniquo loco dimicare.*

militari instrumento, quod circum se habebat, erepto, redis equisque conprehensis ipsum effugere mortem.
3 Sed hoc eo factum est, quod aedificio circumdato silva,

adf., deinde quod Leid. A. Cu. S. Vind. A. babent: *priusque adventus eius — nuntius adv. adf.*, Bougarsianum autem librum, etsi non solum in *hominibus*, sed etiam in *priusque* labecula aspersum, id, quod Caesar edi voluerit, servasse. Andini et Ox. scripturam cum propter copulae iu *priusque* praetermissionem, tum propter mutatum verborum ordinem potius ex Ephemeridibus, a quibus verba *in ipsum — incideret* abessent, repetitam, quam corrigendi novandique libidine inductam puto, vulgatam ante Oud. vero dubito utrum casui, an critici iudicio subiectum idem desiderantis tribuam, ferri tamen et ipsam posse arbitror.

adferretur] Pet. Voss. A. Egm. Fabr. (Bong. A. Par. A.) Vrat. A. Vind. A. non *aff.* (*afferreretur* Hamb.)

redis] Gott. Egm. Fabr. Dr. B. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. *rhaedis* Par. A. Med. a. Ven. bcde. *aedis* Vind. A. *credis* Vind. B. *rhedis* rell. et Oud. Cf. adn. cr. ad 1, 51 §. 2.

comprehensis] Bong. A. Pl. Par. A. Vrat. A. non *comp. comprensis* Dr. A. *compressis* Hamb.

§. 3. eo] V. C. Urs. Not. And. Ox. Carr. cod. Turr. Vasc. sec. Brant. Gr. b. (Freii.) Lips. sqq. om. Leid. A. S. Hav. A. Vind. A. inc. sec. Oud. St. et Ursini liber is, quem in Emend. dicit suum. *quod* Vind. I. *quoque* „ceteri“ Lov. ab Heinsio collatus, Hav. B. Wh. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. (Gu.) Vind. BDE. edd. ante Vasc. in iisque sec. Elberi. etiam ino. P. Man. Ald. b. Turr. Id nescio qua mente repetierunt Whittius et Nipperdeius. Hoc quoque *factum esse*, ut mortem effugeret Ambiorix, post illa *magnae fuit fortunae* dicendum putare scriptor non potuit. Ilud autem, quod magno acciderat casu, ut in ipsum Ambiorigem incideret Basilus, non ea de causa factum erat, qua hoc, ut *hoc quoque* factum dici posset propterea, quod aedificio etc. Melius abesse *quoque* non fugit Ursinum in Emend. sui libri scripturam *sed hoc factum est* praeferentem vulgatae *sed hoc quoque factum est;* sed aliquid inter *hoc* et *factum* posuisse scriptorem ipsum *quoque* testimonio est, neque aptius ponere potuit, quam *eo*, de quo cf. adn. cr. ad 3, 13 §. 6. Quod licet non appareat quo modo in *quoque* corruptum sit, tamen etiam propter codices pro vero habeudum puto.

instrumento] Cf. adn. ad 5, 31 §. 4. Ex eo autem, quod *militare* instrumentum circum se habebat Ambiorix, et ex ipsius scriptoris dubitatione, quam c. 31 §. 1 demonstrat, non prorsus incautum et iuparatum eum fuisse intelligitur. Quo magis suspicari licet verba *in ipsum — incideret* a prima scriptione afuisse.

redis equisque conprehensis] Male Metaphrastes et a verbi significatione aberrans *ἅρματα δὲ μόνον τινὰ καὶ ἱππέων τι πλῆθος κατασχόντι* posuit, quasi redas equosque non amiserit, sed retinuerit Ambiorix.

§. 3. Sed hoc eo factum est] Secundum ea, quae proxime dicta sunt, vix fieri potuisse videtur, ut

ut sunt fere domicilia Gallorum, qui vitandi aestus causa plerumque silvarum ac fluminum petunt propinquitates, comites familiaresque eius angusto in loco paulisper equitum nostrorum vim sustinuerunt. His pu- 4
gnantibus illum in equum quidam ex suis intulit: fugientem silvae texerunt. Sic et ad subeundum periculum et ad vitandum multum fortuna valuit. 31. Ambiorix copias suas iudicione non conduxerit, quod

domicilia] *aedificia* And. Ox. Leid. A. S. Hav. A. Vind. A. St. quod verum esse posse cum Oud. arbitror.

ac fluminum] *atque fl.* „MSS. et Edd. qdd." Gott. Voss. A. Egm. Lov. Fabr. tres Conf. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. BCFI. Quas editiones in mente babuerit Oud., nescio: nuper Dübnerus et Nipperdeius secundum Par. A. dederunt *atque*. Id certum ante *f* consonam locum habet 1, 2 §. 4 *belli atque fortitudinis*, 4, 3 §. 3 *ampla atque florens*, 5, 21 §. 3 *vallo atque fossa*, Civ. 1, 20 §. 2 *spe atque fiducia*, Afr. 94 *depugnant: atque firmior*. Sed *ac* vicies amplius ante eam legitur.

§. 4. texerunt] *texere* Dr. A. corr. in *x*. Cf. adn. cr. ad 3, 21 §. 1.

Cap. 31. §. 1. copias suas iudicione] „Ita Faërnus" Urs. Emend. „Faërnus legebat *iudicione non conduxerit*, deleta particula *an*." Id. Not. Faërnum secutus est Lipsius, Lipsium reliqui deinceps editores. Antea erat *an copias suas iudicio* (Ven. cde. *in cop.* —) quemadmodum legitur in Leid. B. Duk. Dorv. Dr. B. Vind. D. *an* — etiam cod. Turr. Vrat. C. Goth. B. Vind. CEI. habent, *ne* autem omittunt etiam Gu. Vind. F. In reliquis exstat id, quod Faërnus ex codice, ut putabat Hotomannus, protulit; de cuius veritate nunc nemo dubitat. Cf. 4, 14, §. 2. 7, 5 §. 6. Civ. 1, 25 §. 3: *neque certum inveniri poterat, obtinendine Brundisii causa ibi remansisset — an inopia navium ibi restitisset*. Quamquam necessarium *ne* non erat. Cf. 7, 15 §. 3: *deliberatur de Avarico in communi concilio, incendi placeret, an defendi*. Eodem modo directam interrogationem variavit scriptor Civ. 2, 32, si §. 7 *vosne vero L. Domitium, an vos L. Domitius deseruit*, §. autem 13 *hac vos fortuna atque his ducibus repudiatis Corfiniensem ignominiam, an Italiae fu-*

mortem effugeret Ambiorix, *sed* tamen hoc factum est et quidem eo, quod etc. Cf. adn. ad 4, 8 §. 1.

ut sunt] Cf. 3, 8 §. 3 ibique adscripta.

propinquitates] De plurali dixi ad 4, 38 §. 2.

§. 4. subeundum] non a Basilo, quemadmodum cum Baumstarkio putabat Oehlerus, sed ab Ambiorige, qui *et* subiit et vitavit periculum.

Cap. 31. §. 1. iudicione non conduxerit] De verbo cf. adn. ad 2, 1 §. 4. Ad nomen Baumstarkius contulit Nep. Att. 15, 3: *ex quo iudicari poterat non inertia, sed iudicio fugisse rei publicae procurationem*. Magis in propinquo erat locus 5, 27 §. 3: *neque id, quod fecerit de oppugnatione castrorum, aut iudicio aut voluntate sua fecisse, sed coactu civitatis*. Nec dissimile est quod Forcellinus Corneliano adiunxit, Ciceronis illud ad Q. Fr. 3, 1 §. 18: *videor id iudicio facere; iam enim debeo; sed tamen amore sum incensus*.

proelio dimicandum non existimarit, an tempore exclusus
et repentino equitum adventu prohibitus, cum reliquum
2 exercitum subsequi crederet, dubium est; sed certe
dimissis per agros nuntiis sibi quemque consulere ius-
sit. Quorum pars in Arduennam silvam, pars in con-
3 tinentes paludes profugit; qui proximi Oceano fuerunt,

gam, an Hispaniarum deditionem, an Africi belli praeludicia sequimini dicentem fecit Curionem. Eam vero, quae ante Lipsium vulgata erat, scripturam frustra tuebatur Ciacconius Varronis de re rust. (1, 3) Ciceronis (Brut. c. 23 §. 89 et Att. 11, 6 extr.) Virgilii (Aen. 1, 329) locis, de quibus cf. Hand. Turs. 1 p. 307 sq.

equitum] *equitatus* Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A.

§. 2. dimissis] *clam missis* And. *clam dimissis* Ox. Ald. et sqq. praeter Vasc. St. Gr. b. (Frell.) Oudendorpio displicebat *clam* propterea, quod ea res clam fieri vix potuerit. Sed magis respiciendum erat animus et consilium Ambiorigis, qui si clam dimisisse nuntios dicitur, fallere Romanos eamque rem celare voluisse significatur. Id sicut credendum esset, si in libris fide dignis legeretur *clam*, ita cum re ipsa et cum Ambiorigis conditione neutiquam tam coniunctum est, ut necessario significandum fuisse scriptori aut esse significatum in ista testium inopia videatur. Accedit quod in And. omissa est syllaba *di*, quam ipsam in *clam* corruptam esse, quia *d* et *cl*, *i* et *a* saepe confundantur, non temere suspicatus est Whittius.

§. 3. Oceano] *Oceanum* And. Ox. Dav. Oud. iudicium secuti I. Fr. Gronovii ad Liv. 8, 32 §. 12 hanc Andini libri scripturam referentis: *pars in continentes paludes profugit, qui proximi Oceanum fuerant.* Cf. adn. cr. ad 3, 7 §. 2.

proelio dimicandum] Cf. adn. cr. ad 5, 16 §. 2.

cum reliquum exercitum subsequi crederet] 2, 33 §. 2: *quod nostros praesidia deducturos — crediderunt.* Huius libri c. 6 §. 8: *quos fugere credebant.* c. 39 §. 4: *redisse primo legiones credunt.* Ut horum omnium acciderat nihil, ita ne hoc quidem, quod *credidisse* Ambiorigem scriptor suspicatur, quantumvis et per se credibile et ab ipso Caesare praedictum esset c. 29 §. 5, factum videtur.

§. 2. sed certe — iussit.] Rei dubiae opponitur res certa eaque in facto posita, sicut altera in animo et consilio Ambiorigis, quae ob id ipsum erat dubia.

in continentes paludes] 3, 28 §. 2 Menapii et Morini *continentes silvas ac paludes* habuisse dicti sunt, quas ipse scriptor huius libri c. 5 §. 4 *perpetuas* interpretatus est, quo loco Menapios propinquos Eburonum finibus et perpetuis paludibus silvisque munitos demonstravit. Eadem interpretatione hic uti et Eburones quoque suis in finibus perpetuas paludes habuisse credere possumus. Sed quoniam omnino paludes illic fuisse nondum ostendit scriptor, nescio an iusto celerius illud dicentem faciamus et *continentes* interpretari praestet silvae Arduennae coniunctas, ut Civ. 1, 54 §. 3 *continentem ripae collem* dictum esse necesse est.

§. 3. qui proximi Oceano fuerunt] Secundum haec Eburonum fines usque ad Oceanum pertinuisse videntur. Cf. 1, 1 §. 3 *proximique sunt Germanis.* 2, 3 §.

hi insulis sese occultaverunt, quas aestus efficere consuerunt: multi ex suis finibus egressi se suaque omnia 4
alienissimis crediderunt. Catuvolcus, rex dimidiae 5

hi] „plerique" Pet. Voss. A. Egm. Lov. Fabr. (Bong. A. Par. A.) Dr. AB. Vrat. A. Vind. CFl. Ven. f. Oud. 2. *hii* Vrat. BC. Hamb. *ii* Carr. Goth. B. (Gn.) Ald. et sqq. usque ad Oud. praeter Turr. *his* Cu. Ox. Leid. A. Voss. B. Hav. A. Vind. A. Oud. 1. om. edd. ante Ven. f. Turr. In Gott. Fabr. hoc una cum octo praecedentibus omissum est.

insulis] *in silvis* Carr. cod. Turr. tres Cons. Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Fabr. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. BDEF. edd. ante Ven. f. „Carr. et MSS. mei duodecim cum Edd. priscis *ii in silvis sese occ.* Inepte. Aestus non faciunt silvas. Causam aberrationis meliores praebent libri, qui omittunt *in*, uti Bongars. primi, item Cujac. et Leidens. prim. qui exhibent *his insulis. his* est quoque in Voss. sec. et Oxoniensi. *In insulas se coll.* Duker. Vera est scriptura *his insulis.* Sic *occultare se latebris*, aliaque non raro occurrunt. Ex *insulis* fecerunt *in silvis.* *νησιδίας* ait Metaphr. *paludes* Celsus." Haec Oud. verba ad lectionem *ii in insulis sese occultaverunt*, quae inde a Ven. f. usque ad ipsum vulgata erat, adscripta, in quibus *primi* vitiosum videtur, non impediunt, quo minus etiam in Bong. A. *insulis* servatum esse credamus, quod Plüschkii silentium credi iubet. Legitur praeterea in Hav. A. Vind. AI. *in insulis* Gu. habet, si recte tacuit is, qui eum librum cum ed. P. Man. contulit. *in insulas* cum Duk. exhibet Vind. C., item *collocaverunt*, quod etiam Carr. cod. Turr. Voss. B. pro *occultaverunt* habent. *his insulis* reprehendi nequit; sed non minus bonum et maiore auctoritate est *hi insulis;* Cf. adn. cr. ad 5, 7 §. 6. Metaphrastem aequum erat credere non *νησιδίας*, sed quod Moebius tacite ei tribuit, *νησίδας* scripsisse, Petrarcha vero *paludes* pro *insulis* posuisse non debebat statui. Verba eius 15, 21 haec sunt: *qui per diversa effugi multumque vexati pars se paludibus condiderunt, pars in alienas manus non sine suis miseriis inciderunt.*

§. 5. Catuvolcus] Bong. A. Leid. A. S. Egm. Voss. A. „aliique

1 *proximi Galliae.* 12 §. 1 *proximi Remis.* 3, 11 §. 1 *proximi flumini Rheno.* infra c. 36 §. 5 *proximi Rheno.* Fidem faciunt quae paulo post leguntur, *multi ex suis finibus egressi*, quae insulas illas pariter atque Arduennam et paludes intra fines Eburonum fuisse docent.

quas aestus efficere consuerunt] Horum verborum interpretatio non a Plinio petenda erat, cuius locum 2, c. 85 conferri iubens Hotomannus recentiores quosdam induxit, ut de arenis per maris alluvionem in litore aggestis cogitarent, sed ab ipso Caesare 3, 12 §. 1 luculenter quomodo aestus insulas efficiat, docente. Eodem refugio usos videmus Nervios 2, 28 §. 1 in *aestuaria* ac paludes maioribus natu cum pueris mulieribusque collectis.

§. 4. alienissimis] Hoc superlativo Caesar semel, Cicero persaepe est usus. Cf. Mur. 22 (§. 45): *qui non aperte inimici sumus, etiam alienissimis in capitis periculis amicissimorum officia et studia praestamus.* ib. 27 (§. 56): *qui quamquam a*

partis Eburonum, qui una cum Ambiorige consilium inierat, aetate iam confectus, cum laborem belli aut fugae ferre non posset, omnibus precibus detestatus Ambiorigem, qui eius consilii auctor fuisset, taxo, cuius magna in Gallia Germaniaque copia est, se exanimavit. 32. Segni Condrusique ex gente et numero Germanorum, qui sunt inter Eburones Trevirosque, legatos ad Caesarem miserunt oratum, ne se in hostium numero duceret, neve omnium Germanorum, qui essent citra Rhe-

meliores" Par. A. Vrat. A. *Catuvulcus* Hav. B. Wh. Dr. A. Vrat. B. *Caturoltus* Pet. Cond. *Cativoltus* Pet. sec. Oud. Fabr. *Cativulcus* „MSS. duo, inc." Vind. B. Ald. sqq. usque ad Oud., qui *Cativolcus*, ut 5, 25 et 26 scripsit. *Catovolcus* Hav. A. Wh. Vind. A. *Catovicus* MS. Dion. Vossii. *Catavulcus* „quidam" Lov. Fabr. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. Fl. *Catuvolcus* Pal. Bong. C. Cond. *Catavolcus* Hamb. Rom. a. Med. a. Ven. bf. Ber. *Catavolens* Vind. C. *Catavolenus* margo Vrat. B. a m. s. Ven. cde. *Cathavolenus* Petrarchae cod. Hamb. *Cathovoltus* eiusdem ed. princ. *Caravoleo* int. Petr. Ital. Cf. adn. ad l. 5.

belli] *aut b.* And. Ox. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. et sqq. Atque Oud. etiam in Bong. A. *aut belli* legi tradit et alteram lectionem malam iudicat. Sed Pl. *aut* in Bong. A. non legi testatur, et ut ferri possit, quandoquidem aut bellandum, aut fugiendum erat Catuvolco, utrumque autem laborem habebat, quem ferre ille non posset, tamen recte est omissum, si fugam non pari, sed secundo loco, sicut erat, haberi et cogitari voluit scriptor.

aut fugae ferre] *aufugere* Vind. A. Pro *ferre*, quod Hamb. omisit, in Gott. Gu. Vrat. B. inc. Graev. scriptum est *sustinere*, quod invito haud dubie Oud. in eius ed. 2 receptum est.

exanimavit] *examinavit* Bong. A. Pl. Vrat. B. Vind. AC. Ven. bcde.

Murena nulla re unquam alienus fuit, tamen ea conditione nobis erat in hac civitate natus, ut eius opes et ingenium praesidio multis etiam alienissimis, vix cuiquam inimico exitio esse deberent. Quint. 16 (§. 51): *haec in homines alienissimos, denique inimicissimos, viri boni faciunt.* ib. 23 (§. 73): *homines erant ab hoc omnes alienissimi, et iis debebatur; neque tamen quisquam inventus est tam insignite improbus, qui violare P. Quintii existimationem absentis auderet.* Amer. 31 (§. 87): *avaritiam praefers, qui societatem coieris de municipis cognatique fortunis cum alienissimo.* Cael. 20 (§. 49): *si quae non nupta mulier — virorum alienissimorum conviviis uti instituerit.* Haec a lexicographis nostris componi cum Caesaris loco poterant.

Cap. 32. §. 1. Segni Condrusique] Cf. adn. ad c. 2 §. 3 et ad 4, 9 §. 3.

qui sunt inter Eburones Trevirosque] Haec iam non ad Segnos Condrusosque, quo in adn. ad 4, 6 §. 4 referebam, sed ad Germanos, qui proxime praecedunt, referenda puto. Plures

num, unam esse causam iudicaret: nihil se de bello cogitavisse, nulla Ambiorigi auxilia misisse. Caesar 2
explorata re quaestione captivorum, si qui ad eos Eburones ex fuga convenissent, ad se ut reducerentur, imperavit: si ita fecissent, fines eorum se violaturum negavit. Tum copiis in tris partis distributis inpe- 3

Cap. 32. §. 3. tris partis] Bong. A. Pl. *treis parteis* Ald. a. Gr. a. Turr. *tres partes* reliqui libri scripti et editi ante Oud. *tris partes* Oud. ad prius adscripta Bong. A. auctoritate, quam in altero neglexit, fortasse quod non sufficere eam ad tuendam in *is* terminationis repetitionem praesertim ante *distributis* arbitraretur, *tris* autem omnino maiorem commendationem habere putaret. cf. 1, 1 §. 1. 3 §. 6. 12 §. 2. 7, 61 §. 4. 67 §. 1. Sed praestat integram codicis optimi scripturam sequi, quae etiam per se probabilior, quam Oudendorpiana videtur. Cf. infra c. 34. §. 1. 43 §. 4.
inpedimenta] Par. A. (Bong. A.) non *imp.*

erant ex Germanorum gente inter Eburones, qui et ipsi Germani erant, et Treviros, quorum ex numero illi legatos ad Caesarem miserunt, *cum per reliquorum fines ad Ambiorigem contendens horum agros vastare coepisset.* Nam tali fere supplemento opus videtur esse ad intelligendam rerum deinceps significatarum magis, quam explicatarum rationem.

unam esse causam] non cum Transrhenanis, ut voluit Metaphrastes (*οὐχ ὁμογνωμονεῖν μὲν γὰρ τοὺς ἐπὶ θάτερα Γερμανοὺς τοῖς ἐπέκεινα*) sed ipsorum inter se. Alios igitur eiusdem gentis ac numeri cogitavisse de bello et auxilia misisse Ambiorigi concedebant. Caesar vero Cisrhenanos Germanos omnes in armis esse viderat c. 2 §. 3.

§. 2. quaestione captivorum] Metaphrastes Eburonum de gente captivos intellexit (*οὓς εἶχε παρ' ἑαυτῷ τῶν Ἐβουρώνων αἰχμαλώτους*) ad quam pervenisse Caesarem tum, cum Germanorum legati eum adirent, nondum demonstratum est. Sane §. 3 aliquid fecisse narratur, quod nisi ingressus in Eburonum fines facere non potuerit. Atque ibi vel ab ipso excepti vel a Basilo deprehensi ad eumque adducti vel missi esse potuerunt, quorum quaestione rem exploraret. Et illud quoque fieri potuit, ut inducto demum in Eburones exercitu Segnorum et Condrusorum legati ad eum mitterentur, quamquam hi ab iis, qui iam suam regionem superassent, minus haberent quod sibi metuerent. Sed ex eo, quod Caesar audita legatione et explorata re et dato responso *copias in tres partes distribuisse* eoque facto impedimenta omnium legionum Aduatucam contulisse dicitur, verisimile fit extra Eburonum fines facta esse quae ante distributionem copiarum facta traduntur. Etenim tripartito adisse Eburones Caesar, tum nusquam invento hoste impedimenta unum in locum contulisse, deinde rursus partito exercitu (c. 33 §. 7) ternas legiones totidem in partes dimisisse, non postquam indivisas copias induxisset, bis intra fines Eburonum fecisse distributionem videtur. Itaque captivos non Eburones, sed Caeroesos vel Paemanos (2, 4 §. 10) fuisse probabile est.

ex fuga] quam futuram putabat, si cum legionibus ad eos venisset.

dimenta omnium legionum Aduatucam contulit. Id ca-
4 stelli nomen est. Hoc fere est in mediis Eburonum
finibus, ubi Titurius atque Aurunculeius hiemandi causa
5 consederant. Hunc cum reliquis rebus locum probarat,

Aduatucam] *ad uatucam* Hav. B. Wh. edd. ante Ven. f. *ad Vatucam* Par. A. sec. Achaintr. Ven. f. Ald. ab. Gr. ab. P. Man. Frell. Turr. „Legendum *Atuatucam* pro *ad Vatucam*. nam praepositio *ad* ex priore syllaba, *t* litera in *d* mutata, facta est. Ptolemaeus habet *'Ατουάκουτον*. Sic etiam *Atuacuta* et *Atuatici* in vett. CC.“ Ursin. Not. „Liber meus habet *Atuatucam*; quam lectionem confirmat Ptolemaeus, licet operarum vitio *ἀτουάκουτον* apud illum scriptum sit.“ Idem Emend. *Atuatucam* „Faern.“ Hot. Cu. Fabr. Hav. A. Wh. Lips. In. Gr. Dav. Cl. „Per *d* scribunt Bong. pr. Voss. pr. Petav. Leid. prim. Egm. Lovan. Scal. et alii; vel *ad Vat.* Vide ad l. II. c. 4. *ad Varutam* Ed. R. Steph.“ Oud., qui 2, 4 (§. 9) in magna codicum varietate *Aduatucos* quam *Atu.* scribere maluit „quia hinc nata est corruptio *ad Vaticam* l. VI. c. 32. et apud Antonium in Itiner. *Aduaca*.“ Hic igitur scripsit *Aduatucam*, quod tuentur cod. Brant. Pet. Fabr. Par. B. Achaintr. (Bong. A. Pl.) Dr. AB. Goth. B. et, qui in populi nomine fere *t* vel *tt* exhibet, Vind. A. *ad Vatuacam* Hamb. *aduaticam* Vrat. C. *aduatucum* Egm. Fabr. Vrat. A. *ad unaticam* Vrat. B. *ad Varucam* cod. Huberti Leodii sec. Rhellic. *ad Ratucam* cod. Steph. sec. Hot. *εἰς τὴν Βαρούταν* Met. (ut St.) *Aduatica oppido nomen* Petr. 15, 23. *Aduanea*, in m. *Atucha*, Petr. cod. Hamb. *εἶτα μετὰ τὸν Ταβοῦλλαν ποταμὸν Τοῦγγροι, καὶ πόλις 'Ατουάκουτον* Ptolem. 2, 9 §. 9 Nobb. Cf. infra c. 35 §. 8 et 10.

§. 5. probarat] „MSS. 4“ Egm. Pet. Fabr. et Confl. Bong. A. Par. A. Vrat. A. Vind. D. edd. ante Ven. f. *probaret* „MSS. 6“ Voss. A. Gott. Bong. C. Pal. Confl. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BEI. inc. sec. Elb. St. Gr. b. Frell. *probat* Leid. B. Ven. f. *probabat* Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. et sqq. Plusquamperfectum significat Caesarem antequam impedimenta Aduatucam conferret, eum locum explorasse

§. 3. Id castelli nomen est] Castella inter Gallos Nantuates, Veragros Sedunosque supra 3, 4, inter Belgas Aduatucos habuisse 2, 29 demonstratum est. Iisdem Eburones ante Caesaris adventum stipendium pependisse 5, 27 §. 2 accepimus. Itaque in Eburonum finibus castellum Aduatucam nomine fuisse non est quod miremur. Sed quod eius castelli nomen nunc demum a scriptore proditum neque in superiore Commentario, cum de clade ibi accepta sermo esset, commemoratum videmus, id nescio an valde sit mirandum, nisi superiore anno nondum ei cognitum et ex huius anni Ephemeridibus assumptum statuamus. Quarum alterum vestigium in concisa rei omnis narratione cernitur, cuius etiam perspicuitati quod deest, nulla alia re nisi illarum contractione detractum videtur.

§. 5. reliquis rebus] Cf. adn. ad c. 12 §. 5. Maxime situm castelli probare Caesar debuit, quod in mediis Eburonum finibus esset. V. c. 33 §. 5.

tum quod superioris anni munitiones integrae manebant, ut militum laborem sublevaret. Praesidio inpedimentis legionem quartam decimam reliquit, unam ex his tribus, quas proxime conscriptas ex Italia traduxerat. Ei legioni castrisque Quintum Tullium Ciceronem praeficit ducentosque equites attribuit. 33. Partito exercitu

et iis de causis, quas dicit, idoneum iudicasse. Ad syncopen cf. *comportarat* Civ. 3, 42 §. 5. *collocarat* 2, 19 §. 2. *collocarant* 2, 29 §. 2. *curarat* Afr. 28 §. 2. *hiemarat* 3, 7 §. 2. *imperarat* 2, 33 §. 3. *oppugnarant* 1, 5 §. 3. *pacarat* Alex. 26 §. 3. *vindicarat* Alex. 46 §. 7. et adn. cr. ad 5, 8 §. 3. (*probaverat* Afr. 64 §. 2. *probaverant* infra c. 40 §. 6). Etiam Oudendorpio *probarat* non deterius videbatur, quam *probabat*.

tum quod] *tunc quod* „MSS. 5“ Egm. et super vulgato Voss. A. Gott. (tacet Wh.) Bong. A. Par. A. Dr. A. Vrat. A. Vind. B. *tumque* Med. d. Ven. bcde.

inpedimentis] Par. A. (Bong. A.) Voss. A. Fabr. Goth. B. non *imp.* (*impedientis* Vind. A.)

quartam decimam] Bong. A. Pl. Dr. A. Vrat. AB. Hamb. Vind. C. Cl. et in unum verbum contracta Hav. B. Wh. Vind. D (Par. A.) edd. ante Ald. b. Turr. (*quartand.* Ald. a.) Petr. 15, 23. *quatuordecimam* Pal. Confl. Vrat. C. Goth. B. *XIIIIam* Dr. B. *XIIII* Vind. AF. *XIV* (Hav. A. Wh.) Ald. b. Lips. sqq. (*XIII* Ox.)

his] Lov. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Hamb. Vind. ABCFI. Med. a. Ven. bcdef. Ald. a. Gr. a. Turr. *hiis* Vrat. ABC. *iis* Goth. B. (Gu.) Rom. a. Ber. St. Gr. b. Frell. P. Man. Turr. Ald. b. Lips. et sqq.

tribus] Bong. A. Pl. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. AE. (Par. A. Gu.) edd. ante Ald. b. Turr. *III* Ald. b. Lips. sqq.

traduxerat] *transd.* Ald. b. Lips. sqq.

attribuit] *ei a.* Leid. A. Vind. A. Gr. a. Turr. (*adtr.* Voss. A. Fabr. Par. A. Vind. A. et fortasse Leid. A.)

ut militum laborem sublevaret] sc. Caesar, qui hoc sibi proposuerat eoque consilio locum illum probaverat et reliquis praeferendum iudicaverat. Quamquam verba etiam de loco ipso dicta esse possunt, ita comparato illo, ut militum laborem sublevaret, quemadmodum vertit Metaphrastes: ὅτι αἱ — ὀχυρώσεις τὸν τῶν στρατιωτῶν ἐπεκούφιζον πόνον. Sed nihil causae est, cur subiectum mutatum statuamus. Neque vero ad Caesarem, sicut par est, relato verbo *ut* pro *ita ut* positum, aut coniunctivo datam facultatem significatam, aut utrumque simul factum putare licet, quasi sensus sit, so daß er den Soldaten die Arbeit erleichtern konnte. Non enim *sublevare* idem est, quod *sublevare posse*, neque id spectare Caesar debebat, ut *posset sublevare*, sed ut *sublevaret* militum laborem.

ducentosque equites attribuit] Cum *legioni equites* non minus recte dicantur *attributi*, quam *classi centuriones* Civ. 1, 57 §. 1, et dativum addere scriptor huic verbo soleat, ut in adn. cr. ad 5, 47 §. 2 ostendi, etsi h. l. facilius, quam l. 5 *ei* auditur, tamen necessarium supplementum non videtur. Quod autem equites attribuisse dicitur, rursus praetermissam arguit rem in Ephemeridibus sine dubio commemoratam. Iam enim secum habuisse Caesarem necesse est equitatum, quem cum Basilo

Titum Labienum cum legionibus tribus ad Oceanum versus in eas partes, quae Menapios adtingunt, profi-
2 cisci iubet; Gaium Trebonium cum pari legionum numero ad eam regionem, quae Aduatucis adiacet, depo-
3 pulandam mittit; ipse cum reliquis tribus ad flumen Scaldem, quod influit in Mosam, extremasque Ar-

Cap. 33. §. 1. tribus] Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. (Gu.) Vind. AEF. edd. ante Ald. b. Turr. *III* Ald. b. Lips. sqq.

adtingunt] Par. A. (Bong. A.) non *att.* (attingit Hamb.)

§. 2. Gaium] Egm. Fabr. Par. A. Vrat. AB. Vind. B. *g* Bong. A. Pl. *G.* Voss. A. Gott. Fabr. (tac. Wh.) Dr. A. Hamb. Vind. Cl. Med. a. Ven. b. *igitur* Voss. B. *Caium* Ber. *C.* Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. A. edd. rell.

Aduatucis] Dativum exhibent And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. codex Petrarchae 15, 23 cum edd. praeter inc. omnibus: ceteri habent accusativum vel solum, ut codex Gifanii, Voss. A. a m. pr. sec. Oud. Duk. (hic ipso Dukero ad Liv. 7, 12 §. 6 teste *ad Vatucos*) Dorv. Pet. Gott. Lov. Fabr. tres Coufl. Dr. AB. Vrat. C. Hamb. Vind. CEFI. inc. ed. pr. Petr. Oud. 2. vel praeposita *ad*, ut alter Dukeri liber, MSS. Cl. Carr. cod. Turr. Norv. „reliqui“ Voss. A. Egm. Ort. Bong. A. (hic cum punctis sub *ad*) Par. A. Hav. B. Wh. Vrat. AB. Vind. B., vel *in*, ut Goth. B. Denique *uacuos* sine codicis nota est in Fabr. Non sine ratione Oud. in ed. 2 recepit *Aduatucos*, quod si a scriptore positum fuit, facile intelligitur, quomodo varietas scripturae orta sit; potuisse autem poni Livii et Nepotis auctoritate probatur, quorum ille l. c. *fines Romanos maxime qua ex parte Etruriam adiacent*, hic Timoth. 2, 1 *gentes*, *quae mare illud adiacent* scripsit. Itaque hoc, si in optimo codice esset, aut si puncta illa a manu prima supposita esse constaret, sine dubitatione praeferrem. Atqui ille habet *ad Aduatucos*, quod propter sonum probari nequit. Quare in altero librorum genere vera scriptura servata, accusativus post pravam duarum primarum litterarum separationem illatus, praepositio vitiosa earundem iteratione orta videtur.

§. 3. tribus] *VIII* codex Ursini „vetustissimus“ Not. Hav. A. Vind. A. (*tribus legionibus* Carr. Duk. Vind. Cl.),

Scaldem] „*Scaldem* vel *Scaldim* MSS. omnes.“ *Scaldem* cod. Brant. Pet. Gott. Voss. A. Egm. (Bong. A. Par. A. Dr. AB. Vrat.

dimissum omnem legimus c. 29 §. 4, receptum nusquam didicimus.

§. 1. Partito exercitu] Cf. adn. ad c. 32 §. 2. Aliter Metaphrastes ὡς ἤδη ἐῤῥέθη inserens, quocum sentire videtur Horkelius: da das Heer getheilt war. Quae si mens fuisset scriptoris, id ipsum significasset *ut demonstravimus* vel tale quid addendo.

§. 3. cum reliquis tribus] Iam igitur ad se receperat duodecim cohortes illas, quas ponti praesidio cum Volcatio relictas c. 29 §. 3 ostendit. Nam decem omnino legiones fuisse, non undecim, cum aliunde, tum ex c. 44 et 7, 34 apparet. Sed receptum illarum non magis, quam equitum commemorandum putavit.

quod influit in Mosam] Hoc accuratius definiendae partis, quo ire Caesar constituisset, potius, quam cursus et exitus fluvii do-

duennae partis ire constituit, quo cum paucis equitibus
profectum Ambiorigem audiebat. Discedens post diem 4
septimum sese reversurum confirmat, quam ad diem
ei legioni, quae in praesidio relinquebatur, deberi fru-
mentum sciebat. Labienum Treboniumque hortatur, si 5
rei publicae commodo facere possint, ad eum diem
revertantur, ut rursus communicato consilio explora-
tisque hostium rationibus aliud initium belli capere

A. Hamb.) Gu. *Schaldem*, in m. a. m. s. *Sambim*, Vrat. B. *Scalden* Vrat. C. Goth. B. Vind. D. cod. Petr. 15, 24. Rom. a. Med. a. Ber. *Scaldim* Vind. AF. P. Man. Iu. Gr. Dav. Cl. *Scaldin* Hav. A. *Scaldam* ed. pr. Petr. *Ascaldem* Ald. a. *Scaldium* Ald. b. Lips. *Sabim* St. *Σάβιν* Met. Secundum haec quin Caesar *Scaldem* scripserit, dubitari vix potest: illud dubium est, utrum verum scripserit et illo tempore res ita se habuerit, ut Scaldis flumen, quod hodie *Schelde* vocatur, in Mosam influeret, an erraverit et flumen, quod petebat, falso nomine *Scaldem* nominaverit, aut falso influere in Mosam tradiderit. Cf. adn. cr. ad 2, 18 §. 1.

partis] Voss. A. Bong. A. Leid. B. „aliique" Par. A. *partes* Hav. A. Wh. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. AB. edd. ante Oud. praeter Ald. a. Gr. a. Turr., quae *parteis* habent.

§. 4. septimum] Bong. A. Pl. Hav. B. Wh. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. BF. edd. ante Ald. b. Turr. *VII* Hav. A. Vind. A. Ald. b. Lips. sqq.

quam ad] *a. q.* Hav. A. Wh. Vind. A. *q.* Goth. B.

deberi frumentum] Par. A. Hav. B. Wch. Boug. A. Pl. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. (hic, ut solet, *furm.*) Vind. BD. edd. ante Oud., qui tacite ordinem invertit. Et inverso ordine in Vind. A. Hav. A. *frumenti d.* in illo, *f. deleri* in hoc scriptum est.

§. 5. eum] „MSS. plurimi" Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Bong. C. Pal. Bong. A. Par. A. Dr. A. (In Dr. B. hoc cum quattuor antecedentibus totidemque sequentibus verbis omissum est.) Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. CEF. edd. ante Ald. St. *eam* Vind. A. (Hav. A.) Ald. ab. Gr. ab. P. Man. Freil. Turr. Lips. sqq. quod non falsum, sed minus accurate dictum est.

initium belli] *b. i.* Leid. A. Ox. Vind. A. (Hav. A.) Oud.

possent] *possint* Carr. Ox. Duk. Hav. A. Wh. Vind. A. edd. ante Oud. praeter Rom. a. Med. a. Ven. f. St. Imperfectum non solum a codicibus firmius, sed etiam melius est eo, quod huius verbi subiectum latius, quam antecedentium patet, cuius mutationis temporis mutatio admonet. *Possint* eodem, quo *revertantur* et prius *possint*, neque simul ad Caesarem referendum videretur.

cendi causa dictum est, quem si influere in Oceanum scriptor statuisset, hac descriptione uti minus potuisset. Cf. 1, 8 §. 1 cum adn.

§. 5. rei publicae commodo] Cf. adn. ad 1, 35 §. 4.

ad eum diem] 1, 6 §. 3: *diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani omnes conveniant: is dies erat a. d. V. Kal. Aprilis*, in quibus eadem est variati generis ratio.

possent. 34. Erat, ut supra demonstravimus, manus certa nulla, non oppidum, non praesidium, quod se armis defenderet, sed in omnis partis dispersa multi-
2 tudo. Ubi cuique aut valles abdita aut locus silvestris aut palus impedita spem praesidii aut salutis aliquam

Cap. 34. §. 1. praesidium] *praedium* Bong. A. Voss. A. Pet. Egm. „3 alii" Hav. AB. Par. A. Dr. A. a. m. pr. Vrat. AB. (hic in m. a m. s. *praesidium*) inc. (*praesidium, non oppidum*, quem verborum ordinem ante se vulgatum Oud. secundum „MSS. tantum non omnes" mutavit, ego tantum in Vrat. C. Goth. B. inveni.)

in omnis partis] Bong. A. Pl. Vrat. A. *in omnes partis* Bong. C. Confl. *omnis in partes* Hav. A. Wh. Vind. A. *in omnes partes* Par. A. Hav. B. Wh. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Hamb. Vind. B. (Gu.) edd. ante Oud. praeter Ald. a. Gr. a. Turr., quae *in omneis parteis* habent. Oud. *omnis in partis* secundum Bong. A. Ox. Leid. A., ut ait, exhibens contaminasse libros videtur. Ceterum cf. adn. cr. ad c. 32 §. 3.

§. 2. Ubi cuique] And. Ox. S. Hav. A. *ubicunque* reliqui Oud. Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lb. Fabr. tres Confl. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. ABCDEFI. edd. ante Ald. Vasc. St. Gr. b. (Frell.) quod nisi minore adhibita interpunctione et nomine *multitudo* cum verbo *consederat* constructo ferri nequit, qua constructione admissa non *dispersa* repugnantiam, sed *in omnis partis* aut tautologiam habet aut prolepsin. Accedit quod reliquam locorum, quo confugerent, conditionem nihil curasse eos, qui fugerent, sed *ubicunque* tutos se fore sperarent, ibi consedisse per se intelligitur.

Cap. 34. §. 1. manus certa] Cf. adn. ad. 2, 22 §. 1., in qua *certum* h. l. id, quo certo confidere possis, esse ostendens non fidem et fidelitatem dico, sed firmitatem et veritatem, quae esse aliquid ponentem non fallat. Similiter Civ. 3, 110 §. 4. fugitivis omnibus *certus Alexandriae receptus certaque vitae conditio* fuisse dicitur, *ut dato nomine militum essent numero*. Altera nominis significatio, de qua in eadem adn. sermo est, quo angustior, eo minus ad b. l. est apta.

sed in omnis partis dispersa multitudo] Etsi sensus causa referri huc possit *erat* illud initio capitis positum maiorique, quam copulae logicae vi praeditum, ita ut nihil nisi dispersa multitudo ibi fuisse dicatur, nur eine nach allen Richtungen zerstreute Menschenmasse, ut vertit Horkelius, tamen linguae causa *multitudinem* ita interpretari debemus, ut supra c. 23 §. 7. *ab multitudine conlaudantur*, c. 20 §. 3 *multitudini produnt*, 5, 56 §. 2 *in conspectu multitudinis*, ib. 36 §. 2 *a multitudine impetrari posse*, ib. 27 §. 3. *ut non minus haberet iuris in se multitudo, quam ipse in multitudinem*. 4, 27 §. 4. *eius rei culpam in multitudinem coniecerunt*, 1, 17. §. 2. *multitudinem deterrere*, et infra 7, 11 §. 8. 20 §. 5. 30 §. 1. 38 §. 4. 63 §. 6., quibus locis omnibus non aliqua, sed certa quaedam designatur multitudo, die Menge, das Volk, die Gemeinde, das Heer. Qua interpretatione adhibita *dispersa* non epitheton, sed praedicatum haberi et *erat* cum simplici copulae potestate audiri necesse est. Sic Civ. 2, 36 §. 1: *Erat in oppido* (Utica) *multitudo insolens belli diuturnitate*

offerebat, consederat. Haec loca vicinitatibus erant nota magnamque res diligentiam requirebat, non in summa exercitus tuenda (nullum enim poterat universis ab perterritis ac dispersis periculum accidere) sed 3

valles] Boug. A. (sec. Pl. cum *i* super *e*) Voss. A. Hav. A. Wh. et, qui deinde *abditae*, Par. A. In Dr. A. *aut valles*, in Vind. C. *aut valles abdita* omissa sunt: ceteri cum edd. omnibus habent *vallis*, quod sine varietate legitur Civ. 1, 79 §. 3. 2, 34 §. 1. 5. Sed 7, 47 §. 2. *magna valles* et Alex. 73, 3 *intercisa valles* in codicibus bonis scriptum et priori loco ab Oud. receptum est, qui nescio cur h. l. *vallis* tenuerit. Utrumque in usu fuisse Servius ad Aen. 11, 522 ostendit fidemque alteri, quod *plenum* dicit, facit deminutivo *vallecula*, cui non repugnat a Festo in *Convallis* p. 42. Müll. memoratum *vallicula*. Alia huius generis abundantia v. in Schneideri Gramm. 2 p. 468.

locus silvestris aut] *locis silvestribus* V. C. Urs. Not. („in meo libro“ Urs. Emend. „Faërni liber“ Hotom.) And. Hav. A. Vind. A. Id vel propter pluralem probari nequit. Morus, qui dubitabat, an Caesar in genere masculino non *silvestris*, sed *silvester* dicturus fuisset, cui ab Hauslo *silvestris saltus* Curtii 4, 3, ab Oberlino *tumulus silvestris* Livii 27, 26 obiectus est, non meminerat collis, qui 2, 18 §. 2 ab superiore parte *silvestris* a Caesare dicitur. *Silvester* in lexicis ex Senecae tragici Hippol. 462. masculinum, femininum ex versu Petronii c. 131, sed incerta scriptura affertur. De universo genere conferatur Ruddimanni Instit. p. 14 et 164 ed. Stallb. (*locis* etiam in Vind. F., in Voss. A. Fabr. et Par. A. *aud*, ut saepe, scriptum est.)

praesidii aut] *praesidiare* S. Leid. A. *praesidia ut* Vind. A. *vel praesidii* eaque post *salutis* Vrat. B.

consederat] *consederant* Voss. B. Ven. f. Oud. 2. Cf. adn. cr. ad. c. 11 §. 4. *considerat* Hav. A. Wh. et cum *ba* super *ra* Vind. A., cum *e* a m. s. super *i* Vrat. B. *consideret* Egm. et cum *e* a m. s. super *i* Vrat. A. *concederat* Ven. cde.

§. 3. ab perterritis] V. C. Urs. Not. And. Ox. Reliquis et editis ante Dav. deest *ab*, quod Dav. ex Ursini libro recepit, cum Hotomanno deesse visum esset *hostibus*, quo addito malum fit peius, Glandorpius autem *a* desiderasset, quod multo usitatius esse in adn. cr. ad c. 21 §. 3 docui. Eo maior illorum librorum fidei haec commendatio est, praesertim cum ab eorum genere saepius in contrariam partem peccatum esse videatur. Nam verius quidem hac scriptura est nihil. Cf. 1, 20 §. 4: *quod si quid ei a Caesare gravius accidisset*. (Pro *perterritis* ex Vind. I. affertur *dispersis*. In eodem pro *dispersis* suspicor esse *dissipatis*, ut est in Carr. cod. Turr. Duk. Vind. C.)

otii, *Uticenses pro quibusdam Caesaris in se beneficiis illi amicissimi, conventus is, qui ex variis generibus constaret, terror ex superioribus proeliis magnus.*

§. 3. vicinitatibus] Locorum illorum abditorum, silvestrium, palustrium quisque suam habebat vicinitatem, suos vicinos, quibus ob id ipsum erat notus et facilem receptum praebebat, cum reliquis popularibus multoque magis exteris ignotus esset. De plurali nominum abstractorum cf. adn. ad 4, 38 §. 2. Quamquam hoc quidem hic pro concreto est.

in singulis militibus conservandis; quae tamen ex parte
4 res ad salutem exercitus pertinebat. Nam et praedae cupiditas multos longius evocabat, et silvae incertis
5 occultisque itineribus confertos adire prohibebant. Si negotium confici stirpemque hominum sceleratorum interfici vellet, dimittendae plures manus diducendique erant
6 milites: si continere ad signa manipulos vellet, ut instituta ratio et consuetudo exercitus Romani postulabat, locus ipse erat praesidio barbaris, neque ex occulto

§. 5. vellet] Aud. Ox. Ald. ab. Gr. a. P. Mau. Turr. Lips. sqq. *vellent* „mei omnes“ Pet. Voss. A. Gott. Egm. tres Coufl. Hav. A. Bong. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Gott. B. Hamb. Gu. Vind. ADE. Metaphr. edd. ante Ald. (etiam inc.) St. Gr. b. Frell. Pluralis, si a scriptore positus est, non cum Metaphraste (*οἱ Ῥωμαῖοι θέλοιεν*) ad Romanos, quippe quorum voluntas hac in re nullius momenti esset, sed ad Caesarem et ad Labienum Treboniumque legatos referri debet, quibuscum Caesar priusquam Aduatuca discederent, consilium communicasset. Et favet huic interpretationi adiectum infra §. 8 ad verbi singularem Caesaris nomen, et quod c. 35 §. 1. haec *in omnibus Eburonum partibus* gesta dicuntur. Sed tamen de Labieno Trebonioque nulla usquam amplius mentio fit, neque ita exaequare secum Caesar legatos suos solet, neque ulla causa apparet, cur haec potissimum communia sibi cum illis fuisse, sicut erant, demonstrandum putaverit.

§. 6. vellet] Aud. Ox. Hav. A. Vind A. edd. praeter inc. St. Gr. b. Frell., quae cum reliquis codicibus, in his Vind. BCDI., etiam hic *vellent* exhibent. Idem secutus est Metaphrastes.

ex parte] Horum verborum collocatio, de qua cf. adn. cr. ad 5, 49 §. 8. et ad 4, 38. §. 2, singulorum militum conservationem partem fuisse rerum ad salutem exercitus pertinentium et ipsam quidem totam, at non ita ut totum in ea esset, sed tamquam partem illo pertinuisse significat. Praepositionis ratio ea videtur ut *res* in partis loco posita ex eoque vim salutarem exserens cogitetur. Idem, nisi fallor, statuit Haudius Turs. 2. p. 632. Apud Hirtium 8 praef. §. 8. in verbis *quae bella quamquam ex parte nobis Caesaris sermone sunt nota*, si praepositionis ratio eadem est, *parte* non ad *bella*, sed ad *nota* referri debet.

§. 4 multos] Hos conservari eo pluris intererat, quo maior eorum erat numerus.

confertos adire] non solum praedae cupiditate longius evocatos, sed qui quaque de causa ad hostes aggressuri erant, quorum omnium salus eam ob rem periclitabatur. De participio, quod h. l. adiectivum est, v. adn. ad. 4, 32 §. 3.

§. 5. Si negotium etc.] Expositio periculo, in quo versabantur milites, difficultatem proponit, qua dux in capiendo consilio premebatur; qui cum et negotium ad finem perducere et continere ad signa manipulos velle deberet, repugnantia velle cogebatur.

§. 6. ad signa manipulos] Cf. adn. ad 2, 25 §. 1.

neque ex occulto etc.] Si ad signa continerentur manipuli, propter locorum naturam nisi obsidione et fame vinci hostes non poterant; quibus si prodeundi ex latebris audacia deesset, negotium etsi lente, tamen sine periculo confici poterat. At non deerat iis audacia: singuli hinc illinc ex insi-

insidiandi et dispersos circumveniendi singulis deerat audacia. At in eiusmodi difficultatibus quantum diligentia provideri poterat, providebatur, ut potius in nocendo aliquid praetermitteretur, etsi omnium animi ad ulciscendum ardebant, quam cum aliquo militum detrimento noceretur. Dimittit ad finitimas civitates nuntios Caesar: omnes ad se vocat spe praedae ad diripiendos

7 (line "At in eiusmodi…"); 8 (line "Dimittit ad finitimas…")

§. 7. At] And. Pet. sec. Oud. St. Ald. b. Lips. sqq. *et* Carr. Duk. Dorv. Voss. B. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. CDF. Rom. a. Med. a. Ven. bcdef. Ber. Ald. a. Gr. ab. Vasc. (Freli.) Turr. *ut* N. Voss. Ci. V. C. Urs. Not. cod. Brant. „mei undecim" Gott. Voss. A. Egm. Pet. Confl. Hav. A. Bong. A. Par. A. Dr. A. Vrat. AB. Hamb. (Gu.) Vind. AB. inc. Ald. a corr. P. Mau. Id. Oud. ferri posse putabat hoc sensu: providebatur, quantum poterat; ut sive prout solent constituti in iis angustiis. At minime omnes in angustiis constituti tantum provident, quantum diligentia provideri potest. Locorum autem ab Oud. collatorum rationem aliam esse docuit Heldius.

praetermitteretur] *omitteretur* And. Ox. „forsan et Cu." Hav. A. Vind. A. (Gu.) Ald. et sqq. exceptis St. Gr. b. Freii. *praemitteretur* Ven. de. *intermitteretur* Bong. C. Confl. Lectionem priorum edd. ab Aldo sine causa damnatam sibi videri ostendens Oud. tamen restituendam non curavit. Nihil vero impedit, quo minus verum videatur quod Bong. A. et reliqui, etiam Vind. BCDEFI, exhibent.

ad ulciscendum] Haec duo in unum contraxit Rom. a. *adolescentum* Leid. B. Egm. Vrat. A. Hav. A. Wh.

§. 8. Dimittit-Caesar] „MSS. et Edd. plerique" Pet. Gott. Voss. A. Egm. Carr. cod. Turr. Bong. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Gu. Vind. CDF. edd. ante Ald. St. Ci. *dimittunt-Caesar* Hamb. *Caesar-dimittit* Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. praeter St. Ci. Metaphrastes nomen omisit transitumque adverbio ἀμέλει fecit. Praeposito nomine efficitur ut quae ante dicta sunt, ad alios potius, quam ad Caesarem pertinere videantur (*finitumas* Oud. 2 et si recte tacet Pl., Bong. A.)

omnes] post *ad se* ponunt Carr. cod. Turr. Vind. C. *omneis* Ald. a. Gr. a. Turr. πάντας τοὺς ἱππέας Met.

ad se] om. And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. usque ad Oud.

vocat] *evocat* iidem, qui *ad se* omittunt, et Vind. E. Oud. Sane c. 35. §. 4. *omnes ad praedam evocari* dicuntur, et *ad se evocare* aliis ab Oud. collatis locis legitur. Sed non minus per se probabile est quod maiorem a codicibus auctoritatem habet. Cf. 4, 20 §. 4. cum adn. cr.

diis exsistebant et incautius, ut in talibus obsidionibus fit, dispersos circumveniebant.

§. 8. Dimittit-Caesar] Quae ante dicta sunt, pariter ad Caesarem et ad eius legatos pertinent: hoc de uno Caesare dictum ideoque eius nomen in fine adiectum est.

ad se] qui eos dimissurus esset *ad diripiendos Eburones.* Cf. c. 43 §. 1. Praepositionis iteratio similis est Civ. 1, 14 §. 7: *cum Lentulus consul ad aperiendum aerarium venisset ad pecuniam Pompeio ex senatusconsulto pro-*

Eburones, ut potius in silvis Gallorum vita, quam legionarius miles periclitetur, simul ut magna multitudine circumfusa pro tali facinore stirps ac nomen civitatis tol-
9 latur. Magnus undique numerus celeriter convenit.
35. Haec in omnibus Eburonum partibus gerebantur, diesque adpetebat septimus, quem ad diem Caesar ad
2 inpedimenta legionemque reverti constituerat. Hic quantum in bello fortuna possit et quantos adferat casus,
3 cognosci potuit. Dissipatis ac perterritis hostibus, ut demonstravimus, manus erat nulla, quae parvam modo
4 causam timoris adferret. Trans Rhenum ad Germanos pervenit fama, diripi Eburones atque ultro omnes ad
5 praedam evocari. Cogunt equitum duo milia Sugambri, qui sunt proxumi Rheno, a quibus receptos ex fuga

Cap. 35. §. 1. adpetebat] Vrat. A. Vind. A. (Bong. A. Par. A.) Ald. a. Gr. a. non *app.* (*appetebatur* Pet. Conf. Hav. A. Wh. *accedebat* Leid. A. *apparebat* Vrat. B. Gu. Vind. D. Leid. C. edd. ante Ald.)

septimus] Boug. A. Pl. (Par. A. Gu.) Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Hamb. Vind. EF. edd. ante Ald. b. Turr. *VItus* Hav. A. Wh. *VII* Vrat. A. Vind. A. Ald. b. Lips. sqq.

inpedimenta] Voss. A. Fabr. Par. A, (Bong. A.) non *imp.*

§. 2. adferat] Voss. A. Egm. Fabr. Vrat. A. (Bong. A. Par. A.) non *aff.* (*afferat* Hamb.)

§. 3. adferret) Vrat. A. Par. A. (Boug. A.) non *aff.* (*afferet* Hamb. *aferret* Vind. D.).

§. 5. duo] iidem, qui *septimus*, et Vrat. A. non *II.*

Sugambri] Bong. A. Pl. Hav. B. Wh. Voss. A. Egm. Fabr. Dr. A. Vrat. A. Hamb. Gu. Vind. B. *Sigambri* Pet. Gott. Fabr. Pet. Confl. (Par. A.) Vrat. B. Vind. A. Iu. sqq. *Sycambri* Hav. A. Wh. Vrat. C. Ven. f. *Sicambri* Goth. B. Vind. C. Petr. 15, 26. edd. ante Iu. excepta Ven. f. om. Dr. B. V. adn. cr. ad 4, 16 §. 2.

proxumi] Bong. A. Voss. A. Egm. Par. A. non *proximi.*

ferendam. Afr. 86, 5: *Rebilo proconsule cum tribus legionibus ad Thapsum et Cn. Domitio cum duabus Thisdrae, ubi Considius paeerat, ad obsidendum relictis.*

ao nomen] Cf. adn. ad 2, 28 §. 1. Consecutum esse Caesarem id, quod propositum habuisse h. l. dicitur, ut nomen Eburonum tolleretur, primus docuit Glandorpius et antiquo vocabulo recepto *Tungros* appellatos esse qui *Eburones* fuissent, ostendit. Cf. Ukerti Gallia p. 369. Zeussii Germani etc. p. 213.

Cap. 35. §. 1 Haec] quae superioris capitis §. 4 et sqq. significata sunt. Aliter Sincerus: quae sc. secuta esse, quivis potest intelligere, dasist, es ging nun allenthalben über sie her.

§. 4 ultro] Cf. adn. ad 5, 28 §. 5.

§. 5 receptos ex fuga] 4, 16 §. 2: *pars equitatus Usipetum et Tencterorum, quam supra commemoravi praedandi frumentandique causa Mosam transisse neque proelio interfuisse, post fugam suorum se trans Rhenum in fines Sugambrorum*

Tencteros atque Usipetes supra docuimus: transeunt 6
Rhenum navibus ratibusque triginta militibus passuum infra eum locum ubi pons erat perfectus praesidiumque

Tencteros] Hav. A. Wh. Vind. F. *Teneteros* Vind. D. *Tecteros* Dr. B. *Tenchteros* Vind. E. *Theneteros* Pet. Fabr. Confl. *Theuteros*, in m. a. m. s. *Tencateros*, Vrat. B. *Thencateros* Vind. C. *Tenchateros* Vind. I. *tencatheros* Ber. Ven. f. *tenet heros* Rom. a. Med. a. Ven. bcde. *Tenetheros* Goth. B. Vind. A. *Tentharos* Vrat. C. *Tenechtaros* Gu. *Thentheros* Gott. Fabr. *Thenecheros* Hamb. *Thenctheros* Voss. A. Egm. Fabr. Bong. A. Pl. Vrat. A. Par. A. *Tenctheros* Pal. Confl. Dr. A. Vind. B. *Tenchtheros* Ald. et sqq. Cf. adn. cr. ad 5, 55 §. 2.

§. 6. **transeunt]** „Bong. A. Leid. AB. S. Ox. Pet. Dnk. al." R. Voss. Cl. Steph. sec. Hot. Vind. A. Hav. A. *transeunti* Voss. A. Par. A. *transeunt hii* Egm. Vrat. A. (hic *transiunt*) *transeunt et* Lov. sec. Oud. *transeuntes* „al." Cl. Hav. B. Wh. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Hamb. (Gu.) Vind. BD. edd. ante Cl. praeter Ven. f. Vasc. St. Gr. h. (Frell.) Pronomen scriptor si necessarium putasset, non secundo loco, sed primo posuisset.

triginta] Gott. Fabr. Bong. A. Pl. Dr. A. Vrat. AC. (Par. A. Gu.) Goth. B. Vind. D. edd. ante Ald. b. Turr. *viginti* Hamb. *XXX*. Dr. B. Vrat. B. Vind. A. Ald. b. Lips. sqq.

perfectus] „Bong. A. Leid. ABC. Voss. ABC. And. Ox. Pet. Lov. Egm. Gott. Carr. cod. Turr. Bong. C. Confl. „nostri codices" Achaintr. Par. A. Hav. A. Dr. AB. Vrat. A et a. m. pr. B. Hamb. Gu. Vind. AEF. inc. Oud. 2. *imperfectus* (Duk. Dorv. Pet. Pal. Confl.) Vrat. C. et a m. s. B. Goth. B. (hic *imp.*) edd. praeter inc. omnes, etiam Oud. 1. (haec *inp.*) In Pet. Cu. Lov. Lbb. incertum relinquit Fabr. utrum *perfectus*, ut in Gott. Voss. A. Egm., an *imperfectus*, ut in ed. Dav., exstet. Quam aptum sit *imperfectus*, vera monstrat Sinceri interpretatio: wo er die noch nicht völlig wieder gebaute Brücke hinter sich liegen lassen.

receperat seque cum iis coniunxerat. Hic vero recepti ipsi fugisse dicuntur. Nam *recepti ex fuga* ii sunt, qui ex fuga seu itinere, quod fugientes habuere, se ad aliquos contulerunt et ab his recepti sunt. Cf. adn. ad 4, 10 §. 1.

§. 6 **ubi pons erat perfectus praesidiumque ab Caesare relictum]** Verum sensisse puto Oudendorpium his verbis simplicem loci, ubi fecisset pontem et praesidium reliquisset Caesar, significationem inesse statuentem, cui adnotationi cum in Addendis adscripserit verba 7, 56 §. 1 *si esset in perficiendis pontibus periclitandum*, ipse postmodum improbasse videtur alteram adnotationis illius partem, qua praesidium certe ab ea parte, ubi pons integer esset collocatum esse ostendit. Scilicet ad loci significationem neque integri neque rescissi pontis, sed facti tantum mentio pertinebat, quem dum *perfectum* dicit scriptor, rescissi nos admonet ita, ut eius rei rationem nullam ab eo habitam esse intelligamus. Non magis in praesidii commemoratione deductionis eius, quam illo tempore iam factam fuisse supra c. 33 §. 3 vidimus, rationem habet, sed accuratius locum pontemque significaturus simpliciter *relictum* ibi praesidium dicit.

ab Caesare relictum. Primos Eburonum fines adeunt:
multos ex fuga dispersos excipiunt, magno pecoris nume-
7 ro, cuius sunt cupidissimi barbari, potiuntur. Invitati
praeda longius procedunt. Non hos palus in bello latro-
ciniisque natos, non silvae morantur Quibus in locis sit
Caesar, ex captivis quaerunt: profectum longius reperiunt
8 omnemque exercitum discessisse cognoscunt. Atque
unus ex captivis Quid vos, inquit, hanc miseram ac
tenuem sectamini praedam, quibus licet iam esse for-

pecoris] *pecorum* Leid. B. Dorv. Pal. Confl. Vrat. C. Goth. B. edd. ante Ven. f. Cf. adn. cr. ad 5, 12 §. 1. *praedae* And. Ox. *potius* Dr. A. a. m. pr.

licet iam esse] „MSS." Voss. A. Egm. *i. l. e.* Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. D. edd. ante Oud. praeter Ven. f. *l. e. i.* Gott. Fabr. Vrat. B. Gu. *l. e.* Leid. B. *libet* „Edd. qdd." una, opinor, qua Rhellicanus utebatur, Bas. (in aedibus Thomae Vuolffii. Anno M. XXXI. Mense Augusto.)

fortunatissimos] *fortunatissimus* „And. Ox. Cn. S. Voss. B et a m. pr. A. Carr. Dnk. al." Par. A. Ald. sqq. *fortunatissimi* Pet. Accusativum, quem cum editis ante Ald. (Med. a. *forũat.*) „reliqui" cod. Brant. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Bong. C. Pal. Confl. Bong. A. Hav. A. Par. B. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Gu. Vind. BEF et, in quibus est *fortissimos*, Vind. A. Hamb. exhibent, ego et ratione, quam recte declarans Ramshornius Gramm. p. 634 minus recte ad h. l. adhibet, et codicum auctoritate motus praeferendum putavi dativo paulo maiorem ab usu etiam Caesaris commendationem habenti. Nam 5, 41 §. 6 scripsit *licere illis incolumibus per se ex hibernis discedere.* Quod autem Civ. 3, 1 §. 7 *is enim erat annus, quo per leges ei consulem fieri liceret* scripsit, in eo non minus usum secutus est, de quo monuit Haasius in adn. ad Reisigii Scholas p. 795. Sed inusitatus ne in aliis quidem dictionibus erat accusativus. Cf. Hisp. 22. §. 5: *petiit ab oppidanis, ut ei liceret legatum ad Caesarem proficisci.* Cic. Att. 10, 8 §. 4: *nam medios esse iam non licebit.* pro Lig. 6 (§. 18.): *liceat esse miseros.*

Primos Eburonum fines adeunt] Qui *primos* h. l. Germanice reddendum putant adverbio, adeundi actionem definire epitheto obiecti et simul *fines* dicere coguntur terminos, utrumque contra consuetudinem scriptoris, qui subiecti epitheto ita utitur, e. c. 2, 19 §. 4: *legiones sex, quae primae venerant; fines* autem nisi in certis dictionibus nullamque ambiguitatem habentibus illa significatione ponere non solet. Itaque eodem modo haec dicta videntur, quo c. 10 §. 4 *Suevos omnes penitus ad extremos fines se recepisse* et c. 32 §. 4. *hoc fere est in mediis Eburonum finibus* et 7, 66 §. 2 *cum Caesar in Sequanos per extremos Lingonum fines iter faceret* et 8, 31 §. 5 *ceteraeque civitates positae in ultimis Galliae finibus.*

§. 8. Atque] Cf. Handii Turs. 1 p. 478 et supra 4, 25 §. 3: *Atque nostris militibus cunctantibus* etc.

tunatissimos? Tribus horis Aduatucam venire potestis. Huc omnes suas fortunas exercitus Romanorum contulit. Praesidii tantum est, ut ne murus quidem cingi pos- 9
sit neque quisquam egredi extra munitiones audeat. Ob- 10
lata spe Germani quam nacti erant praedam, in occulto relinquunt: ipsi Aduatucam contendunt usi eodem duce cuius haec indicio cognoverant. 36. Cicero, qui omnes

Tribns] Bong. A. Pl. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. (Par. A. Hav. A. Gu.) Viud. AEF, cdd. ante Ald. b. Turr. *III.* Ald. b. Lips. sqq.

Adnatucam] Egm. Fabr. Dr. A. Vrat. A. Goth. B. (Bong. A. Par. A. Hav. A.) *ad Vatucam* Gott. Fabr. Vind. CD. edd. ante Lips. praeter St., quae *ad Varutam*, *ad Vaticam* Pet. Confl. *aduaticam* Vrat. C. Petr. 15, 27. *aduatuacam* Dr. B. *ad Vatuacam* Hamb. *Aduatuam* Voss. A. Fabr. *ad unaticam* Vrat. B. *Atuatucam* Aud. sec. Gronov. ad Liv. 8, 34, Lips. In. Gn. Dav. *At uatucam* Vind. A. *Atuaticam* Cl. *Atuaticum* Cu. Fabr. *πρὸς τὴν Βαροῦταν* Met. *ad Natucham* cod. Petr. Cf. supra c. 32. §. 3.

venire potestis] *convenire p.* Leid. A. *v. poteritis* Hamb. *veniri potest* And. Ox. Non sine ratione id genuinum videbatur Gronovio in adn. ad Liv. l. c. simileque ei, quod legitur Civ. 1, 67 §. 1, *posse prius ad angustias veniri, quam sentirentur.* Nobis tamen codicum causa tenendum est vulgatum.

§. 9. ne murus] Ox. S. Cu. Leid. A. Vind. A. Ald. sqq. *suis* Hamb. murus Carr. cod. Turr. Duk. Vind. CDI. edd. ante Ven. f. *numerus* „reliqui" Pet. a m. pr. Fabr. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Lbb. tres Confl. Hav. A. Wh. Bong. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Vind. BEF. Ven. f. *nemurus* multo facilius in *numerus* corrumpi, quam coniectura ex eo restitui potuit. Itaque non exigui hic locus momenti est ad iudicium de utriusque generis codicibus faciendum. Nam de veritate scripturae Aldinae dubitari nequit.

quidem] post *cingi possit* ponit Vind. C. post *cingi* cod. Turr. om. Vind. I.

cingi] *angi* Rom. a. Med. a. Ven. b. Ber. *agi* Ven. cdc. *attingi* Vind. D. *errigi* Hamb.

§. 10. Aduatucam] Pct. Gott. Voss. A. Egm. Fabr. *ad Vatucam* Vind. CD. etc. ut §. 9. Etiam Vrat. C. Hamb. Metaphr. ed. et cod. Petr. sibi constant. *ad Vaticam* Bong. C. Confl. *ad unatucam* Vrat. B. *Atuatucam* Cu. Fabr. Vind. A. Lips. In. Gr. Dav. Cl.

Cap. 36. §. 1. omnes] *per o.* And. Ox. Cu. Leid. A. S. (Oudendorpium enim, apud quem post Clarkii verba deesse posse praepositionem

§. 9. ut ne murus quidem cingi possit] Hic non castrorum agger aut vallum est, de quo cum Hotomanno cogitabat Hauslus, sed Aduatucae castelli murus, in quo cum rari vel nulli dispositi custodes essent, perparvum vel nullum esse intus praesidium opinabantur. Ad verbum cf. 7, 72 §. 2: *nec facile totum corpus corona militum cingeretur.* Virgil. Aen. 10, 122: *rara muros cinxere corona.*

neque quisquam egredi extra munitiones audeat] Eius rei veram causam initium ostendit capitis sequentis.

Cap. 36. §. 1. De vi pronominis cf. adn. cr. ad 5, 33 §. 1.

superiores dies praeceptis Caesaris cum summa diligentia milites in castris continuisset ac ne calonem quidem quemquam extra munitionem egredi passus esset, septimo die diffidens de numero dierum Caesarem fidem servaturum, quod longius progressum audiebat neque
2 ulla de reditu eius fama adferebatur, simul eorum permotus vocibus, qui illius patientiam paene obsessionem appellabant, si quidem ex castris egredi non liceret, nul-

docentis legnntur haec: „Pracpositio *ad* est tamen in Andino, Cuiac. Oxon. Leid. pr. et Scaligerano" Praepositio adest tamen - aut scripsisse aut scribere voluisse recte statuit Whittius) Hav. A. Dr. B. Vind. A. (Bong. C. Confl. et secundum Plüschkii silentium etiam Bong. A. quem ab Oud. neglectum esse vix credibile est) Ald. et sqq. Praepositionem ut multo rarius et tamen plane eodem modo usurpatam a scriptore Civ. 3, 64 §. 3 aquiliferum haec dicentem faciente: *hanc ego et vivus multos per annos magna diligentia defendi* — non sine ratione tenuit Oud., et fortasse per errorem in melioribus libris omissa est, quam suspicionem nonnihil adiuvat Dr. B. Ciceronis locos aliquot eandem habentes contulit Handius Turs. 4. p. 435.

cum summa] *cum* om. And. Ox. Cu. Leid. A. S. Pet. sec. Oud. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. Reliqui libri Oud., item N. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Fabr. tres Confl. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BCDEF. cum edd. ante Ald. tuentur praepositionem, quae etiam per se utpote minus usu trita praeferri debet. Sine varietate legitur 7, 65 §. 3: *Allobroges magna cum cura et diligentia suos tuentur*. Dubia res est 8, 52 §. 7, ubi Oud. dedit *summa cum celeritate ad exercitum rediit*. Alia v. in Handii Turs. 2 p. 156.

septimo] Bong. A. Pl. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. (Gu. Par. A.) Vind. EF. edd. ante Ald. b. Turr. *VIIo*. Vind. A. *VII*. Hav. A. Ald. b. Lips. sqq.

longius] *l. eum* And. Ox. Cu. Leid. A. S. Hav. A. Vind. A. (Gu.) Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. sqq. Pronomen abest ab reliquis libris Oud. Pet. Gott. Voss. A. Egm. Fabr. tribus Confl. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. BC(D)EFI. edd. ante Ald. Vasc. St. Gr. b. (Frell.) et rectius abesse etiam Oudendorpio videbatur.

reditu eius] „MSS." *re tum eius* Egm. Fabr. Vrat. A. *e. r.* Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. A. edd. ante Oud. praeter Ven. f. (*redditu* Dr. B. Hamb. Med. a) *e. adventu* Vind. F.

adferebatur] Voss. A. Egm. Fabr. Vrat. A. Vind. A. (Bong. A.) Par. A. non *aff*. (*afferreb*. Hamb.)

§. 2. novem] Bong. A. Pl. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. (Gu. Par. A.) Vind. EF. edd. ante Ald. b. Turr. *nomen* Dr. B. *VIIII* Vind. A. *IX* Hav. A. Ald. b. Lips. sqq.

praeceptis Caesaris] Hoc supplementum est eorum quae c. 33. §. 4 relata sunt.

§. 2. paene obsessionem] Haec coniungenda esse, recte statuit Baumstarkius. Cf. Handii Turs. 4 p. 419 media.

lum eiusmodi casum exspectans, quo novem oppositis legionibus maximoque equitatu dispersis ac paene deletis hostibus in milibus passuum tribus offendi posset, quinque cohortes frumentatum in proximas segetes misit, quas inter et castra unus omnino collis intererat. Con- 3
plures erant in castris ex legionibus aegri relicti, ex quibus qui hoc spatio dierum convaluerant, circiter trecenti sub vexillo una mittuntur; magna praeterea multitudo calonum, magna vis iumentorum, quae in castris subsederat, facta potestate sequitur. 37. Hoc ipso

tribus] Bong. A. Pl. Hav. AB. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. (Gu. Par. A.) Vind. ADEF. edd. ante Ald. b. Turr. om. Dr. B. *III* Ald. b. Lips. sqq.

quinque] Bong. A. Pl. Hav. B. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. (Gu. Par. A.) Vind. EF. edd. ante Ald. b. Turr. V. Hav. A. Vind. A. Ald. b. Lips. sqq.

mittit] *misit* And. Cu. S. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. sqq. et post *intererat* Ox. Leid. A. Vind. A. Hav. A. om. Dr. B. In reliquis Oud. et meis septem, tribus Conff., Gott. Voss. A. Egm. Lb. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. edd. ante Ald. Vasc. St. Gu. b. (Frell.) praesens legitur, idque Clarkius melius convenire propter sequentia *mittuntur* et *sequitur*, Oud. vero hac temporum mutatione apud historicos frequentius nihil esse iudicat. In fine periodi longae perfectum, ante clausulam praesens melius videtur.

§. 3. Complures] Bong. A. Pl. Par. A. non *compl.*

in castris] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. margo Pet. sec. Fabr. et Oud. Ald. et sqq. om. reliqui Oud. Carr. cod. Turr. Bong. C. Pal. Conff. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Lbb. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BCDEFI. edd. ante Ald. ἐν τῇ Βαρούτᾳ Met. Ad numerum orationis et ad perspicuitatem sententiae pariter necessaria verba equidem non dubito quin a Caesare scripta et in illis codicibus cum fide servata, in reliquis errore librarii sint praetermissa.

circiter trecenti] Voss. A. Gott. Egm. Fabr. Bong. A. Pl. (Par. A.) Dr. A. Vrat. A. Hamb. *c. tricenti* et post *vexillo* Dr. B., *c. CCC.* Vrat. BC. Goth. B. (Gu. Hav. A.) Vind. A. cum edd. omnibus. διακόσιοι Met.

subsederat] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Pet. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. praeter Vasc. St. Gr. b. (Frell.) quae cum reliquis Oud. co-

in milibus passuum tribus] Tantum igitur spatii inter castra et segetes intererat, sane quam parvum et in quo magnum periculum accidere vix posse videretur. Ad dictionem simile est quod Morus in indice contulit, Afr. 63, 4: *quem Caesar in milibus passuum IIII. consecutus*, in quo spatii magnitudo inter eum locum, a quo persequi Caesar coepit, et eum, in quo deprehendit Vari classem, interiecti demonstratur.

unus omnino collis] Hoc partim ad excusandum Ciceronem pertinere videtur, qui si plures colles fuissent, magis incaute egisset, partim ea, quae c. 40 narrantur, facilius ut intelligi possint, facit. Ceterum praetermissa est h. l. equitum mentio, quos una cum cohortibus frumentatum missos esse infra demum c. 39 §. 1 docemur.

tempore et casu Germani equites interveniunt protinusque eodem illo, quo venerant, cursu ab decuma-
2 na porta in castra inrumpere conantur, nec prius sunt visi, obiectis ab ea parte silvis, quam castris adpropinquarent, usque eo, ut qui sub vallo tenderent

dicibus, Voss A. Gott. Egm. Fabr. tribus Confl., Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. CDF. et edd. ante Aldum pluralem (Voss. A. Fabr. *subdederant*) exhibentes iumentis voluntariae actionis partem maiorem, quam decet, attribuunt et quod ad vim seu multitudinem eorum universam apte refertur, id ut minus apte de singulis dici videatur, efficiunt. Nam quod Oud. *quae* aeque ad *multitudinem calonum*, quam ad *iumenta* pertinere ostendit, quod pro lectione Aldina dixisse videtur, neque verum neque ad tuendum singularem idoneum puto.

Cap. 37. §. 1. tempore et casu] *c. et t.* Leid. A. *t. et causa* inc. *t. ex casu* Hamb. *et* om. VV. CC. Urs. Not. Ox. Cl. et Met. (κατὰ συντυχίαν). In Fabr. *t. in casu* ut a Lipsio „observatum" exhibetur. Remota, quod Clarkio placuit, copula hoc ipso tempore casus adduxisse Germanos equites dicitur, quod etsi non ineptum est, tamen incommodum habet ablativorum concursum. Addita copula et utroque pronomine (*hoc ipso*) ut par est, ad nomen utrumque (*tempore et casu*) relato non solum tempus, quo venerint Germani, hoc ipsum et neque prius neque posterius, sed etiam id, quod eo tempore accidisset, ut quinque cohortes ex castris dimissae essent, hoc ipsum et non aliud fortasse minoris momenti fuisse demonstratur, quod haud dubie aptum est. Ablativus autem in *casu* eandem atque in *tempore* habet significationem eamque ex hoc ipso repetitam. Nam solum per se *hoc ipso casu* dici non magis poterat, quam illud, quod est in Leid. A. scriptum.

inrumpere] Gott. Fabr. Vind. A. (Bong. A. Par. A.) non *irr.* (*erumpere* Egm. Vrat. A.)

§. 2. adpropinquarent] Voss. A. Egm. Fabr. Vrat. A. Vind. A. (Bong. A. Par. A.) non *app.* (*aprop.* Hamb. *propinquarent*

Cap. 37 §. 2. usque eo] Haec in adn. ad 5, 53 §. 6 ad totam enuntiationem quae praecedit, referenda esse significavi; in qua cum dictum sit non prius illos visos esse, quam castris appropinquarent, hic quousque eius imprudentiae vis et effectus pertinuerit, docemur. Quo minus ad proximum *adpropinquarent* referantur, cum verborum collocatio, tum hoc impedire videtur, quod adempta mercatoribus sub vallo tentoria habentibus recipiendi sui facultas nec per se nec hoc in casu tanti momenti erat, ut quasi mensura adhiberi posset ad demonstrandum, quousque processissent hostes tum, cum primum a Romanis conspicerentur.

qui sub vallo tenderent] extra castra. Cf. ad 5, 43 §. 5. adscripta, quae si vera sunt, coniunctivi ratio vix potest ea esse, quam statuit Oehlerus, qui in pronomine relativo inesse putat *licet* coniunctionis vim. Neque vero nexui vere causali hic locus est, sed generis significationem habere videtur coniunctivus, ut c. 43 §. 5 in verbis *qui-putarent* et 2, 27 §. 2. in *qui superessent*, quae pariter atque haec inter *ut* coniunctionem et pendentem ex ea coniunctivum ita interiecta sunt; ut semel ingressa

mercatores, recipiendi sui facultatem non haberent. 3
Inopinantes nostri re nova perturbantur, ac vix primum impetum cohors in statione sustinet. Circumfunduntur 4
ex reliquis hostes partibus, si quem aditum reperire possent. Aegre portas nostri tuentur: reliquos 5
aditus locus ipse per se munitioque defendit. Totis trepidatur castris, atque alius ex alio causam tumultus 6
quaerit; neque quo signa ferantur neque quam in partem quisque conveniat, provident. Alius iam castra capta 7

Bong. C. Pal. Confl. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. DEF. edd. ante Ven. f.)

§. 4. possent] *possint* Hav. A. Wh. Vind. A. Cf. adn. cr. ad c. 29 §. 4.

§. 7. castra iam capta] Bong. A. Pl. Hav. A. Wh. Vind. A. St. *iam capta castra* Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. D. edd. ante Oud. praeter St. tacente Fabr. *iam castra capta* Par. A. Hav. B.

in rei cogitatae declarationem oratio eundem quasi cursum tenere videatur.

recipiendi sui] Vid. adn. ad 3, 6 §. 1.

§. 3. cohors in statione] ad portam decumanam. Cf. 4, 32 §. 2 ibique adn.

§. 5. reliquos aditus] Cum castra praeter portas nullos, qui proprie dicuntur, aditus haberent et nisi per fossam et vallum adiri non possent, hos ipsos *aditus reliquos* dicere scriptor et totum circuitum castrorum exceptis portis significare videtur, per quem circumfusi essent hostes, si quem aditum reperire possent. *Sed loci natura et munitio castrorum aditum prohibebant*, ut Civ. 2, 35 §. 5 in eadem re dicitur.

§. 6. alius ex alio] Recte Baumstarkius: *der Eine fragt den Andern*, nicht, der Eine fragt den, der Andere den. Sed quod addit: Dies ist mehr der Fall im Folgenden: *alius* pronunciat, *alius* contendit-non sensit *alium* ex alio quaerentem hic plane eodem modo dici, quo *alium* pronunciantem, *alium* contendentem, causamque prioris nominis positam esse in posteriori, cum ex *alio* quaerentem necesse sit ipsum esse alium atque eum, ex quo quaerit. Id vero per se intelligitur, ideoque dictio hac praedita significatione *pleonasmum* habet. Contra quod nos dicimus: der eine fragt den, der andere jenen, id recte iisdem verbis dici nequit nisi per *ellipsin*, ita ut unus aliquis ex uno aliquo, alius ex alio quaerens cogitetur. Sed ellipsi utens Caesar ad alterum nomen adiectivum addere solet substantivum, ut 1, 39 §. 3 *alius alia causa inlata* et 2, 22 §. 1 *cum diversis legionibus aliae alia in parte hostibus resisterent* et reliquis locis, quos in adn. cr. ad illum adscripsi: ubi nullum additum est, ibi sententiae ratio pleonasmo usum esse monstrat, ut 2, 26 §. 2 *cum alius alii subsidium ferret*, 5, 16 §. 4 *ut alios alii deinceps exciperent*, 6, 14 §. 5. *animas ab aliis post mortem transire ad alios*, Civ. 1, 68 §. 3 *sublevatique alii ab aliis*, 2, 29 §. 2 *hoc ubi uno auctore ad plures permanaverat, atque alius alii tradiderat.*

provident] De huius verbi significatione dixi ad 5, 33 §. 3. Ceterum non vacant haec reprehensione Ciceronis, quippe cuius esset illa providere et loco maxi-

pronunciat, alius deleto exercitu atque imperatore victo-
8 res barbaros venisse contendit; plerique novas sibi ex
loco religiones fingunt Cottaeque et Titurii calamitatem,
qui in eodem occiderint castello, ante oculos ponunt.
9 Tali timore omnibus perterritis confirmatur opinio
barbaris, ut ex captivo audierant, nullum esse intus
10 praesidium. Perrumpere nituntur seque ipsi adhor-
tantur, ne tantam fortunam ex manibus dimittant.

38. Erat aeger in praesidio relictus Publius Sextius

Wh. Dr. A. Vrat. AB. Hamb. Viud. BC. *capta iam castra* „MSS." VV. CC. Urs. Not. Oud.

§. 8. qui] *quae* Viud. A. et a m. s. sec. Oud. Bong. A., in quo Pi. *e* alia manu super *i* scriptum testatur.

eodem] *eo* Hav. A. Wh. Vind. A.

occiderint] post *castello* Hav. A. Wh. Vind. A. *acciderit* Bong. A. a m. s. sec. Oud., *occiderint* cum *a* alia manu super o scripto sec Pl. *ceciderint* Carr. cod. Turr. Duk. Vind. C. *occiderunt* Boug. C. Coufl. Dr. AB. Viud. FI. *occiderant* Vrat. A. *μεινάντων* Met.

Cap. 38. §. 1. in praesidio] „And. Ox. Co. S. Pet. Leid. A." Hav. A. Viud. A. Vrat. A. Ald. sqq. *cum p.* „reliqui" Voss. A. Gott. Egm. Lov. tres Coufl. Carr. cod. Turr. Bong. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Hamb. Gu. Viud. CEFI. edd. ante Ald. Id licet ferri possit, si vel inter eos vel una cum iis, qui castris praesidio essent, relictus cogitetur Sextius, tamen scriptorem insolita et ambigua dictione usum esse minus verisimile videtur, quam librarium errore pro *in* posuisse *cum*, quae vocabula constat interdum esse permutata, praesertim cum *in* exhibeat Vrat. A., qui genere et auctoritate accedit ad optimos.

me necessario succorrere; quamquam quod mentio eius nulla facta est, amicitiae datom videri potest.

§. 8. novas-religiones] Cf. adn. ad 5, 6 §. 3. et a Moebio adhibitus Livii locus 30, 2 §. 9. ubi, postquam voti solvendi causa ludos factos esse dixit, ita pergit: *Et novas religiones excitabant in animis hominum prodigia ex pluribus locis nuntiata.* Hic *novas* religiones opposuit veteribus ex voto susceptis: Caesar novas dixit tunc demum in animis excitatas eorum, qui adhuc sine timore in illo loco versati essent.

calamitatem] interitum, ut 1, 53 §. 6.

qui in eodem occiderint castello] Non in castello neque in castris, sed egressos e castris in proelio Titurium et Cottam interfectos esse scriptor 5, 37 rettulit. Hic vero refert id, quod milites recens conscripti de clade superioris anni audiverant et sermonibus inter se ferebant.

ante oculos ponunt] sc. sibi; quamquam si ponentium oculos, ut consentaneum est, dictos putamus, supplemento nullo egemus.

§. 9. ut ex captivo audierant] Cf. adn. ad 1, 4 §. 3.

nullum esse intus praesidium] Cum in munitionibus consistere neminem viderent, id quod ex c. 38 §. 5 colligitur, neminem esse intus et praeter eos, qui portas tuerentur, ullos adesse et de paucitate defensorum verum dixisse captivum opinabantur.

Baculus, qui primum pilum apud Caesarem duxerat, cuius mentionem superioribus proeliis fecimus, ac diem iam quintum cibo caruerat. Hic diffisus suae atque 2 omnium saluti inermis ex tabernaculo prodit. Videt

apud Caesarem duxerat] Hav. A. Vind. A. edd. ante Oud. praeter inc., quae cum reliquis codicibus pro *apud* habet *ad*, quod Oud. recepit, quia eandem significationem habere et simul elegantius esse putabat. Conferri iubet talia, quale est 1, 31 §. 1: *qui ante fuerant ad Caesarem*, 3, 9 §. 3: *quod nomen ad omnes nationes sanctum fuisset*, 4, 16 §. 7: *tantum esse nomen-etiam ad ultimas Germanorum nationes*, 5, 53 §. 3: *ad exercitum manere*, 7, 5 §. 3: *quos* (legatos) *Caesar ad exercitum reliquerat*, Civ. 1, 63 §. 3: *sese ad novissimum agmen ostendunt*, 2, 42 §. 5: *ad novissimum agmen substitisse*, 3, 60 §. 2: *magnam tamen haec res illis offensionem et contemptionem ad omnes attulit*, Alex. 46 §. 3: *concurriturque ad duces maxime*, Afr. 97 §. 3: *ad senatum questi*, quae omnia personarum vel rerum, quae instar personarum sunt, nominibus *ad* praepositam ita habent, ut nihil differre ab ea, quae *apud* est, videatur. Sed tamen ab nullo eorum motus notio, quem excipiat quies, tam aliena est, quam ab hoc, quo porro audito quis non Sextium ad Caesarem adduxisse potius, quam apud eum duxisse primum pilum credat? Contra *apud* in hac dictione usu receptum erat. Cf. Civ. 3, 91 §. 1: *qui superiore anno apud eum primum pilum in legione X duxerat*. Ib. c. 104 §. 3: *quod bello praedonum apud eum ordinem duxerat*. Afr. c. 45 §. 3: *contra Caesarem, imperatorem meum, apud quem ordinem duxi*. Itaque facere non potui quin lectionem in Hav. A. Vind. A. exstantem si minus ut cum fide ex archetypo servatam, certe ut feliciter emendatam tenerem. Infeliciter emendationem tentavit Leid. A., in quo ut in Leid. B. scriptum est *ad Caesarem adduxerat*.

quintum] Carr. cod. Turr. Boug. A. Pl. (Par. A. Hav. AB. Wh.) Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. EF. edd. ante P. Man. Turr. *quinctum* Gu. P. Man. *V*. Vind. A. Ald. b. Lips. sqq.

Cap. 38. §. 1. qui primum pilum apud Caesarem duxerat] Cf. adn. ad 5, 35 §. 6. Anno secundo belli Gallici Sextius in legione duodecima primum pilum duxit itemque anno tertio, ut ex 2, 25 et 3, 5 constat. Alibi non commemoratur, sed ex eo, quod h. l. primum pilum *apud Caesarem* duxisse dicitur, quibus verbis omnino exercitus Caesaris significatur, colligi potest vel antea eum vel postea alius legionis primipilum fuisse. Nam ne in ea, de qua hic sermo est, fuisse putetur, iam c. 36 §. 3. cautum, neque sine ratione *apud Caesarem* posuisse scriptor existimandus est.

superioribus proeliis] Hunc ablativum esse loci, vidit Heldius et brevitatem dictionis sensit, sed minus apte explicuit. Comparat nostrum bei früheren Schlachten, quod proprie dicendum sit bei der Erzählung früherer Schlachten. Caesar vero id dicit, quod nobis est in früheren Schlachten, et ita rem descriptam ponit pro eius rei descriptione.

§. 2. inermis] non quod de sua atque omnium salute desperaret, quae Lipperti interpretatio

**inminere hostes atque in summo esse rem discrimine:
3 capit arma a proximis atque in porta consistit. Consequuntur hunc centuriones eius cohortis, quae in statione
4 erat: paulisper una proelium sustinent. Relinquit animus Sextium gravibus acceptis vulneribus; aegre per
5 manus tractus servatur. Hoc spatio interposito reliqui sese confirmant tantum, ut in munitionibus consistere audeant speciemque defensorum praebeant. 39. Interim confecta frumentatione milites nostri clamorem**

§. 2. inminere] Voss. A. Fabr. Par. A. (Bong. A.) non *immin.* (*imin.* Hamb.)

esse rem] Bong. A. Pi. Par. A. Hav. B. Wh. Dr. B. Vrat. ABC Goth. B. Hamb. (Gu.) edd. ante Ond., qui tacite scripsit *rem esse*, quod legitur in VV. CC. Urs. Not. Dr. A. Vind. AB. (Hav. A.)

§. 3. Consequuntur] *sequuntur* And. Ox. Hav. A. Vind. A. Petr. 15, 31. Ald. et sqq. usque ad Ond. praeter St. *consequunturque* Bong. C. Confl. et, qui *hunc* omittunt, Dr. B. Vind. F. *consequitur* et deinde *centurio* „MSS. 3“ Pet. (ex quo Confl. *consequuntur* affert) Gott. Lov. Lbb. Pal. Confl. Dr. A. Vrat. BC. Goth. B. Hamb. (qui deinde *conturio al. centurio*) Gu. Vind. D. edd. ante Ald. margo Frell. (*consecuntur* Vind. C. *consequntur* Voss. A. Egm. Fabr. Par. A. *sequntur* Hav. A. Wh.)

est (verzweifelnd oder wie ein Verzweifelnder in der größten Bestürzung ging er, aber ohne Waffen, aus seinem Zelt, da Bestürzung, wie bekannt, selbst an das für einen Fall Nothwendigste zu denken hindert) pariter illa a verbi *diffisus* significatione (cf. 5, 41 §. 5. 6, 36 §. 1. Civ. 1, 12 §. 2. 2, 17 §. 1. 3, 94 §. 7. 97 §. 2. Afr. 31 §. 7. 52 §. 6. Hisp. 31 §. 1.) atque a moribus Sextii et ab iis, quae sequuntur, abhorrens, sed propter corporis debilitatem et quod eo usque discriminis rem adductam nondum crederet.

in porta] Incertum est, utrum in decumana porta, qua primo impetu irrumpere conati erant Germani, an in alia constiterit Sextius. Nam ab illa repulsi reliquas tentare coeperant, quas aegre tuebantur Romani. Cf. c. 37.

§. 3. Consequuntur hunc] Eodem se conferunt seque cum eo coniungunt: sie stoßen zu ihm, schließen sich an ihn an. Cf. Civ. 1, 15 §. 3: *interea legio XII. Caesarem consequitur.*

quae in statione erat] ad eam portam, in qua constiterat Sextius. Quod Heidius putat unam omnino cohortem eamque secundum portarum numerum quadripartitam pro castris in statione fuisse, id sive haec decumana, ut idem putat, sive alia porta fuerit, cum verbis scriptoris conciliari non potest, nisi cohortem dixit quae quarta pars erat cohortis. Ad decumanam enim *cohors* in statione fuisse dicta est c. 37 §. 3. Neque propter militum, quibus Cicero praeerat, paucitatem ita, ut Heidius vult, statuatur necesse est. Reliquos enim castrorum aditus locus ipse per se munitioque defendebat. Itaque consentaneum erat, ut portae maiore praesidio firmarentur.

§. 5. Hoc spatio interposito] inter praesens tempus et primam Romanorum consternationem. Cf. adn. ad 4, 32 §. 1.

exaudiunt. Praecurrunt equites; quanto res sit in pe-
riculo cognoscunt. Hic vero nulla munitio est, quae 2
perterritos recipiat. Modo conscripti atque usus mili-
taris imperiti ad tribunum militum centurionesque ora
convertunt; quid ab his praecipiatur exspectant. Nemo 3
est tam fortis, quin rei novitate perturbetur. Barbari 4

Cap. 39. §. 1 res sit] Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. (Gu.) Vind. B. edd. ante Oud. *res fit* Gott. Fabr. *sit res* Hav. A. Vind. A. Oud. tacite.

§. 2 tribunum] *tribunos* Leid. A. Dr. B. Vind. A. *τοὺς χιλιάρχους* Met. Pluralem librarii, cum *trib.* scriptum invenirent, propter eum, qui sequitur, fecisse videntur; quamquam ipsi per se nihil obstat, quo minus pro genuino habeatur. Cum enim seni in singulis legionibus essent tribuni, quinque autem cohortes frumentatum exissent, tres una cum eis missos esse tribunos a vero minime abhorret. Quod si ita factum est et plures fuerunt, pluralis probari debet: si singulari usus est scriptor, unus omnino exisse cum cohortibus putandus est, sive is, cui illo die fungendum munere esset, sive duorum, qui in ea legione seniores essent, alteruter.

§. 3. Nemo est tam fortis, quin] Pro *nemo* Vind. A. habet *nam. tam* om. „MSS. 9“ Pet. Voss. A. Egm. Gott. tres Consl. Bong. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. AC. et a m. pr. B. Hamb. Gu. Vind. EFI. et a m. pr. Goth. B. uno. Denique pro *quin* in Dr. B. Hamb. *qui*, in Ox. Leid. A. Voss. B. Duk. Vind. C. Ald. et sqq. usque ad Lips. legitur *qui non*, quod Lipsius secundum Faërnum et Ursini codicem ab illo in Emend. et Stephanicum ab Hotomanno memoratos contraxit contractumque Parisienses apud Achaintrium, tres Consl. Cu. Pet. Gott. Voss. A. Egm. Fabr. cum reliquis Oud. et meis exhibent. *Tam* omitti non potest quin aut perturbatio ad fortitudinem requiri, aut *nemo* adiectivi, *fortis* substantivi significatione praeditum esse videatur: es giebt (unter ihnen) keinen Tapfern, der nicht etc. Sic Civ. 2, 5 §. 4. *neque erat quisquam omnium, quin-existimaret.* Ib. 19 §. 2 *nulla fuit civitas, quin-mitteret, nullusve civis Romanus paulo notior, quin ad diem conveniret.* 3, 81 §. 2. *nulla Thessaliae fuit civitas praeter Larissaeos, qui magnis exercitibus Scipionis tenebantur, quin Caesari parerent atque imperata facerent.* Iam ut compositis dictionibus eiusmodi, qualis est Civ. 3, 61 §. 2 *nemo aut miles aut eques*, et ib. 18 §. 2. *ad neminem unum summa imperii redit*,

Cap. 39. §. 1. equites] Cf. adn. ad c. 36 §. 2.

§. 2. Hic vero] Qui in castris remanserant, non minus inopinantes re nova perturbati erant, sed tamen perterritos receperat munitio. Hic vero, etc. Male Baumstarkius *hic* bei so bewandten Umständen, *vero* vollends, erst interpretatur. Veris falsa miscet Oehlerus: das vero drückt den plötzlich klar werdenden Gegensatz des Gehofften zur nun anders gestalteten Wirklichkeit aus.

praecipiatur] Cf. adn. ad 8, 24 §. 1.

§. 3. Nemo-perturbetur] „Fortes etiam animos repentina concutiunt.“ Petr, 15, 32 quasi locus hic communis sit, quem esse recte negat Lippertus. Est vero tacita tribuni centurionumque re-

signa procul conspicati obpugnatione desistunt. Redisse primo legiones credunt, quas longius discessisse ex captivis cognoverant: postea despecta paucitate, ex omnibus partibus impetum faciunt. 40. Calones in proximum tumulum procurrunt. Hinc celeriter deiecti se in signa manipulosque coniiciunt: eo magis timidos

veri species conciliari rationi illi possit, Caesar tamen vel ambiguitatis vitandae causa *tam* addidisse, librarius temere vocolam omisisse videtur. Cf. Civ. 1, 69 §. 3: *nemo erat adeo tardus aut fugiens laboris, quin statim castris exeundum atque occurrendum putaret.* Cic. pro Balbo c. 18 (§. 43): *etenim quis est tam demens, quin sentiat* etc. Ceterum *qui non*, si per codices liceret, ferri posset. Cf. Civ. 1, 21 §. 5: *neque vero tam remisso ac languido animo quisquam omnium fuit, qui ea nocte conquieverit.* Hirtius 8 praef. §. 4: *constat enim inter omnes nihil tam operose ab aliis esse perfectum, quod non horum elegantia commentariorum superetur.*

§. 4. obpugnatione] Voss. A. Fabr. Par. A. (Bong. A.) Vind. C. non *opp.* (*ab o.* Ox. Vind. C. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. In. Gr. Dav.).

ex omnibus partibus] *p. e. o.* St. V. adn. cr. ad 5, 17 §. 2.

prehensio, qui rei novitate perturbati exspectantibus militibus nihil videntur praecepisse.

§. 4. despecta paucitate] Omissa est *perspectae* paucitatis significatio, nisi forte *despectam* cum contemptu animadversam dici putamus, quam interpretationem unus adiuvat locus 7, 20 §. 6: *quod et paucitatem eorum ex loco superiore cognoscere et virtutem despicere potuerint.* Reliqui simplicem habent notionem contemptus. 3, 2 §. 3: *quod legionem propter paucitatem despiciebant.* Civ. 3, 111 §. 1: *paucitatem militum Caesaris despiciens.* Praeterea Gall. 1, 13 §. 4. Civ. 3, 8 §. 4. 59 §. 3. 87 §. 1. 103 §. 4. 104 §. 1. Afr. 30 §. 2: *despecta patientia Caesaris.* 32 §. 1. 48 §. 4: *despectis eius copiis.* 79 §. 1. Haec faciunt ut *despecta paucitate* interpretari praestet *cum paucitatem despicere coepissent* (cf. adn. ad 1, 27 §. 4) illud autem quod necesse fuerat, ut perspicerent paucitatem, suppiere. Accedit quod l. 7 l. c. verba praecedunt *ex loco superiore*, quae sequentis verbi *despicere* significationem augeri facilius patiuntur, hic vero paucitas Romanorum ex inferiore loco, ut sequentia docent, animadversa erat.

Cap. 40. §. 1. in proximum tumulum procurrunt] Antecessisse videntur agmen cohortium per collem c. 36 §. 2 commemoratum descendens. Tumulum, in quem procurrerunt, non undique circumcisum, sed cum colle coniunctum fuisse ex eo colligi potest, quod manipuli, in quos de tumulo deiecti se coniiciebant, nondum de iugo et loco superiore decesserant. Iugum autem, quod §. 3 et 6 dicitur, a colle, qui *unus* inter segetes et castra interesset, diversum esse non potuit. Cf. 2, 24 §. 1: *ab decumana porta ac summo iugo collis nostros victores flumen transire conspexerant.*

in signa manipulosque] Cf. adn. ad 2, 25 §. 1.

perterrent milites. Alii cuneo facto ut celeriter perrumpant, censent: quoniam tam propinqua sint castra, etsi pars aliqua circumventa ceciderit, at reliquos servari posse confidunt: alii, ut in iugo consistant atque 2
3
eundem omnes ferant casum. Hoc veteres non probant 4

Cap. 40. §. 2. cuneo] *cum eo* Voss. A. Egm. Fabr. Par. A. Vrat. A. Pet. Confl.
facto] *facta* Bong. A.
perrumpant] Cf. adn. cr. ad §. 4.
sint] *sunt* cod. Turr. Dr. B. Vrat. C. Hamb. Vind. F.
etsi] Oud. 1 cum parte antiquiorum editorum multisque librariis divisione facta *et*, *si* scripsit, et cum *confidunt* iungendum esse ratus. Cui maxime obstat quod sequitur *alii*, *ut*, quod ita suspensum ex *censent* verbo est, ut huius memoria tali additamento quale est *et confidunt*, oblitterari non debuerit. Atque eandem ob causam verba *quoniam tam propinqua sint castra* non ad *censent* adiecta, sed praemissa verbo *confidunt* putanda sunt, ita ut haec omnia inde a *quoniam* usque ad *confidunt* epexegesin similem parenthesi efficiant, fere ut illa c. 42 §. 1 *ne minime-debuisse*, quibus, si *confidunt* omissum eiusve loco adverbium rem certam significans positum esset, plane gemina forent. De constructione verborum pariter atque de scriptura idem sensisse Drakenborchium ex eo apparet, quod ad Liv. 5, 42 §. 7 hunc Caesaris locum eo consilio adhibens, ut *etsi* interdum etiam subiunctivum admittere probaret, nec plura nec pauciora, quam haec (*Quoniam-confidunt*) adscripsit. Itaque Oud. 2 *etsi* restituit, sed interpunctione ambigua est usus: *Alii-censent; quoniam tam propinqua sint castra; etsi pars-ceciderit, at reliquos servari posse, confidunt*: etc. Recentiores omnes tacite *et si* vel *et*, *si* scribunt. Tamen Haudius Turs. 2 p. 609 nihil impedire dicit, quo minus *alii-censent*, *quoniam tam propinqua sint castra: etsi pars-ceciderit, at reliquos-confidunt*: *alii*, *ut* etc. scribatur; cui ita assentior, ut praestare hanc scripturam ea, quam Oud. 1 exhibet, concedam. *Quoniam*, etsi plerumque praemissum orationis membrum inchoat, in postposito est 5, 3 §. 5: *posteaquam-de suis privatim rebus ab eo petere coeperunt, quoniam civitati consulere non possent, veritus* etc. Neque ab asyndeto aliena est *etsi* coniunctio, ut in adn. ad 5, 34 §. 2 ostendi. At nihilo minus hac rursus praestat ea, quae ad illud *censent*, quod enuntiatum est, adiungat nihil, quod deinde ab audiendo eodem seiungi oporteat, et in qua *quoniam* atque *etsi* coniunctiones usitatum teneant locum.
ceciderit] *ceciderint* Lov. ab Heinsio collatus Fabr. Egm. Vrat. A. *occiderit* Leid. A. *acciderit* Pal. Confl.
at] *ad* Bong. A. Pl. ut Dr. B. Vind. F. om. Vrat. B. Cf. adn. ad 1, 43 §. 9.

§. 2. ceciderit] Est coniunctivus isque futuri exacti, ut *occiderint* 5, 58 §. 4, at non pendens ille ex *etsi* coniunctione, quemadmodum Oudendorpius et Drakenborchius (cf. adn. cr.) pu-

milites, quos sub vexillo una profectos docuimus. Itaque inter se cohortati duce Gaio Trebonio, equite Romano, qui eis erat praepositus, per medios hostes perrumpunt incolumesque ad unum omnes in castra perveniunt.
5 Hos subsecuti calones equitesque eodem impetu mili-
6 tum virtute servantur. At ii, qui in iugo constiterant, nullo etiam nunc usu rei militaris percepto neque in eo, quod probaverant, consilio permanere, ut se loco superiore defenderent, neque eam, quam prodesse aliis vim celeritatemque viderant, imitari potuerunt, sed se

§. 4. perrumpunt] *prorumpunt* Leid. C. Duk. Vrat. AB. iuc. Simili errore §. 2, ubi iu nonuullis *perrumperent*, in Vrat. B. scriptum est *prorumperent*. Cf. adn. cr. ad 5, 15 §. 3.

§. 6. ii] om. Leid. A. Vind. A. Dr. B. *hii* Gott. Fabr. Bong. A. Pl. Vrat. BC. Hamb. *hi* Pet. Fabr. Hav. A. Wh. Vind. F. Ven. cde. *illi* Vind. CI.

etiam nunc] *etiamnum* Ber. Eadem paulo post sola *quod ante probaverant*.

prodesse] „MSS. plerique“ Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. tres Coufl. Boug. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BCEFI. edd. ante Ald. *profuisse* Hav. A. Vind A. Ald. sqq.

viderant] *videbant* „MSS. 3“ Gott. Dr. A. Vrat. B. Vind. B. iuc.

potuerunt] Hav. A. Vind. A. (Gu.) Ald. sqq. „*potuerant* et *poterant* MSS. multi et Edd. pp.“ *potuerant* Voss. A. Egm. Bong. A. Par. A. Vrat. A. *poterant* Pet. Gott. Lov. tres Confl. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Hamb. Vind. DEF. edd. ante Ald. Cf. Afr. 85 §. 6: *non modo ut parcerent hosti, non poterant adduci, sed etiam ex suo exercitu-complures aut vulnerarunt, aut interfecerunt.* Civ. 3, 18 §. 2: *eo mortuo ad neminem unum summa imperii redit, sed separatim suam quisque classem ad arbitrium suum administrabat.* quod similem temporis mutationem habet. Itaque *poterant* per se non est improbandum. Netabant, verum, ut *sint*, ex oratione obliqua. Nam *confidunt* h. l. idem est, quod *fidenter dicunt*, vel *se confidere dicunt*.

§. 4. inter se cohortati] Cf. c. 8 §. 1 et 4, 25 §. 5.

§. 5. calones equitesque] Equites nullo plane usu in pugna fuisse et ignominiose notari h. l. a Caesare videntur. Impetus enim, quo eodem subsecuti servari dicuntur, non ipsorum subsequentium, sed militum per medios hostes perrumpentium suaque virtute primum semet ipsos, deinde illos servantium est.

§. 6. etiam nunc] Handius Turs. 2 p. 580: „Unum erat olim vocabulum, unus eius accentus.“ Scilicet Velii Longi aetate, cuius verba emendata a Schneidero Gramm. 1 p. 310 adscripsit, quae sane fidem faciunt illum *etiamnunc* scripsisse et pronuntiasse *etiámnunc*. At non ita Terentius Adelph. 3, 3 v. 91: *Restáre vídeo, vívere étiam núnc lubét.* Quo exemplo simul aliud Handii decretum evertitur hoc: „In *etiamnunc* semper vocula *nunc* enclitica est, etiamsi distrahas.“ Caesar nulla causa est, cur non *etiam nunc* scripsisse h.

in castra recipere conati iniquum in locum demiserunt.
Centuriones, quorum nonnulli ex inferioribus ordini- 7
bus reliquarum legionum virtutis causa in superiores
erant ordines huius legionis traducti, ne ante partam rei
militaris laudem amitterent, fortissime pugnantes con-
ciderunt: militum pars horum virtute summotis hosti- 8
bus praeter spem incolumis in castra pervenit, pars a
barbaris circumventa periit. **41.** Germani desperata

que vero longins vulgato distat ab optimorum librorum scriptura, quae ne ipsa quidem prorsus improbabilis est. Nam eo tempore, quo recipere se in castra coeperunt, iam commiserant ut neutrum potuisse dicendi essent. Tamen *potuerunt* non solum ut simplicius et ad sonum gratius, sed etiam propter codices praeferendum putavi.

demiserunt] *demiserant* Oud. 1. 2. „*dimiserant* MSS. 9 et Edd. pp. male.“ Non *dimiserant*, sed *dimiserunt* babent edd. ante Ald. cum Gott. Lov. Fabr. tribus Confl. Hav. A. Dr. B. Vrat. BC. Goth. B. Hamb. Gn. Itaque non *demiserant* edere, sed *demiserunt*, quod exstat in Boug. A. Pl. (*demiser*) Par. A. Dr. A. Vrat. A. Vind. A., cum Aldo et sqq. tenere voluit Oud., cui operae non paruerunt. (De Graev. fallitur Elberlingius.)

§. 7. traducti] *transducti* Ald. b. Lips. sqq. traductei Goth. B.

§. 8. summotis] *submotis* Hamb. Vind. I. Oud. (*summotus* Med. a.) *sublatis* Dr. B.

l. statuatur, modo ne interpretere sogar jetzt, noch immer, sed noch zur Zeit, dermalen.

§. 7. virtutis causa] ut virtuti debitus honor haberetur. Cf. *huius potentiae causa* 1, 18 §. 3: *amicitiae causa* ib. 39 §. 2. Aliter in eadem re Civ. 1, 46 §. 4: *Q. Fulginius ex primo hastato legionis XIIII., qui propter eximiam virtutem ex inferioribus ordinibus in eum locum pervenerat.* Ib. 3, 59 §. 3: *hi propter virtutem non solum apud Caesarem in honore erant, sed etiam apud exercitum cari habebantur.* Hisp. 31 §. 4: *qui etsi erant pauci, tamen propter virtutem magno adversarios timore eorum opera adficiebant.*

ne-laudem amitterent] Hoc iam non de *nonnullis*, sed de omnibus centurionibus dictum omnes rei militaris laude floruisse probat. Cuius etsi nullus omnium sexaginta in legione centurionum plane expers fuerit, eos tamen, quorum ante parta laus memoria digna visa esset scriptori, consentaneum est superiorum potius ordinum fuisse, quam inferiorum. Atque illis nonnullos disertis verbis adscriptos videmus. Itaque verisimile est cohortes a Cicerone e praesidio emissas quinque fuisse priores.

conciderunt] Hoc verbo composito aliis locis scriptor in hominum singularium casu evidentiae causa utitur, velut 7, 25 §. 2: *quidam ante portam oppidi Gallus-glebas-proiiciebat: scorpione ab latere dextro traiectus exanimatusque concidit.* Ib. 50 §. 6: *ita pugnans post paulum concidit ac suis saluti fuit.* Eadem de causa hic, ut singulorum centurionum seorsum pugnantium et cadentium tamquam imaginem exhiberet, praetulisse compositum

expugnatione castrorum, quod nostros iam constitisse
in munitionibus videbant, cum ea praeda, quam in sil-
2 vis deposuerant, trans Rhenum sese receperunt? At
tantus fuit etiam post discessum hostium terror, ut
ea nocte, cum Gaius Volusenus missus cum equitatu ad
castra venisset, fidem non faceret adesse cum incolumi
3 Caesarem exercitu. Sic omnium animos timor prae-

Cap. 41. §. 2. At] N. Pet. Dorv. Voss. C. Bong. C. Pal. Coufl. Dr. B. Vrat. AC. Goth. B. ed. Rom. teste Dav., qui adversativam particulam huic loco melius convenire sentiebat, quam quae in reliquis libris scriptis editisque omnibus legitur, copulativam *ac*, quam tenens cum Clarkio Oud. conferri iussit 5, 56 §. 4 *ac prius*, quod idem Dav. mutabat in *at*, temere id quidem non minus, quam *atque* 4, 25 §. 3. Sed alia res est h. l., ubi, si *ac* legimus, Germanos discessisse et magno terrore perculsos Romanos reliquisse, sin *at*, discessisse quidem hostes, at ne discessu quidem eorum statim timore liberari potuisse Romanos discimus. Quorum utrum aptius sit facile intelligi potest. Itaque in tanta litterarum similitudine incertam codicum auctoritatem eodem iure deserui, quo etiam ab Oud. deserta est 5, 43 §. 4. in verbis *at tanta militum virtus - fuit*, *ut* etc. Cf. praeterea 7, 46 §. 5: *ac tanta fuit in castris capiendis celeritas*, *ut* etc. Civ. 1, 64 §. 7: *ac tantum fuit in militibus studii*, *ut* etc. Alex. 15 §. 6: *ac tantum doctrina potuit*, *ut* etc. eoque minus h. l. *ac* probabis.

tantus] *tentus* cum *a* super *e* Voss. A. Fabr., in quo vestigium cernitur verae antecedentis vocabuli scripturae.

§. 2 ad castra] *in c.* Leid. A. Hav. A. Wh. Vind. A. cod. Turr. margo Goth. B. et margo Gr. a. Cf. adn. cr. ad 5, 26 §. 2.

faceret] *fecerat* Vind. 1. *facerent* Hav. B. a m. pr. Wh. Ven. bcde. *haberet* And. Ox. et sec. Cl. MSS. nonnulli, sec. Braut. ed. Antverp. a 1551. *haberent* Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. quae correctio est non mala eius, quod in And. et Ox. legitur. Sed verum est *faceret*, de quo dixi ad 4, 11 §. 3.

§. 3. omnium] And. Ox. Cu. Leid. A. S. Hav. A. Vind. A. (Ursinus, quem Oud. huius scripturae auctoribus adiicit, neque in Notis neque in Emendationibus quicquam ad h. l. adscripsit.) *omnino* „reliqui MSS. et Edd. pp.“ Pet. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Lbb. tres Coufl. Carr. cod. Turr. Boug. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BCEF. edd. ante Ald. In Vind. D. *Sic omnium* etc. usque ad *exercitu* ob homoeoteleuton exciderunt. Cf. 1, 39 §. 1: *tantus subito timor omnem exercitum* videtur simplici, quod nihil nisi eventum et interitum omnibus communem significaturum fuisset. Similis, quamquam non eadem, est ratio 7, 62 §. 4 et Hisp. 31 §. 3.

Cap. 41. §. 1. iam constitisse in munitionibus] id quod c. 38 §. 5 fieri coeptum vidimus. Male Metaphrastes: *ἐπειδὴ ἐκείνους ἐν αὐτῷ (τῷ χαρακώματι) διασωθῆναι κατενόουν.*

§. 2. Volusenus] De hoc cf. adn. ad. 3, 5 §. 2.

§. 3. Sic] Cf. 5, 54 §. 3: *Tantum apud homines* etc. Nam ad eius loci indolem propius accedere hic videtur, quam ad illius, qui est 5, 44 §. 13: *Sic fortuna in contentione* etc.

occupaverat, ut paene alienata mente deletis omnibus copiis equitatum se ex fuga recepisse dicerent neque incolumi exercitu Germanos castra oppugnaturos fuisse contenderent. Quem timorem Caesaris adventus sustulit. 4
42. Reversus ille eventus belli non ignorans

occupavit, *ut non mediocriter omnium mentes animosque perturbaret*. 3, 22 §. 1: *atque in ea re omnium nostrorum intentis animis*. 5, 7 §. 5. *omnium impeditis animis*. 6, 34 §. 7: *etsi omnium animi ad ulciscendum ardebant*. 7, 79 §. 3: *atque omnium animi ad laetitiam excitantur*. 8, 38 §. 2: *timentes omnium animos consolatione sanat*. Civ. 3, 19 §. 4: *atque omnium animi intenti ad pacem esse videbantur*. Alex. 9 §. 2: *atque omnium animis ad laborem incitatis*. Afr. 16 § 3: *omnium tamen animi in terrorem coniecti*. Itaque *omnino* eadem significatione, qua *omnium* positum existimari usus non patitur; ut vero *totos* interpretemur neque ratio suadet, cum timore praeoccupatum animum totum occupatum esse per se intelligatur, neque convenit sequentibus, in quibus nihil inest, quod nisi una de re non cogitasse illos significet.

praeoccupaverat] *praeocu*. Med. a. *praeoccuparat* Dok. a m. pr. *occupaverat* Cu. Leid. A. S. Hav. A. Wh. Viud. A.

equitatum] *equitatu* Viud. A. Idem cum V. C. Urs. Cu. S. Hav. A. Par. B. et manu sec. Pet. addit *tantum*, quod adscitum a Scaligero lu. et sqq. tenuerunt, quamquam Oud. non plane necessarium est visum. Additum *tantum* reliquas copias non simpliciter deletas, sed in fuga concisas, equitatum solum ex fuga superstitem fingit: omisso accessus equitum non missorum ab imperatore adventus, sed ex fuga receptus dictus esse dicitur. Utrumvis probabile satisque argutum, et aeque facile addi atque omitti post *equitatum* potuit perperam; sed malae fidei suspicio obstat addentibus.

praeoccupaverat] non ante Caesaris adventum, quo respici putabat Lippertus, sed ante illud tempus, quo nuntium de Caesare afferebat Volusenus, qui fidem non faciebat ob id ipsum, quod iam tanto timore occupatus animus omnium erat. Cf. Civ. 2, 34 §. 6: *sed praeoccupatus animus Attianorum militum timore et fuga et caede suorum nihil de resistendo cogitabat*. Alex. 63. §. 2: *sive eo, quod ne praeoccupatus animus Lepidi esset obsequio adversarii, verebatur*.

mente] Cf. adn. ad 1, 39 §. 1.

se ex fuga recepisse] Vind. adn. ad 2, 12 §. 1.

§. 4. Caesaris adventus] „Memorabile est quod Suetonius scribit, eum habitu Gallico, ut ad Ciceronem properaret, per stationes hostium iter fecisse". Hotom. Locus Suetonii est Iul. c. 58, ubi, postquam *in obeundis expeditionibus dubium* esse dixit, *cautior an audentior* fuerit Caesar, cautione demonstrata: *at idem*, inquit, *obsessione castrorum in Germania nuntiata per stationes hostium Gallico habitu penetravit ad suos*. Id non ad hanc oppugnationem referendum esse cum obsessionis nomen, tum stationum hostilium commemoratio et quod nuntiata dicitur obsessio, evidenter docet, nec fugit Suetonii interpretes; quos Morus, dum assensum praebet Hotomanno, Suetonium autem *in Germania* dicentem uno verbo erroris arguit, respexisse non videtur.

unum, quod cohortes ex statione et praesidio essent emissae, questus: ne minimo quidem casu locum relinqui debuisse: multum fortunam in repentino hostium
2 adventu potuisse iudicavit, multo etiam amplius, quod

Cap. 42. §. 1. casu] *casui* aliquot VV. CC. Urs. Not. (in Emend. librum Vaticanum et suum dicit) Aud. Ox. S. Leid. B. Hav. A. Vind. A. (hic ante *quidem*, quod ipsum Duk. Vind. Cl. omittunt.) Cl. Recte Oud. *casu* restituit, quam dativi formam Caesari grammatico probatam h. l. etiam a scriptore usurpatam esse codices fidem faciunt magis, quam aliis locis. Cf. 1, 16 §. 4. 39 §. 5. 40 §. 7. 46 §. 4. 52 §. 6. 6, 44 §. 3. Schneideri Gramm. 3 p. 332. Similis generis ea sunt, de quibus verba feci in adn. cr. ad 2, 23 §. 1 et 6, 25 §. 2.

indicavit] „Editi omnes *iudicavit;* sed nos MS. Norvic. secuti sumus, postulante, ut videtur, sententia" Dav. *indicavit* „ex MS. Eliensi restituit Davisius. Al. *iudicavit.*" Cl. „Tam parva in MSS. differentia est litterarum *in* et *iu*, ut vix discernere queas, utrum sic (sic?) scriptum. Hinc forsan oculos meos decepit. Alioquin τὸ *indicavit* exstat quoque in Leidensibus, Vossianis et Bongars. primo. Quod tamen non credo: licet retinuerim egó quoque. ἔγνω sive *agnovit* Metaphrastes. Sed et *iudicavit* non sperno. Iudicium iis de rebus dedit." Oud. „*iudicavit* restitui ex codd. meis." Achaintrius. Idem a me in Dr. AB. Vrat. B. Goth. B. Hamb. Vind. A. et a Plüschkio in Boug. A. iectum est. In Vrat. A. ego non magis, quam in Hav. A. Elberlingius, utrum *iud.* an *ind.* scriptum sit, discernere potui. Whittius in

Cap. 42. §. 1. quod cohortes ex statione et praesidio essent emissae] quasi neque ad tuenda castra et castellum necessariae neque ipsae praesidii indigentes. Nam ita explicanda duplex unius loci significatio videtur; nisi forte per abundantiam quandam sermonis quotidiani duo nomina coniuncta putamus, ut a Cicerone factum est de senect. c. 20 (§. 73): *vetatque Pythagoras iniussu imperatoris, id est dei, de praesidio et statione vitae decedere.* et fortasse a belli Afr. scriptore 37 §. 4: *quarum* (turrium) *apud ultimam praesidium et statio fuit Scipionis.* et, quo loco usus est Heldius, ib. 38 §. 2: *in qua docui esse praesidium stationemque Numidarum.*

ne minimo quidem casu locum relinqui debuisse] Haec verba eius rei, quam *questus* participium exponere coepit, declarationem continuantia et sine copula mediae enuntiationi interposita atque ex verbo generali dicendi, cuius notio in illo participio inest, pendentia simul epexegesin et parenthesin, ut illa, quae c. 40 §. 2 legimus, efficiunt et praeterea ellipsin habent. Sic omnibus modis similia sunt iis, quae 7, 20 §. 2 exstant: *non haec omnia fortuito aut sine consilio accidere potuisse; regnum illum Galliae malle Caesaris concessu, quam ipsorum habere beneficio.* — Ad verba *minimo casu* cf. c. 30 §. 2, ad *locum relinqui* 5, 52 §. 1. In utrisque erravit Metaphrastes, sed grammaticam rationem recte declaravit: οὐκ ἐπὶ ὀλίγῳ τοῦτο δεῆσαι παθεῖν διδάσκων.

§. 2. multo etiam amplius] Simile huic asyndeton est 1, 16 §. 4: *multo etiam gravius, quod sit destitutus, queritur.*

paene ab ipso vallo portisque castrorum barbaros avertisset. Quarum omnium rerum maxime admirandum 3 videbatur quod Germani, qui eo consilio Rhenum transierant, ut Ambiorigis fines depopularentur, ad castra Romanorum delati optatissimum Ambiorigi beneficium

utroque Hav. *iud.*, Beyerlius in Par. A. *ind.* legisse videntur. Etiam Dübnerus *ind.* scripsit, sed codicum mentionem nullam fecit, et *iud.* a. Lemairio reiectum dicens, si editionem Achaintrii et Lemairii a 1819 factam dixit, erravit. In Vind. B. *iudicarint* esse refertur. *indicavit* est in Vrat. C. Id quomodo interpretandum esset, ostendi in Philomathiae a Wachlero a. 1818 editae Vol. 1. p. 191 („Cäsar, mit den Zufällen des Krieges nicht unbekannt, beklagte nur eins, daß die Kohorten aus dem Lager herausgelassen worden wären, und zeigte an, daß der Zufall hier viel gethan habe" gleichsam als wenn Cicero ohne eine Anzeige Cäsars dies nicht hätte einsehen können.) Nunc *iudicavit* praefero, non solum propter codices, sed etiam ut lenius atque humanius dictum et tamen acrimonia non destitutum. Significat enim non tacitum animi iudicium, cui praecedens *questus* repugnat, sed verbis pronuntiatam Ciceronis tamquam rei absolutionem vel litis inter hominem et fortunam diiudicationem, comparandumque est cum dictionibus *hostem iudicare* (5, 56 §. 3) et *de controversiis iudicare*. (5, 44 §. 3.)

§. 2. castrorum] om. Cn. Hav. A. Wh.

avertisset] ante *barbaros* Gott. Fabr. Dr. A. *advertisset* Egm. Fabr. Vrat. A. et a m. pr. B. Vind. CF. *avertissent* Hav. A. Ald. et sqq. usque ad Oud. praeter Vasc. St. (Freil.)

§. 3. transierant] *transierunt* Vind. C. *transissent* Vind. D. edd. ante Ven. f. non male. Ita c. 36 §. 1 Caesar scripsit *continuisset*.

§. 4. obtulerant] Hav. A. (*opt.* sec. Wh.) Vind. A. (uterque ante *beneficium*) Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. lu. Gr. Dav. *obtinuerant* Gu. *obtulerunt* „MSS. mei duodecim et Edd. multae" Voss. A. Egm. Pal. et Pet. Cousl. Par. A. Dr. B. Vrat. AC. Goth. B. Vind. CI. Ven. f. St. Gr. b. Freil. Ci. *contulerunt* Bong. C.

quod paene ab ipso vallo-barbaros avertisset] sc. fortuna, quam Caesar in hoc ipso etiam multo plus, quam in repentino hostium adventu potuisse indicabat. Ante *quod* audiendum est *in hoc*, ut paulo post ante *quod Germani* et 7, 56 §. 2 in verbis *tum maxime, quod* et alibi solum *hoc*. Quod *paene ab ipso vallo* avertisse barbaros fortuna dicitur, eadem ratione, qua dictio *sub ipso vallo* 5, 43 §. 5 interpretandum: ipsum quidem vallum nondum attigerant, sed prope ab eo afuerant, cum signa redeuntium cohortium conspicarentur.

§. 3. Quarum omnium rerum maxime admirandum videbatur] Hoc deposita indicis persona ex familiari cum Cicerone colloquio referre videtur. Transitus a feminino ad neutrum similis est illi 3, 4 §. 3: *quarum rerum a nostris propter paucitatem fieri nihil poterat*. et Civ. 2, 43 §. 2: *quarum rerum nihil omnino acciderat*.

beneficium obtulerant] Scilicet inimicissimo Romanorum Ambiorigi non poterat non esse optatissimum tanto eos incommodo affectos videre, etiamsi ad ipsum nihil magnopere commodi

obtulerant. **43.** Caesar rursus ad vexandos hostes profectus magno coacto numero ex finitumis civitatibus
2 in omnes partes dimittit. Omnes vici atque omnia

Confl. *obtinuerunt* Lov. Gott. (hi *opt.* sec. Fabr. et Wh.) Voss. C. Leid. C. Dr. A. Vrat. B. Hamb. *obtulerint* edd. ante Ven. f. (*opt.* Ber.) Oud., in qua scriptura Pl. *b.* secundum Bong. A. mutavit in *p*, *i* intactum reliquit. Coniunctivum Oud. ita probandum putabat, ut *fecerit* 5, 27 §. 3, quo loco oratio obliqua et coniunctivus legitimus est: in tempore offendisse non videtur, quod tamen post *videbatur* manifestam habet inconsequentiam ab usu scriptoris atque a ratione alienam.

Cap. 43. §. 1. finitumis] Bong. A. Voss. A. Egm. Par. A. Oud. 2. non *finitimis*. Cf. adn. cr. ad 5, 38 §. 1.

§. 2. incendebantur] *pecora interficiebantur* addunt And. Ox. Hav. A. Vind. A. (hi duo *peccora*). Etiam Petrarcha pecorum mentionem facit, sed ita, ut, quin sua sponte addiderit, dubitari non possit: *abiguntur pecora*, *convectantur praedae*, *consumuntur frumenta*, *exuruntur aedificia*, *omnia denique pervastantur* etc. Hist. 15, 36. Interfecta vero pecora actae ex omnibus locis praedae affingere cui in mentem veniret? Praeter pecora enim non multae res relictae videri debebant, praesertim incensis aedificiis, quae praedae loco haberi et agi possent. Magis crediderim ipsum scriptorem in prima scriptione rem specialem, in secunda generalem potius commemorandam putasse, et quod in Ephemeridibus solum positum recte se haberet, male coniunctum esse cum eo, quod illius in locum substituisset.

inde redundaret. Hoc igitur beneficium non absimile ei, quod a diis acceptum praedicat Caesar 5, 52 §. 6, re vera in eum contulerant Germani, non ostenderant tantum, ut vertit Horkelius: daß die Germanen dem Ambiorix die erwünschteste Wohlthat gleichsam angeboten hatten.

Cap. 43. §. 1. vexandos] V. adn. ad 1, 14 §. 2.

dimittit] sc. eos, quos coëgerat. Etsi enim suos quoque milites Caesar dimisisse putandus est, tamen hos dimissos esse non significat, sed ut per se certum omittit. Illos autem esse dimissos, quamquam ne ipsum quidem disertis verbis pronuntiatur, efficitur tamen ex iis, quae praecedunt, *magno coacto numero*, quibus contineri verbi *dimittit* obiectum facile credet qui illa meminerit 3, 14 §. 4: *turribus autem excitatis tamen has altitudo puppium ex barbaris navibus superabat*, et quae 4, 21 §. 6. et reliquis locis ibi collatis leguntur. Itaque ellipsin pronominis demonstrativi scriptor fecit similem ei, qua 1, 40 §. 7 in *superarint* est usus, neque vero comparandam cum ea qua usus videtur Civ. 3, 112 §. 6: *dimisit enim circum omnes propinquas provincias atque inde auxilia evocavit*, cuius rationem et discrimen recte exposuit Heidius ad Civ. 1, 25 §. 10. Idem apte cum hoc contulit locos Civ. 3, 21 §. 4: *eo in Italiam evocato, quod gladiatoriae familiae reliquias habebat, sibi coniunxit atque eum praemisit*, et Gall. 7, 4 §. 1: *convocatis suis clientibus facile incendit*,„ qui ambo pariter atque hic ellipsin et ellipseos supplementum huic consimile habent.

aedificia, quae quisque conspexerat, incendebantur, praeda ex omnibus locis agebatur; frumenta non solum a 3
tanta multitudine iumentorum atque hominum consumebantur, sed etiam anni tempore atque imbribus procubuerant; ut si qui etiam in praesentia se occultassent, tamen his deducto exercitu rerum omnium inopia pereundum videretur. Ac saepe in eum locum ventum est, tan- 4
to in omnis partis diviso equitatu, ut modo visum ab se

§. 3. a tanta] Aud. Ox. Cu. Leid. A. Urs. (?) Hav. A. Vind. A. *tanta* reliqui cedices cum edd. aute Aid. et Vasc. St. Gr. b. (Freli.), omissa praepositioue, quae et faciie abesse posse videbatur Oudendorpio, sive qued ablativum ita, ut proxime sequeotem *tempere* et *imbribus*, causam, sive ut *imperio* 1, 18 §. 5 conditionem rerum significare statueret. Sed ueque haec ambiguitas vaide grata ueque illud ratleni ceusentaueum est, ut quod multi consumunt, id propter multitudinem, aut iu multitudine et ea rerum conditioue, quam efficit multitude, consumi dicatur. Verisimiiius fit idem h. l. in *a* praepesitione accidisse, qued c. 38 §. 1 in *apud* et *in* accidisse visum est.

multitudine iumenterum atque homiuum] *h. iumentorumque m.* Leid. A. Hav. A. Wh. Vind. A. Cf. Civ. 1, 55 §. 1. *magnum numerum iumentorum atque heminum*, et ib. 2, 1 §. 4 *magnam iumentorum atque heminum multitudinem*. Item supra c. 3 §. 2 et c. 6 §. 1. Contra 5, 21 §. 2.

etiam] om. Ox. Hav. A. Vind. A.

his] Pet. Egm. Lov. Fabr. Beng. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. B. Vind. ABCFI. Ven. cde. *hiis* Voss. A. Gott. Fabr. Vrat. AC. Hamb. *iis* Geth. B. edd. reil.

§. 4. omuis partis] Beng. A. Voss. BC. Gott. et teste Fabr. int. vers. a m. pr. Vess. A. Veu. f. *emnibus partibus* idem Voss. A. a m. pr. testibus Oud. et Fabr. et Leid. B. *emnis partes* Par. A. *omnes* (*partis*) Vind. B. *omnes partc* Vrat. A. *omines partes* Vrat. B. a m. pr. *omnes partes* reii. Oud. Hav. A. Wh. Dr. AB. Vrat. C et a m. s. B. Vind. A. Goth. B. edd. ante Ven. f. St. et sqq. usque ad Oud. praeter Ald. a. Gr. a. Turr., quae *emneis parteis*. Cf. adu. cr. ad c. 32 §. 3. In Lev. Fabr. et Hamb. *tante in omnis partis diviso equitatu* desunt. Pro *divise* Dr. A. Goth. B. *divisio* habeut, Met. *διαπεμφθέντος* pesuit.

medo] Aud. Ox. *non medo* reiiqui et edd. ante Oud.

visum] *v. est* Vrat. B.

§. 2. quisque] nou solum eorum, qnos antecedeutia verba dimisses osteudunt, sed omnium, qui iu expeditioue erant.

§. 4. tanto iu omuis partis diviso equitatu] Ex finitimis enim civitatibus coacti maximam partem equites videutur fuisse. Quo maior autem omuis equitatus erat, eo maiores esse poteraut divisi partes, quae in singulas partes regionesque Eburonum mitterentur, eoque facilius saepe fiebat, ut paeue consequerentur fugientem. Ad dictiouem *in omnis partis divise*, quae panie iusolentier est, cf. Livii 37, 45 §. 19: *Consul in hiberna*

Ambiorigem in fuga circumspicerent captivi nec plane etiam abisse ex conspectu contenderent, ut spe consequendi inlata atque infinito labore suscepto, qui se

fuga] *figura* Bong. A.

circumspicerent] *circumspicerentur* Ox. *conspicerent* Cu. S. Leid. A. Vind. B. *conspexisse dicerent* Ven. f. Gr. *a.* Turr. om. Vasc. St. Gr. b. (Freli.) Lips. sqq. *πολλάκις δὲ τότε συνέβη - τοὺς αἰχμαλώτους οὐχ ὅπως φεύγονθ᾽ ἑωρακέναι τὸν Ἀμβιόριγα, ἀλλὰ καὶ οὐδ᾽ ἀφανῆ πω ἐκεῖνον οἴχεσθαι βεβαιοῦν* Met. *tantoque impetu hinc inde discursum est, ut Ambiorigem a se visum multi dicerent atque ad eum comprehendendum incredibili celeritate contenderent.* Petr. 15, 36. *Circumspicerent* recte interpretatur Nipperdeius: „captivi Ambiorigem, quem modo vidisseut, subito e conspectu ablatum toto circnitn circumlatis ocuiis quaerebant mirabundi, quo pervenisset, neque abire potuisse sibi ipsi credentes: et hercnie etiamuum se eum videre longinquo aiiquo loco coutendebant.“ Sed haec descriptio rei semel factae aptissima, iteratae minus convenieus, ad saepe factam adhibita eo est incredibilior, quo plures habet vere factae uotas. Eandem ob causam displicet qnod Oud. scriptum a Caesare suspicabatur, *circumspicientem.* Nihil autem, quod non placeat, habet Vascosaui lectio, quam et Metaphrastes secntus est et posteriores editores non siue causa, ut Nipperdeins pntabat, probaverunt. Etiam *dicerent* melins videtur, quam *circumspicerent:* uihiio tamen minus teneri hoc librorum consensus iubet. Exstat enim in Ond. „reliqnis“ Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. tribus Coufl. Hav. A. Bong. A. Par. A. cod. Turr. Brant. Steph. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. (Gu.) Vind. ACDEF. edd. ante Ven. f. et tribus Aldiuis.

nec] „And. Ox. Bong. A. Leid. AB. Voss. ABC. Pet. Cn. Egm. Lov. Gott. ai. inc.“ Pariss. Achaintr. Hav. A. Dr. A. Vrat. A. et a m. pr. B. Hamb. Viud. A. *se nec* Dr. B. *sed nec* cod. Turr.

exercitum Magnesiam ad Maeandrum et Tralles Ephesumque divisit, h. e. misit divisum.

captivi] Eburones, quos recognoscendi Ambiorigis causa secum ducebant ii, qui ipsum persequebantnr.

etiam] Handins Turs. 2 p. 572: „Cum negatione coniunctum *etiam* significat rem nondum factam: *noch nicht*, *noch immer nicht*. Tempus adhuc est, in quo non facta sit res. Sic *etiam non* „pro *nondum*, et *nihil etiam*. Et componuntur verba *nondum etiam*.“

§. 5. atque infinito labore suscepto] Haec Lippertus seiuncta a praecedentibus post *qui-putarent* collocata malebat sine copula, quippe quae idem, quod *paene naturam studio vincerent*, significare iisque amplius declarari existimaret. Sed spe consequendi illata omnes infinitum neo unqnam remittendum laborem snscepisse, ii vero, qui se summam ab Caesare gratiam inituros putarent, in quo genere milites potissimum fuisse consentaneum est, etiam paene naturam studio vicisse existimandi sunt. *Infinitus labor* h. l. est perpetuus, unaufhörliche Arbeit. Cf. Cic. de or. 1, 1: *si infinitus forensium rerum labor et ambitionis occupatio decursu honorum - constitisset.* Auctor dial. de orat.

summam ab Caesare gratiam inituros putarent, paene naturam studio vincerent, semperque paulum ad summam felicitatem defuisse videretur, atque ille latebris ac silvis aut saltibus se eriperet et noctu occultatus alias regiones partesque peteret non maiore equitum

Vrat. C. et int. vers. a m. s. B. Goth. B. Vind. CD. (Gu.) edd. ante Oud.

abisse] *abse* Egm. Fabr. Vrat. A. *abiisse* Hamb. Rom. a. Ber. §. 5. inlata Voss. A. Egm. Fabr. Vrat. A. Vind. A. Par. A. (Bong. A.) non *ill.*

ac silvis] Cu. sec. Oud. Ox. Ald. b. Lips. et sqq. *aut s.* And. Leid. A. Hav. A. Vind. A. et sec. Fabr. et Oud. a m. s. Pet. Ald. a. Gr. a. P. Man. Turr. om. „reliqui" Voss. A. Egm. Gott. tres Coufl. Par. A. Bong. A. cod. Brant. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. C. et, qui pro *aut saltibus* habet *atque s.*, I. edd. ante Ald. Vasc. St. Gr. b. (Frell.) *latebris aut saltibus* scribere Caesar non potuit, nisi ant de *aliis* latebris cogitari aut *latebras* speluncas aut certum aliquod genus latebrarum intelligi vellet, quorum neutrum usus linguae patitur: *latebris ac silvis aut saltibus* si scripsit, plane suo more generi adiunxit speciem, ut 2, 19 §. 7 et saepe, ea autem, quae specie continentur, cum posset coniungere, disiungere ut nonnihil tamen differentia maluit propterea, quod proxime coniunctorum ratio esset alia. Cf. c. 20 §. 1 *rumore aut fama.* Haec reputanti et simul vitii, quod in And. etc. conspicitur, rationem habenti vix dubium esse potest, quin errore praetermissa haec in optimis libris, non sine fide assuta in altero genere debeant iudicari.

c. 30: *eos oratores-quorum infinitus labor et quotidiana meditatio et-assiduae exercitationes ipsorum etiam continentur libris.*

putarent] Cf. adn. ad c. 37 §. 2.

naturam] non rerum, quam Sallustius dicit Iug. 75, 2 et 76, 2 Metellum admirans, qui *naturam etiam vincere* aggressus sit et *ipsam ceteris imperitantem industria* vicerit, sed suam ipsorum, quae tantum laborem ferre recusaret.

atque ille-peteret] Haec tertia pars est rerum, quas persequendi Ambiorigis ratione verbis *in eum locum ventum est*, *ut contenderent* demonstrata effectas esse *ut* coniunctio post *contenderent* posita significat, similis illa secundae (*semperque-videretur*) ita, ut secunda primae (*spe-vincerent*) ideoque pari copulae vinculo adiecta, nulla habita ratione dissimilitudinis, quam si *paulum* respicimus, non minorem inter tertiam et secundam, quam, si *defuisse*, inter secundam et primam intercedere animadvertimus.

occultatus] silvis aut saltibus, quorum beneficio cum interdiu ex manibus persequentium se eripuisset, noctu ad alias regiones partesque petendas utebatur, quam quas interdiu petiverat vel petere visus erat. *Regiones partesque* pleonasmum habere ostendi ad 3, 3 §. 1: similiter Hirtius Alex. 42 §. 6 *omnem illam partem regionemque* dixisse videtur. Praeterea cf. Civ. 1, 25 §. 3 *extremis Italiae partibus regionibusque Graeciae*, et Dolabellae ad Cic. Fam. 9, 9 *si forte Pompeius pulsus his quoque locis rursus alias regiones petere cogatur.*

praesidio, quam quattuor, quibus solis vitam suam committere audebat. **44.** Tali modo vastatis regionibus exercitum Caesar duarum cohortium damno Durocortorum Remorum reducit concilioque in eum locum Galliae indicto de coniuratione Senonum et Carnutum
2 quaestionem habere instituit et de Accone, qui princeps eius consilii fuerat, graviore sententia pronuntiata
3 more maiorum supplicium sumpsit. Nonnulli iudicium

quattoor] Bong. A. Pl. Par. A. Dr. B. Goth. B. edd. ante Ald. *quatuor* Dr. A. Vrat. ABC. Hamb. Vind. Fl. (Gu.) Ald. a. Gr. ab. St. P. Mau. Freli. Torr. *IIII.* Hav. A. Wh. Vind. A. *IV.* Ald. b. Lips. sqq.

committere] *conm.* Vrat. A.

Cap. 44. §. 1. vastatis regionibos] *vastitas r.* Bong. A. Pl. *v. religionibus* Hamb. a m. pr. *factis religionibus* Hav. A. Wh. Vind. A. *factis legionibus* Flodoardus hanc §. recitans Hist. Eccl. Rem. 1, 1 ed. Sirmood. (Colvener. ex uno Flod. codice restituit *vastatis reg.*)

Durocortorum] „Vat. et meus" Urs. Emend. VV. CC. id. Not. Steph. sec. Hotom. Pet. Voss. A. Gott. Egm. Fabr. tres Coull. (Bong. A. Pl.) Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Gu. Vind. I. (Par. A.) Flodoard. Lips. sqq. „*Durofortum*, *Durocortum*, *Durocotorum* MSS. et Edd. qdd." *Duro costerum* Hav. A. Wh. *duro corterum* Vind. A. *duro eorum* Hamb. In Vind. E. com praecedente nomine coniunctum est *Dannodurviortorum.* (*danno* pro *damno* etiam Vrat. C. Goth. B. Vind. F. Rom. a.) *Durocoterum* Vind. D. margo Vrat. B a m. s. edd. ante Ald. *Durocotorum* St. *Durocortum* unus Flod. codex et reliquae edd. ante Lips. *Δηροκοντίρην* Met. Inscriptio quaedam in Belgio reperta DUROCORIER, alia prope Vindobonam DUROCORREM exhibet. Cf. *Zeitschrift f. d. A. W.* a. 1835 n. 36 et a. 1837 n. 48.

reducit] *deducit* Egm. Vrat. A. *reduxit* Torr. *ducit* Flod. Sirm.

§. 2. De Accone] *Deacone* Vind. C. *de Acthone* Petr. 15, 37 Cf. c. 4 §. 1.

sumpsit] *sumsit* Oud.

quibus solis] Suspicari licet a Caesare praemia iis, qui eum occidissent, fuisse proposita.

Cap. 44. §. 1. duarum cohortium damno] Huic sarciendo percommodae sunt duao cohortes illae, quae super decem ad pontem tuendum attributae sunt Volcatio Tollo c. 29 §. 3.

Durocortorum Remorum reducit] Non quod inde duxisset in Eburones (duxerat enim a Rheno et ex Treviris) reducere eo exercitum dicitur, sed quod ei loco, unde a principio veniebat, propiores erant Remi, quam Eburones, a quibus discedens si septentrionem versus duxisset, vix uti illo verbo et *in Batavos* vel *Menapios reductum* exercitum dicere potuisset.

§. 2. graviore seotentia pronuntiata] Metaphrastes *ὑπὸ τῆς πάντων εἰς καταψηφισθέντα γνώμης* ponens non solum orationem soloecam, sed etiam Caesarem defugientem facit auctoritatem sententiae gravioris, quam ab ipso pronuntiatam esse et verborum constructio et res ipsa docet.

veriti profugerunt; quibus cum aqua atque igni interdixisset, duas legiones ad fines Trevirorum, duas in Lingonibus, sex reliquas in Senonum finibus Agedinci in hibernis conlocavit frumentoque exercitui proviso, ut instituerat, in Italiam ad conventus agendos profectus est.

§. 3. atque] *et* Hav. A. Wh. edd. ante Ald. St. Gr. b. Frell.
duas] *II* Vrat. C. Ald. b. Lips. sqq.
duas] *II* Ald. b. Lips. sqq.
sex] Bong. A. Pl. Hav. A. Wh. Vind. A. Ald. a. Gr. ab. St. P. Man. Frell. om. Vind. I. *sed* ed. Bas. (a. MDXXXI.) *ex* (deinde *reliquis*) margo Goth. B. ed. Turr. *et* „MSS. et Edd. qdd.“ Voss. A. Gott. Egm. Lov. tres Consl. cod. Turr. Brant. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. CDEF. edd. ante Ald. margo Frell. *τὰ δὲ λοιπά* Met. *VI* Ald. b. Lips. sqq.
Agedinci] *Agendici* inde ab Aido vulgatum tenens in 1 Oud. sic in nullo suorum codicum esse, sed Bong. A. Leid. (A?) S. And. Pet. dare *Agedinci*, ceteros *Agedici*, *Acedici*, Duk. et Dorv. *addixit et*, Edd. Rom. et Med. Ven. *adduxit et* demonstrat. Cum Bong. A. etc. faciunt Hav. A. Vind. A. *Agedici* habent Ort. Fabr. Vrat. B. a m. pr. inc. Oud. 2. „meus liber *Ageduum* habet, hoc est, *Agedicum*. et V. C. Achillis Statii *Ageducen̄*, semper.“ Ciacc. *Acedici* Voss. A. Gott. Lov. a. Torr. coll. Par. A. *ac edici* Egm. Vrat. A. *Accedici* Hamb. *Acedini* Gu. *Acesdici* Lov. ab Heins. coll. *accedi* Dr. A. Vind. B. Ut Duk. et Dorv., ita et Bong. C. Pal. Consl. cod. Turr. Vind. CFI. et sup. a m. s. *u* Goth. B. *addixerit et* Vind. E. *adduxit atque* Vrat. B. a m. s. *adduxit et* Dr. B. Vrat. C. Vind. D. cum edd. ante Ald. *Ἀγενδίκῃ* Met. Oudendorpium, ut *Agedici* scriberet, partim Ptolemaei auctoritas movit 2, 8 (p. 104 Nobb.) *Ἀγεδικὸν* Senonum urbem nominantis, partim vocabulorum male a librariis *n* littera auctorum multitudo ab ipso ad 2, 6 §. 3 congesta, in quibus *thensaurus* nuper Planto vindicatum a Ritschelio probatumque a Bergkio est, *Sontiates* nos in adn. cr. ad 3, 20 §. 2 tueri conati sumus: mihi codicum optimorum non solum h. l., sed etiam 7, 10 §. 4. 57 §. 1. 59 §. 4. 62 §. 10. consentiens in illa littera auctoritas pluris facienda videbatur. Et *Agetincum* Ukertus Gall. p. 473 ex tabula Peutingeriana, simili autem modo formata nomina *Alisincum*, *Durotincum*, *Lemincum*, *Vapincum* passim aliis ex scriptoribus affert.
conlocavit] . . . . Fabr. (Voss. A?) Par. A. (Bong. A.) non *coll.*
exercitui] *exercitu* Leid. A, Voss. B. Dr. A. Hamb. Vind. A. Oud. Cf. adn. cr. ad c. 42. §. 1. et ad 1, 16 §. 4.

§. 3. proviso] Cf. adn. cr. ad 5, 8 §. 1. Temere Metaphrastes hanc rem praetermisit.
ut instituerat] Ne hoc quidem recte interpretatus est Metaphrastes: *καθ' ἃ καὶ πρότερον ἐνενοεῖτο*. Cf. adn. cr. ad 5, 1 §. 1.

LIBER VII.

Quieta Gallia Caesar, ut constituerat, in Italiam ad conventus agendos proficiscitur. Ibi cognoscit de Clodii caede de senatusque consulto certior factus, ut omnes

Cap. 1. §. 1. constituerat] *instituerat* „MS. Lips." Lb. Vind. D. edd. ante Ald. quod ex libri sexti extremis petitum videtur.
de senatusque consulto] Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. sqq. tacentibus de And. Ox. Cu. Lov. Urs. Bong. C. Vind. B. Bong. A. Gronovio, Wassio, ex Fabr., Ursino et Ciacconio, ex. Conf., ano-

Cap. 1. §. 1. Quieta Gallia — proficiscitur] Ex libri sexti extremis Caesarem iam esse profectum intelligitur. Itaque *proficiscitur* h. l. continuationem significat itineris, in quo, nisi quieta mansisset Gallia, substiturus et ad exercitum rediturus fuisset. Eodem pertinet *constituerat* verbum, de quo cf. ad 4, 6 §. 5 dicta, quo docemur, quid profecturus ostenderit suis. Nec sane deerat causa, cur de quiete dubitaret. Huius igitur statim initio mentionem facit: Da Gallien ruhig war.

de senatusque consulto] Asconius in Milonianam p. 35, 3 (Cic. ed. Orell. T. V. P. 2) *factum erat senatus consultum, ut interrex et tribuni plebis et Cn. Pompeius, qui pro consule ad urbem erat, viderent, ne quid detrimenti res publica caperet, dilectus autem Pompeius tota Italia haberet. Qui cum summa celeritate praesidium comparasset* etc. Ipse Cicero Milon. c. 25: *si Italiae delectus, ut nonnulli conquisitores tui* (Pompei) *dictitarunt, si haec arma — si delecta iuventus — contra Milonis impetum armata est* etc. Itaque ad Pompeium pertinebat senatus consultum, qui etiam superioribus annis in Cisalpina Gallia dilectum habuerat, ut 6, 1 §. 2 demonstratum est. Inest autem in his significatio voluntatis erga senatum Caesaris, qui cum audivisset senatum decrevisse ut omnes iuniores Italiae coniurarent, etiam non iussus in ea parte Italiae, quam ipse pro consule teneret, dilectum habere institueret, si forte milites quos Pompeius ad urbem coëgisset, non sufficerent. Quamquam deinde ipse his militibus usus est, ut c. 7 §. 5 ostendit. De enclitico cf. 2, 11 §. 5 *sub occasumque solis* cum adn. et Civ. 3, 82 §. 4 *in annosque consulatum definiebant.* Afr. 18, 5 *post collemque.* 35, 4 *in tuaque praesidia.* 64, 1 *in Africamque.* 71, 4 *in eosque.* 90, 4 *de vitaque.* 93, 3 *ab suisque.* 97, 1 *ex regnoque.* Hisp. 15, 6 *in conspectuque.*

ut] Cf. Civ. 1, 2 §. 6: *coacti Scipionis sententiam sequuntur, uti ante certam diem Caesar exercitum dimittat.* 3, 10 §. 4:

iuniores Italiae coniurarent, dilectum tota provincia ha-
2 bere instituit. Eae res in Galliam Transalpinam cele-

nymo Viud., Pl. *de* om. Carr. N. cod. Di. Voss. „mei quotquot ipse consului" Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lb. Pal. Hav. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Viud. ACDEFI. Gu. edd. ante Ald. St. Gr. b. Frell. Omissa praepositione et ambigua et insolens fit dictio. *Senatus consulto* enim *certior factus* intelligi potest et is, quem senatus consultum certiorem factum voluit, et quem fecit certiorem. Illud autem, de quo certior factus est, quod colligi ex verbis *ut omnes iuniores Italiae coniurarent* necesse est (cf. 3, 5 §. 3 ibique adscripta) quoniam a Caesare praestari non poterat (cf. quae in int. ex Asconio et Cicerone relata sunt) ad eam partem Italiae, quae eius provincia erat, referri eique a senatu mandatum statui debet hoc, ut quod per ipsum fieri posset, omnes Italiae iuniores coniurarent: durch einen Senatsbeschluß benachrichtigt, daß er das seinige dazu beitragen solle, daß die allgemeine Bewaffnung Italiens zu Stande käme. Hanc sententiam ita a Caesare pronuntiatam esse minus verisimile fit, quam librariorum colpa post *caede* excidisse *de*. Neque enim *senatus consulto certior factus* idem est atque *senatus consulto accepto*, quod opinari videtur Nipperdeius, dum Plutarchum conferri iubet Marc. c. 9, ubi Marcellus praetor Siciliam sortitus (cf. Pighii Ann. 2, 160) dicitor post proelium Cannense Canusium se contulisse *δόγμα τῆς βουλῆς δεξάμενος*.

iuniores Italiae] „MSS. fere omnes" *It. iun.* Vrat. C. Goth. B. Viud. AD. edd. aute Oud. 1 praeter Ven. f. St. et Oud. 2. (In Viud. B. *iuniores* omissum, in S. Hav. A. pro eo scriptum est *minores.*)

dilectum] „Bong. A. Voss. A. et multi alii" *delectum* Vrat. AB. Goth. B. Vind. AC. Hav. A. edd. ante Oud. *delectu* Vrat. C. *dileui* Hamb. Cf. adn. cr. ad 6, 1 §. 1.

habere] om. S. Leid. A.

satis esse magna utrinque incommoda accepta, quae pro disciplina et praeceptis habere possent, ut reliquos casus timerent. in qoibus *ut*, quemadmodum hic, ex solo pendet substantivo. Eiusdem generis haec sunt, quae substantivo odditum habent verbom: Civ. 1, 3 §. 7 ***dicuntur etiam a nonnullis sententiae, ut legati ad Caesarem mittantur.*** ib. 3, 16 §. 4 ***Pompeii summam esse ac fuisse semper voluntatem, ut componerentur atque ab armis discederetur.*** ib. 102 §. 2 ***erat edictum Pompeii nomine Amphipoli propositum, uti omnes eius provinciae iuniores, Graeci civesque Romani, iurandi causa convenirent.***

iuniores] quorum aetas inter annum XVII. et XLVI. esset. Testis est Gellius, 10, 28. Cf. praeter Civ. 3, 102 modo citatom Liv. 3, 41 §. 7 ***edicitur delectus, iuniores — ad nomina respondent.*** 6, 2 §. 6 ***delectum iuniorum habuit ita, ut seniores quoque quibus aliquid roboris superesset, in verba sua iuratos centuriaret.*** et 7, 23 §. 3.

§. 2. Eae res] Haec usque ad initium c. 6 narrata Caesar ex pluribus legatorum suorum litteris excerpsisse videtur, quorum alios de rumoribus per Galliam dissipatis, alius de principum conciliis et quae ibi agitata essent consilia, alios fortasse de illo, quod c. 2 scriptum est, deque

riter perferuntur. Addunt ipsi et adfingunt rumoribus Galli quod res poscere videbatur: retineri urbano motu Caesarem neque in tantis dissensionibus ad exercitum venire posse. Hac inpulsi occasione, qui iam ante se 3
populi Romani imperio subiectos dolerent, liberius atque audacius de bello consilia inire incipiunt. Indictis 4
inter se principes Galliae conciliis silvestribus ac remotis locis queruntur de Acconis morte: posse hunc

§. 2. adfingunt] Voss. A. Egm. Par. A. (Bong. A.) non *aff.* (*affigunt* Hamb. Vind. I. Rom. a. Ber. *affligunt* Vind. D. Med. a. Ven. bcde.)

§. 3. inpulsi] Voss. A. Egm. Vrat. A. Goth. B. (Bong. A.) non *imp.* (*impulsis* Dr. B. *impuni* Vind. A.)

§. 4. conciliis] *consiliis* „MSS. pierique" Gott. Voss. A. Egm. Lov. Hav. A. Bong. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. CF. edd. ante Ven. f. St. Lips. quorum parti placuerit ob praegressum *consilia*. Sed repugnat *indici*, quod verbum proprium est in *conciliis*. Cf. 1, 30 §. 3. 5, 56 §. 1. 6, 3 §. 4. 44 §. 1. 7, 63 §. 5. 75 §. 1; quorum locorum extremo legitur *concilio principum indicto*, cum in reliquis fere *totius Galliae* vel *Galliae* sit. Omnino verbum utrique, concilio et consilio, commune in his libris unum est *convocare*, de quo cf. adn. cr. ad 2, 10 §. 4.

Acconis] *Accenis* Dr. B. *Azonis* Hamb. *Acronis* Vind. C. *al. Athiconis* Vind. B. cf. 6, 4 §. 1. 44 §. 2.

posse hunc] „MSS. plurimi" Pet. Gott. Voss. A. Egm. Bong. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. F. edd.

rebus secundum illud Genabi gestis, alius de Vercingetorige certiorem eum fecisset; quae omnia inter se et cum iis, quae postmodo facta ipse vidisset, comparata hunc in modum composuit.

quod res poscere videbatur] Haec non parenthesin faciunt, cuius signa Aldus et nonnulli circumdederunt, sed obiectum continent verborum *addunt* et *adfingunt*, quibus proinde sine commate iungenda, a sequentibus autem, quae additum et adfictum ipsum exhibent, colo sunt distinguenda. *res* non est Gallica, das Interesse von Gallien, ut Hausius interpretatus est, neque *motus urbanus* et *dissensiones*, ut statuit Oehlerus, sed ea, quae a fingentibus agebatur, ut rebellaretur. Cf. ad 5, 45 §. 1. (*res ad paucitatem defensorum pervenerat*) adscripta. Fictum autem hoc ab illis esse, non pro vero habitum, colligere scriptor ex iis poterat, quae §. 6 nuntiata refert.

§. 3. Hac inpulsi occasione] quam res urbanae re vera turbidae et vulgi Gallorum incitati per ipsorum additamenta et figmenta animi praebere iis videbantur.

qui iam ante — dolerent] Cf. 5, 4 §. 4: *et qui iam ante inimico in nos animo fuisset, multo gravius hoc dolore exarsit.* Aliter infra c. 59 §. 2: *qui ante erant per se infideles.* Cf. adn. ad 5, 4. §. 3.

§. 4. Indictis inter se principes Galliae conciliis] Antea pro se quisque vel unus cum altero consilia inierant. De subiecti collocatione cf. adn. ad 5, 49 §. 4 et infra c. 17 §. 1.

casum ad ipsos recidere demonstrant; miserantur com-
5 munem Galliae fortunam; omnibus pollicitationibus ac
praemiis deposcunt qui belli initium faciant et sui ca-
6 pitis periculo Galliam in libertatem vindicent. In pri-
mis rationem esse habendam dicunt, priusquam eorum clandestina consilia efferantur, ut Caesar ab exercitu

ante Ald. In Carr. cod. Turr. Vind. BC. *posse* omissum, in Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. post *recidere* positum est. Ac videtur in archetypo margini adscriptum inde diversum locum cepisse. Solet autem a Caesare saepius subiici infinitivo, quam praemitti, et pronomen initio satis convenit. Itaque iudicium anceps est, et non temere Oud. Aldinum ordinem tenuit.

recidere] *recipere* Bong. A. *recedere* Par. A. a. m. pr. et ante *ad ipsos* edd. ante Ber. (*recidere ad ipsos* Goth. B. Ber.)

§. 5. initium] And. Ox. S. Cu. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. *initia* reliqui cum edd. ante Ald. quo numero Caesar Civ. 3 extr. est usus: *haec initia belli Alexandrini fuerunt.* Sed *initia facere* certe non dixit. Cf. c. 2 §. 2 *facto initio belli.* 5, 53 §. 4 *unde initium belli fieret.* 1, 18 §. 6 *initium eius fugae factum.*

faciant — vindicent] *faciat — vindicet* Ox. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Singularis ad *initium*, pluralis ad *initia* accommodatus a critico videri potest: illum res et dictio *sui capitis*, hunc codices magis commendant. (*vendicent* Egm. Fabr. Vrat. A. Vind. I. Med. a. Ven. bcdef.)

§. 6. In primis] *Eius in primis* And. Ox. S. Cu. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. praeter Turr. Cum eo conferri potest c. 14 §. 2 *omnibus modis huic rei studendum, ut — Romani prohibeantur.* 8, 52 §. 3 *id agi paucorum consiliis, ut —.* Sed alterum non minus est bonum. Cf. Cic. De am. c. 24 (§. 89) *omnis igitur hac in re habenda ratio et diligentia est, primum ut monitio acerbitate, deinde ut obiurgatio contumelia careat.* Fam. 3, 5 §. 1 *didici ex tuis litteris te omnibus in rebus habuisse rationem, ut mihi consuleres.* (*imprimis* Goth. B. Rom. a. et aliae.)

esse habendam] *esse* Oud. omisit secundum Leid. A. Lov. Dorv. quibus accedunt Lbb. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. E. In Ven. f. ante *rationem*, in Ald. ab. P. Man. Gr. a. Turr. Lips. Iu. Gr. Dav. Cl. post *habendam* positum est. Cf. 1, 31 §. 14 *idem esse faciendum.* 2, 31 §. 2 *Aduatucos esse conservandos.* 4, 16 §. 1 *sibi Rhenum esse transeundum.* 8, 34 §. 1 *frumenti rationem esse habendam.* Civ. 1, 67 §. 3 *nocturnaque proelia esse vitanda.* (*esse reddendam* Vrat. B.)

recidere] Hisp. 17, 2: *cuius* (Pompeii) *funestae laudes quoniam ad hanc fortunam reciderunt*, *ut* etc.

§. 5. ac praemiis] Haec et ipsa haud dubie promittebantur, non dabantur; sed tamen *pollicitationes* latius patebant et in primis ad auxilium ferendum spectabant.

§. 6. eorum clandestina consilia] Hoc eadem ratione dictum est atque 1, 11 §. 3 *liberi eorum*, ubi v. adn.

intercludatur. Id esse facile, quod neque legiones au- 7
deant absente imperatore ex hibernis egredi, neque
imperator sine praesidio ad legiones pervenire possit;
postremo in acie praestare interfici, quam non veterem 8
belli gloriam libertatemque, quam a maioribus accepe-
rint, recuperare. 2. His rebus agitatis profitentur

§. 7. andeant absente imperatore] *audeant* praeponnut Pet. Gott. Voss. A. Egm. Fabr. Boug. A. Par. A. Hav. A. Dr. AB. Vrat. AB. Hamb. Gu. Viud. ABF. Ven. f. (haec *aud. imp. abs.*) St. Gr. b. Frell., post *egredi* sine auctoritate Cl., post *imperatore* tacite cum rell. edd. Oud., qno loco ex meis ponunt Vrat. C. Goth. B. Vind. I. (hic *abeunte imp. aud.*)

possit] Hav. A. Vind. A. Bong. C. (Par. A.) Ald. sqq. om. Leid. A a m. pr. *posset* „MSS. plerique“ Gott. Voss. A. Egm. cod. Turr. Boug. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. EF. edd. ante Ald. quae mutatio temporis etsi ferri h. l. possit (cf. int.) tamen scriptori iusolita est. Librarii vero saepe in hoc potissimum verbo *i* et *e* confuderunt. Cf. c. 2 §. 2. 8, 3.

§. 8. acceperint] V. C. Urs. Hav. A. Vind. A. (Par. A.) St. Lips. sqq. *acceperant* „MSS. plerique“ Bong. A. Gott. sec. Whitt. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. (Gu.) Vind. CDEI. edd. ante St. P. Man. Gr. b. Frell. Ald. b. Turr. Sic saue 3, 8 §. 4: *reliquasque civitates sollicitant, ut in ea libertate, quam a maioribus acceperant, permanere, quam Romanorum servitutem perferre mallent.* Sed huic loco in longiore oratione obliqua scriptoris iudicium et assensus minus conveniebat.

recuperare] *reciperare* Oud. 2. idque Pl. in Bong. A. sed cum *u* super *i* scriptum vidit. Cf. adn. cr. ad 3, 8 §. 2. (*recuperatur* Vind. D. *recuperant* Rom. a. Med. a. *recuperent* Lb. Ven. bcde.)

Csp. 2. §. 1. His] *pro his* Dr. A. quod ad illustrandam vel tollendam brevitatem, de qua in int. dixi, factum videtur. (*hiis* Gott. Vrat. BC. Hamb. *iis* Rom. a. Med. a. Ven. b. Ber. Ald. a. Gr. a. Turr.)

§. 7. sine praesidio] sine quo venturus videbatur, si nondum elatis Gallorum consiliis iter ingressus esset. Neque enim proficiscens in Italiam quieta scilicet Galliā praesidium secum duxerat. Similiter revertentem obsessis viis facile intercludi ab exercitu posse putabant. Itaque concise dictum est quod plene sic enuntiandum erat: *neque imperator cum praesidio venturus sit, sine praesidio autem ad legiones pervenire non possit.*

§. 8. postremo] Hoc aperte aliquid vel ex oratione illorum vel in ea ab ipsis praetermissum esse significat, quod etiam res ut statuamus, postulat. Nam unum commemoratum est, sine praesidio venientem facile intercludi posse. Poterat vero cum praesidio venire, poterat praesidium arcessere, poterant legiones audere ex hibernis egredi. His omnibus hoc gravissimum et postremum adiiciunt. Cf. 5, 28 §. 7. 29, §. 5.

Cap. 2. §. 1. His rebus agitatis] Alex. 3, 2: *atque haec principes in consiliis concionibusque agitabant: populum Romanum* etc. Alio autem loco, alio tempore

Carnutes se nullum periculum communis salutis causa recusare principesque ex omnibus bellum facturos pol-
2 licentur, et quoniam in praesentia obsidibus cavere inter se non possint, ne res efferatur, ut iureiurando ac fide sanciatur, petunt, conlatis militaribus signis, quo

§. 2. cavere inter se] *inter se* om. Lov. Duk. Hamb. ante *cavere* posuit Oud. secundum „MSS. optimos". Sed Bong. A. Par. A. Hav. A. Gott. sec. Whitt. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Vind. AB. cum edd. ante Oud. omnibus postponunt, item ex. Fabr. et Conf.

possint] Leid. A. S. Hav. A. Vind. A. *possent* reliqui cum edd. ante Oud. praeter St. quod minus etiam probabile, quam c. 1 §. 7. *possit*, tamen recepit Dübnerus.

ut] *aut* „MSS. plerique" Gott. Voss. A. Egm. Lov. Bong. A. Par. A. Hav. A. Dr. AB. Vrat. AB. Hamb. Gu. Vind. AB.

ac] *aut* „MSS. 3" Gott. Egm. Dr. A. Vrat. AB. Gu. Vind. B. inc.

conlatis] Voss. A. Egm. (Bong. A.) Par. A. Vrat. A. Vind. A. non *coll.*

quo] And. Ox. S. Leid. A. Ursini optimus (Not.) Hav. A. Vind. A. Iu. sqq. etiam Dav., cuius ex Fabr. perperam tacet. *quod*

has res agitatas atque ea, quae deinceps dicuntur, professos esse Carnutes verba huius capitis extrema cum c. 1 §. 4 collata demonstrant. Itaque hunc fere in modum explenda est narratio: *His rebus a principibus in conciliis agitatis Carnutes, cum iterum concilium haberetur, profitentur*. Similem brevitatem vide 1, 30 §. 4.

Carnutes] clientes Remorum, qui proximis annis duobus Tasgetium regem a Caesare datum interfecerant et cum Senonibus Accone auctore coniuraverant contra Caesarem, sed huius celeritate oppressi deditionem fecerant. 5, 25. 6, 4.

bellum facturos] Cf. adn. ad 3, 29 §. 3.

§. 2. obsidibus cavere inter se] Cf. adn. ad 6, 2 §. 2.

ne res efferatur] In coniunctione erravit Lippertus eandem eius h. l. atque deinde in verbis *ne ab reliquis deserantur* vim esse arbitratus. Recte iam Petrarcha, quod ad hoc attinet, Hist. 16, 4: *et quoniam silvestribus in locis, ubi haec fiebant, copia obsidum non sit nec acciri queant, quin res in apertum exeat.*

iureiurando ac fide] Cf. 1, 3 §. 6: *inter se fidem et iusiurandum dant.* Hic vero postpositum nomen generale facit ut iusiurandum disertius distinguatur ab obsidibus et alterum illud cautionis genus significare intelligatur, quo Carnutes, quia altero seu obsidibus uti non poterant, se uti velle ostendunt. Itaque *ac* h. l. respondet fere nostro das heißt, *et* l. l. und zwar. Similia huic nonnulla adscripta sunt ad 5, 1. §. 4.

conlatis militaribus signis] Signa militaria Gallorum c. 88 §. 4, Germanorum 4, 15 §. 1 commemorantur, atque de his dixit aliquid Horkelius ad Taciti Germ. c, 7 p. 697. Praepositi h. l. adiectivi ratio haec videtur, quod *collatis signis* proelii commissi significationem habere solebat.

quo] non cum *more* construendum, sed per se accipiendum est, ut *hoc* 5, 56 §. 2: *hoc more Gal-*

more eorum gravissima cerimonia continetur, ne facto initio belli ab reliquis deserantur. Tum conlaudatis 3
Carnutibus dato iureiurando ab omnibus, qui aderant, tempore eius rei constituto ab concilio disceditur.
3. Ubi ea dies venit, Carnutes Cotuato et Conconeto-

„reliqui“ (Conf.) MS. Dion. Voss. Bong. A. Par. A. Gott. sec. Whitt. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. (Gu.) Vind. BCDEFI. inc. et reliquae ante Iu. errore frequenti. Cf. 6, 11 §. 1 et Senecae Epist. 5 §. 2 et quem ibi laudat Fickertus, Drakenb. ad Liv. 36, 33 §. 3.

eorum] om. Dr. A a m. pr.

gravissima cerimonia continetur] *gravissimae cerimoniae continentur* iidem libri scripti et editi, qui *quo. gravissima cerimonia continentur* Gott. Voss. C. Vrat. B a m. pr. Gu. Vind. EF. inc. *g. c. continetur* reliqui (*ceremonia* Par. A.) cum edd. ante Iu. quod mutari a Scaligero non debebat. Cf. int. Scaligeranam lectionem non incommode interpretatus est Heidius ihre heiligsten Ceremonien sind in dieser Sitte enthalten, iungens ille *quo more*, ita tamen, ut et *more* abundet et *eorum* utrum ad *more*, an ad *ceremoniae* referendum sit, ambigas. Utrumque vitat Mori interpretatio: ritus sacrosancti et inviolabiles constant hac re, signorum comportatione, more Gallis usitato. Sed quomodo in una re eaque simplicissima plures cerimoniae inesse possint, non docet. Longius a verbi significatione aberrat Sincerus: auf welche Weise ihre heiligsten Handlungen bestätigt werden, et, qui cerimonias mysteria interpretatur, Dion. Vossius: summa taciturnitate cohibentur.

§. 3. conlaudatis] Egm. (Bong. A.) Par. A. Vrat. A. Vind. A. non *coll.*

Cap. 3. §. 1. Cotuato] *Catuato* „MSS. 4.“ Pet. Egm. Vrat. A. Hamb. *Contuato* Vind. C. *Conturato* Dr. B. *Conturoto* Bong. C. Vind. F. Ciacconio et Vossio et recentioribus quibusdam hic idem videtur, qui ab Hirtio 8, 38 *Gutruatus* vocatur, atque ita h. l. scribendum vel Hirtii locum secundum hunc corrigendum putant. Sed Hirtius dicit *Carnutum in civitate bellum ortum esse* Caesarem superiore commentario exposuisse, *principem sceleris illius et concitatorem belli Gutruatum fuisse* ipse nos docet, nulla Caesaris auctoritate utens. Deinde ita verba de eo facit, ut summae inter suos auctoritatis et dignitatis virum atque in concilio, quod c. 2 relatum est, oratorem potius, quam unum hominem desperatum agnoscas. Itaque et Caesaris et Hirtii codicibus fidem habere debemus.

Conconetodumno] Pet. Fabr. (*conconctodunino* sec. Conf.) *concóneto dumno* Bong. A. Pl. *conconeto düno* Vind. A. *conconetoduino* Vrat. C. *conconetoduno* Lov. Fabr. Vind. E. *conconeto-*

lorum est initium belli. Cf. Alex. 45, 3: *vexillo sublato, quo pugnandi dabat signum.*

continetur] Recte hoc Morus et Heidius interpretati sunt. Vid. adn. cr. et Freundii Lex. h. v. p. 1010, b, v. 8 sqq.

§. 3. conlaudatis] Cf. adn. ad 5, 2. §. 3.

dumno ducibus, desperatis hominibus, Genabum signo dato concurrunt civesque Romanos, qui negotiandi causa ibi constiterant, in his Gaium Fusium Citam, honestum

domno Ort. Fabr. *conconnetodumno* Gott. Fabr. et Wh. Par. A. *conconneto Dūno* Gn. *c̄connetodūno* Voss. A. Fabr. *conconneto domno* Vrat. B. *Concogneto dumno* Dr. A. et pro v. l. Vind. B. *Conconnetodunno* Egm. Fabr. *conconeonnetodunno* Vrat. A. *Coneto dunno* Hav. A. *Conetodumo* Rom. a. Med. a. Ven. b. Ber. *Conetoduno* Goth. B. Ven. cde. Ald. sqq. *Κονητοδοίνου* Met. *condunnoduino* Bong. *C. Conconeto* Pal. *conceneto* Hamb. qui post *ducibus* addit *et diuno ducibus. Condūno* Ven. f. *condunno* Vind. F. *Conduno* Voss. B. Dnk. Dr. B. Vind. C. *Canduno* Vind. I. Oud. qui inde a Ven. c. vulgatam scripturam tennit, de codicibus nihil nisi plerosque habere *Conconeto duno*, *dunno domno* dicit, quod analogiae et simplicitati nominum Gallicorum repugnat. Vulgatae terminationi, quam secundum optimum codicem motavi, etiam hoc obstat, qood in *dunum* non virorum, sed oppidorum nomina Gallica exire solent: *dumnus* terminationem commendat *Geidumnorum* 5, 39 §. 1 et *Dumnorigis* nomen.

signo dato] „MSS. plurimi“ Gott. Voss. A. Egm. Par. A. Hav. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. AEF. Ven. f. *d. s.* cum rell. edd. Oud. tacente Pl. Cf. adn. cr. ad 3, 5 §. 3.

Gaium] Pet. Gott. Voss. A. Egm. Bong. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. AB. Vind. BE. Petr. 16, 4. *G.* Hamb. Med. a. Ven. b. *C.* Vrat. C. Goth. B. Vind. A. edd. rell. om. Hav. A. *G. et* Leid. A. *Gallum* Vind. I. *C. Gallum* Vind. C.

Fusium] Bong. A. sec. Oud. et „ut videtur“ Pl. Voss. A. Egm. sec. Oud. (Par. A.) Dr. A. Vind. A. *Futium* Pulm. *Fusum* Vrat. A. *susium* Dr. B. *sissium* Hamb. *rufum*, in m. *al. sufium*, Vind. F. *Suffium* Petr. *Φύσιον* Met. *Fusium* reliqui, ut videtur, codd. Oud. Hav. A. Gott. sec. Wh. Vrat. BC. Goth. B. Vind. C. cum edd. quod illius aetatis Romani *Furium* scribebant.

Citam] „Bong. A. Voss. A. Egm. Cu. Pet. Leid. A. Bosl.“ (Lbb. Fabr.) „3 al. inc. MSS. Vrs.“ (vett. cc. constanter habent *Citam*,

C. 3. §. 1. desperatis hominibus] Cf. Cic. Catil. 2, 5. (§. 10) *si ex urbe exierint desperatorum hominum flagitiosi greges* et ibid. 3 (§. 5) *exercitum — collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria* etc. cum eiusdem pro Rosc. Am. 10 (§. 27) *hospiti oppresso iam desperatoque ab omnibus* et in Pis. 41 (§. 99) *abiectum, contemptum, despectum a ceteris, a te ipso desperatum et relictum — videre te volui; vidi.* unde colligas a Cicerone *desperatos homines* dici, de quibus bene sperare nefas sit; qua significatione non aliena ab illa, quae *perditorum* est, etiam Caesar h. l. usus videtur. Nam quod vulgo interpretantur, qui nullam spem reliquam habentes nihil non audeant, id fortunae magis, quam ingenio et moribus vitio verti solet.

qui negotiandi causa ibi constiterant] Haec verba, quae eadem c. 42, 4 leguntor, ubi sermo est de Haeduorum oppido Cabillono, Dübnerus interpretatur *qui s'y étaient arrêtés dans leur voyage pour affaires de négoce.* Sed *consistere* verbum certae et fixae sedis significationem habet. Cf. Bruti ep. ad Cic. Fam. 11, 9

equitem Romanum, qui rei frumentariae iussu Caesaris praeerat, interficiunt bonaque eorum diripiunt. Celeriter ad omnes Galliae civitates fama perfertur. Nam ubi quae maior atque inlustrior incidit res, clamore per agros regionesque significant; hunc alii deinceps exci- 2

non *Cottam*, quod Aureliae familiae cognomen est. Vrs. Not.) „Brant." Gott. sec. Whitt. (*Cita*) Par. A. Dr. A. Vrat. AB. Hamb. Vind. A. et adscripto *al. Cotam* B. *Citam* Hav. A. *conttam* Dr. B. *coctam* Vrat. C. Goth. B. Vind. CFI. *Cottam* Vind. D. (Gu.) edd. ante Oud. *Cita*, etsi alibi non occurrat, tamen pro vero habendum et comparandum cum *Casca*.

qui] om. Vind. A.

frumentariae] *f. causa* Vind. A. Hav. A. And. Leid. A. (*furment.* Hamb.)

praeerat] *praeerant* Leid. A. Vind. A. (*praeherat* Hamb.)

§. 2. omnes] *omnis* Hav. A. Vrat. A. *omneis* Ald. a. Gr. a. Turr.

ubi quae] Lov. a Torrentio coll. sec. Fabr. „*ubique* vel *ubicumque* MSS. qdd." *ubique* Gott. Voss. A. Lov. Heins. Bong. AC. Par. A. Hav. A. Dr. B. et a m. pr. A. Vind. ABF. *ubicunque* Egm. Ort. Dr. A a m. s. Vrat. AB. *ubi* reliqui cum edd. Quod cum per se satis bonum auctoritate careat, *ubicunque* autem alibi in his commentariis non legatur, et temporis significatio aptior hic, quam loci sit, recepi id, quod in optimorum librorum scriptura inesse videbatur. Caesar saue post *si* ponere solet *qua* et post *ubi* posuit *quis* 6, 23 §. 7. Sed Cicero Tusc. 5, 8 (§. 22) *si quae pars* scripsisse existimandus est, et Hirtius 8, 24 §. 3 *ne quod simile incommodum* scripsit, quae ad illud tuendum sufficere possunt.

inlustrior] Voss. A. Egm. (Bong. A.) Par. A. Vrat. A. Vind. A. non *ill.*

hunc] And. Ox. Pet. Vrat. B. Lips. sqq. *hinc* Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. ab. P. Man. *hanc* „reliqui" cod. Brant. Bong. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. A. Goth. B. Hamb. Gu. Gott. sec. Wh. Vind. CDEFI. edd. reli. ante Lips. *ac* Vrat. C. *rem.* S. Non toleranda visa est Lipsii scriptura Dübnero, qui interrogat, an Caesar unquam scripturus fuerit *clamorem proximis tradunt*. Neque vero, si *hunc* scripsit, ita scripsisse putandus est. Nam inter *excipiunt* et *tradunt* locus relinquitur obiecto ex superioribus atque

§. 1: ***ego ne consistere possit in Italia Antonius, dabo operam.*** **Virgil. Aen. 8, 10:** ***Latio consistere Teucros.*** **Atque illi bona habuisse Genabi dicuntur, quod non magis convenit iter facientibus. Itaque nos dicamus die sich des Handels wegen dort niedergelassen hatten.**

§. 2. incidit] Cf. adn. ad 2, 14 §. 6.

clamore per agros regionesque significant] ***Agri*** **sunt loca culta et habitata a possessoribus vel separatis in aedificiis vel una in vicis domicilium habentibus, Feldmarken, qua significatione opponuntur** ***oppidis*** **3, 9 §. 7. 6, 10 §. 2. Eadem obtinet 6, 31. §. 2 et infra c. 4, 3. ubi tamen oppida quoque praesertim minora non minus, quam h. l. simul intelligi**

3 piunt et proxumis tradunt; ut tum accidit. Nam quae Genabi oriente sole gesta essent, ante primam confectam vigiliam in finibus Arvernorum audita sunt; quod spatium est milium passuum circiter centum sexaginta. 4. Simili ratione ibi Vercingetorix, Celtilli filius, Ar-

ipsa re petendo, eidem illi, quod S. alieno loco receptum habet, rei per clamorem significatae. Cui brevitati non dissimilis illa est, quam zeugma, quod vocant, habet, et illa, quae in adn. ad 6, 1 §. 3 est declarata. Quodsi *hanc* scripsisset, quod exhibuit Dübnerus, id, quod maxime demonstrandum erat, omisisset, clamorem iterari.

proxumis] „Bong. A.“ cum *i* super *u* Pl. „Egm.“ Voss. A. Fabr. Par. A. non *proximis*. Cf. 6, 35 §. 5 et adn. cr. ad 5, 38 §. 1.

§. 3. Nam quae] *namque* Dr. A. Vind. A. *namque cum haec* Leid. A. quae vera est relativi pronominis interpretatio.

passuum] om. Cu. Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. et tacente Pl. Oud. qui suam ad 1, 15 extr. adn. conferri iubet, in qua Caesarem interdum *milia* pro *milia passuum* dicere docet. Recte. Et sequi eum non dubitarem, nisi ipsius de Bong. A. silentio plus, quam Plüschkii h. l. tribuerem.

centum sexaginta] Dr. A. Vrat. A. Hamb. *centum LX* Voss. A. Egm. Fabr. Bong. A. Pl. (Par. A.) *C sexaginta* Vrat. B. *CL.* Lbb. Ven. cde. *CLX^a* Dr. B. Vind. F. *CLX* Vrat. C. Goth. B. Vind. A. edd. rell. Cf. 3, 14 §. 2, ubi similis optimorum librorum inconcinnitas aliter tollenda erat.

Cap. 4. §. 1. ibi] *ubi* Bong. A. Leid. B. Dr. AB. Vrat. B.

Vercingetorix] *Vercingetorix* Boug. C. Dr. B. Vrat. B. Vind. B. edd. ante Ald. Gr. b. Frell. *Vergentorix* Vind. Cl. *Cingentorix* Vind. F. *Vergingetorix* Hav. A. *Veruingetorix* Vind. A. *Vercingetoris* Vrat. C. *Vercingetorigis* Pal. Goth. B. *Βερχιγκέτοριξ* Met. „*Βεργιγγέτορυξ* vel *Βερχιγκέτορυξ* adeo variat, ut nescias utrum maluerit. Nos quod saepius, retinuimus.“ In. *Vercingent.* editi ante Aldum et Gr. b. Freli. cum codd. deterioribus plerisque habent ubique: Aldinam scripturam meliores libri tuentur. De ipso nomine, quod Caesari non dignitatis aut muneris, sed proprium hominis visum est, cf. adn. ad 5, 3 §. 2.

possunt. Atque hae partes sunt *regionum*, quae h. l. latins patentes dici videntur, non diversae a *pagis* proprie dictis, qua de re cf. adn. ad 6, 23 §. 5. Itaque clamor et res clamore significata ex eo loco, in quo res acciderat, primum ad vicos circumiacentes et si qua ibi oppida erant, deinde ad proximos his, tum ad totam regionem, ex regione autem eodem modo ad proximas et sic per totam Galliam perferebatur. Ceterum clamor ipse nuntium afferre rei ipsius non poterat, sed efficiebat ut proximi novi aliquid accidisse intelligerent, quod quid esset, accurrentes sciscitarentur auditumque suis referrent.

Cap. 4. §. 1. Simili ratione] Cf. c. 38, 10: *hortatur, ut simili ratione atque ipse fecerit, suas iniurias persequantur.* Pertinet autem ad universam agendi rationem, quum in Arvernis inibat Vercingetorix, similem illam eius, qua rebellabant Carnutes.

vernus, summae potentiae adulescens, cuius pater principatum Galliae totius obtinuerat et ob eam causam, quod regnum adpetebat, ab civitate erat interfectus, convocatis suis clientibus facile incendit. Cognito eius consilio ad arma concurritur. Prohibetur ab Gobanni- 2

adulescens] Voss. A. Egm. Par. A. Vrat. A. non *adol.* Cf. 1, 47 §. 4. 52, 6. 3. 7. §. 2. 11, 5. 21, 1. 6, 28 §. 3.

cuius] om. Vind. A. (ut *qui* c. 3, 1.) *eius* Ven. c d e.

adpetebat) Voss. A. Egm. Par. A. Vrat. A. Vind. A. non *app.*

interfectus] *interdictus* And. Ox. vet. cod. Vrs. (Not.) Hav. A. cuius auctor de aqua et igni cogitasse, construi autem verbum ita voluisse videtur, ut is, *cui persuasum est*, quandoque dicebatur *persuasus*.

facile incendit] *facere intendit* S. Cn. Leid. A. Hav. A. Vind. A. quod incertum est temere et casu, an consulto sit factum. Sequentibus quidem et praecedentium primis (*simili ratione*) non male illud convenit, et Salustius et Livius *intendere* cum infinitivo posuerunt, et apud Lucretium 5, 385 *quod facere intendunt* legitur. Sed Caesar *intentos* tantum animos vel oculos dicit. Neque vero *convocatis* demum *clientibus* Vercingetorix consilium istud cepit, quod verbo *intendit* poterat demonstrari. Si igitur consulto factum est, male factum est, sicut *interdictus*. Sed *intendit* etiam Ort. et inc. testibus Fabr. et Elb. habent, in quibus *facile* servatum videtur. Itaque calami lapsu primum illud scriptum, deinde *facile* vel simili errore vel consulto illatum videtur. Praeterea *eos* interiectum habent edd. ante Oud. praeter inc. omnes, quod Oud. librorum plurimorum et optimorum auctoritate delevit. Tantum in Pet. Dorv. Duk. non legi illud non ostendit, et legitur in Pet. Fabr., in Confl., ut videtur, in Dr. B. Vrat. C et a m. s. B., in Goth. B. Vind. BD. non male, ut ex adn. ad 4, 21 §. 6 intelligi potest, sed minime necessario. Cf. ad 6, 43 §. 1 adscripta.

§. 2. eius] *enim* Vind. CI. *eo* Bong. C. om. V. C. Vrs. („habet *cognito consilio ad arma concurritur*, *prohibetur ab Gobanitio patruo suo*, etc." Not.)

concurritur] „*concurrit* et *concurrunt* MSS. et Edd. nonnulli" *concurrit* Vind. C. *concurrunt* Confl. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. D. edd. ante Ven. f. (non inc. teste Elb.) St. Gr. b. Turr. *congruunt* Lb. om. Gn. ut videtur.

Galliae totius] Arverni illa aetate principem dignitatis et potentiae locum totius Galliae habuisse videntur, de quo cum Haeduis contenderant. Cf. 1, 31 §. 4. Itaque Celtillus, potentissimus Arvernorum, recte *totius Galliae* principatum obtinuisse dicitur; neque opus est ut cum D. Vossio hanc Galliam Celticam interpretemur, nisi forte etiam 6, 11 §. 5 non de omni Gallia tripartita illa, sed de Celtica loqui scriptorem putamus.

regnum] sc. sua in civitate; a qua deinde *interfectus* cum dicatur, dubitari non potest quin publice condemnatus sit. Cf. 1, 4 §. 1 de Orgetorige Helvetio narrata, et ad dictionem lb. 19, 1, ubi civitas *animadvertere* in aliquem, et §. 4, ubi *statuere* de aliquo dicitur.

clientibus] plebeiis, qui partim in eius clientela erant, partim se ei in servitutem dicaverant. Cf. 6, 11 §. 4. 13, 2. 15, 2.

tione, patruo suo, reliquisque principibus, qui hanc ten-

Prohibetur] om. Aud. Ox. Pet. sec. Fabr. et Ood. (Pet. Conf. noo secos atque Bong. C. et Pal. tenere illod traditur) Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. 1u. Gr. Dav. qui restituendum putabat. Dr. B. qui *prohibertur* habet, et Vind. F. addunt *ab Gergobia*, Bong. C. Pal. *ab Gorgobea*, Ber. *ab Gorgobio*, omisso hi quinque *ab Gobannitione*, cuius loco Leid. B. item addens *a Gergovia* habet *Vercingetorix*, R. vero et ipse *a Gergovia* addens tenet *ab Gobanitione*. Atque hoc, quod in R. Leid. B. scriptum sit *prohibetur a Gergovia*, Ood. sibi indicio esse professus alterum etiam verbum *prohibetur* esse a mala manu, licet vel maxime legeretur in MSS. omnibos, restitutum a Cl. eiecit denuo. Sed *prohibetur a Gergovia* addendom putare poterat nemo, qui paolo post *expellitur ex oppido Gergovia* scriptum videret: *a Gergovia* aodiendum existimare et in margine notare poterat qui *prohibetur* solum per se quid significaret, non intelligeret. Noo magis credi potest quod suspicatur Herzogius, ad *destitit* adscriptom *prohibetur* male huc esse relatum. Nam et tempus aliud est, nisi *desistit*, quod deteriores habent, genuinum putas, et notio alia. Neque illud probabile est, quod plenam interpunctionem in Boog. A. Pl. post *prohibetur* positam respicienti in mentem venire possit, adiectum esse ad sensum verborum *ad arma concurritur* declarandum, qoi re vera is est, qui declarari ita potuerit. Neque enim egebat ille declaratione neque tali adscripta non obscurior potius, quam clarior fiebat. Contra omittendi causa haec esse potuit, quod non appareret, quanam re prohiberi Vercingetorix diceretur. Accedit quod Caesar „non solet hoc verbum tam simpliciter ponere sine adiuncta re, qua quis prohibeatur", ut recte monet Oud. cui quos Nipperdeios obiicit locos (1, 6 §. 1. 3, 6. §. 3. 5, 9 §. 3. Civ. 1, 66 extr. 3, 23 extr. 25, 2) ii, opioor, noo ignoti illi erant, sed quia rem ex reliqua oratione facile colligendam habent, nou comparandi videbantur cum hoc, in quo si *prohibere* ita dictum interpretabatur, ut nos dicimus verhindern aut abhalten, non sane inveniebat a quo prohibitus ille a patruo suo reliquisque principibus esset. Verum tamen *prohibere* is quoque dicitur, qui verbis impedit seu vetat. Cf. Liv. 3, 39 §. 2 *prohibentibus minaciter decemviris.* Cic. Verr. 1. 2 c. 64 (§. 156) *qui cum a praetore prohiberentur, a quattuor quaestoribus impedirentur, omnium minas atque omnia pericula prae salute sua tevia duxerint.* Et iofra c. 33, 3 Caesar simili ratione: *cum leges duo ex una familia vivo utroque non solum magistratus creari vetarent, sed etiam in senatu esse prohiberent.* Sic igitur Vercingetorigem patruos et principes prohibebant facere id, quod cupiebat: sie waren dagegen, traten gegen ihn auf, verbis consilium eius improbantes et si minus pareret, vim facturos se ostendentes. Eo

§. 2 patruo suo] qui etiam a fratre Celtillo dissensisse et in contraria factione videtur fuisse. qui] Eo definiuntur principes *reliqui*, ut 3, 29 §. 3: *in Aulercis Lexoviisque, reliquis item civitatibus, quae proxime bellum fecerant.* Aliter Hirtios 8, 23 §. 1: *concurrunt reliquarum civitatium legati, quae Bellovacorum speculabantur eventum.* in quibus *reliquae* absolote dictae sunt, ut ib. c. 20, 2. Cf. adn. ad 5, 1 §. 1.

tandam fortunam non existimabant, expellitur ex oppido Gergovia: non destitit tamen atque in agris habet dile- 3

enim spectant illa *ad arma concurritur*, quae arma adversariorum esse verba *consilio eius cognito* demonstrant. Atque oratione illos usos esse significatur quodammodo verbis *qui hanc tentandam fortunam non existimabant*, quod argumentum orationis illorum fuerit. Deinde, cum non pareret, vi eum ex oppido expulerunt; quae ipsa gradatio commodissima est. Etiam *suo* magis placere debet, si praecessit *prohibetur* cum personae, ad quam pronomen referatur, significatione. His de causis restituendum illud fuit et recte restitutum est a Nipp.

Gobannitione] „MSS. longe plurimi“ Pet. Voss. A. Egm. Lov. Bong. A. Par. A. Dr. A. Vrat. C. Goth. B. Vind. E. *Gobannicione* Gott. *Gobannitico* And. *Gobannitino* Cu. sec. Oud. (*Gobanitino* sec. Fabr.) Leid. A. S. Hav. A. *Gobatnitino* Vind. A. *Gobannitione* Vrat. AB. *Gobanitione* Parisini sec. Achaintr. Hamb. cum edd. praeter Ber. omnibus. *Gabanicione* Vind. I. *Gabinitione* Vind. C. „Erat illi patruus *Gobacio* (ed. pr. *Gobocio*)“ Petr. Hist. 16, 6. *τοῦ πενθεροῦ αὐτοῦ Βανιτίονος καλουμένου* Met. De cod. Urs. Dr. B. Vind. F. Bong. C. Pal. Leid. B. R. atque ed. Ber. relatum est in adn. ad v. *eius* et *prohibetur*.

tentandam] *tentandi* Leid. A. et a m. pr. Duk. *causam tandem* Vind. A. *temtandam* Vind. C. *temptandam* Voss. A. Egm. Fabr. Bong. A. Pl. (Par. A.) Dr. AB. Vrat. AB. Hamb. Vind. B. Rom. a. Med. a. Ven. bcdef.

expellitur] *expelliturque* Vasc. St. Gr. b. (Frell.)

Gergovia] Vind. A. (Gu.) P. Man. Lips. sqq.. *Gergobia* „Bong. A. Voss. A. And. Pet. al. cum Edd. quibusdam“ Pet. Fabr. a m. pr. (a m. s. *Gergovia*) Par. A. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. E. Ald. a. Gr. ab. St. Frell. Turr. *gegorbia* Dr. B. *Gerboja* Vind. C. *Geigobia* Pal. *Gergobina* Ven. f. *Gergonia* Petr. 16, 6. *Gorgonia* Med. a. Ven. hcde. *gergouie* Rom. a. *gergobiae* Ber. om. R. et Vind. FI. quorum prior *Vercingentorix*, posterior *Vergentorix* eius loco ponit. Et *Vercingentorix* ad *Gergobia* addunt Gr. b. Frell. Itaque *Gergobia* scribendum esset, nisi in sequentibus undecim locis optimi codices constanter tenerent *v*, excepto ultimo c. 59, 1, in quo rursus ad *b* relabuntur, quod in penultimo quoque c. 45, 4 exhibet Bong. A. sed superscripto *u*. Etiam Civ. 3, 73 §. 6 libri tuentur *Gergoviam*.

§. 3 destitit tamen] „Bong. A. Pet. Ox. Egm. Voss. A. Carr. 5, al. inc. Flor.“ Par. A. Gott. cod. Turr. Dr. A. Vrat. AB. Vind. A.

hanc tentandam fortunam] Quae alibi, cum *tentari* dicitur, simpliciter *fortuna* audit, ut 3, 6 §. 4. 5, 55 §. 2. infra c. 64; 2, genitivo autem addito certioribus finibus circumscribitur, ut 1, 36, §. 3 in verbis *quoniam belli fortunam tentassent*, ea h. l. quasi ad unam rem destinata eiusque rei moderatrix ac domina cogitanda et *hanc fortunam* pro huius rei fortuna, ut 5, 19 §. 2 *hunc metum* et alibi similia, dixisse scriptor videtur. Res ipsa ea est, quam Vercingetorix moliebatur, defectio et bellum adversus Romanos gerendum.

§. 3 non destitit tamen atque — habet] Simili modo post praeteritum praesens legitur c. 12, 1:

ctum egentium ac perditorum. Hac coacta manu quoscunque adit ex civitate, ad suam sententiam perducit.
4 Hortatur, ut communis libertatis causa arma capiant, magnisque coactis copiis adversarios suos, a quibus
5 paulo ante erat eiectus, expellit ex civitate. Rex ab suis appellatur. Dimittit quoquoversus legationes; ob-
6 testatur, ut in fide maneant. Celeriter sibi Senones,

desistit tamen „MSS. reliqui“. . . . Fabr. Hav. A. Gu. St. Gr. b. Frell. Cl. *tamen desistit* „vulgo“ Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. edd. reli. ante Oud. excepta Ven. f. *tamen destitit* Vind. D.

dilectum] „Bong. A. Lov. Voss. A. 4 al.“ (Par. A. Hav. A. Gott. sec. Wh.) *delectum* Gott. Fabr. Dr. AB. Vrat. AC et a m. s. B. Goth. B. Hamb. Vind. AC et pro v. i. B. edd. ante Oud. Cf. adn. cr. ad 6. 1 §. 1. Quamquam h. l., si *dilectum* proprie Romanorum dictum putamus, *delectum* teneri potest.

Hac] *ac* Bong. A. Pl. Voss. A. Fabr. Vind. A. Hamb. Ven. cdc. errore frequenti, ex spiritus asperi praetermissione in vetustissimis libris poni soliti repetendo. Cf. adn. cr. ad c. 14 §. 4.

§. 5 quoquoversus] *quoque versus* Voss. A. Egm. Par. A. Dr. B. Vrat. B. Hamb. *quaque versus* „MSS. 4“ Bong. C. Vind. F. Ven. f. *quoquo versus* edd. praeter Med. a. St. Frell. quae unum vocabulum exhibent, id quod recte factum ostendi ad 3, 23 §. 2. Ex eo enim, quod proprie significat wohin auch immer gewendet, exstincta relativi potestate factum est unum indefinitae significationis vocabulum, überall hin; sicut et *quoquo* et *quicunque* interdum dicuntur in sententiis non relativis. Quod autem in inscriptionibus, ut in Cenotaphio Pisano apud Norisium fol. 1 v. 10 a fine (apud Orellium Inscr. T. 1 p. 162 v. 10 a f.) legitur *quoque versus*, quod Norisius p. 409 pro synonymo habuisse videtur et Garatonius ad Cic. Philipp. 9, 7 (§. 16) si *quoque* idem sit, quod *quocunque*, non absurdum iudicat, id Nipperdeius rectius refert ad *quisque* pronomen, a quo ita, ut *quo* a *quis*, sit ductum *quoque*; sed quod Caesarem et reliquos scriptores item ubicunque non relativa sententia sit, *quoque versus* scripsisse putat, minus probabile videtur. Primum enim codices neque in B. Gall. commentariis satis fidem faciunt (cf. infra c. 14, 5 et supra l. 3, ubi Bong. A. Pl. *quoq: versum* habet) et in B. civ. 1, 25 §. 6. 36, 2. 2, 8 §. 2. et Afr. 24, 3 aperte derogant. Deinde quod secundum originem a Nipperdeio demonstratam significari hoc vocabulo potuit, nach einer

Vercingetorix ubi de Caesaris adventu cognovit, oppugnatione destitit atque obviam Caesari proficiscitur. et aliis locis, quos Oud. ostendit ad 5, 11 §. 2. Postpositi autem adverbii *tamen* ea vis est, ut duo verba *non destitit* in unam perseverandi notionem quasi contrahat. Cf. c. 10, 2 *praestare visum est tamen omnes difficultates perpeti.*

adit] Cf. adn. ad 6; 4 §. 2.

ad suam sententiam perducit] Cf. Cic. Att. 16, 8 §. 1: (Octavianus) *veteranos quiqui Casilini et Calatiae sunt, perduxit ad suam sententiam. Nec mirum: quingenos denarios dat.*

§. 5 ut in fide maneant] Recte Sincerus hoc ad ea refert, quae c. 2. narrata sunt.

Parisios, Pictones, Cadurcos, Turonos, Aulercos, Lemovices, Andos reliquosque omnes, qui Oceanum attingunt, adiungit; omnium consensu ad eum defertur imperium. Qua oblata potestate omnibus his civitatibus 7
obsides imperat, certum numerum militum ad se celeri-

jeden der vier Seiten hin, id eius modi est, ut in inscriptionibus necessario significandum videri potuerit, communi vero usu omnium qui dicere vellent überall hin, idem receptum, alterum inusitatum fuisse minime persuadeat. Ceterum hoc quoque rectius coniunctim scribitur, praesertim cum *quoque* adverbium per se solum in usu fuisse non videatur.

§. 6 Cadurcos] *Caduercos* Vind. C. *Caduros* Vrat. A. *Canducos* Vind. I. *Carducos* Bong. A. Pl. qui c. 5. 7. 64 et 8, 32. 34. cum vulgata scriptura consentit.

Turonos] „Bong. A. Voss. ABC. Lov. Co. Egm. S. al." Par. A. Dr. A. Vrat. AC. Goth. B. Vind. B. (Gu.) Ald. a. Gr. a. P. Man. Oud. 2. *Teronos* cum *u* super *e* Vrat. B. *Toronos* Gott. *Tursūmos* Vind. A. *tursomnos* Hav. A. *Turones* Pct. Fabr. et cum rell. edd. Oud. 1. *Tulones* Bong. C. Dr. B. Vind. F. *turlones* Vind. I. *Effurones* Hamb. Cf. 2, 35. ubi *Turones*, et infra c. 75 et 8, 46, ubi *Turonis* legitur. Itaque eadem variatione hi atque *Teutoni* et *Teutones*, *Santoni* et *Santones* vocabantur.

Aulercos] *Auleurcos* „MSS. plurimi" Voss. Egm. Bong. A. Pet. Conf. Gott. Wh. Vrat. AB. Vind. B. *Auleurchos*, corr. *Aulerchos*, Dr. A. *Auleurcus* Par. A. *Aulurcos* Hav. A. Vind. A. *Telurcos* Vind. C. Cf. adn. cr. ad 3, 17 §. 3.

Andos] „iidem qui *Turonos*, et plerique reliquorum" Lov. Bong. A. Par. A. Hav. A. Gott. Wh. Dr. B. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. A. edd. ante St. *Andros* Leid. A. S. *Indos* Vind. C. om. Vind. E. *Andes*, ut volebat Glareanus, Dr. A. Petr. 16, 7. St. et sqq. atque 2, 35. 3, 7. 8, 26 legitur *Andes*, *Andibus*, *Andium*. Sed v. paulo ante ad *Turonos* adscripta.

adiungit] *adiungunt* Bong. A. Voss. A. Lov. Par. A. Gott. Wh. a m. pr. Dr. A. Vrat. B. Hamb. Vind. B. *aiungit* Vind. F.

§. 6 Senones-Aulercos]. In his ordinandis scriptor primum civitatum dignitatem et potentiam secutus propterea Senones primos posuisse videtur, qui c. 75 maiores reliquis copias mittere iubentur. His Parisios iungit, ut finitimos et qui civitatem suam cum iilis coniunxerant, ut 6, 3 §. 5 scriptum est. Utrique Vercingetorigi et Arvernis inter septentrionem et occidentem spectantibus ad dextram positi erant; Pictones autem et Cadurci, qui deinde nominantur, ad sinistram, Turoni et Aulerci a fronte et ex adverso. Sic illud *quoquoversus* quasi particulatim ante oculos ponitur. De tempore enim, quo singulas civitates sibi adiunxerit Vercingetorix, quae 5, 21 §. 1 ordinis ratio esse potuit, neque legati Caesarem certiorem fecisse neque Caesar postea quaesivisse videtur.

qui Oceanum attingunt] quas civitates *Armoricas* appellari docemur c. 75, quo loco Lemovices nominatim inter eas referuntur, omissis Andis, de quibus tamen hic locus dubitationem nullam relinquit. De Lemovicibus autem res dubia est eo, quod et c. 75 etiam prius commemorantur et alibi Arvernis finitimi dicuntur. Cf. Ukerti Gallia p. 270.

ter adduci iubet, armorum quantum quaeque civitas domi quodque ante tempus efficiat, constituit; in primis equitatui studet. Summae diligentiae summam imperii severitatem addit; magnitudine supplicii dubitantes cogit. Nam maiore commisso delicto igni atque

§. 7 iubet] *iussit* „MSS. plerique" h. e. ut ex Fabr. Confl. Wh. Beyerl. meorumque testimonio colligitur, omnes praeter Bong. A. Hav. A. Vind. A. quibus And. Ox. Cu. Leid. A. adnumerandi videntur, et edd. ante Ald. Quod quo minus ita probetur, ut §. 3 *destitit*, hoc impedit, quod nulla copula hoc verbum coniunctum est proximo. Ut igitur pariter atque illud ad *qua oblata potestate* referatur, temporis aequalitate opus est, qua sublata novum hoc enuntiatum a priore separatum videri necesse est; id quod h. l. minus est aptum. Haud dubie enim haec tria, de obsidibus, de militibus, de armis, pariter ex illa Vercingetorigi oblata potestate pendent, et sicut his verba adiecta sunt simili significatione praedita, imperandi, iubendi, constituendi, ita horum verborum tempus idem esse convenit. Simul apparet post *iubet* non maiore, quam post *imperat* utendum esse interpunctione.

armorum] *armatorum* Pet. Confl.

equitatui] *equitatu* Vrat. C. Goth. B. Vind. E. quod ipsum desiderabat Oud. Cf. adn. cr. ad 6, 42 §. 1.

§. 8 addit; magnitudine supplicii] *addit magnitudinem supplicii*. Vind. A. (*adit* — Hav. A. *adiit* — Hamb. — *subpl.* Egm. Fabr.)

§. 7 Qua oblata potestate] quae necessario summa, etiam vitae necisque, ut sequentia docent, erat. Cf. 6, 23 §. 4 de Germanorum magistratibus, *qui bello praesint*, *ut vitae necisque habeant potestatem*.

armorum] Haec proprie dicta neque de armatis interpretanda sunt, de quibus cogitasse videntur qui pro *efficiat* magis proprie dicendum fuisse *conficiat*, ceterum *cohortes* quoque et *legiones effici* a Caesare dici monuerunt. Milites, quos *celeriter* adduci ad se iubebat, ob id ipsum fortasse non omnes satis instructi armis venturi erant, eoque haec eius de armis efficiendis constitutio pertinebat.

§. 8 dubitantes cogit] Alibi *dubitantes* ii sunt, qui ad sententiam alicuius accedere dubitant. Cf. 7, 63 §. 3. 8, 3 §. 4. Hic vero, si sermo est de militibus iam adductis, cogitari debebit de iis, qui imperio parere et imperata facere nolebant, eodemque referri verbum *cogit*: sin de adducendis, *dubitantes* erunt venire cunctantes et lentius venientes, ad eosque satis aptum est *cogere* verbum, minus aptum vero quod de maioribus et levioribus delictis dicitur, quae qui severissime puniri a Vercingetorige viderent, retardari potius et deterreri, quam incitari, ut ad eum se conferrent, debebant. Sed tamen, si semel perveniendum eis erat quo a civitate sua quisque missi essent, aliquid ad celeritatem eundi et deponendam dubitationem momenti habitura erat severitas illa, qua omnia delicta puniri ab imperatore viderent. Ac civitates quoque eadem admonebantur, ne sero mitterent milites. Itaque ad omnes, quorum opera et obedientia opus esset Vercingetorigi, haec verba referenda videntur.

omnibus tormentis necat, leviore de causa auribus desectis aut singulis effossis oculis domum remittit, ut sint reliquis documento et magnitudine poenae perterreant alios. 5. His suppliciis celeriter coacto exercitu Lucterium Cadurcum, summae hominem audaciae, cum parte copiarum in Rutenos mittit: ipse in Bituriges proficiscitur. Eius adventu Bituriges ad Haeduos, 2
quorum erant in fide, legatos mittunt subsidium rogatum, quo facilius hostium copias sustinere possint. Hae- 3
dui de consilio legatorum, quos Caesar ad exercitum

§. 9 igni] *igne* „MSS undecim" Gott. Voss. A. Egm. Lov. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. DEFI. edd. ante Ald. quod non erat deterius. Cf. adn. cr. ad 6, 19 §. 3.
alios] om. Dorv. Pal. Vrat. C. Goth. B. Et offendisse in eo videtur Lipsius, cuius notula in Fabr. est *glos.* ex qua Oud. patere dicit Lipsio hanc vocem pro glossa suspectam fuisse, sed plenum perspicuumque Caesaris stylum resecare eam omnino vetare. Potius dicendum erat, si *alios* abesset, audiendum esse *reliquos*, idque minus h. l. aptum esse. Docendi quidem, quomodo ipsis agendum esset, erant omnes, perterrendi vero ii, qui similiter delinquere vellent.
Cap. 5. §. 2. possint] *possent* Leid. A. Vind. A. „Edd. qdd." Bryl. a. 1548. Turr. Cf. c. 1, 7. 2, 2.

Cap. 5. §. 1. His suppliciis celeriter coactu exercitu] Haec supplicia, quae de adductis et praesentibus, qui delinquerent, sumerentur, etiam ad mittendos et adducendos vim habuisse in superiore adn. demonstratum est, atque eius rei ratione habita celeriter iis et per ea coactus et comparatus unumque in locum conductus dici potuit exercitus. Tamen mirum, si id, quod proxime et maxime iis effici poterat et debebat, ut praesentes dicto audientes essent imperatori et strenue se exerceri ab eo paterentur et celeriter condiscerent quae ad militiam opus essent, nullo verbo significatum est. Itaque suspicari licet *coacto exercitu* h. l. non illo, qui sane usu receptus erat, sed paulo ampliore sensu positum esse, qui tamen a propria nominis et verbi significatione non alienus esset: nachdem durch diese Strafen schnell ein ordentliches, eingeübtes Heer zusammen gebracht war. Atque eadem ratione dicta esse possunt illa de Viridovice 3, 17 §. 2: *ex quibus* (civitatibus) *exercitum magnasque copias coëgerat*, aus denen er ein eingeübtes und zahlreiches Heer zusammengebracht hatte.
summae hominem audaciae] Hoc ex legatorum litteris petitum iudicium videtur. Cf. c. 8 §. 1.
Rutēnos] De his cf. Ukerti Gallia p. 266. Erant finitimi Cadurcis, ad meridiem siti Arvernis. Legationibus (c. 4 §. 5) paruisse non magis videntur, quam Bituriges, qui ad septentrionem versus positi ab Arvernis erant.
§. 2. adventu] Cf. adn. ad 3, 23 §. 4.
§. 3. de consilio legatorum] Cf. Handius Turs. 2, 215 dictiones *de sententia*, *consilio*, *voluntate*, *exemplo*, *more*, *compacto* tractans, qui pro Civ. 3, 4, ubi nihil eiusmodi legitur, hunc lo-

reliquerat, copias equitatus peditatusque subsidio Bitu-
4 rigibus mittunt. Qui cum ad flumen Ligerim venissent, quod Bituriges ab Haeduis dividit, paucos dies ibi morati neque flumen transire ausi domum revertuntur
5 legatisque nostris renuntiant se Biturigum perfidiam veritos revertisse, quibus id consilii fuisse cognoverint, ut, si flumen transissent, una ex parte ipsi, altera Ar-
6 verni se circumsisterent. Id eane de causa, quam legatis pronuntiarunt, an perfidia adducti fecerint, quod nihil nobis constat, non videtur pro certo esse ponendum.

§. 3 subsidio] *consilio* Bong. A.

§. 4 revertuntur] *reverterunt* Voss. C. *revertunt* Ald. b. Lips. Iu. Gr. Dav. tacente Fabr.

§. 5 id consilii] *id consilium* Egm. Vrat. A. Vind. A. Sic 5, 6 §. 5: *id esse consilium Caesaris, ut* etc. De genitivo cf. adn. ad 1, 21 §. 2.

§. 6 pronuntiarunt] *pronunciarint* „MSS. fere omnes“ Egm. Fabr. Gott. Wh. Dr. B. et, qui corr. *pernun-*, A. Vrat. ABC. Goth. B. Vind. EFI. inc. *pronuntiarint* Pet. Voss. A. Gott. Fabr. Bong. A. Par. A. Vind. BC. *pronuntiaverint* Vind. A. Hav. A. Eib. Leid. A. *pronuntiaverunt* Hav. A. Wh. cuius testimonium minus h. l. fide dignum videtur, quam Elb. Perexiguam igitur habet indicativus auctoritatem, Hamb. et fortasse Vind. D. et editionum; tamen a Caesare positus indicari debet. Nihil enim causae erat, cur hoc, quod in facto erat positum, cum dubitationis significatione demonstraret, neque vero ad suam scribentis orationem referre illud poterat, quae altera est coniunctivi in huiusmodi enuntiatis ratio. Non recte igitur Whittius recepit *pronuntiarint*. De syncope cf. adn. cr. ad 5, 8 §. 3.

ponendum] And. Ox. Cu. S. Leid. A. (Urs.) Par. B. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. *proponendum* reliqui cum edd. ante Ald. quod Apitzius et plerique recentiores praetulerunt, partim quod *proponere* idem sit atque *dicere*, partim ob illa 6, 11 §. 1 *non alienum esse videtur de Galliae Germaniaeque moribus et quo differant hae nationes inter sese, proponere*, quae similem habeant interrogationis formam. Praeterea legitur 1, 20 §. 6: *quae ipse intellegat, quae civitas queratur, proponit.* 6, 7 §. 8: *quid sui sit consilii, proponit.* 7, 45 §. 9: *quid iniquitas loci habeat incommodi, proponit.* Sed ubique adiunctam habet demonstrandi et quae minus nota sunt, ea ut cognoscantur et iudicari possint, efficiendi significationem, quam affert praepositio, fere ut in nostris

cum significare voluisse videtur. Ex eo, quod Haedui hac de re legatos Caesaris adierunt, colligi potest non idem omnes sensisse et fuisse qui Vercingetorigi resisti nollent.

ad exercitum] De praepositione v. adn. cr. ad 6, 38 § 1. Exercitus partim in finibus Treverorum, partim in Lingonibus, partim in Senonibus hiemabat (6, 44) neque ad hos omnes adisse Haedui videntur, sed ad proximos, qui erant *in* Lingonibus.

§. 7. discessu] Cf. adn. ad 5, 3 §. 6.

Bituriges eorum discessu statim cum Arvernis iunguntur. 7

6. His rebus in Italiam Caesari nuntiatis, cum iam ille urbanas res virtute Cn. Pompei commodiorem

vortragen, vorstellen; quae h. l. inepta est. Aptissima vero est affirmandi notio, quam cum per se habet verbum simplex, tum certiorem reddunt addita *pro certo*. Neque aliter Livius, qui Caesarianis dictionibus uti solet, 10, 9 §. 12: *id ne pro certo ponerem, vetustior annalium auctor Piso effecit.* et 23, 6 §. 8: *ponere pro certo sum veritus.* Accedit quod *pro* ex antecedentibus errore facile potuit repeti.

§. 7. cum Arvernis iunguntur] *se cum Arvernis coniungunt* iidem, qui paulo ante *ponendum.* quae locutio Caesari familiaris est. Cf. 1, 37 §. 4: *si nova manus Suevorum cum veteribus copiis Ariovisti sese coniunxisset.* 2, 3 §. 4: *Germanosque sese cum his coniunxisse.* 3, 17 §. 3: *seque cum Viridovice coniunxerunt.* 4, 16 §. 2: *seque cum iis coniunxerat.* 7, 38 §. 7: *quasi non necesse sit nobis Gergoviam contendere et cum Arvernis nosmet coniungere.* 39, 3: *si se tot hominum milia cum hostibus coniunxerint.* Civ. 3, 15 §. 6: *ac se Libo cum Bibulo coniunxisset.* 97, 5: *qui se cum iis coniunxerant.* Contra *iungere* nisi in rebus, velut navibus, ratibus, lignis, carris, ponere non solet, eique vel *inter se* addit, ut 4, 17 §. 3, vel solum casum, ut Civ. 2, 10 §. 7 de turri: *ut aedificio iungatur.* Itaque satis probabilis est lectio Aldina. Ac fortasse prima haec Caesaris manus fuit, deinde, cum Haeduorum fidem in suspicionem adduxisset, id quod in Ephemeridibus fecisse non videtur, ne maiore Bituriges suspicione premeret, si ipsos se cum Arvernis coniunxisse demonstraret, in Commentario alterum illud posuit, quod patientes eos magis, quam agentes ostenderet. Quamquam fieri etiam potuit ut Aldina lectio in Commentario, altera in Ephemeridibus locum haberet, si Bituriges pariter atque Haeduos in suspicionem adducere voluit. Dictio quidem reprehendi non potest. Cf. 3, 11 §. 3 *ne tantae nationes coniungantur.* et Liv. 26, 24 §. 13 *si populus R. foedere iungeretur regi.* quos locos adhibuit Whittius; et ad praepositionem Cic. De div. 2, 72 (§. 149) *religio quae est iuncta cum cognitione naturae.*

Cap. 6. §. 1. Caesari] Cf. adn. cr. ad c. 11 §. 8.

Cn.] Bong. A. Pl. Hav. A. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. *Gnei* Gott. Voss. A. Egm. Fabr. Par. A a m. s. Vrat. B. *Gneii* Vrat. A. Vind. A. *Gn.* Dr. A. Vind. l. Med. a. Ven. b. et, sup. *i*, Vind. B. *C.* Ven. def. *G.* Hamb. Cf. adn. cr. ad 4, 1 §. 1.

Pompei] Bong. A. Pl. Par. A. Vrat. C. Hamb. Ven. d. Ber. *Pompeii* reliqui codd. mei et edd. taceatibus Fabr. et Coufl. quod se-

Cap. 6. §. 1. virtute Cn. Pompei commodiorem in statum] Cf. Cic. ad Pompeium Att. 8, 11 B: *ex quibus* (litteris) *ea, quae in agro Piceno gesta erant, cognovi* **commodior a** *esse multo, quam ut nobis erat nuntiatum, Vibulliique* **virtutem** *industriamque libenter agnovi.* Comparativum non recte declaravit Sincerus: daß die in der Stadt Rom entstandene Händel besser abgelauffen,

in statum pervenisse intellegeret, in Transalpinam Gal-
2 liam profectus est. Eo cum venisset, magna difficultate adficiebatur, qua ratione ad exercitum pervenire
3 posset. Nam si legiones in provinciam arcesseret, se

cundum Priscianum T. 1 p. 20 Kr. et necessarium et nominatim Caesari probatum videtur. Postquam enim *i* consonam inter duas vocales ab antiquis geminari solitam et *maiius*, *peiius*, *eiius* scriptum esse narravit, inde *Pompeiii* quoque genitivum per tria *i* scriptum et horum postremum pro vocali accipiendum esse idque Caesari doctissimo artis grammaticae placitum a Victore quoque in arte grammatica de syllabis comprobari docet. Sed post consonam sive simplicem sive geminatam positum *i* pro vocali esse accipiendum per se patebat. Itaque probabiliter Schneiderus in Gramm. 1, 284 quod Caesari placuerit, id ad *Pompei* genitivum pertinuisse suspicatur. Nam ita scripsisse quosdam Cassiodorus ab eodem p. 289 laudatus tradit. Sed ne sic quidem constat, ipse Caesar *Pompei* ut a nominativo quadrisyllabo, an *Pompeii*, quod a trisyllabo legitimum est, scripserit. In belli civ. codicibus iisdem nunc illud, nunc hoc, item *Petreii* 1, 39 §. 1 et Afr. 24, 1, *Petrei* 1, 74 §. 3 et 2, 17 §. 3 legitur. Quae inconstantia nescio an non sit scriptori imputanda.

§. 2 adficiebatur] Voss. A. Egm. (Bong. A.) Par. A. Vrat. A. Vind. A. non *aff*.

§. 3. arcesseret] Pet. Egm. Fabr. Dr. B. Vrat. A. Gu. Vind. A. Ven. f. *arcerseret* Bong. A. Pl. Par. A. *a Caesare* Hamb. a m. pr. *accesseret* Ber. *accerseret* Vrat. C. Goth. B. Vind. C. reliquae edd. ante Oud. (*accerserat* Ven. cde.) *arcessiret* alii, quos indicavi ad 5, 11 §. 2, ubi v. adn. cr.

als man gemeinet. Commodior status factus erat, quam fuerat: es war ein besserer Zustand der Dinge eingetreten. Cf. 6, 20 §. 1: *quae civitates commodius suam rem publicam administrare existimantur*. Ceterum fallitur Nipperdeius p. 4 ex hac Pompeii laude colligi posse negans hos Commentarios ante belli civilis initium esse scriptos. Sane exorto bello civili cum contumelia Pompeii mentionem fecisse pusilli non ingenii, ut Nipp. ait, verum animi neque admodum circumspecti fuisset, sed laudem huius modi Caesar nec Pompeio illo tempore tributurus nec do Labieno ita, ut saepe facit, verba honorifica facturus fuisse cuiquam videbitur, qui contulerit quae in commentariis belli civilis de utroque dicit, quae profecto neque magnanimi viri sunt neque valde circumspecti.

pervenisse] Cf. adn. cr. ad 4, 38 §. 2.

profectus est] ut qui rebus urbanis plus tribueret, quam provincialibus. Pertinet hoc eodem atque illud, quod c. 1 de dilectu a se habito ostendit, ad voluntatem erga senatum demonstrandam.

§. 2. magna difficultate adficiebatur, qua ratione] Cf. c. 17 §. 3: *summa difficultate rei frumentariae adfecto exercitu*, in quibus res, in qua difficultas posita erat, genitivo indicatur. Hic vero indicatur verbis *qua ratione* etc., atque in hac ipsa ratione posita eiusque rationis esse difficultas cogitanda est, quippe

absente in intinere proelio dimicaturas intellegebat: si ipse ad exercitum contenderet, ne his quidem eo tempore, qui quieti viderentur, suam salutem recte com- 4

§. 4 his] Pet. Voss. A. Egm. Lov. Fabr. Bong. A. Pi. Par. A. Dr. AB. Vrat. A. Vind. BCI. Ven. ede. *is* Gott. Vrat. B. Vind. AF. Vulgo *iis*. Cf. adn. cr. ad 5, 7 §. 6.

eo tempore, qui quieti] *qui eo tempore pacati* „Cu. And. et ceteri eius sectae" Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. *eo t. qui quieti* „reliqui vetustiores" Pet. Voss. A. Egm. Bong. A. Dr. AB. Vrat. A. Hamb. Vind. F. et, inter versus posito *qui*, Par. A. *eo t. quique et* Gott. Voss. C. *eo t. qniqui et* Vrat. B a m. pr. *eo t. quique etiam* inc. *qui eo t. quieti* „reliqui" cod. Brant. Lov. Vrat. C. Goth. B. Vind. BCD. tres Coufl. (etiam Pet.) edd. ante Ald. *quorum eo t. quieti* Lbb. Ad sensum optima videtur lectio Aldina. Nam *pacatos* Caesar non modo eos dicere solet, qui pacem facere et armis abstinere coacti sunt, sed etiam eos, quorum animi hostiles esse desiernnt. Cf. 3, 7 §. 1: *cum omnibus de causis Caesar pacatam Galliam existimaret.* Itaque si scripsit *pacati*, ne iis qnidem, a quibus hostile nihil exspectari posse videretur, satis tuto credi potuisse dixit. Contra *quieti* sunt qui sese non commovent, nihil hostile faciunt, ceterum quo animo sint, non ostendunt. Sic c. 1 §. 1 *quieta Gallia*. Atque talem quietem agi etiam ab iis posse, qui non sint animo pacati, cum per se patet, tum ex eo apparet, quod 5, 24 §. 7 partem aliquam Galliae *pacatissimam et quietissimam* dici videmus. Si igitur *quieti* scripsit, etiam eos, in quibus nullum signum animi hostilis appareret, suspectos sibi fuisse ostendit. Id vero mirum non erat, praesertim si quies ad speciem erat sumpta, quod verbo *viderentur* significatum esse potest. Hoc tamen verbum ita interpretari licet, ut non qui speciem praeberent quietis, sed qui quieti esse putarentur, quorum motus nullus esset allatus, intelligamus. Alterum in Aldina lectione percommodum hoc est, quod pronomen relativum suum tenet locum ueque a demonstrativo divulsum est interiectis verbis iis, quae ipsa ante relativum posita alio referri debent, quam quo maxime et quasi sua sponte inclinant. Fallitur enim Whittius, qui Bong. A. secutus *eo tempore qui quieti viderentur* sublata ante pronomen relativum interpunctione scripsit. Tamen etiam ad *committi*, quo debent, relatorum *eo tempore* verborum ratio reddi potest. Proficiscens enim ex Italia Caesar, quamquam de motu Carnutum et Arvernorum certior factus, tamen non dubitaverat, quin per Haeduorum fines ad exercitum pervenire posset. Nam tum demum, cum in Transalpinam Galliam venisset, illa se difficultate affectum esse scribit. Ingressus enim in provinciam et ibi quam invenire et expedire difficillimum esset. Itaque ante illa verba non audiendum est *nesciens*, quod qui statuunt, difficultatem absolute dictam faciunt: E. kam in eine sehr schwierige Lage, negationem autem, qua opus est ad sequentia, non in praecedentibus iam demonstratam, sed omnino omissam a scriptore statuunt, cui si hoc licebat, etiam licebat dicere *quae itinera essent, quibus posset, vel quae loca ab hostibus occupata essent.*

§. 3. proelio] Cf. adn. cr. ad 5, 11 §. 2.

mitti videbat. 7. Interim Lucterius Cadurcus in Ru-
2 tenos missus eam civitatem Arvernis conciliat. Progressus in Nitiobroges et Gabalos ab utrisque obsides accipit et magna coacta manu in provinciam Narbonem
3 versus eruptionem facere contendit. Qua re nuntiata Caesar omnibus consiliis antevertendum existimavit, ut

de rerum statu, qui tunc esset, certior factus etiam de Haeduorum fide dubitare cogebatur. Hoc igitur tempore res eo perducta erat, ut ne his quidem recte credi posse putaret: sogar diesen konnte er jetzt, nunmehr, nicht trauen, die ruhig schienen. Iam haec ad sensum tolerabilis lectio ad verba et ad codices, quales adhuc cognitos habemus, respicientibus neque ex Aldina neque ex ea, quae ante Aldum vulgata erat, a critico aliquo facta, sed ipsa primum in hanc, deinde in illam mutata videri debet; per se vero considerata et cum Aldina comparata ab ipso potius scriptore in Ephemeridibus posita, deinde cum simpliciore et commodiore, quam Aldus vulgavit, commutata videtur.

Cap. 7. §. 1. Lucterius] *Lucretius* „MSS. 6“ Gott. Voss. A. Egm. Bong. A. Par. A. *Lucrecius* Vrat. C. Vind. B. *Luterius* Vind. I. Cl. *Lutherius* Petrarch. Hist. 16, 11. *L.* Hamb.

§. 2 in Nitiobroges] Penultimam, quae in omnibus libris h. l. est *bri*, secundum c. 31 §. 5 et 46, 5 et 75, 3, ubi optimi *bro* exhibent, quod in simili nomine *Allobrogum* certum habetur, corrigere non dubitavi, quia neque Caesarem verisimile est sibi non constitisse in nomine proprio scribendo, neque librarios ter peccasse, semel verum tenuisse consentaneum. Etiam in primo nomine peccant hic nonnulli. Ipse Bong. A. habet *iniciobriges* (sec. Oud. *in Ic.*) Vind. C. *initiobriges*, Dorv. Voss. B. *in Itiobriges*, Dr. A. *in Viciobriges*, Hamb. *in ratiobriges.* Cf. Ukerti Gall. p. 263.

Narbonem] *Narbonam* Leid. A. S. Voss. AB. Dorv. „hic et infra“. Hav. A. „semper“ Wil. Dr. B. Vind. AF. Ven. f. *marbonem* Ven. c. *nerbonem* Vrat. B. *narbonensem* Dr. A. corr. Cf. adn. cr. ad 3, 20 §. 2.

§. 3 antevertendum] ante *consiliis* ponit Vind. I. *ante vert.* Rom. a. Med. a. Ven. b. *anteveniendum* Pet. sec. Fabr. et Oud. (tac. Cons.) cuius lectionis inventor *omnibus consiliis* ablativos existimasse videtur.

Narbonem] *Narbona* Vind. A. *Narbonam* Dr. B. Vind. F. Ven. f. *narbonem* Vrat. B.

Cap. 7. §. 2. Progressus in Nitiobroges et Gabalos] Nitiobroges Ukertus in tabula ad occidentem, Gabalos ad orientem a Cadurcis, utrosque autem ad septentrionem posuit a Rutenis; cui hic locus repugnare videtur. Nam qui *progressus* a Rutenis Narbonem versus eruptionem facere contendisse dicitur, is non videtur septentrionem versus iter fecisse; aut scriptor reversum illum ex Nitiobrogibus et Gabalis in Rutenos dicere oblitus est.

§. 3. omnibus consiliis antevertendum] Hi dativi sunt iique referendi ad Caesaris ipsius consilia, quae varia illo tempore ab eo agitata esse supra demonstratum est: his omnibus illa re nuntiata hoc *antevertendum* et praeponendum seu prius agendum

Narbonem proficisceretur. Eo cum venisset, timentes 4 confirmat, praesidia in Rutenis provincialibus, Volcis Arecomicis, Tolosatibus circumque Narbonem quae loca hostibus erant finitima, constituit, partem copiarum 5

§. 4 Volcis] V*olscis* Dr. A. Gr. a. Turr. *Volcis* Vrat. B a m. pr. *Locis* vetus Hotomanui. Cf. adu. cr. ad 6, 24 §. 2.

Arecomicis] Pet. Fabr. (Par. A.) Dr. B. Vrat. C. Hamb. Vind. A. St. Gr. b. Freil. In. sqq. *Areconicis* Vind. I. Etiam Graeci k tenent. Cf. Ukerti Gall. p. 292. *Aretomicis* „MSS. fere omnes“ cod. Brant. Gott. Cn. Voss. A. Egm. Lov. Pet. Confl. Boug. AC. Hav. A. Vrat. AB. Vind. E. et cum punctis sub *to* Dr. A. *Arctomicis* Goth. B. *Aritomicis* Pal. *Aretonicis* Vind. C. *Aretomias* Vind. F. *Artomicis* „al.“ Vind. D. edd. ante St. P. Man. Ald. b. Turr. Lips.

circumqne] *circumquaque* Vind. A.

Narbonem] *Narbonam* Dr. B. Vind. F. Veu. f. *Norbonam* Vind. A.

loca hostibus erant] Ante Oud. vulgabatur *loca erant hostibus*, quod ille in ed. 1 „secundum MSS.“ ita immutavit, ut iam in Veu. f. St. Gr. b. Freil. legebatur, in ed. 2 rursus praeposuit *erant*, neque id male. Cf. 4, 25 §. 1: *quarum et species erat barbaris inusitatior et motus ad usum expeditior.* Civ. 2, 37 §. 5: *castra erant ad bellum ducendum aptissima.* Alex. 45, 2: *quod et tempestas erat turbulenta et nulla suspicio hostis.* Sed codices refragantur. Ego *l. e. h.* tantum in Vrat. C. Goth. B. inveni, et quod in Fabr. *e. l. h.* ex Pet. Gott. Voss. A. Egm. affertur, haud dubie errore factum. In Par. A. est *l. hostibu e.*

finitima] *finituma* Oud. 2.

existimavit, ut Narbonem proficisceretur. Cf. Plaut. Bacch. 3, 5 v. 1: ***Rebus aliis antevortar, Bacchis, quae mandas mihi.*** et qui cum personae dativo iungit, Terent. Eun. 4, 5 v. 12: ***miror, ubi ego huic antevorterim,*** ubi intransitive dictum est. Hic vero transitivum est et pro obiecto habet profectionem Narbonem. Veram interpretationem ostendit in thesauro Gesnerus ***praeferendum*** adscribens, quod non intellectum est ab Herzogio, nec fugit ea Heldium, qui c. 6 §. 2 respici iussit. Sincerus et Franciscus et Adolphus Wagneri alius aliter errarunt: auf welche Zeitung er auf alle nur ersinnliche Weise seine Abreise nach N. zu beschleunigen gesucht. Franciscus Wagner: u. hielt für nöthig, diesem Unternehmen vorzukommen u. nach Narbone zu gehen. Adolphus: Cäsar suchte auf alle Weise zu verhindern, daß er nach Narbo zöge.

§. 4. praesidia] Hinc apparet milites satis moltos in provincia fuisse, qua de re antea dictum non est. Praesidiis enim pluribus in locis constitutis tamen supererant qui in Helvios duci possent. De evocatis quidem, quibus Crassum 3, 20 §. 2 usum esse legimus, hic nihil est quod cogitemus.

quae loca hostibus erant finitima] Haec verba definiunt quod proxime dictum est ***circum Narbonem.*** Non enim omnia circum Narbonem loca hostibus erant finitima, ideoque opus non erat ut omnibus ex partibus circumponerentur praesidia. Vulgo post ***Narbonem*** incidunt.

ex provincia supplementumque, quod ex Italia adduxerat, in Helvios, qui fines Arvernorum contingunt, convenire iubet. 8. His rebus comparatis, represso iam Lucterio et remoto, quod intrare intra praesidia peri-
2 culosum putabat, in Helvios proficiscitur. Etsi mons

Helvios] *helbios* Bong. C. Vind. CI. *Elvios* Leid. B. *Heduos* Leid. A. „alii" Gott. Ort. Vrat. B. Gu. et a m. pr. Dr. A. et pro v. l. Vind. B. *Eduos* inc. *Iluos* cod. Ciacc. *elinos* (*eluios?*) Hav. A. Wh. *Helinos* cod. Petr. Hist. 16, 11. (*Aeduos* ed. pr.) *Aluetios* Hamb. *Helvetios* „MSS. 2" Lov. cod. Braut. N. Dr. B. Vrat. C. (hic — *ci* —) Goth. B. Pal. Vind. DE. Rom. a. au *Etuatios* Lipsios in Fabr. Optimos igitur libros consentientes in vulgata habemus, item c. 8 §. 1 et 2, ubi cf. adn. Magis dubia res est Civ. 1, 35 §. 4. Cf. Ukertl G. p. 293, qui recte a Valesio Helvios in provincia collocante dissentit, id quod hoc quoque loco firmare poterat.

Cap. 8. §. 1 Helvios] *Heluos* Hamb. *Heduos* Gott. Fabr. Vrat. B. Viod. B. Gu. et a m. pr. Dr. A. *Helvetios* Pal. Vrat. C. (hic — *ci* —) Vind. D. cod. Brant. et Ood. iidem, qui c. 7.

§. 2 Etsi mous] *Et simon* Vind. A. *mons* om. „MSS. plerique" Pet. Gott. Voss. A. Egm. Bung. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. AC et a m. pr. B. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. CEFI. Boug. C. Pal. Atque ex his pro *etsi* habent *et sic* Dr. A. Vrat. C et a m. pr. B. Goth. B. Hamb. Vind. E. Gu. Bong. C. Pal. et, qui *mons* tenere videtur, Luv. Fabr. In Dr. B. et edd. aute Gr. a. *et si* scriptum est, duobus vocabulis, tollendi scilicet asyndeti, de quo cf. adn. ad 5, 34 §. 2. Quod ad nominis praetermissionem attinet, quam

§. 5. quod ex Italia addoxerat] ex illo dilectu, qoem c. 1 ut rerum urbanarum causa habitum memoravit. Hus milites secum in Galliam duxerat, sed Narbonem sine iis venisse videtur. Nam dicitur eos in Helvios non duxisse, sed *convenire iussisse.*

Cap. 8. §. 1. represso iam Lucterio et remoto] Cf. 3, 14 §. 1: *neque hostium fugam captis oppidis reprimi posse.* Simili metaphora *repressus* dicitur Lucterius, in seinem Vorhaben gehemmt. Neque enim manum conseruisse ostenditur, neque id, quod eum repressisse et removisse dicitur, ita comparatum est, ut de pugna cogitari possit, neque satis recte additum esset *et remoto*, nisi ad explicandum et amplificandum illud pertineret. Ceterum commode ante haec inciditur. Non his rebus comparatis repressus est Lucterius, sed Caesar, represso illo, profectus.

intrare intra praesidia] Cic. ad Pompei. Att. 8, 11 D §. 4: *neque enim eos solos arbitrabamur capi, qui in armatorum manus incidissent, sed eos nihilo minus, qui regionibus exclusi intra praesidia atque intra arma aliena venissent.* Item in re militari *intrare* positum est Afric. 79, 2. 80, 1.

putabat] Hoc Clarkios semicolo, non commate distinguendum duxit, ne ambiguum esset, Lucterius, an Caesar periculosum putaverit; quod neque dubium esse potest, neque si esset dubium, isto modo decideretur.

§. 2. discludit] Cf. adn. ad 4, 17 §. 7.

Cevenna, qui Arvernos ab Helviis discludit, durissimo tempore anni altissima nive iter impediebat, tamen discussa nive sex in altitudinem pedum atque ita viis patefactis summo militum labore ad fines Arvernorum per-

Oud. stylo Caesaris repugnare dicit, sibi quidem et memoriae causa scribens etiam Caesar omittere illud potuit, lectorum vero, quorum plerique nescirent, quid esset Cevenna, rationem habens quilibet vel paulum perspicuitatis studiosus ponere debuit. Iam praetermissio dubitari potest utrum Ephemeridibus, an negligentiae librarii accepta sit referenda.

Helviis] *Heluis* Hav. A. Vind. A. Dr. B. *heulis* Ven. cde. *Heduis* Gott. Fabr. Vrat. B. Vind. B. Gu. et a m. pr. Dr. A. *eduis* Hamb. *Helvetiis* Lov. Fabr. Vind. Cl. cod. Brant. et Oud. iidem, qui c. 7.

discussa] *discissa* Leid. A. S. Hav. A. Vind. A. *discisa* Cu. Oud. 2. Utroque aptius ad laborem demonstrandum est *discussa*. Maiorem enim virium contentionem flagitat *quatere*, quam *scindere* et *caedere*, quae actiones instrumentorum ope acutorum perficiuntur, quibus ne locus quidem est in nive nisi gelu adstricta, qualem illam fuisse Oud. 2 sine auctoritate facit ut statuere debeamus. *Discutere* legitur Liv. 2, 9 §. 3 et Alex. 46, 2: *discindere* et *discidere* in his commentariis non occurrunt. Cortio quidem nix *discussa* est solis calore soluta, 7, 3 §. 10.

sex] Bong. A. Pl. (Par. A.) Hav. A. Gott. Wh. Vind. EFI. et a me visi omnes praeter Vind. A. cum edd. ante Ald. b. (*saex* Ber.) et Turr., non *VI*. Sed. Hav. A. Vind. A. cum Ox. Cu. Leid. A. S. numerum post *pedum* ponunt, quo loco magis ad participium, quam ad nomen pertinere videtur. Et fortasse ea de causa *discissa* ab illis praelatum est, ut sententia esset: nachdem der Schnee 6 F. tief aufgerissen war, cum vulgatae sensus sit nachdem der 6 F. hohe Schnee auseinander geworfen war.

altitudinem] *altitudine* Ox. Leid. AB. Hav. A. Goth. B. Hamb. Ber. Turr. (*altitunem* St.) Cf. adn. cr. ad 2, 5 §. 6, quo loco Handius Turs. 3, 330, cum omnes codices in ablativo consentire putaret, eum tolerabilem iudicabat.

summo militum labore] *summo* om. Buslid. (Lb.) Vind. D. edd. ante Ven. f. *militum* tertio loco ponunt Carr. cod. Turr. Vind. I. Flor. sec. Brut. pro *labore* edd. ante Aldum cum Bong A. et plerisque codd. habent *sudore*, quod ille secundum alterius generis libros mutavit: *labore* legitur in Hav. A. Vind. A. neque aliud

durissimo] non ad sensum, sed ad efficiendum id, quod Caesar agebat, h. e. difficillimo; quae tamen difficultas simul ad sensum dura et molesta erat. Cf. infra c. 10 §. 1 *duris subvectionibus*. Civ. 3, 25 §. 3: *durius cotidie tempus ad transportandum lenioribus ventis*, quod recto interpretatus est Heldius. Item Hirtius 8, 5 §. 4 *tempestatibus durissimis cum hiemis difficultate* coniungit.

atque ita] non minore negotio. Cf. adn. ad 3, 7 §. 1.

viis patefactis] quae obrutae nive latuerant. Minus proprie 3, 1 §. 2 *iter per Alpes* dicitur *patefieri*.

3 venit. Quibus oppressis inopinantibus, quod se Cevenna ut muro munitos existimabant, ac ne singulari quidem unquam homini eo tempore anni semitae patuerant, equitibus imperat, ut quam latissime possent, vagentur
4 et quam maximum hostibus terrorem inferant. Celeri-

Oud. ex And. Ox. Cu. S. Leid. A. attulit. Idem Oud. tenens *labore*, sed utrumque a Caesare scriptum esse coniiciens, *sudore ac labore*, Velleii locum confert 2, 128 §. 3: *quique nihil Asinio Pollioni negaverunt, quod nobilissimis summo cum sudore consequendum foret.* Herzogius, qui et ipse utrumque mavult, sed ordine inverso, *labore ac sudore*, sudorem ad hiberni laboris magnitudinem declarandam non ineptum videri ostendit, eademque de causa Dübnero placuit *sudore.* Idem recepit Nipperdeius, adscriptis duobus locis Ciceronis, Divin. in Caec. c. 22 (§. 72) et De leg. agr. 2, 26 (§. 69) quorum altero suam *existimationem multo sudore, labore vigiliisque collectam*, altero *vectigalia vestra plurimo maiorum vestrorum sanguine et sudore quaesita* dicit. His similem hunc habebis, si *summo militum sudore* ad *viis patefactis* retuleris, quod cum per verborum collocationem fieri non possit, quae illa cum *pervenit* iungi iubet ita, ut c. 41 extr. *Caesar summo studio militum ante ortum solis in castra pervenit*, necesse est summum militum sudorem aut comitem pervenientis Caesaris aut causam eius adventus dici statuas: er kommt unter dem heftigsten Schweiße der Soldaten dorthin, aut in Folge, vermittelst ihres heftigen Schweißes. Horum vero posterius metonymiam habet minime probabilem. Vere enim sudaverant milites et tamen non hoc sudore, qui labore effectus erat, sed ipso labore illo effecerant ut Caesar illuc perveniret. Prius autem, quod proprie dictum videri debet, rem fortasse miram neque iulucundam habet, si militibus non frigore torpentibus, sed sudore madentibus illo tempore Caesar ad fines Arvernorum pervenit, et ob utrumque memorari in Ephemeridibus poterat, sed in Commentarium quod referretur, dignum minus erat. Itaque *labore* praeferendum, *sudore* non casu et temere factum, sed ex Ephemeridibus petitum videtur, quibus in his scribendis usum esse Caesarem cum aliis rebus, tum eo verisimile fit, quod *pedum VI.* mentionem facit.

§. 3 quidem] om. S. Leid. A. Par. B. Hav. A. Vind. A. Id Reisigius in Scholis gramm. p. 587 minus perspectam habens codicum indolem probabat, Handius recte improbat Turs. 4, 70.

possent] *possunt* Dorv. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. E. edd. ante Ven. f. *possint* Leid. AB. Voss. AB. Egm. S. Duk. „al. Vasc.“ (Par. A.) Voss. Cl. Vrat. A. Hav. A. Vind. A. St. Gr. b. Frell. Oud. In re dubia tenui quod Bong. A. Pl. Gott. Wh. Dr. A. Vrat. B. Hamb. (Gu. Lov. Pet. Fabr. Conf.) inc. Elb. Ven. f. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. In. Gr. Dav. Cl. exhibent. Cf. adn. cr. ad 6, 29 §. 4 et ad huius libri 1, 7.

§. 3. singulari] Cf. 4, 26 §. 2: *ubi ex litore aliquos singulares ex navi egredientes conspexerant.* cuius loci immemor Dübnerus de uno *singularem*, de pluribus *singulos* dici docet.

ter haec fama ac nuntiis ad Vercingetorigem perferuntur; quem perterriti omnes Arverni circumsistunt atque obsecrant, ut suis fortunis consulat, neu se ab hostibus diripi patiatur, praesertim cum videat omne ad se bel-

§. 4 haec] *hac* Hamb.
ac nuntiis] Voss. A. Egm. Fabr. cod. Turr. V. C. Urs. Not. Ber. P. Man. Ald. b. Lips. sqq. *ac nuntii* „omnes" Brant. „MS. Brant. Egm. Pet. Duk. Dorv. Pulm. Vasc." Bong. A. Pl. Par. AB. Gott. Wh. Pal. Dr. AB. Vrat. ABC. Hamb. Gu. Vind. CD. edd. rell. (praeter Ber. P. Man. Ald. b.) ante Lips. *hac nuncii* Goth. B. *nuncii* Leid. A. S. Vind. A. Hav. A.
perferuntur] *perferunt* Dorv. Goth. B. Pal. Par. B. Vind. A. Hav. A. Wb. *deferunt* Vrat. C. *perfertur* Leid. A. S. Hav. A. Elb. — *Haec fama ac nuntii perferuntur*, quae lectio est a codicibus firmissima, etsi *nuntius perferri* et ab Hirtio 8, 36 §. 1 et alibi dicitur, *prius-quam fama ac nuntius adferretur* ipse Caesar 6, 30 §. 2 dicit, tamen propter numeri diversitatem et additum ad *fama*, ad *nuntii* non additum pronomen ferri nequit. *Haec fama nuntii perferunt* et *Haec fama nuntii perfertur*, quae fere parem atque secundam auctoritatem habent, quorum in priore *nuntii* sunt homines, qui fama accepta haec pertulerint, in altero *nuntius* est res, cuius fama perlata sit, pariter prava et contorta videntur. Denique *haec fama ac nuntii perferunt*, quod non multo magis, quam vulgatum, a codicibus commendatur, sententiam eandem atque hoc, sed multo minus commode enuntiatam habet, accusativum sine ratione praeponens nominativis et famam pariter ac nuntios tamquam personam inducens.
neu se ab hostibus diripi patiatur] And. Ox. Cu. S. Leid. A. (Urs.) Hav. A. et, qui pro *neu* habet *ne*, Vind. A. Ald. sqq. *neve ab hostibus diripiantur* ceteri, nisi quod Bong. A. Pl. *omnibus* habet pro *hostibus* et Pet. *deripiantur*, cum edd. ante Aldum; in quo displicet primum ambiguitas, cum nescias, utrum se ipsos, an suas fortunas diripi nolint, deinde subiecti post *consulat* et ante *videat* (*videant*, quod Oud. ex Bong. A. et Voss. B., Conf. ex Bong. C. et Pal. affert. ex meis Dr. B. Hamb. Vind. CI. exhibent,

§. 4. fama ac nuntiis] Utrumque ore et sermone hominum efficitur; sed in *fama* nulla inest auctoris significatio, quam habet *nuntius*, quo nomine alibi vel homo rem aliquam nuntians vel res ab aliquo nuntiata, hic actio nuntiandi seu sermo alicuius indicatur. Quae igitur *fama ac nuntiis* perferuntur ad aliquem, ea cum ab aliis audit, tum ab iis, quibus nuntianda sunt mandata. Cf. Cic. Att. 4, 1 §. 4: *etsi omnia aut scripta esse a tuis arbitror aut etiam nuntiis ac rumore perlata*. Id. ad Q. F. 2, 12 §. 5; *amor autem eius* (Caesaris) *erga nos perfertur omnium nuntiis singularis*. Caesar Civ. 2, 37 §. 2: *iamque Caesaris in Hispania res secundae in Africam nuntiis ac litteris perferebantur*.
omnes Arverni] qui apud eum in exercitu erant.
suis fortunis] Cf. adn. ad 3, 12 §. 3.
neu] Cf. adn. ad 4, 17 §. 10.
ad se] Imperite Metaphrastes: ἐπειδὴ πολέμαρχος ὑπὸ τῶν Γάλλων πάντων εἱρημένος εἴη.

lum translatum. Quorum ille precibus permotus castra ex Biturigibus movet in Arvernos versus. 9. At Caesar biduum in his locis moratus, quod haec de Vercingetorige usu ventura opinione praeceperat, per causam

vitiosum esse apparet) facta mutatio. Quae incommoda ut possis evitare, si cum Dübnero ante *ne* cogitando repetas *consulat*, quasi scriptum sit *consulatque ne* etc., hoc ipsum maxime incommodum est, quod *ne* alio, quam quo *ut*, referre cogaris, praesertim cum quicquid opus sit ad verbi illius notionem absolvendam, id omne ex usu linguae videri debeat dativo *suis fortunis* contineri. Haec igitur a Caesare sic scripta esse minus credibile est, quam temere librarium verbi *patiatur* litteras quattuor priores omisisse, quo facto primum *diripiatur*, deinde illa, quae sensus requirere videretur, exstiterint.

§. 5 in] om. Vind. B. *per* „Bong. A. Voss. A. Leid. A. 7 al. inc." Gott. Lov. Lbb. Bong. AC. Par. A. Pal. cod. Turr. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. CEFI. in quo codex optimus non minus corruptos apparet, quam in *omnibus* et *videant*.

Cap. 9. §. 1 his] Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. A. Hamb. Vind. ABCF. edd. ante P. Mao. Turr. *hiis* Vrat. BC. *iis* Goth. B. (Gu.) P. Man. Ald. b. Lips. sqq.

usu] *usus* „MSS. 9" Bong. A. Par. A. Egm. Lov. Hav. A. Gott. Wh. a m. pr. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. CE et a m. pr. B. edd. ante Ber. *rursus* Vind. I.

praeceperat] *perceperat* „MSS. 9" Carr. Gott. Wh. Dr. B et corr. A. (a m. pr. *perreperat*) Vrat. BC. (hic — *coep* —) Goth. B. Hamb. Vind. ADE. edd. ante St. Turr. *perceperat perceperat* Hav. A. In Dr. A. etiam sex verba *ventura opinione perreperat pro causa supplementi* bis scripta exstant, semel ante *At* initio huius capitis, iterum suo loco. In Fabr. *praeceperat* ex Voss. A. Egm. tantum, *perceperat* tantum ex Lov. allatum est.

per causam] *pro causa* „MSS. 7" Gott. Bong. C. Pal. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Vind. BCDE. edd. ante Ven. f. (*pro eā* Med. a.) *per causa* Vind. F. om. Hamb.

§. 5. movet] Cf. adn. ad 4, 9 §. 1.

in Arvernos versus] Cf. Salust. Cat. 56, 4: *modo ad urbem, modo in Galliam versus castra movere.* quae Brantius minus apte cum illis, quae c. 7 §. 2 leguntur, *in provinciam Narbonem versus*, contulit.

Cap. 9. §. 1. usu ventura opinione praeceperat] De origine et propria significatione *usu venire* dictionis alii aliter sentiunt. Cf. Ottonis Excursus ad Cic. Cat. mai. Lipsiae a. 1830 ab eo editum, p. 224—230 Lindemannus primum *ususvenit* dictum, deinde, ut *multismodis* in *multimodis*, sic illud in *usuvenit* mutatum indeque speciem ablativi natam existimat, ut Otto p. 225 narrat. Hoc ita fieri potuisse concedentes, quo minus factum credamus, et testimoniorum defectu et eo prohibemur, quod ipsum *usus venit* alio sensu usurpatum videmus. V. c. 80 §. 1 et cf. Civ. 3, 84 §. 4. Otto ipse cum Gernhardo *usu* dativum putat et comparat nostra es kommt für den Gebrauch, es kommt zum G., es bietet sich dem G. dar, quae neque usitata neque inter se valde similia et a verbi *venire* usu aliena sunt. Ac Ci-

**supplementi equitatusque cogendi ab exercitu discedit, Brutum adulescentem his copiis praeficit; hunc monet, 2
ut in omnis partes equites quam latissime pervagentur;**

adulescentem] Bong. A. Voss. A. Egm. Par. A. Vrat. A. non *adol.* Cf. adn. cr. ad c. 4 §. 1. (*adoloscentem* Dr. B. *ad descendentem* Hamb.)

his] Lbb. Par. A. Dr. AB. Vind. ABCF. Gn. edd. ante P. Man. Frell. Turr. *hiis* Bong. A. Pl. Vrat. ABC. Hamb. om. Vind. I. *is* P. Man. *iis* Goth. B. Ald. b. Lips. sqq.

§. 2 omnis partes] Bong. A. Voss. AC. Par. A. *omnibus partibus* Leid. BC. Vrat. B. inc. *omnes partes* „reliqui" Hav. A. Dr. AB. Vrat. AC. Goth. B. Hamb. Vind. AB. edd. ante Oud. ex-

ceroni circiter duodecies (locos indicavit Otto) hac formula utenti et semper *usu*, nunquam *usui* scribenti quis credat hunc dativum potius esse visum, quam ablativum? Et quidni *usu* seu experientia *venire* alicui seu contingere aliquid eodem modo dici potuisse videatur, quo *hereditas venire*, *litterae venire* alicui dicebantur quae ad aliquem perventurae essent? Ac Caesarem quoque *usu* pro ablativo habuisse eo fit verisimilius, quod addidit *opinione praeceperat*, experientiae opponens coniecturam et quod usus adducturus et in medio positurus esset, id praeceptum et occupatum dicens opinione. Nec aliter visum videtur belli Africi scriptori, qui c. 57, 3 cum *usu venisse hoc* iunxit dativum *civi Romano*. Ad alterum cf. Liv. 35, 35 §. 5 *ne se ad bellum Achaicum aut rem ullam, quam sua quisque opinione praecipere posset*, *crederent missos esse*. quem locum ostendit Aldus nepos.

per causam supplementi equitatusque cogendi] Supplementum Caesar c. 7 §. 5 a se ex Italia adductum in Helvios convenire iussum ostendit. Horum militum pars biduo illo nondum convenisse videtur. Etiam equites ex provincia praeter illos, qui cum ipso profecti venerant, in itinere ad eum fuisse credibile est. Hi omnes appropinquante Vercingetorige cogendi videbantur, atque ea causa ab exercitu discedere se dicebat. Sed re vera tendebat ad legiones, a quibus iam averterat Vercingetorigem, atque illud prae se ferebat vel ut hostes consilium suum celaret, vel ut copias, quas cum Bruto relinquebat, confirmaret. *Per causam*, etiamsi Civ. 3, 76 §. 1 aliter dictum sit, satis constat plerumque idem significare, quod Germanicum unter dem Vorwande; quod ipsum recte posuit Franciscus Wagner, lapsus ille in *supplementi* nomine interpretando: u. d. W. eine Rekrutirung anzustellen (und die Reiterei zusammenzuziehen).

ab exercitu discedit] non diutius, quam biduum in his locis moratus necdum de adventu Vercingetorigis certior factus, sed quod eum in Arvernos castra ex Biturigibus moturum esse praeviderat. *Exercitum* appellat non propter illorum, a quibus discedebat, numerum, qui exiguus fuisse videtur, sed quod ipse, qui discedebat, imperator erat; neque alios designat sequentibus verbis *his copiis*, quae perperam Graecus τοῖς ἱππεῦσιν interpretatus est.

Brutum adulescentem] Cf. adn. ad 3, 11 §. 5.

§. 2. pervagentur] Praepositio referenda videtur ad regiones, quarum notio continetur adverbio *latissime*. Cf. c. 45 §. 1.

daturum se operam, ne longius triduo ab castris absit.
3 His constitutis rebus suis inopinantibus quam maximis
4 potest itineribus Viennam pervenit. Ibi nanctus recen-

ceptis Ald. a. Gr. a. Turr. quae *omneis parteis*. Cf. adn. cr. ad 6, 32 §. 3, quo loco *tris partes* minus probabiliter ab Oud. exhibitum in aequalitatem redegimus, quod hic per codices facere non licuit.

§. 3 His] In Bong. A. legitur *sed his*; et re vera quae sequuntur, adversantur quodammodo iis, quae antecedunt. Nam si plurium dierum itineribus iisque maximis opus erat Caesari, ut Viennam perveniret, fieri non poterat ut non longius triduo a castris abesset. Eodem pertinet quod *suis inopinantibus* pervenisse Viennam dicitur, qui si comites Caesaris ab exercitu discedentis intelligendi sunt (cur enim Viennenses nihil de suo adventu suspicatos esse demonstraret?) praeter exspectationem eorum iter illud instituisse significatur. Nam iter potius, quam adventum eius illis inopinantibus accidisse ex interiectis *quam maximis potest itineribus* colligitur. Itaque *sed* ad sensum satis aptum, sed minime aptum est ad dictionem *his constitutis rebus*, quae ubique pariter ac pleraeque nominis huius et pronominis ablativum absolutum habentes initium enuntiati facit ita, ut continuetur narratio. Cf. loci ad 5, 5 §. 1 significati. Atque omnino ablativis absolutis raro praefixum est *sed*, ut 5, 15 §. 1. et Civ. 3, 101 §. 4, quibus locis nihil huius simile est. Quod autem h. l. adversari antecedentibus vidimus, id apertius, quam ipsis illis *suis inopinantibus* factum est, demonstrare opus non erat. His de causis *sed* reiiciendum et errore ex proximo *absit* illatum videtur.

suis] Ante hoc *omnibus* additum habent Ox. Cu. S. Leid. A. margo Pet. (hunc codicem Fabr. a m. s. ante *rebus* additum id habere testatur) Hav. A. Vind. A. et editiones inde ab Aldo usque ad Lipsium, sed aliae postposito commate, quod Ciacconio placebat, aliae praeposito, quod Oud. si pro genuino haberetur, malebat, ut Caesar non *omnibus rebus constitutis*, sed *omnibus suis inopinantibus* Viennam pervenisse diceretur. Atque hoc sane praestat. Neque nulla erat causa, cur *omnibus suis* diceret, si de comitibus cogitabat, quorum nullum suscepti itineris longitudinem suspicari aut scire voluisset. Contra non apparet, cur interpolandum alicui visum sit. Nam quod Apitzius putat ex c. 10 §. 2 verbis *omnium suorum voluntates* correctorem deprompsisse *omnibus*, prorsus a vero abhorret. Herzogio quidem *omnibus* magis, quam *suis* idoneum videbatur, ut illo recepto hoc uncis circumscripserit. Lipsius vero ab Ursino monitus *omnibus* eiecit, quem cum Scaligero et reliquis secutus est Oud. Neque mihi recipiendum videtur, partim propter codices, partim quod non caret ambiguitate. In Ephemeridibus vero locum habere potuisse non nego, quibus Caesarem haec scribentem usum esse *bidui* §. 1 facta mentio indicat.

daturum se operam] Cf. 6, 29 §. 5 *sese confestim subsequi dicit*. ibique adn.

§. 3. Viennam] quod oppidum est Allobrogum. Cf. Ukerti Gall. p. 452.

tem equitatum, quem multis ante diebus eo praemiserat, neque diurno neque nocturno itinere intermisso per fines Haeduorum in Lingones contendit, ubi duae legiones hiemabant, ut, si quid etiam de sua salute ab Haeduis iniretur consilii, celeritate praecurreret. Eo cum pervenisset, ad reliquas legiones mittit priusque omnes in unum locum cogit, quam de eius adventu Arvernis nun-

§. 4 Ibi] *inde* Ox. V. C. Urs. Hav. A. Vind. A. quod ferri potest.
nanctus] Bong. A. et a m. pr. Par. A. cuius auctoritate accedente ad ea, quae in adn. cr. ad 4, 36 §. 3 ostendi, vulgatum *nactus* (Vind. C. *actus*) mutare non dubitavi. Etiam in Senecae Epistolis codicem optimum *n* tueri testatur Fickertus ad Ep. 2, 4. 12, 2.
eo] om. Oud. 2.
intermisso per] *inermis super* Vind. A.
Lingones] *Ligones* Vind. C. P. Man. Ald. b. *Linguones* Vind. A. *Lingonas* Dr. B. Vind. F. Cf. et hinc suppleatur adn. cr. ad 1, 26 §. 6.
duae] Bong. A. Hav. A. Gott. Wh. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. AEFI. edd. ante Ald. b. Turr. non *II.*
quid] *quod* „MSS. 7. inc." Gott. Voss. A. Egm. Par. A. Hav. A. Vrat. AB.
§. 5 Eo cum] *hoc uni* Vind. A.
cogit] *coegit* Voss. B. Vind. A.

§. 4 recentem equitatum] diversum ab illo, cuius cogendi causa discedere se ab exercitu dixerat.

multis ante diebus] ex Italia, ut videtur, proficiscens. Male Graecus ὀλίγῳ πρόσθεν.

ut, si quid etiam] Cf. 6, 43 §. 3: *ut, si qui etiam in praesentia se occultassent, tamen his pereundum videretur.*

de sua salute] Falluntur Adolphus Wagner et Lippertus, dum hanc Haeduorum salutem interpretantur, non reputantes illi neque celeritate Caesarem talia consilia irrita reddere neque quae ad libertatem recuperandam spectarent, ea de sua *salute* inita ab Haeduis dicere potuisse, qnin ipso Romanorum amicitiam illis perniciosam esse confiteretur. Gallos quidem c. 2 §. 1 et alibi communem *salutem* hanc dicentes facit; hic vero suo nomine loquitur. Itaque eodem modo hoc accipiendum est atque illud c. 6 §. 4, ubi *suam salutem* ne iis quidem, qui quieti viderentur, recte committi dixit, quod ipsum ad Haeduos potissimum spectabat. Ceterum cf. adn. ad c. 10 §. 3. Quod *de* praepositione utitur, rei atrocitatem lenit verbo, ut Cicero Fam. 9, 24 §. 1: *nam et Aquini et Fabrateriae consilia sunt inita de me.*

praecurreret] Notabilis est mixta ex propria et metaphorica dictio, quae reliquis in locis simpliciter propria est. Ad eundem modum Germanico verbo entgehen, quod metaphorice dici solet, propriam addens significationem de eo, qui cundo et ambulando periculum evitat, dixeris er entgeht der Gefahr.

§. 5 omnes in unum locum cogit] Haec verba dubium relinquunt, utrum in hiberna duarum legionum, quae in Lingonibus erant, reliquas octo, an in reli-

6 tiari posset. Hac re cognita Vercingetorix rursus in Bituriges exercitum reducit atque inde profectus Gorgo-

§. 6] Gorgobinam] „Bong. A. Voss. A. Pet. Egm. Lov. rell.“ Gott. Pal. Par. A. Vrat. ABC. Gn. Petr. Hist. 16, 15. inc. *Gorghobinam* Dr. A. *Gergobinam* cod. Ci. Lbb. Dr. B. Vrat. B a m. s. Goth. B. Hamb. Vind. CDEF et pro v. l. B. Med. a. Ven. bc def. Vasc. St. (Freii.) *Gergobinan* Rom. a. *Gergobinnam* Bong. C. *Γεργοβίνναν* Met. *Gergoniam* V. C. Voss. *Gorgoviam* Lov. Fabr. *Gergobiam* Ber. Ald. a. Gr. ab. *Gergoviam* P. Man. Ald. b. Turr. Lips. sqq. sed cum uncis Iu. Gr. Oud. 2. *Gortonam* Cu. S. Leid. A. Par. B. Hav. A. et „qui etiam refert *Gorboliam*“ Ox. et, qui *Gorgoboiam* post *exercitum* addit, Vind. A. Hoc ex Ephemeridibus petitum esse potest, in quibus Caesar aliud nomen posuisset, quod postmodum corrigendum putasset: tantum apparet, mera variandi libidine non magis, quam mero scribendi errore exstitisse *Gortonam*. De situ oppidi Ukertus Gall. p. 399 nihil ostendit nisi ad orientem versus a Ligeri, certe ab Elavere flumine positum fuisse.

quarum hiberna alterutra ceteras, an omnes decem in diversum aliquem ab iis, quos adhuc tenuissent, locum coëgerit; sed et per se verisimile est et ex fine capitis sequentis verisimilius fit Agedincum, ubi sex legiones hiemabant, ceteras quattuor esse coactas. Itaque ex Lingonibus ad reliquas legiones misisse, sed duas tantum, quae Trevirorum ad fines positae longissime aberant, ex ipsarum hibernis evocasse, sex Agedinci hiemantes de suo adventu certiores fecisse, deinde ipse cum duabus ex Lingonibus Agedincum profectus ita omnes decem in unum locum conduxisse videtur. Nam *omnes* in hoc verborum contextu quis non pro femiuino habeat? Et tamen pro masculino accipere debebit qui Bruti adolescentis et copiarum cum eo relictarum non prorsus immemorem scriptorem fuisse volet. Quamquam etiamsi certam generis notam prae se ferret, negligentiae eum vix absolveret.

quam de eius adventu Arvernis nuntiari posset] Hic Caesaris *adventus* secundum verba *eo cum pervenisset* alius videri non potest nisi is, quo ad legiones in Lingonibus hiemantes venerat; de quo si Arvernis nuntiari prius non potuit, quam ille omnes legiones in unum locum coëgisset, non incredibili quadam Caesaris in cogendis celeritate, sed casu et felicitate ipsius vel infelicitate Arvernorum ita factum esse putandum est. Coniunctivus non consilium Caesaris, sed rem cogitatam tantum, non factam significat. Cf. 6, 4 §. 1: *iubet in oppida multitudinem convenire. Conantibus prius, quam id effici posset, adesse Romanos nuntiatur.* Ib. 3 §. 2: *prius, quam illi aut convenire aut profugere possent, magno pecoris atque hominum numero capto — in deditionem venire coëgit.*

§. 6. rursus in Bituriges exercitum reducit] C. 5 §. 1 Vercingetorix in Bituriges exercitum duxisse dictus est: nunc rursus id facit faciensque reducit eum eodem, unde adduxerat. Sic pleonasmum haec verba nullum habent, qualem habere possunt illa 6, 3 §. 3: *rursus in hiberna legiones reduxit;* etsi ab his quoque defendi interpretatione potest. Cf. adn. ad 4, 1 §. 5.

binam, Boiorum oppidum, quos ibi Helvetico proelio victos Caesar conlocaverat Haeduisque adtribuerat, oppugnare instituit. 10. Magnam haec res Caesari difficultatem ad consilium capiendum adferebat: si reliquam partem hiemis uno loco legiones contineret, ne stipendiariis Haeduorum expugnatis cuncta Gallia deficeret, quod nullum amicis in eo praesidium videret positum esse; si maturius ex hibernis educeret, ne ab re

quos ibi-victos] *quod sibi-victor* Bong. A. *quod sibi-victos* Pet. Voss. A. Par. A. *quod ibi-victor* Dorv. Vrat. C. Goth. B. Vind. DE. edd. ante Ven. f. *quod ibi-victos* Voss. B. R. N. Voss. Cl. Carr. cod. Turr. Dr. B. Vrat. A. Vind. C. Ven. f. *quos ibi-victor* Lov. cod. Brant. Hamb. *quos ibi-victis* Dr. A. *Oppidum* Boiorum Caesar neque *sibi* neque *ibi* collocasse dici poterat, Boios ipsos ibi, ubi oppidum erat, Helvetico proelio *victor* collocasse poterat dici; sed illam victoriam non solum de Helvetiis, sed etiam de Boiis, non una cum his de illis, reportatam fuisse demonstrandum erat. Itaque optimi codicis lectio nulla ex parte probabilis et in vulgata acquiescendum videtur.

conlocaverat] Par. A. (Bong. A.) Vrat. A. Vind. A. non *coll. cumloc.* Voss. A. Fabr. *coloc.* Hamb.

adtribuerat] Par. A. (Bong. A.) Voss. A. Vind. A. non *att.*

Cap. 10. §. 1. adferebat] Voss. A. Egm. Par. A. (Bong. A.) Vrat. A. Vind. A. non *aff.* (*afferrebat* Hamb.)

uno loco] „Bong. A. Voss. A. Pet. Egm. et 4 al. cum inc." Gott. Par. A. Hav. A. Dr. A. Vrat. AB. Hamb. Gu. Vind. AB. Ven. f. *uno in loco* reliqui MSS. et editi, etiam Oud. quemadmodum legitur 4, 1 §. 7 *neque longius anno remanere uno in loco.* et Afr. 78, 3 *postquam diutius in uno loco Scipio commorabatur.* Sed sine praepositione idem 73, 4: *dabat operam, ut legiones non uno loco contineret.* Nam quod ibi vulgo legitur *in uno loco*, id nullam codicum auctoritatem habet. Cf. infra c. 77 §. 8: *hominum milibus LXXX. uno loco interfectis.* 5, 18 §. 1: *quod flumen uno omnino loco pedibus-transiri potest.*

si maturius] *sin mat.* And. Ox. Cu. S. Ald. sqq. In Leid. A. Vind. A. Hamb. haec duo et tria sequentia, in Hamb. etiam novem

Caesar conlocaverat] 1, 28 §. 4: *Boios petentibus Haeduis, quod egregia virtute erant cogniti, ut in finibus suis collocarent, concessit.* Ibi quod petentibus Haeduis concessisse, id hic ipse fecisse Caesar dicitur: Helvetico proelio victos non in servitutem redegisse, sed Haeduorum in finibus collocasse.

Haeduisque adtribuerat] Sic c. 76 §. 1 Caesar Commio Atrebati *Morinos* et Civ. 1, 35 §. 4 Massiliensibus *bello victas Gallias adtribuisse* dicitur, qui sub illorum imperio essent. Eodem pertinet, quod c. 10 §. 1 stipendiarii Haeduorum Boii fuisse significantur. Tales enim esse cos Caesar voluerat ideoque ita de iis h. l. loquitur. Haedui tamen eos *postea in parem iuris libertatisque conditionem atque ipsi erant, receperunt* (1, 28 §. 4) quae conditio melior erat, quam stipendiariorum, de quibus cf. 1, 30 §. 2. 36, §. 3.

Cap. 10. §. 1 videret] Adden-

2 frumentaria duris subvectionibus laboraret: praestare visum est tamen omnes difficultates perpeti, quam tanta contumelia accepta omnium suorum voluntates alie-
3 nare. Itaque cohortatus Haeduos de supportando commeatu praemittit ad Boios qui de suo adventu doceant hortenturque, ut in fide maneant atque hostium
4 impetum magno animo sustineant. Duabus Agedinci legionibus atque impedimentis totius exercitus relictis ad Boios proficiscitur. 11. Altero die, cum ad oppidum Senonum Vellaunodunum venisset, ne quem post

praecedentia inde a *quod* omissa sunt. Cf. 1, 44 §. 5. *si pace uti velint*, ubi Aldus item *sin* dedit, et ib. 45, §. 3 *si iudicium senatus observari oporteret*, ubi nulla est librorum discrepantia. Alterum certum locum habet ib. 13 §. 3 *sin bello persequi perseveraret*, ubi tres deteriores *si*, et 5, 35 §. 4 *sin autem locum tenere vellent*, non praecedente *si*, ubi unus Vind. I habet *si*.

§. 4. Agedinci] „MSS. tantum non omnes" Pet. Gott. Voss. A. Egm. Bong. A. Par. A. Hav. A. Dr. B. Vrat. C. Vind. B. Rom. a. Med. a. Ven. f. *Agediuci* Vrat. B. *Agedinei* Dr. A. Vrat. A. Vind. A. *Agendinci* Hamb. Vind. E. *Agendinei* Goth. B. *Agendici* Ven. bcde. Ber. Ald. sqq. *Agendeaci* Pal. *agendum* Vind. C. *ageduum* Vind. I et, in m. ul. *agedinci*, F. *Agedici* Oud. 2. Cf. adn. cr. ad 6, 44 §. 3.

dum hoc iis, quae in adn. cr. ad 4, 2 §. 2 commendandae lectionis *Gallia delectatur* adscripsi.

ab re frumentaria duris subvectionibus] Civ. 3, 9 §. 5: *maxime a re frumentaria laborabant*. Afr. 5: *ne circumventus a tergo ab equitatu hostium laboraret*. qui tamen locus ambiguam structuram habet. Alia vide apud Handium Turs. 1, 58; qui cum praepositionem interpretatur in Hinsicht, *ad* praepositionem interpretatur, non *ab*, quae originem laboris et molestiae sive locum et partem, unde labor accidat, demonstrans respondet nostro von Seiten. Additus autem h. l. ablativus *duris subvectionibus* causam indicat, quae efficiebat, ut inde accideret labor.

§. 2 praestare visum est tamen] Cf. c. 4 §. 3, ad cuius loci similitudinem hunc interpungendum putavi, et adn. cr. ad 3, 10 §. 1.

voluntates] Id recte Lippertus interpretatur *animos*, minus recte Moebius *omne voluntatis genus*. Quae *alienari* dicitur voluntas, ea simplex est animi propensio, et unius hominis *voluntates* ita dici non magis solent, quam *animi*.

§. 3 cohortatus Haeduos] Hoc ne quis miretur post illa, quae c. 9 §. 4 legimus, tenendum est civitatem Haeduorum etiam tum in amicitia Romanorum fuisse, cuius rei testimonium est c. 5 §. 3, illa vero, quae c. 9 significata sunt, non de universis, sed de parte et quibusdam eorum esse dicta.

de suo adventu] futuro. Cf. adn. ad 5, 47 §. 1. Itaque proficiscitur ad Boios (§. 4) sed non pervenit. V. c. 12 §. 1.

Cap. 11. §. 1 Vellaunodunum] Hoc oppidum, quod apud alios scriptores non occurrit, Ukertus in tabula ad occidentem versus ponit ab Agedinco et p. 475 hodie

se hostem relinqueret, quo expeditiore re frumentaria uteretur, oppugnare instituit idque biduo circumvallavit: tertio die missis ex oppido legatis de deditione 2 arma conferri, iumenta produci, sexcentos obsides dari iubet. Ea qui conficeret, C. Trebonium legatum relinquit: 3 ipse, ut quam primum iter conficeret, Genabum

Cap. 11. §. 1. idque] *id* Carr. cod. Turr. Duk. Pulm. Vind. CI. *eoque* S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. quod ad sensum minime ineptum esse locorum ad 3, 23 §. 2. significatorum comparatio monstrare potest.

§. 2. conferri] „Bong. A. Voss. ABC. Lov. Egm. 6 al. Vasc." Voss. A. Egm. (Gott. Lbb.) Bong. C. Pal. Par. A. Dr. AB. Vrat. AC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BDF. edd. ante Ald. St. Gr. b. (Freil.) Oud. 2. *efferri* Leid. A. *proferri* reliqui codices et edd. etiam Oud. 1. Id nihilo erat deterius. Sic Civ. 2, 22 §. 5 *Massilienses arma tormentaque ex oppido, ut est imperatum, proferunt.* Immo, si arma celandi consuetudinem, qualis exempli causa 2, 32 sq. in Aduatucis apparet, respicias, magis placere potest. Cf. c. 12 §. 3, ubi eadem est in eadem re lectionis varietas.

sexcentos] Hav. A. Gott. Wh. Dr. AB. Vrat. AC. Goth. B. Hamb. Vind. A. CDEFI. edd. ante Ald. b. Turr. *secentos* Vrat. B. *sescentos* Voss. A. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. quam formam Plauto secundum codices ubique tribuit Ritschelius praef. in Trin. p. 114. *DC* Ald. b. Lips. sqq. Cf. adn. cr. ad 5, 2 §. 2.

§. 3. relinquit] *reliquit* Lov. „3 al." Dr. AB. (hic, ut Vind. A. *quid*) Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. CF. edd. ante Ald. Cf. adn. cr. ad 5, 2 §. 4.

conficeret] Leid. A. Hav. A. Par. B. Vind. A. Oud. 2. Reliqui et Oud. 1. *faceret*, quod si ita, ut vulgo dicebatur et a Caesare in his de b. G. commentariis circiter vicies dictum est, accipiatur,

esse ibi statuit *Beaune:* Dübnerus in indice secundum Walckenaerium alia nomina hodierna adscripsit. Ex Caesaris narratione magis ad meridiem versus situm fuisse putes.

post se] Cf. adn. cr. ad 5, 17 §. 3.

quo expeditiore re frumentaria uteretur] Haec ad proxime dictorum rationem definiendam pertinent. Hostem Caesar omnino nullum post se relinquere non poterat, quippe qui Senones omnes hostes haberet; sed qui rem frumentariam impediret, nullum et poterat relinquere et volebat. Vellaunodunenses igitur ita siti erant, ut rem frumentariam impedire possent, fortasse in ipsa via strata, quae Agedinco duceret in Boios, qua subvehi Caesari frumentum oporteret, dum supportaretur ab Haeduis.

idque] Memorabile est additum alteri verbo pronomen obiectum demonstrans, quod tamen priori non additum, sed ibi audiendum relictum est, plane ut Civ. 3, 21 §. 4 in verbis ad 6, 43 §. 1 adscriptis. Factum id rectae et legitimae orationis studio videtur, ne duo deinceps verba obiecto carerent.

§. 2 conferri] 2, 15 §. 2: *omnibusque armis ex oppido conlatis.*

§. 3 iter conficeret] Eadem dictione scriptor usus est 2, 12 §. 1. 4, 4 §. 5. 14 §. 1. 6, 30 §.

4 **Carnutum proficiscitur, qui tum primum adlato nuntio de oppugnatione Vellaunoduni, cum longius eam rem ductum iri existimarent, praesidium Genabi tuendi causa,**

ineptum est. Cur enim iter faceret potius, quam quiesceret? Et si tanto eundi amore flagrabat, cur Genabum potissimum proficiscebatur? Ad Boios autem, si forte id audiendum putas, iter iam faciebat ex quo Agedincum reliquerat. Nec si praeterea *inde* inter *ut* et *quam primum* suppleveris, quicquam lucraberis; ex quovis enim loco quam primum facere iter poterat, Genabi vero etiam expectandum erat ut aliquamdiu teneretur. Maiore autem post *faceret*, quam ante *ipse ut* interpunctione facta sensum tolerabilem, sed orationem duobus nominibus insolitam reddideris, primum quod *ipse* non alterum membrum incipit, deinde quod *Genabum proficiscitur* abrupte dictum est. Contra sublata post *faceret* et posita post *Genabum Carnutum* interpunctione (ut in Pet. Cons. non post *faceret*, sed post *Genabum* incisum est) plura incommoda existunt. Neque enim qui proficiscitur, tam itineris faciendi, quam perveniendi causa proficisci solet (illorum, quos Civ. 1, 69 §. 2 *ad iter profectos* accipimus, singularis erat conditio), neque Caesari illo tempore illud in consilio esse poterat; sequentia autem (*qui comparabant*) interposito enuntiato novo a Carnutum nomine seiuncta pessime habebunt et vix intelligi poterunt. Quae cum ita sint, iis assentiendum putavi, qui *faceret* illatum ab aliquo, cui *conficeret* in paucis verbis iteratum displiceret, a Caesare tamen *conficeret* positum censent.

§. 4. tum] In edd. ante Oud. exceptis inc. sec. Elb. St. Gr. b. Frell. erat *tunc*, quod ille in ed. 1 tacite mutavit, in 2 restituit, ego tantum in Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. CF. inveni. *Tum* praeter reliquos a me collatos Bong. A. Pl. (Par. A.) Voss. A. Egm. Fabr. Hav. A. Gott. Gu. tuentur: tunc minime vitiosum neque non usitatum Caesari (absolute positum est Civ. 2, 13 §. 3, relative Gall. 5, 41 §. 1) sed multo rarius est.

adlato] Voss. A. Egm. (Bong. A.) Par. A. Vrat. A. non *all.*

1. 7, 56 §. 3. 83, §. 7. Ad iterationem cf. 1, 3 §. 3 ibique adn. Atque hoc ipso in loco *tum primum* positum videmus paulo post *quam primum*. Ipsum *iter* est ad Boios susceptum illud, quod quam celerrime confecturus Caesar relicto Vellaunoduni Trebonio Genabum in via situm proficiscitur.

§. 4 tum primum adlato nuntio] Non prius, quam eo tempore, quo Caesar expugnato iam Vellaunoduno Genabum contendebat, Carnutibus nuntius de oppugnatione allatus est, eoque *tum primum* allato praesidium Genabo tuendo comparabant. Sic nihil causae est, cur *tum primum* cum Lipperto magis ad *comparabant*, quam ad id, quod proximum est, *adlato nuntio*, pertinere statuamus. Ac nescio, an proprie dictum *tum primum* omnino referri ad *comparabant* non possit. Nuntius enim de oppugnatione Vellaunoduni etiam iterum iterumque afferri Carnutibus potuit: praesidium Genabi tuendi causa, quod eo mitterent, iterum comparare Carnutes propter expugnationem oppidi paulo post factam non potuerunt. Et proprie dictum etiam ab Hirtio est 8, 51 §. 1: *tum primum enim veniebat ab illo universae Galliae bello.*

quod eo mitterent, comparabant. Huc biduo pervenit. 5
Castris ante oppidum positis diei tempore exclusus in
posterum oppugnationem differt quaeque ad eam rem
usui sint, militibus imperat, et quod oppidum Genabum
pons fluminis Ligeris contingebat, veritus, ne noctu ex 6

§. 5. diei] *die* Dorv. Vrat. C. Goth. B. Cf. adn. cr. ad 2, 23 §. 1. sint] *sunt* Dr. A. Vind. I.

§. 6. contingebat] And. S. Cu. Pet. Leid. A. Hav. A. Par. B. Vind. A. Ald. ab. Gr. ab. P. Man. Turr. *continebat* reliqui codices et edd. (Med. a. *cotin.*) Id Hotomannus tuebatur collato loco Ciceronis Verr. 4, 52 §. 117) de Syracusis haec dicentis: *pars oppidi, quae appellatur Insula, mari disiuncta angusto, ponte rursus adiungitur et continetur.* Sed oppidum Genabum flumine non fuisse in duas partes divisum, quae partes ponte contineri etiam ex Caesaris usu dici potuissent (cf. 1, 38 §. 4 *reliquum spatium mons continet* et 5, 24 §. 7) verba docent §. 7: *ex oppido egressi flumen transire coeperunt.* Aliter Dion. Vossius interpretatur: „urbem adversae fluminis ripae adiungit, aut quasi unum cum illa continentem facit.“ Sed quem confirmandae interpretationis adscribit locum Civ. 1, 54 §. 3: *milites - flumen transportat continentemque ripae collem improviso occupat*, is ita tantum referri huc potest, si *ripae* genitivus est pendens ex *continentem* participio verbi transitivi pro adiectivo posito, et si *continere* ripam idem significat atque *continuare*, fortſetzen, im Zuſammenhange erhalten: sin *ripae* dativus est, quemadmodum Ciceronem *aërem mari continentem, praedia fundo continentia* dixisse lexica ostendunt, *continens* adiectivum est ex verbi intransitivi participio factum idemque significat atque *coniunctum* neque aut ipsum cum accusativo construi aut ad verbi constructionem eandem probandam adhiberi potest. Non magis ad hoc faciunt Plautina Mil. 2, 5 v. 58 et Stich. 3, 1 v. 44, quorum illud (*Nimis beat quod commeatus transtinet per parietem*) in Fabr., hoc (*Per hortum utroque commeatus continet*) ab Oberlino adscriptum est, cum utrumque verbum intransitivum sit: durchgehen, zur Verbindung dienen. Eae vero interpretationes, quae accusativi pariter atque rei naturae et oppidi situs rationem habent, velut Daehnii, qui dicit esse *coërcere*, ut alius non esset exitus, Baumstarkii, qui tria simul proponit: Die Brücke hält die Stadt feſt, ſchließt ſich feſt an die Stadt an, macht den Schluß der Stadt ſelbſt, Lipperti, eine Brücke verband die Stadt mit dem jenſeitigen Ufer, partim usui linguae, partim sequentibus minus conveniunt, omnes autem eo laborant, quod certo significatu, quem Ciceronis locus monstrat, sublato arbitrationem Caesaris imperantis refert, quae recta haec erat: parate quae ad oppugnationem usui sunt. Quae cuiusmodi essent, ipsi sciebant.

quod eo mitterent] Sine ratione supervacua haec nonnullis sunt visa. Etiam in oppido ipso praesidium comparare Carnutes poterant, incolas omnes qui arma ferre possent, armantes et in muris collocantes.

§. 5 sint] Coniunctivus oratio-

§. 6 contingebat] Cf. 1, 38 §. 4. 5, 43 §. 6. 6, 29 §. 2. 7, 7 §. 5. 23 §. 3. 24 §. 2.

oppido profugerent, duas legiones in armis excubare
7 iubet. Genabenses paulo ante mediam noctem silentio
8 ex oppido egressi flumen transire coeperunt. Qua re
per exploratores nuntiata Caesar legiones, quas expeditas esse iusserat, portis incensis intromittit atque oppido potitur, perpaucis ex hostium numero desideratis, quin cuncti caperentur, quod pontis atque itinerum angu-
9 stiae multitudinis fugam intercluserant. Oppidum diri-

rium adhibentes ambiguitatem et obscuritatem afferunt orationi. His de causis indignam Caesare lectionem, quam Oud. quoque improbabat, secundum eos codices, qui in hoc potissimum libro suam nobis auctoritatem approbarunt, correxi.

§. 8. Caesar] *Caesari* „MSS. 9[ti] Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Lbb. Pal. Bong. A. (hic *Caesari'*) Par. A. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. E. edd. ante Ven. f. quod si ante *nuntiata* positum esset, nihil magnopere offensionis haberet. Cf. c. 6 §. 1: *his rebus in Italiam Caesari nuntiatis - profectus est.* ubi rursus *Cesar* est in Hav. A.

perpaucis ex] *perpauci. VI.* Vind. A. (In Dr. B. *ex* inter versus scriptum, in Vrat. C. Goth. B. omissum est.)

cuncti] om. Leid. B. *vivi* And. Ox. Cu. Leid. A. Hav. A. Vind. A. *cuncti vivi* Oud. quod non solum ad explicandam codicum discrepantiam, sed etiam ad sensum satis aptum est. Nam in oppidorum expugnationibus plures interfici, quam vivi capi solent. Tamen *cuncti* sufficere posse, *vivi* aut errore aut pleonasmi, quem illud haberet, tollendi causa illatum videtur. Ceterum Oud. in adn. commemorata scripturae diversitate tantum „utrumque admitterem" scripsit, ut dubitari possit, an recipi in ordinem noluerit.

multitudinis] *multitudini* And. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. ab. Vasc. St. P. Man. (Frell.) Oud. qui sine dubio

§. 8 perpaucis - desideratis] Ablativi rem non ante, quam oppido potiretur, sed simul factam indicant atque eam, quae expugnationis rationem et conditionem amplius declaret. Itaque appositionis modo adiecti sunt, ut illi 6, 14 §. 5 *metu mortis neglecto* et ib. 23 §. 3 *repentinae incursionis timore sublato*, et commate ab antecedentibus verbis distinguendi, minime vero novam periodum incipere putandi, quae interpunctio est ed. Frellonianae. Verbum *desiderare*, quod aliis locis (5, 23 §. 3. 7, 55 §. 4) de rebus et personis earundem partium dici solet, ut nostrum vermiſſen, h. l. ad hostes translatum est, qui capto eorum oppido iam non sui iuris, sed in alienam potestatem redacti erant.

quin cuncti caperentur] Negatio, quam antecedere *quin* coniunctioni oportet, non, ut Dübnerus putabat, in verbo *desiderari*, quod idem sit atque *non adesse*, sed in nomine *perpaucis* inest, cuius loco si *multis* posueris, *quin* sequi non magis poterit, quam si *multum abest* praecedat. Additum *cuncti* similem abundantiam affert orationi atque illud, quod 3, 18 §. 4 legitur, *proxima nocte*, in verbis *neque longius abesse, quin proxima nocte Sabinus clam ex castris exercitum educat.*

multitudinis] Cf. adn. ad 6, 34 §. 1.

pit atque incendit, praedam militibus donat, exercitum Ligerem traducit atque in Biturigum fines pervenit. 12. Vercingetorix, ubi de Caesaris adventu cognovit, oppugnatione destitit atque obviam Caesari proficisci-

elegantius esse iudicat. Neutrum inelegans est, et genitivus a codicibus tutior.

§. 9. Ligerem] Bong. A. Voss. A. Pet. Lov. Egm. Dorv. Par. A. Dr. A. Vrat. AC. Goth. B. *Ligarem* Hamb. *Ligerim* reliqui codices et edd. omnes. Cf. adn. cr. ad 3, 9 §. 1.

Cap. 12. §. 1. oppugnatione destitit] Ante Oud. inde ab Aldo vulgatum erat *o. desistit*: *destitit* Oud. ex Bong. A. Voss. A. Pet. Lov. „6 al." editisque ante Aldum restituit. Idem exhibent Gott. Bong. C. (Par. A.) Vind. C. Gu. et maior pars meorum. In Egm. Fabr. *distitit* scriptum est: *desistit* habent Hav. A. Dr. A. Vind. A. Hamb. Cf. ad c. 4 §. 3 adn. Praeterea *ab oppugnatione* in Leid. A. Hav. A. Vind. A. *oppugnare* in Bong. C. legitur, quorum neutrum a Caesaris usu abhorret. Cf. Civ. 2, 12 §. 4: *itaque ab defensione desistere*. et 1, 53 §. 1: *neque prius fugere destiterunt*. 6, 2 §. 1 *et pecuniam polliceri non desistunt*. 7, 17 §. 2 *atque Haeduos adhortari non destitit*. Sed reliqui horum de b. G. commentariorum loci solum habent ablativum: 1, 8 §. 4 *conatu*. 42, 2 *pertinacia*. 45, 1 *negotio*. 4, 12 §. 2 *fuga*. 6, 4 §. 2 *sententia*. 39, 4 *obpugnatione*. 7, 26 §. 5 *consilio*. codicibus tantum in duobus postremis nonnihil dissentientibus. Biturigum, positum in via, Noviodunum) Vind. A. (hic *inturigum*) Leid. A. (hic *Noboiodunum*) Hav. A. (Par. B. et haud dubie And Ox. Cu. S.) Ald. sqq. In Vind. D. tantum *biturigum*, in Gott. Wh. *s. biturigum* idque a m. s. super *oppidum* scriptum, in Leid. C. (Oud. posuit Lov. C.) Lbb. Vrat. B. iue. Veu. f. item apud Petr. Hist. 16, 19 tantum *Noviodunum* (Petr. ed. pr. *Noviodinum*), in reliquis codicibus et edd. ante Ald. nihil horum omnium legitur. Nomen oppidi quin praetermissum a scriptore esse non possit, nulla dubitatio est, idque *Noviodunum* fuisse initium c. 14. docet. Noviodunum autem c. 55, Haeduorum oppidum dicitur ad ripas Ligeris opportuno loco positum. Praeterea Suessionum erat, de quo mentio fit 2, 12: Biturigum nullum usquam commemoratur. Itaque Oud. et *Biturigum* et *positum in via* tamquam insitiva uncis inclusit, *Noviodunum* tenuit idque Haeduorum oppidum idem illud c. 55, dictum, sed Biturigum in finibus positum fuisse arbitratus est. Verba eius, quae Apitzius in Schedis p. 58 laude prosequens non intellexit, Ukertus in Gall. p. 398 mutata adscripsit, haec sunt: „Non erat oppidum Biturigum, sed Aeduorum, in finibus Biturigum. Nam, hoc occupato, dein ad Bituriges ulterius profectus

Cap. 12 §. 1 oppugnatione destitit] sc. Gorgobinae Boiorum; quod cur significandum scriptor non putaverit, minus mirabimur, si omnia illa, quae c. 10 et 11 narrata sunt, gerentem perpetuo de illo oppido eiusque oppugnatione cogitasse sumimus, ita ut satis habuerit hanc nominare. Nos dicamus: V. gab seine Belagerung auf. Id vero eiusmodi est, ut ex Ephemeridibus sine omni mutatione translatum videatur.

tur. Ille oppidum Biturigum, positum in via, Novio-
2 dunum oppugnare instituerat. Quo ex oppido cum le-

est et Avaricum cap. sequenti etiamnum in finibus Biturigum obpugnatum ivit." (Ukertus: — quo occupato demum in fines Biturigum Caesar profectus sit.) Sed quo iure aut exemplo oppidum extra fines Haeduorum positum Haeduorum oppidum vocari a Caesare potuerit, Oud. non ostendit neque reputavit Haeduorum oppidum ubivis terrarum positum Romanos tum quidem causam cur oppugnarent nullam habuisse, quippe a quibus illi nondum defecissent. Accedit quod quae c. 55 de Haeduorum Novioduno traduntur, ita comparata sunt, ut nondum in huius anni rebus dictum nedum paulo ante oppugnatum et in deditionem redactum a Caesare oppidum describi facile intelligatur. Quae cum ita sint, verba illa, quorum tria postrema Oud. silentio praetermisit, temere esse damnata et errore in parte codicum excidisse, Noviodunа autem in Gallia tria esse a Caesare commemorata cum Danvillio et Reichardo statuendum puto. Nam quod Apitzius Oudendorpii verbis quasi consectarium subiecit: „Est igitur illud *Biturigum positum in via* (auf dem Wege zu den Bit. gelegen) ineptum interpretis additamentum. Nam quum Caesar in finibus Biturigum versetur, per se iam intelligitur etiam oppidum ab eo oppugnatum in finibus Biturigum esse." id ab Oudendorpii mente pariter atque a sensu illorum verborum et a sana ratione abhorret. Oudendorpio enim *Biturigum* delendum videbatur propterea, quod Noviodunum quamvis in finibus Biturigum positum, tamen non Biturigum oppidum esset, sed Haeduorum. De ceteris v. inf.

oppidum Biturigum, positum in via, Noviodunum] Caesar, cum traducto Ligerem exercitu Biturigum fines intraret, nondum cognoverat Vercingetorigem oppugnatione destitisse, sed tamquam ad Gorgobinam oppugnantem ire ad eum pergebat et in via, qua ei eundum erat, positum oppidum ob id ipsum, quod erat in via positum, expugnandum sibi putabat. Itaque verbis *positum in via* rationem reddit consilii, quod fortasse non cepisset, si Vercingetorigem iam adversus se proficisci cognitum habuisset. Oppidum ipsum diversum esse ab eo, quod c. 55 commemoratum est, in adn. cr. docui contra Oudendorpium, qui idem putabat et propterea *Biturigum* nomen delebat: hoc loco arguendus est crassus Nipperdeii error, qui nomen illud servans recte idem oppidum hic Biturigum, infra Haeduorum dici autumat. „Bituriges enim" inquit „in fide Haeduorum fuerant et ab iis desciverant seque cum Vercingetorige coniunxerant. Sed expugnatis eorum oppidis Novioduno et Avarico eos sub potestatem Haeduorum redisse apertum est." Primum nusquam Caesar oppida dicit eorum, quorum in fide seu clientela sunt incolae, sed quorum in finibus sita sunt. Deinde, si clientelae rationem habuisset, non Biturigum, sed Arvernorum oppidum hoc post illorum defectionem dicere debuisset. Denique non Haeduorum causa bellum gerebat, neque si quod oppidum ab iis descivisset, id ab ipso expugnatum eorum imperio subiiciebatur; nisi forte *potestatem* illam, quae c. 13 extr. dicitur, Haeduorum dici credimus. Quomodo vero ex verbis c. 11 extremis (*exercitum-pervenit*) colligere Nipperdeius

gati ad eum venissent oratum, ut sibi ignosceret suaeque vitae consuleret, ut celeritate reliquas res confice- 3
ret, qua pleraque erat consecutus, arma conferri, equos produci, obsides dari iubet. Parte iam obsidum tra- 4
dita, cum reliqua administrarentur, centurionibus et paucis militibus intromissis, qui arma iumentaque conquirerent, equitatus hostium procul visus est, qui agmen Vercingetorigis antecesserat. Quem simulatque oppi- 5
dani conspexerunt atque in spem auxilii venerunt, clamore sublato arma capere, portas claudere, murum complere coeperunt. Centuriones in oppido, cum ex 6
significatione Gallorum novi aliquid ab iis iniri consilii

§. 2. ignosceret] *cognosceret* Boug. A. Pl.

§. 3. conferri] *proferri* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Vrat. B. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. In. Gr. Dav. Cl. Oud. Cf. c. 11 §. 2. quo loco item, ut hoc, sequens *produci* ad utrumvis tuendum adhiberi potest.

§. 6. iis] Boug. A. Pl. Par. A. Dr. A. Vrat. A. edd. pleraeque ante Oud. qui tacite scripsit *his*, quod est in Pet. Fabr. Hav. A. Vind. AFI. Dr. B. Gu. Ven. cdef. St. Gr. b. Freli. *hiis* Gott. Fabr Vrat. BC. Hamb.

potuerit Noviodunum c. 55 significatum idem esse atque c. 12, difficile dictu est. An ripas Ligeris, quod flumen Bituriges ab Haeduis dividebat, c. 55 dictas nullas nisi sinistras et oppidum ab exercitu Ligerem traducto oppugnatum nullum nisi ad ripas Ligeris positum esse potuisse existimabat?

§. 3 ut celeritate-consecutus] Haec pertinent ad apodosin, non ad protasin, quo relata sunt a Petrarcha Hist. 16, 19: *orant, ne in eos praeter suum morem saeviat neve pro tam levi causa de sua celeritate aliquid intermittat, quae tot illi victorias peperisset, sed eis vitae dimissis feliciter progrediatur ad reliqua. Piae preces videbantur; flectitur itaque* etc. qui etiam *pleraque* secus intellexit. Non ad universas res a Caesare adhuc gestas neque ad totum bellum Gallicum, sed eodem id referendum, quo *reliquae res*, sc. ad ea, quae inde a c. 6 narrata sunt, quae omnia ad seditionem Gallorum et ad bellum Vercingetorigis spectabant. Primum fuerat, ut ne prius dimicare legiones cogerentur, quam ipse ad eas pervenisset, secundum, ut provinciales tueretur, tertium, ut Boios obsidione liberaret. Atque horum non solum primum et secundum, sed etiam tertium, ut §. 1 demonstratum est, consecutus iam erat celeritate; sed quo tempore legati Noviodunensium de deditione agebant, id nondum cognitum habebat. Itaque dicit *pleraque*, sc. eorum, quae agenda susceperat; ex quibus unum reliquum erat, quod et ipsum celeritate conficere volebat. Haec interpretatio praeferenda videtur ei, quae ad *pleraque* audire iubet eorum, quae consecutus erat. Nam si quid erat, quod non celeritate, sed alia arte consecutus esset, non satis causae erat, cur celeritate potius reliqua conficere vellet.

§. 5 simulatque oppidani conspexerunt atque] De repetito *atque* cf. adn. ad 3, 9 §. 6, in

intellexissent, gladiis destrictis portas occupaverunt suosque omnes incolumes receperunt. 13. Caesar ex castris equitatum educi iubet, proelium equestre committit: laborantibus iam suis Germanos equites circiter CCCC.

destrictis] Id Oud. ex Voss. A. Leid. A. Egm. quibus accedunt (Par. A.) Hav. A. recepit: reliqui libri scripti et edd. ante Oud. habent *districtis*, quod secundum ea, quae in adn. cr. ad 1, 25 §. 2 et de orthographia nominis *dilectus* ad 6, 1 §. 1 dicta sunt, non vitiosum videtur.

Cap. 13. §. 1. proelium] „Bong. A. Voss. A. Carr. 7 al." Gott. Egm. Bong. C. Pal. cod. Turr. cod. Steph. sec. Hotom. Par. A. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BC. edd. ante Ald. *proeliumque* reliqui et Ald. sqq. quod cum Plüschkius etiam in Boug. A. legisse videretur, ego in adn. cr. ad 1, 50 §. 1 tenendum putabam. Nunc diserto Oudendorpii testimonio plus tribuens *que* omisi. Nam huius quoque generis asyndeta non ita rara sunt. Cf. c. 4 §. 2. 9, 1.

CCCC.] Bong. A. Pl. Hav. A. Gott. Wh. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Vind. AB. edd. ante Ald. b. Turr. *CCCC°3* Vind. F. $\overset{c}{IIII}$ Vind. Cf. *quadringentos* Egm. Fabr. Vrat. A. Vind. D. Hamb. *CD*. Ald. b. Lips. sqq.

pariter atque scriptoris in verbis 4, 27 §. 1 *simulatque* scribendum est, non minus, quam *postquam* et similia, quorum significatio ea est, ut sub uno accentu pronuntiari duo verba debeant.

in spem auxilii venerunt] Cf. adn. ad 3, 6 §. 2. Significatur *initium* spei.

§. 6 ex significatione Gallorum] Cogitandum est de omnibus iis, quae fecisse dicuntur Galli, quae centurionibus animum eorum mutatum significabant. Cf. Civ. 1, 86 §. 1: *id vero militibus fuit pergratum et iucundum, ut ex ipsa significatione potuit cognosci.* quae qualis fuerit, paulo post indicatum est verbis *et voce et manibus - significare coeperunt, ut statim dimitterentur.*

receperunt] non in castra reduxerunt, quae parum accurata est nonnullorum interpretatio, sed effecerunt, ut se reciperent, sc. ex oppido, cuius loci significatio inest in superioribus. Eius vero loci, in quem se receperint, nihil est quod lectorem admoneat; et quamvis re vera se in castra receperint, tamen, si iussu Caesaris vel sua sponte inter oppidum et castra substitissent, non minus recte centuriones recepisse eos dicerentur. Itaque respondet fere nostro zurückziehen, cum transitivum est, consimili praeditum significatione atque in reflexiva dictione sich zurückziehen, aptum idem ad locum huic similem Civ. 1, 45 §. 8: *hoc idem Caesar facere cogebatur, ut summissis in eundem locum cohortibus defessos reciperet.* in quo cum possit audiri *ad se*, quod Civ. 3, 58 §. 2 (Pompeius equitatum - *navibus ad se intra munitiones recepit*) additum est, nihil nisi *inde* audire praestat. Cf. Liv. 10, 42 §. 1: *haec primo ignorare consul et intentus recipiendo exercitui esse.* §. 3: *adciri quas receperat copias signaque in urbem inferri iussit.* — Prorsus a scriptoris mente aberravit Petrarcha: *incolumem exercitum intromittunt. Capto ad hunc modum oppido* etc.

Cap. 13. §. 1 ab initio] non huius anni, ut Lippertus putabat, quod si intelligi scriptor voluisset, adiicere debuisset, sed eius temporis, quo Caesar omnino equites

summittit, quos ab initio habere secum instituerat, Eorum impetum Galli sustinere non potuerunt atque in fugam coniecti multis amissis se ad agmen receperunt; quibus profligatis rursus oppidani perterriti conprehensos eos, quorum opera plebem concitatam existimabant, ad Caesarem perduxerunt seseque ei dediderunt. Quibus rebus confectis Caesar ad oppidum Avaricum, quod erat maximum munitissimumque in finibus Biturigum atque agri fertilissima regione, profectus est, quod eo oppido recepto civitatem se in potestatem redacturum confidebat. 2 3

summittit] Bong. A. Voss. A. Egm. Gott. Par. A. Vrat. A. Goth. B. Vind. B. Ber. non *subm.* (*sumittit* Pal. *submitti* Ven. f. *sunt acturi* Hamb.)

habere secum] „multi codices" Bong. A. Voss. A. Gott. Egm. Par. A. Carr. cod. Turr. Dr. A. Vrat. A. Gu. Vind. Bl. *secum habere* vulgo.

§. 2 conprehensos] Bong. A. Par. A. Egm. non *comp.*

§. 3 rebus] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. om. reliqui codices, excepto fortasse Pct., de quo Fabr. et Oudf. tacent, et edd. ante Ald. male, iudice Oud. suam ad 4, 17 (§. 10) adn. conferri iubente, in qua docet, quod verissimum est, Caesarem saepenumero *res* dicere, ubi pronomen vel adiectivum generis neutrius sufficere poterat. Etiam Elberl. tuetur *rebus* idque 5, 26 §. 3 et 6, 30 §. 2 male omissum esse in quibusdam libris ostendit. Praeterea *omnibus rebus his confectis* 4, 19 §. 4, *his confectis rebus* 5, 2 §. 1, *his rebus confectis* 5, 56 §. 4 et 7, 90 §. 1, ipsum autem *quibus rebus confectis* Civ. 1. 76 §. 1 et 2, 22 §. 6, quo loco non solum verba, sed etiam res quae praecedunt, eaedem sunt, leguntur. Sed haec omnia dubitationem iniicere possunt, an *rebus* additum potius a critico, quam a librario omissum sit; collatisque illis c. 11 §. 3 *ea qui conficeret*, 1, 13 §. 2 *id, quod ipsi diebus XX. aegerrime confecerant*, Civ. 3, 62 §. 1 *Quibus ille cognitis*, 8, 53 §. 2 *Quibus non frangebantur animi inimicorum Caesaris*, lectionem codicum optimorum non reprehendendam esse intelligitur. Tamen eiicere *rebus* non audeo, quia in iisdem codicibus illis supra et infra haud pauca vitiose omissa sunt.

Germanos habere secum potuerat. Nam ad eam rem ipsam, de qua quoque in loco sermo fit, referenda est huius dictionis significatio. Cf. 6, 8 §. 9. 7, 28 §. 6. Civ. 1, 27 §. 2. 41, 5. 74, 2. 2, 23 §. 1. Itaque statim primo belli Gallici anno hoc instituisse, instituti autem mentionem non prius fecisse propterea videtur, quod equites illi nondum quicquam, quod tanti esset, gessisseut. Postea vero etiam plures arcessivit. Cf. c. 65.

instituerat] Cf. adn. cr. ad 5, 1 §. 1.

§. 3 agri fertilissima regione] Hic ablativus loci est, non pendens ille ex *in* praepositione ante *finibus* posita (neque enim in fertilissima tantum agri Biturigum regione, sed toto in agro maximum illud munitissimumque erat oppidum) sed per se locum significans, ut Civ. 2, 24 §. 4 *hoc itinere est fons*, et praepositione carens simili de causa atque 1, 27 §. 2 *cum eos in eo loco, quo tum essent, suum adventum exspectare iussisset*,

14. Vercingetorix tot continuis incommodis Vellaunoduni, Genabi, Novioduni acceptis suos ad concilium
2 convocat. Docet longe alia ratione esse bellum gerendum atque antea gestum sit: omnibus modis huic rei studendum, ut pabulatione et commeatu Romani pro-
3 hibeantur. Id esse facile, quod equitatu ipsi abundent
4 et quod anni tempore subleventur. Pabulum secari non posse: necessario dispersos hostes ex aedificiis petere: hos

Cap. 14. §. 2 gestum sit] „MSS. et Edd. pler.“ Pet. Gott. Voss. A. Egm. Bong. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BEI. edd. ante Ald. St. Gr. b. Frell. (*gestum: sit* Ven. b.) *sit gestum* Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Mau. Turr. Lips. sqq. Id nisi codicum causa non erat mutandum.
et] *aut* „MSS. plurimi“ Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Lbb. cod. Turr. Bong. AC. Pal. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. CEF. edd. ante Ber. Ven. f. *ut* Ber. Petr. ed. pr. Hist. 16, 21. (cod. *ut pabulo hostes et commeatibus arceantur.*) *aut*, quod Oud. Civ. 1, 48 conferri iubens (§. 7: *qui erant pabulandi aut frumentandi causa egressi*) tolerabile existimaverit, fortasse quod interpretaretur *ut Romani pabulandi aut commeatus recipiendi causa egressi prohiberentur*, ferri posse non videtur. Vercingetorigi enim sufficere non poterat alterutro Romanos prohibere: utroque prohibere eos debebat, si vincere volebat. Cui igitur Aldina lectio auctoritate carere videtur, ei scribendum est *ac*, quod saepe in *aut* corruptum esse constat. Cf. Hand. Turs. 1, 512. De *ac* ante *c* v. adn. ad 1, 44 §. 4.
prohibeantur] *prohiberentur* Ox. S. Hav. A. Vind. A.
§. 3 quod equitatu] *ut e.* „Bong. A. Lov. Egm. 6 alii“ Voss. A. Lbb. Boug. C. Pal. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. EF. inc. et Gott. in quo sec. Fabr. ad *ut* adscriptum est *al. cum*, sec. Wh. *cum* superscriptum. *atque e.* Vind. D. Rom. a. Med. a. Ven. bcde. *et quod e.* Vind. B. Ber. quemadmodum Oudendorpio scripsisse Caesar videbatur; quo posito paulo facilius explicari potest *ut*, quippe cui *et* similius sit, quam *quod*, cuius deinde praetermissio condonari librario debeat. Sed *ipsi* in prioris causae expositione eum locum tenet, ut ad posteriorem pertinere non videatur; ex quo verisimile fit aequalitatis signum priori nullum esse a scriptore praemissum. Neque vero *ut* probari potest, quod Dübnerus pro *utpote qui* positum putabat, quod ipsum nisi post *sibi id esse facile* locum non haberet: solum *ut* ne post hoc quidem poni posset, quin dici videretur facile fieri posse, ut ipsi equitatu abundarent.
§. 4 secari] *secare* S. Leid. A. Hav. A. Vind. A.
hos] *os* Voss. A. Fabr. Par. A. Cf. adn. cr. ad c. 4 §. 3. om. Cu. Leid. A. Hav. A. Vind. A. magno perspicuitatis detrimento.

quod eadem proxime praecedit. *Agri* nomen, quod si abesset, *fertilissima regione* pro ablativo qualitatis fere ut 5, 13 §. 2 *pari spatio*, haberi posset; partim concinnitatis causa partim ideo additum videtur, ut *fertilissima* verus esse superlativus intelligatur.

omnes cotidie ab equitibus deleri posse. Praeterea salutis causa rei familiaris commoda neglegenda: vicos atque aedificia incendi oportere hoc spatio a Boia quo-

equitibus] *equitatu* Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. *equitatibus* Ven. cdc. de quo dixit Oud. ad 6, 7 §. 3.

deleri] And. Ox. Cu. S. Pet. Par. B. Hav. A. Vind. A. cod. Steph. sec. Hotom. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. sqq. *delere* Leid. A. *deligi* Gott. Voss. C. *diligi* N. Voss. Cl. Bong. A. Voss. AB. Lov. Egm. Par. A. Dr. A. Vrat. A. Gu. *dilligi* Hamb. *dirigi* Ort. Leid. C. Dr. B. Vrat. B. inc. *diripi* „MSS. 4" R. Bong. C. Pal. cod. Turr. Vrat. C. Goth. B. Vind. BEF. edd. ante Ald. Vasc. St. Gr. b. (Frell.) margo Gr. a. pro var. lect. *dirripi* Vind. C. *deripi* margo Cl. Ex his *deleri* unum aptissimum esse liquet. Exempla eius verbi ex his commentariis petita Freundius in Lexico et Heidius in adn. ad h. l. exhibent, quibus adde 8, 28 §. 5 *delendi equitatus nostri nacti occasionem videbantur* et ib. 37, 1 *externoque hoste deleto.* Neque id, quod alterius generis codices habent, *diligi*, tam dissimile illi est, ut aliud quid scriptum a Caesare esse videri debeat, quemadmodum videbatur Oudendorpio, velut *discidi*, *elidi*, *deiici*, *excipi*, quorum tertium arripuit Dübnerus. Nam *e* et *i* in vetustis libris, ut in Plauti codice decurtato, saepe discerni non possunt. Et 3, 18 §. 1 pro *delegit* in Ox. scriptum est *dirigit.* Itaque una littera mutata *deleri* abibat in *diligi.* Quod ante Aldum vulgatum erat *diripi*, id non tantum ostendere, quantum opus sit, recte monet Heldius: illud minus recte statuit, ex *diripi* factum esse *dirigi*, *diligi*, *deligi*; quae omnia sensu carentia antiquiora illo existimanda sunt.

§. 5 hoc] *hoc est* Iu. Gr. Dav. tacente Fabr. quorum posterius errore typographi illatum esse probabiliter suspicatur Clarkius.

a Boia] *a boya* Hamb. *abvia* Ven. c. *ab oĩa* (*omnia*) Dr. B. *a bora* Ort. Fabr. *abora* Vrat. B. *ab ora* Ort. Oud. Leid. C. Vind. C. inc. *a hora* Leid. B. In Vind. A. omnia inter *salutis causa* et *adire posse* posita ob homoeoteleuton exciderunt. [*a Boia*] Iu. Gr. nonnullique recentiores, quibus hoc glossema videbatur. Davisius vero non solum *a Boia*, sed etiam *hoc est spatio* et *quoquoversus* ex margine illata suspicabatur: deinde, cum Clarkius in vulgata sensum esse perspicuum dixisset, sententiam mutavit, neque Oud. non in vulgata acquievit. Ciacconius *ab hoste*, Ukertus Gall. p. 323 *a Romanis* a Caesare scriptum, denique nonnemo excidisse quaedam post *oportere* putabat. V. int.

Cap. 14. §. 5 salutis] suae cuiusque. Cf. §. 9.

aedificia] singularia, extra vicos per agros passim exstructa, ut 2, 7 §. 3.

a Boia] Ut 3, 9 §. 7 *Venetiam* Caesar Venetorum terram dicit, ita h. l. *Boiam* Boiorum, quorum ex finibus egressus in Bituriges Vercingetorix medio inter Boios et Romanos capto loco incendi vicos et aedificia *a Boia* iubens nulli parti Biturigum quamvis amicorum parcendum ratus ostendit, unde initium fieri incendiorum debeat. Cf. Civ. 1, 38 §. 1 *ab Ana.* Alex. 35, 5 *a Comanis.* Deinde *quoquoversus* addens non recta tantum aliave una ad castra Romanorum pertinente regione procedendum esse docet iis, qui incendia facturi essent, sed aliis

quoversus, quo pabulandi causa adire posse videantur.
6 Harum ipsis rerum copiam suppetere, quod, quorum in finibus bellum geratur, eorum opibus subleventur: Romanos aut inopiam non laturos aut magno cum peri-
7 cula longius ab castris processuros; neque interesse,

quoquoversus] om. Vind. F. *quoqueversus* Gr. b. a. 1549 *quoque v.* „MSS. multi" Voss. A. Gott. Egm. Par. A. Dr. AB. Vrat. B. Hamb. Cf. adu. cr. ad c. 4 §. 5.

§. 6 magno cum periculo] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. (Bong. A. Pl.) *cum* om. „reliqui" Pet. Gott. Voss. A. Egm. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. (A) CDKFI. edd. ante Ald. St. Gr. b. Freil. „contra perpetuum fere Caesaris morem." Scilicet uno tantum belli Gall. loco 5, 29 §. 6 Oud. sine praepositione vulgatum videbat *nullo periculo* (*ad proximam legionem perventuros*): reliqui, quorum ipse tres significavit, *cum* praepositionem additam habent. Sunt autem hi: 1, 10 §. 2. 47, 3. 3, 1 §. 2. 4, 28 §. 2. 5, 16 §. 2. 19, 2 *magno cum periculo*. 5, 50 §. 3 *minore cum p.* 1, 17 §. 6. 5, 47 §. 4. 52, 3 *quanto cum p.* Atque etiam 5, 29 §. 6 secundum codices et edd. praeter Graev. et Oud. omnes *nullo cum p.* scribendum fuit. Itaque non minus h. l. quam c. 13 §. 3 in *rebus* verum exhibuisse Aldus videtur; praesertim cum solus huius nominis ablativus omnino nisi in certis quibusdam dictionibus, ut *meo*, *tuo*, *suo periculo*, minus usitatus esset.

processuros] *progressuros* Hav. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. sqq. consentientibus, ut videtur, And. Ox. Cu. S. quos Oud. in iis, qui *processuros* habeant, quos inter et Leid. A. et Vind. A. est, non rettulit. Atque hi omnes cum Par. B. editionibusque iisdem 5, 47 §. 1 non *eo die milia possuum XX. procedit* exhibent, sed *progreditur*, quod mihi mera variandi libidine in illius locum substitutum videbatur. Eandem hic versatam esse eo fit verisimilius, quod Leid. A. et Vind. A. alterum tenent, cum illic omnium eius generis librorum consensus rem magis dubiam reddat. Nam alibi, ut 4, 11 §. 4 *processurum*, ib. 32, 3 *processisset*, hoc verbum intactum reliquerunt; et *progredi* non minus bonum et Caesari usitatum esse constat. Cf. 7, 73 §. 1 *nostris copiis, quae*

ad dextram et septentrionem versus, aliis ad sinistram eundum omnesque circum Romanos partes regionesque vastandas significat usque eo, *quo pabulandi causa adire posse* Romani *videantur*, quibus verbis terminationem incendiorum absolvit, inchoatam illam verbis *a Boia;* quae qui tollenda putant, simul significationem tollunt loci, quo habitum sit concilium, qui vero mutant in *ab hoste* vel *a Romanis*, dum *quoquoversus* proprie dictum esse volunt, incendiorum initium a castris Romanorum fieri iubent, quasi ibi concilium habuerit Vercingetorix. Cf. Civ. 1, 36 §. 2: *classem quoquoversus dimittunt.*

§. 6 Harum] Pronomen ad longius remota illa §. 2 spectat, *ut pabulatione et commeatu Romani prohibeantur.* Cf. ad *eorum* una pars 1, 1 §. 4 adscripta.

subleventur] Eadem voce vocisque forma paulo ante §. 3 est usus.

ipsosne interficiant, impedimentisne exuant, quibus amissis bellum geri non possit. Praeterea oppida incendi 8
oportere, quae non munitione et loci natura ab omni sint periculo tuta, neu suis sint ad detrectandam mili-

longius ab castris progrediebantur. Itaque Oud. etiam h. l. quid praeferendum esset, nesciebat, sed tenuit Aldinum, cui sane favet hoc, quod paulo ante *cum* praepositio ab eodem genere codicum recipienda fuit. Tamen *processuros* tutius videtur.

§. 7 impedimentisne] Hoc Oud. ex novem ab ipso collatis, Bong. A. Voss. ABC. Leid. ABC. Duk. Dorv., ex Gott. Egm. atque ex edd. quibusdam, Rom. a. Med. a. Ven. bcdef. St., restituit pro *impedimentisve*, quod legitur „in aliis", in Vrat. A. et Ber. reliquisque edd. De Gott. et Egm. exemplar Fabr. idem testatur, quod Oud, praeterea de Lov., et de Pet. Bong. C. Pal. Cousl. ut a codicibus satis tutum videatur. Nec obstat ratio; sed usus scriptorum tamen alius est, de quo dixit Handius Turs. 4, 87, qui miratur, quod unus Caesar hac in re poëtarum morem sit imitatus. In his vero Terentius est, neque a vero abhorret, quod Dübnerus putat, dictionem hanc sermonis cotidiani fuisse.

§. 8. neu suis] *ne usuis* Voss. A. Fabr. a m. pr. *ne usui* idem a m. s. Lov. sec. Oud. Duk. *ne usae* Lov. Fabr. *neu sui* „MSS. 2" Gott. Wh. a m. pr. Vind. C. *ne suis* Leid. A. Hav. A. Vind. A. Gr. quemadmodum Hotomanno et Baumstarkio scribendum esse videbatur. Atque ita scriptum est 5, 22 §. 5 (*ne-neu*) 7, 53 §. 1. Civ. 1, 86 §. 4. 3, 98 §. 2. et *ne-neve* 1, 26 §. 6. 6, 32 §. 1. 7, 29 §. 1. Civ. 1, 64 §. 3. 74, 3. 3, 73 §. 2. 112, 11. Sed *neu-neu* legitur Civ. 1, 76 §. 1: *flens Petreius manipulos circumit milites que appellat, neu se neu Pompeium, imperatorem suum, adversariis ad supplicium tradant, obsecrat*. in quibus prius *neu* non cum Baumstarkio copulare verba *appellat* et *obsecrat* existi-

§. 7 impedimentisne exuant] Cf. c. 42 §. 6: *hos continuo in itinere adorti omnibus impedimentis exuunt*, sie berauben sie ihres sämmtlichen Gepäckes. Atque eodem modo h. l. *impedimenta* dici ostendi ad 2, 17 §. 2. Nec aliter Heldius ea interpretatur, sed rationem minus probabiliter reddit: Verc. spricht mit Beziehung auf die Leichtigkeit, das Gepäck der Römer zu plündern, wenn diese um Lebensmittel zu holen sich weit von ihrem Lager werden entfernen müssen. Cogitasse videtur de castrorum expugnatione (nam pabulatum emissi sine impedimentis ibant) quae sane facilior futura erat, si longius pabulandi causa discessissent milites, sed tamen sine caede eorum, quos Caesar haud dubie castris praesidio relicturus erat, effici nullo modo poterat. Neque quod paulo ante magno cum periculo longius ab castris processuros Romanos dixit Vercingetorix, ad castra Romanorum atque impedimenta potius, quam ad processuros ipsos referri debet. Itaque non de direptione impedimentorum cogitandum, sed ad iumenta, equos mulosque respiciendum videtur, quibus fame consumptis futurum erat, ut impedimenta sua relinquere iisque semet ipsi exuere cogerentur Romani. Iumenta vero ipsa, quemadmodum Hotomanno placebat, impedimenta h. l. vocata non videntur. Iis enim neque *exui* aliquis neque vero amissis bellum geri non posse recte vereve dicitur.

tiam receptacula neu Romanis proposita ad copiam com-
9 meatus praedamque tollendam. Haec si gravia aut acer-

mandum, sed quia *obsecrat* nullam negationem habet, ad posterius *neu* referendum ita est, ut in mera negatione, cui voluntatis significatio non admixta sit, ad subsequens *neque* praecedens idem refertur. Cf. Senecae Epist. 7 §. 6: *utrumque autem devitandum est, neve similis malis fias, quia multi sunt, neve inimicus multis, quia dissimiles sunt.* qui locus etiam similior huic est eo, quod *ne* cautionem, non deprecationem significat; quamquam sermo Latinus non ita, ut noster, distinguere haec solet. Alia exempla contulit Handius Tursell. 4, 175.

detrectandam] Bong. A. Pl. Hav. A. Vrat. B. Goth. B. St. et sqq. usque ad Oud. qui *detractandam* scripsit in „MSS. 9“ inventum. Idem legitur in Gott. Egm. (Par. A.) Dr. B et a m. s. A. Vrat. AC. Vind. AF. Ven. hedef. et sqq. usque ad Steph. *detractandum* Med. a. *detrectandum* Rom. a. Ber. *contrectandam*, ut videtur, Dr. A a m. pr. *detretandam* Hamb. *decretandam* Voss. A. *detestandam* Vind. E. Forma ab Oud. recepta alibi maiorem, quam h. l., auctoritatem habet, velut Frontini Strateg. 1, 1 §. 9 et Aurelii Vict. De viris ill. c. 62 et in nonnullis eorum locorum, quos Oud. et Arntzenius in adn. ad Frontinum et Aurelium contulerunt ex aliis scriptoribus, inter quos aetate proximus Caesari Sallustius est, cuius Iug. c. 53. extr. alii *detractant* (bonos) alii *detrectant* legunt. Ex Cicerone nullum exemplum affertur, neque apud Caesarem alterum exstat.

§. 9 gravius] *graviora* Vasc. St. Gr. b. (Frell.)

aestimare debere] Horum posterius exstat in „Pet. Cn. Leid. A. And. Ox. S. al.“ Par. B. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. omissum est in „Bong. A. Voss. ABC. Lov. Egm. Brant. 5 al.“ Voss. A. Egm. Gott. Lbb. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gn. Vind. BDI. edd. ante Ald. Praeterea ex iis, in quibus exstat *debere*, Par. B. Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. etc. ante Oud. *aestimari*, Vasc. St. Gr. b. (Frell.) *existimari*, ex reliquis Lov. Leid. C. Vrat. B. Hamb. Vind. CL. inc. Ven. f. *existimare*, Pet. Fabr. et Confl. Bong. C. Pal. Dr.

§. 8 receptacula] In oppidis enim facilius delitescebant qui militiam detrectarent, quos multos fuisse c. 5 §. 1 significatum est, eoque ex agris, in quibus dilectus habebatur, se recipiebant. Munita autem oppida neque facile adiri neque relinqui a detrectantibus poterant, quin ab iis, qui ibi praesidio essent, animadverterentur et deprehenderentur.

tollendam] Cf. 6, 17 §. 5 *posita tollere*. Civ. 3, 103 §. 1 *pecunia societatis sublata*. Phaedri Fab. 2, 8 v. 27 *praedamque tollit* (cervum, quem in stabulo inter boves repertum occidi iussit dominus) quo usus est adversus Hotomannum *tollendam* abundare putantem Oud. Respondet nostro erheben, quod posuit in interpretatione Adolphus Wagner, rectius, quam Franciscus (noch daß sie den Römern Gelegenheit schafften, Magazine anzulegen oder die gemachte Beute zu verwahren) et Baumstarkius (auf die Seite schaffen) qui *receptacula* etiam huc videntur rettulisse. Sed pro eo *proposita* dicuntur oppida, quasi invitamenta, idque pariter ac *tollendam* facilitatem auferendi significat.

ba videantur, multo illa gravius aestimare debere, liberos, coniuges in servitutem abstrahi, ipsos interfici; quae sit necesse accidere victis. 15. Omnium consensu hac sententia probata uno die amplius XX. urbes Biturigum incenduntur. Hoc idem fit in reliquis civita-

AB. Vrat. C. Goth. B. Viud. F. *extimare* habent. Omisso verbo *debere* suum iudicium Vercingetorix multitudinis iudicio opponit. Non enim sibi, sed iis, apud quos verba facit, gravia haec *aut* acerba videri posse concedit. Haec ipsa autem aestimantium diversitas facit, ut aegre careamus si minus utrorumque, certe eius, qui sese ceteris opponit, significatione. Deinde liberi et coniuges haud dubie non uuius Vercingetorigis, sed omnium et eorundem sunt, qui *ipsi* interfici dicuntur; quae multo commodius dicta videntur, si *aestimare* horum ipsorum, quam si Vercingetorigis actio est. Denique loquentis ingenio et moribus magis convenit, quid statuere debeant Galli, praecipere, quam quid statuat ipse, demonstrare. Itaque *debere* ut multa alia temere omissum in parte codicum, non interpolatum iudicandum, ceterum *aestimare*, an *aestimari* a Caesare scriptum sit, incertum videtur. Nam quod Oud. activum in MSS. tantum non omnibus, fortasse uno alteroque excepto, esse dicit, ex iis, quae supra scripta sunt, secus habere intelligitur. Sed praestare omnino activum censeo.

abstrahi] *abstrai* Dr. A. Hamb. Cf. §. 4. (*distrahi* margo Cl.)

Cap. 15. §. 1 hac] *haec* Pet. Leid. AC. Viud. A. *ac* „MSS. 4" Voss. A. Egm. Pal. Par. A. Hav. A. Gott. Wh. a m. pr. Dr. A. Vrat. A. Goth. B. Viud. B. St. om. Voss. C.

fit] Hoc legitur in Aud. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Dr. B. editionibusque una inc. sec. Elberl. excepta omnibus, deest in Oud. „reliquis" Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Carr. cod. Turr. Boug. A. Par. A. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu.

§. 9 gravius] De adverbii usu cf. adn. ad 3, 20 §. 1 et adn. cr. ad 4, 17 §. 4, item quas Heldius comparavit dictiones *tenuissime aestimare* et *male existimare*, quamquam in his pro adverbio ponere adiectivum vix licebat, cui hic maxime locus erat. Atque ita Salustius apud Macrobium Sat. 2. 9 p. 354 ed. Lugd. Bat. a. 1670: *apud veteres et sanctos viros superba illa, gravia, indigna Romano imperio aestimantes.* Tacitus Ann. 13, 42: *an gravius aestimandum sponte litigatoris praemium honestae operae assequi, quam corrumpere cubicula principum feminarum?* quod non aliter dictum videtur, quam illud Caesaris Civ. 3, 26 §. 4 *levius-que tempestatis, quam classis periculum aestimaverunt.*

Cap. 15. §. 1 urbes] Quae Vercingetorigem cap. sup. *oppida* vocautem fecerat, eas ipse h. l. *urbes* dixit non variandae orationis causa, ut Lippertus putabat, quippe cuius rei parum studiosus esset, sed ideo, ut oppida Gallorum eadem significatione dici intelligeretur, qua vulgo Latini *oppidum* appellarent, diversa illa ab ea, qua Britannos uti 5, 21 §. 3 demonstravit. Similiter c. 36 Gergoviam primum *urbem*, deinde *oppidum*, c. 68 Alesiam primum *oppidum*, deinde *urbem* appellat. Cf. Ukerti Gallia p. 218 sq.

in reliquis civitatibus] quae c. 4 §. 6 nominatae sunt.

2 **tibus. In omnibus partibus incendia conspiciuntur; quae etsi magno cum dolore omnes ferebant, tamen hoc sibi solatii proponebant, quod se prope explorata victo-**
3 **ria celeriter amissa reciperaturos confidebant. Diceba-**

Vind. CEI. Cf. Civ. 1, 60 §. 4: *Magna celeriter commutatio rerum.* uhi edd. ante Oud. et codices Leid. B. Goth. A. *fit* ante *commutatio* interpolatum exhibent Et apud Cic. De nat. deor. 3, 40 ad verba: *Quae cum dixisset, Cotta finem* editiones ante Davisium *fecit* adiiciunt. Hic vero omisso verbo *hoc idem* incertum fit, nominativus sit, an accusativus. Neque caret illud auctoritate.

§. 2 hoc sihi solatii] *h. solatium sibi* Vind. A. Cf. adn. cr. ad c. 5 §. 5. (*si. so. h.* Hamb. — *sollatii* Goth. B. — *solacii* Bong. A. Pl. Par. A. Vind. B. quod verum videbatur Lachmanno ad Lucret. 6, 4. Sed *mendacium*, quo exempio istud tuetur, alius generis esse liquet.)

quod se prope — reciperaturos confidebant] *quod se prope* om. N. Voss. Cl. Bong. A. Voss. ABC. Pet. sec. Oud. et Fabr. Gott. Egm. Par. A. Dr. AB. Vrat. AB. Gu. Vind. B. inc. *se prope* om. R. Lov. Duk. Dorv. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. CDEFI. edd. ante Ven. f. Vasc. St. Gr. b. (Frell.) In Ven. f. est *quod pro expl.* — In Pet. Confl. *quod* omissum. Supersunt vulgatae hac in parte praeter Ald. reliquasque editiones auctores Leid. ABC. (quorum tamen B. solum *quod*, C. ne id quidem exhibere suspicor) And. Ox. Cu. S. Hav. A. Vind. A. et Par. B. cui Achaiutrius alios undecim numero Parisienses adiungit, quod vix credibile est. Praeterea pro *confidebant* Hamb. *considerabant*, And. Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. habent *sperabant*. Itaque Oudendorpio haec omnia insitiva, genuina tantum haec videbantur: *explorata victoria celeriter amissa reciperaturos.* (ita pro *recuperaturos* cum Bong. A. (in quo *u* super *i* legit Pl.) Voss. A. And. Ox., quibus accedunt Par. A. Vind. A., in adnotatione ed. maioris et in ed. 2 scripsit, qua de re cf. adn. cr. ad. 3, 8 §. 2.) eamque coniecturam Morus, Oberlinus, Whittius probantes *quod se prope* et *confidebant* uncis incluserunt. Dübnerus *quod* necessarium putans ut coniectura natum uncis inclusum tenuit, *se prope* eiecit, *confidebant* intactum reliquit. Denique Apitzius non solum *se prope*, sed etiam *hoc sibi solatii proponebant* delet et Caesarem scripsisse coniicit *quae etsi magno cum dolore, omnes ferebant tamen, quod explorata — confidebant.* Oudendorpii coniectura dictionem similem reddit ei, quae est 4, 7 §. 3: *quod Germanorum consuetudo haec sit a maioribus tradita, quicunque bellum inferant, resistere neque deprecari.* Sed *confidebant* a codicibus satis tutum habemus, eoque admisso etiam *quod* admittamus necesse est; quod si solum exhiberent ii, qui exhibent, recipiendum utique, sed fortasse coniecturae tribuendum esset: nunc, cum addita in antiquissimis eorum *se prope* verba sint, neutiquam necessaria illa, sed tamen apta et scriptore digna, omnia tria pro veris et fideliter servatis accipienda videntur. *Prope*, quod §. 4 et 5 iterum iterumque occurrit, fiduciam non temere susceptam eoque firmiorem indicat, sed interpolandum videri non magis, quam 3, 18 §. 8 (*laeti, ut explorata victoria*) aut 5, 43 §. 3 (*maximo clamore, sicuti parta iam atque explorata victoria*) debebat.

tur de Avarico in communi concilio, incendi placeret, an defendi. Procumbunt omnibus Gallis ad pedes Bi- 4

§. 3 Dicebatur] *dicebantur* Dr. B. *dicebant* Hamb. *dicebatur al. deliberabatur* Pet. Fabr. *deliberabatur* Vind. D. *deliberatur* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. cum edd. praeter inc. omnibus et pro var. lect. Pet. sec. Oud. *Dicebatur*, quod exhibent „reliqui" Gutt. Voss. A. Egm. Lov. Lbb. Carr. cod. Turr. cod. Steph. Cuns. Bong. A. Par. A. Dr. A. Vrat. ABC. Guth. B. Gu. Vind. BCEF. inc., non facile potest errore factum videri ex *deliberatur*, cui verbo certus locus est 1, 7 §. 4. 4, 9 §. 1. Civ. 1, 10 §. 2. 2, 30 §. 1, significationem autem aeque aptam (cf. 1, 35 §. 2 *de communi re dicendum*. 5, 26 §. 3 *de re communi dicere*) tempus vero aptius habet eo, quod narrationem ad concilium supra memoratum redire et quae hoc capite relata praecedunt, ea postea facta esse indicat, cum praesens tempus continuare haec ipsa et rem in novo concilio deliberatam proponere videatur. Qua in re primum mirari licet, quod non eodem in concilio de Avarico atque de reliquis Biturigum urbibus amplius viginti consultatum, sed huius urbis causa novum concilium sit habitum. Deinde statuendum videtur prius concilium non fuisse commune, sed aliquorum, quos Vercingetorix ut *suos* convocaverit, quorum tamen consensu factum esset, ut urbes et Biturigum et reliquarum civitatium incenderentur. Praeterea statuendum est novum hoc concilium post incendia illa habitum esse et aliquot dies inter prius et hoc intercessisse, per quos et incendia illa facta et doloris omnium significationes et consolationes prolatas existimare debebimus, quibus praeteritis iterum concilium idque commune habuerit Vercingetorix eodem in loco moratus (nam postea demum c. 16 §. 1 Caesarem subsecutus dicitur) cum Caesar interim Avaricum oppugnare coepisset, ut omnis illa de incendendo an defendendo oppido consultatio fere inanis esset. His de causis non novum hoc, sed idem concilium interpretari et, si *deliberatur* tenemus, vertere debemus über A. wird in der allgemeinen Versammlung berathschlagt. Sed quod nos articuli beneficio siue ambiguitate declaramus, id scriptor temporis mutatione demonstrasse et propterea *dicebatur* posuisse videtur, quo lector dum cogitare de aliis rebus ibidem dictis actisque cogitur, sua sponte animum refert ad illa, quae supra sunt de eodem concilio relata.

placeret] *placeant* cum puncto sub *n* Leid. A. *placeat* Hav. A. Vind. A.

§. 3 communi] Quae proxime dicta sunt de magno omnium dolore et de solatio, ad singulas pertinent civitates, in quibus urbes incendebantur: nunc revocamur ad illud concilium omnium simulque docemur, qua ratione non solum de Biturigum, sed etiam de reliquorum urbibus constitui aliquid in eo concilio potuerit. Cf. 2, 4 §. 4 *in communi Belgarum concilio.*

incendi] De forma interrogationis cf. adn. cr. ad 6, 31 §. 1.

§. 4 Procumbunt] Tempus praesens sollicitudinem Biturigum ante oculos ponit, qui cum primum mentio de Avarico iniecta esset, statim suppliciter precari incipiunt.

turiges, ne pulcherrimam prope totius Galliae urbem, quae et praesidio et ornamento sit civitati, suis mani-
5 bus succendere cogerentur. Facile se loci natura defensuros dicunt, quod prope ex omnibus partibus flumine et palude circumdata unum habeat et perangustum
6 aditum. Datur petentibus venia, dissuadente primo Vercingetorige, post concedente et precibus ipsorum et

§. 4 et praesidio] *et* om. „MSS. plerique" Pet. Gott. Voss. A. Egm. Bong. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. edd. ante Ald. In Vind. C. eius loco est *in*. *Et* ut non necessarium, ita est aptissimum, quia statim non simplex, sed duplex illius urbis momentum esse ostendit. Cf. Horat. Carm. 1, 1 v. 2: *o et praesidium et dulce decus meum.* Contra Ariovistus 1, 44 §. 6 *amicitiam populi Romani sibi ornamento et praesidio, non detrimento esse oportere* dicens in praesidii cogitationem inter loquendum videtur incidisse. Cf. ib. 33, §. 2, ubi Caesar aliquid *turpissimum sibi et rei publicae* esse dicit, cum Civ. 3, 10 §. 9, ubi idem *et rei publicae et ipsis placere oportere* aliquid demonstrat.

et ornamento sit] *s. e. o.* Vind. A. (*e. o. fit* Hamb.)

civitati] *civitatis* Leid. A. Hav. A. et punctis subscriptis Vind. A. (*civitatibus* Voss. B. *eis omnibus* Dr. B. Vind. F. „Vasc." margo Freil. *ei* Bong. C. Pal. *omnibus* „Ven." Med. a. Ven. bcdef. om. „MSS. 3. ed. Rom. Med.")

suis manibus] *suisque omnibus* And. *suis* om. Vind. E.

succendere] *incendere* Leid. A. Lov. Dorv. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. edd. ante Ald. (*incedere* Ven. cd.)

cogerentur] *cogantur* And.

§. 5 ex omnibus partibus] *ex* om. Vrat. A. Cf. adn. cr. ad 5, 17 §. 2.

habeat] *habebat* Dr. A. *habet* Ven. bcdef.

prope totius] Praeponere hoc adverbium Caesar, Livius postponere solet. Cf. Hand. Tursell. 4, 603.

§. 5 flumine] Id Hotomannus Dionem l. 40 rapidum appellasse docet „ut aliquid videlicet inepto Graecorum more affingeret." Fortasse Hotomannus flumen illud, quod etiam tum Avaronis nomen tenuisse testatur (secundum Ukertum p. 394 hodie *Auron* et *Evre* appellatur) non rapidum esse norat: alioquin iniqua erat reprehensio. Dio enim 40, 34 rationem difficultatis oppugnandi reddens *τὸ τεῖχος δυσπρόσιτον ἦν*, inquit, *τῇ μὲν ἑλῶν δυσδιαβάτων, τῇ δὲ ποταμοῦ ῥοώδους αὐτὸ περιέχοντος.* quod si verum erat, aptissime additum esse quis neget? Deinde videndum erat, an quemadmodum alibi, ita h. l. alium praeter Caesarem auctorem secutus esset Dio. Neque vero omnibus Graecis crimini vertendum quod uni et alteri hic et illic iure obiici potest.

et perangustum] Cf. adn. ad 2, 25 §. 1.

§. 6 misericordia volgi] Cum Vercingetorigis, ut ex ipsius oratione intelligitur, nulla misericordia esset neque reliqui, qui in concilio aderant, vulgi potius, quam omnium Avaricensium rationem habuisse videantur, *misericordia vulgi* h. l. non ut apud Cic. Att. 7, 12 §. 3 (*frangor*

misericordia volgi. Defensores oppido idonei deliguntur. 16. Vercingetorix minoribus Caesarem itineribus subsequitur et locum castris deligit paludibus silvisque munitum, ab Avarico longe milia passuum XVI. Ibi 2
per certos exploratores in singula diei tempora quae

§. 6 volgi] Hoc quamvis ab uno Bong. A. recte recepisse Oud. pro *vulgi* videtur. Cf. 1, 39 §. 5 et 46, 4, quibus locis etiam Par. A. et secundum Whittii silentium Hav. A. Gott. *o* tuentur. Sed 4, 5 §. 2 unus Ox. *volgus*, 7, 28 §. 6 omnes tenent *vulgi*.

Cap. 16. §. 1 Caesarem itineribus] *i. C.* Hav. A. Viud. AI.

deligit] *diligit* Hav. A. *delegit* Bong. A. sec. Oud. (tac. Pl.) Hamb. Vind. BI. Id praesens esse potest, ut 3, 18 §. 1, ubi cf. adn. cr. Sed ambiguitas cum omnino aliquid incommodi habet (cf. adn. cr. ad 5, 11 §. 2) tum h. l. post *deliguntur* etiam minus probabilis videtur.

XVI.] „vel *sedecim* MSS. omnes, non *XV*" *XVI*cim Lov. Lbb. *sedecim* Pet. Fabr. *quindecim* Hamb. *XV.* Ven. bcde. Ald. ab. Gr. ab. P. Man. Freil. Turr. Lips. Iu. Gr. Dav. Cl.

§. 2 in singula diei tempora] *insigni dei tempora* a m. pr. Bong. A. sec. Oud. *insignidettempora*, sup. a. m. s. vulg., sec. Pl. (Pro *saepe misericordia puerorum*) sed ut c. 28 §. 6 (*ne qua in castris ex eorum concursu et misericordia vulgi seditio oreretur*) interpretanda, *vulgus* autem de plurima congregatorum parte, a quibus pauci, fortasse principes, dissentirent, accipiendum est.

Defensores oppido] Artius haec, quam *oppido idonei* cohaerent. Cf. c. 16 §. 1 *locum castris deligit*. Defensores ipsos ex Biturigibus delectos esse c. 21 §. 3 docemur. De oppugnatione autem hunc delectum habentes nondum certiores facti erant, sed futuram esse facile intelligebant, si Caesarem Novioduno recepto illuc profectum esse acceperant, id quod ex sequentibus colligi potest, quae talia sunt, ut Vercingetorigem eodem die, quo habitum est concilium, de Caesaris itinere per exploratores cognovisse verisimile sit.

Cap. 16. §. 1 minoribus] Comparativus referendus videtur ad ea itinera, quibus Caesar antecessisset, quae vel *magna* fuissent, sicut c. 35 §. 5 Vercingetorix *magnis itineribus* antecessisse dicitur, vel *iusta*; quamquam etiam unius diei itinere Caesarem ad Avaricum pervenire potuisse concedendum est. Ne ad iustam magnitudinem omnino referatur, ut factum est a Metaphraste, qui *ἐλάσσονι τοῦ εἰωθότος ὁδῷ* interpretatur, cum *subsequitur* verbum, tum interpositum Caesaris nomen dissuadet. Ratio autem Vercingetorigis haec erat, quod non proelio decertare cum Romanis, sed pabulatione et frumentatione intercludere eos volebat.

ab Avarico longe] Haec cur commate a praecedentibus verbis distinxerim, in adn. cr. ad 5, 2 §. 3 ostendi. De adverbii usu ex vetusti sermonis amplitudine repetendo dixi ad 5, 47 §. 5.

§. 2 per certos exploratores] Aliis locis Caesar simpliciter *per exploratores* tam de Romanis, quam de barbaris dicit. Cf. 1, 12 §. 2. 22, 4. 3, 2 §. 1. 4, 4 §. 6. 19, 2. 5, 49 §. 1. 6, 7 §. 9. 29, 1. 7, 11 §. 8. 18, 3. 35, 1.

ad Avaricum agerentur, cognoscebat et quid fieri vellet, imperabat; omnes nostras pabulationes frumentationes-

diei in Bong. C. Vasc. Gr. b. Freil. *dierum*, pro *tempora* in Lov. Duk. Dorv. Carr. Braut. Pal. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. C. legitur *opera*.)

agerentur] *gererentur* Ox. Cu. Leid. A. Hav. A. Vind. AFl. Dr. B. Gr. a. Turr. Cf. 3, 26 §. 3: *prius-quam-quid rei gereretur, cognosci posset.* Ibi Viud. C. St. *ageretur*. 5, 8 §. 1: *Labieno in continente relicto, ut-quaeque in Gallia gererentur, cognosceret.* And. Ox. Cu. Leid. A. Hav. A. Viud. A. *fierent*. 6. 10 §. 3: *mandat, ut-quaeque apud eos gerantur, cognoscant.* 7, 85 §. 1: *Caesar idoneum locum nactus quid quaque in parte geratur, cognoscit.* 4, 14 §. 1: *prius ad hostium castra pervenit, quam quid ageretur, Germani sentire possent.* 8, 35 §. 4: *cum-exploratoresque missi quae agerentur, renuntiassent.* Alii *gererentur*. Ib. 43, 2: *cum, quid ageretur in locis reliquis, essent ignari.* Alex. 57, 2: *ut, quid ageretur, perspiceret.* Secundum haec dubitare licet, variandi studio illatum, an ex Ephemeridibus petitum sit *gererentur*. Hirtium, quem Ephemerides cum Commentariis contulisse a vero non abhorret, *agi* praetulisse vidimus.

et] om. Hav. A. Vind. A. Cf. adn. cr. ad 3, 18 §. 2.

§. 3 omnes] *omnis* Par. A. Vrat. A. Hav. A. Gott. Wh. Ven. f. *omneis* Ald. a. Gr. a. Turr.

44, 3. 83, 4. Hic *certos* appellat singulis diei temporibus attributos, fere ut *certas custodias* c. 19 §. 2 et *certa subsidia* 2, 22 §. 1, ubi cf. adn. Itaque Germanice interpretandum bestimmte Kundschafter, non sichere, aut eigens dazu angestellte, quorum prius rem aut supervacaneam aut eam, quae sciri ante eventum non posset, infert, posterius a significatione nominis alienum videtur.

in singula diei tempora — cognoscebat] Actio cognoscendi seu opera, quam dabat, non uni cuidam diei tempori, sed singulis sive omnibus destinata erat, quasi Germanice dicas auf jede Zeit des Tages kam eine besondere Anhörung von Berichten. Similiter *in* cum accusativo temporis constructum est 5, 22 §. 4, quem locum Baumstarkius adhibuit, *quid in annos singulos vectigalis populo Romano Britannia penderet, constituit;* item 1, 3 §. 2 *in tertium annum profectionem lege confirmant*, et 4, 29 §. 4 *frumentum in hiemem provisum non erat*, et aliis locis, quos significavit Handius Turs. 3, 335. Tempora ipsa, quae fuerint a Vercingetorige exploratoribus ad referendum, ipsi ad cognoscendum constituta, Caesar non ostendit: diem quidem non naturalem, sed civilem seu *νυχθήμερον* intelligendum esse liquet.

quid fieri vellet, imperabat] Cf. Terent. Andr. 3, 2 v. 10: *Non imperabat coram, quid opus facto esset puerperae.* Phorm. 1, 4 v. 45: *quin tu quid faciam, impera.* Caesar fere simplex *ostendere* verbum ponit. Cf. adn. cr. ad 3, 26 §. 1. Neque *imperare* cum interrogativo pronomine constrni posset, nisi *ostendendae* et *declarandae* voluntatis significationem haberet. Cf. infra ad c. 31 §. 4 dicta. Post *imperabat* maxima interpunctio minus apta videtur. Certe *ibi* initio huius enuntiati positum etiam ad sequentia pertinet.

que observabat dispersosque, cum longius necessario procederent, adoriebatur magnoque incommodo adficiebat, etsi quantum ratione provideri poterat, ab nostris occurrebatur, ut incertis temporibus diversisque itineribus iretur. 17. Castris ad eam partem oppidi positis

adficiebat] Voss. A. Egm. (Bong. A.) Par. A. Vrat. A. non *aff.*

§. 3 procederent] Coniunctivi rationem redditam v. in adn. cr. ad 5, 19 §. 2.

occurrebatur] Infra c. 22 §. 1: *singulari militum nostrorum virtuti consilia cuiusque modi Gallorum occurrebant.* 24, 4: *ut quo primum occurreretur, aut cui rei ferretur auxilium, vix ratio iniri posset.* 1, 33 §. 4: *quibus rebus quam maturrime occurrendum putabat.* Nos similiter dicimus begegnen pro entgegen treten. Quae actio etsi cum ea, quae *providere* est, coniuncta esse solet, tamen ipsa alia est, ita ut huic parum respondere et potius *providebatur* dicendum fuisse videatur, quemadmodum 6, 34 §. 7: *at in eiusmodi difficultatibus quantum diligentia provideri poterat, providebatur, ut potius in nocendo aliquid praetermitteretur, — quam cum aliquo militum detrimento noceretur.* Sed interdum res diversi generis ita componuntur, ut si eiusdem essent. Cf. 2, 11 §. 5: *ita sine ullo periculo tantam eorum multitudinem nostri interfecerunt, quantum fuit diei spatium.* Itaque h. l. remedii allati ambitus aequasse dicitur ambitum providentiae, quam ratio et intellectus dabat.

ut — iretur] Non pendere coniunctionem ex verbo *occurrebatur*, si hoc priori illi *provideri* respondet, manifestum est. Non magis enim *occurrebatur* in sequentibus invenit quo eius notio compleatur, quam *provideri*, sed complementum utriusque ab antecedentibus petendum est, incommodum illud, quo Vercingetorix Romanos afficiebat. Itaque fallitur Baumstarkius *occurrere* interpretans verhindernd bewirken (quod addit aus Vorsicht die Maßregel treffen, id et a priori diversum est et ex Heldii interpretatione adscitum videtur) neque omni ex parte probari potest Heldii ratio, qui dicit: in occurrebatur liegt außer der negativen Bedeutung des Verhinderns und Vereitelns auch die positive Bedeutung des Ergreifens gewisser Maßregeln um jenes Zweckes willen. Wegen dieser letzteren Bedeutung nun konnte in einem Satze mit ut angefügt werden, was in Folge jenes Entgegenhandelns geschah. Ausgeführt läßt sich daher der Gedanke so fassen: „man suchte die Plane der Feinde zu vereiteln und ging dabei so zu Werke, daß man rc." Nam *ut* si est so daß, aeque poni poterat, sive *occurrebatur* nihil nisi negationem, sive affirmationis aliquid adiunctum habebat. Et hac in parte rectius sensit Baumstarkius suae interpretationi addens: Andere meinen ut stehe hier statt ita ut. Atque hi verum statuere videntur, si modo verbis *ut — iretur* non quid occurrentes fecerint aut quo modo et qua re occurrerint, sed quid occursu eorum tali, qualis verbis antecedentibus definitus est, effectum sit, demonstrari simulque in iis voluntatis et consilii significationem aliquam inesse statuunt, quae aliquanto clarius cernitur in illis ex l. 6 supra allatis *ut potius in nocendo* etc.

Cap. 17. §. 1 Castris ad eam

Caesar, quae intermissa a flumine et a paludibus adi-
tum, ut supra diximus, angustum habebat, aggerem ap-
parare, vineas agere, turres duas constituere coepit;
2 nam circumvallare loci natura prohibebat. De re fru-
mentaria Boios atque Haeduos adhortari non destitit;
quorum alteri, quod nullo studio agebant, non multum
adiuvabant, alteri non magnis facultatibus, quod civitas
erat exigua et infirma, celeriter quod habuerunt, con-

Cap. 17. §. 1 a paludibus] Praepositionem Oud. ex Bong. A. Voss. A. Lov. „multis aliis“ editisque ante Aldum, Gr. b. Frell. restituit. Exstat eadem in Egm. (Par. A.) Dr. B. Vrat. AC. Goth. B. Hamb. Vind. CDFI. omissa in Pet. Gott. Hav. A. Dr. A. Vrat. B. Vind. AE. Gu. Ald. reliquisque edd. et a Dübnero, quae res Beyerlii de Par. A. silentium suspectum reddit. Sed tamen saepius a librariis, quam a scriptore eam in huiusmodi locutione omissam esse constat. Pro *paludibus* legitur *palude* in Aud. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. sqq. quo numero usus est scriptor c. 15 §. 5 in oratione Biturigum, quam paulo post ipse demonstrat verbis *ut supra diximus*. Idque mutandi occasionem praebuisse videtur critico, cum scriptor partes respiciens paludis illius pluralem pro singulari posuisset, quemadmodum *silvam* et *silvas* dixerat in eadem re 2, 19 §. 4 et 3, 28 §. 3.

habebat] *habeat* Vind. A.

§. 2 adhortari] *adortari* Vrat. A. Hamb. Cf. adn. cr. ad c. 14 extr.

destitit] *distitit* Bong. A. (tac. Pl.) Voss. A. Egm. *desistit* V. C. Urs. Not. Leid. A. Hav. A. Vind. A. *desinit* Hamb.

partem oppidi positis Caesar, quae] De verborum structura cf. adn. ad 5, 49 §. 4 et quae hisce simillima sunt, c. 81 §. 1: *uno die intermisso Galli atque hoc spatio magno cratium — numero effecto media nocte silentio ex castris egressi ad campestres munitiones accedunt.*

intermissa a flumine et a paludibus] Ea pars, qua flumen et paludes *intermittebant*, quemadmodum 1, 38 §. 5 *qua flumen intermittit* legimus, *intermissa* dicitur eadem significatione, qua alibi tempus a labore et ab opere intermissum, h. e. vacuum relictum, ut in adn. ad 5, 11 §. 4 ostendi. Neque alia est *a* praepositionis in hac dictione vis, quam adiectivis *vacuus* et *liber* adiunctae, eamque ob rem etiam solum ponere ablativum et verbi causa *planitiem intermissam collibus* dicere licuit, ut c. 70 §. 1.

ut supra diximus] C. 15 §. 5 in oratione Biturigum, quos quae orantes fecit, ea ipse *dixit* seu demonstravit, quae propria est verbi *dicere* significatio, non quo orationem illam fictam a se ostendere aut testimonio suo hac in parte comprobare voluerit.

vineas agere] Cf. adn. ad 2, 12 §. 3.

§. 2 consumpserunt] non modo praebendo, quod si solum in mente habuisset scriptor, *absumpserunt* dixisset, sed etiam vescendo, quod scilicet necessarium iis erat. Itaque sensus fere is est, quem Germanice reddas, sie waren bald mit dem, was sie hatten, fertig.

sumpserunt. Summa difficultate rei frumentariae adfecto exercitu tenuitate Boiorum, indiligentia Haeduorum, incendiis aedificiorum, usque eo, ut complures dies frumento milites caruerint et pecore ex longinquioribus 3

§. 3 adfecto] Vind. A. (Bong. A. Par. A.) non *aff. adfaceta* Voss. A. Fabr. *affeto* Hamb. *confecto* Leid. A.
frumento milites] „molti" Gott. Voss. A. Egm. Bong. A. Par. A. Hav. A. Dr. A. Vrat. AB. Gu. non *m. f.* qui ordo vulgatus est, ad sonum minus gratus. In Voss. B. *milites* omissum, in Hamb. *m. furmenti* (-*furmento* etiam in Med. a.) scriptum est.
caruerint] *cauerint* Dr. B. *caruerunt* Vrat. B. Gu. *carerent* Leid. A.
et] *ut* Vind. F.
ex longinquioribus] „MSS. 10 et Edd. qdd." Gott. Voss. A. Egm. Fabr. Pet. Bong. C. Pal. Conf. Bong. A. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Vind. BFI. St. Gr. b. Freil. *et l.* Vrat. A. *et legionibus* Hamb. *long.* Ven. cde. Ber. *e long.* Hav. A. Vind. A. (Par. A.) cum reliquis edd. *Ex longinquioribus* sine varietate legitur 4, 27 §. 6 et Civ. 1, 29 §. 2. Contra *e loco* 1. 25 §. 2 et 26, 3 codices tuentur. Cf. Haud. Turs. 2, 614. Lachmannus tamen in Lucretio, cuius ceteris in locis *e* ante *l* habeant MSS., 2, 458 ex coniectura posuit *e levibus*.

§. 3 Summa difficultate rei frumentariae adfecto exercitu] Cf. adn. ad c. 6 §. 2 et Civ. 3, 47 §. 6: *meminerant* (milites) *ad Alesiam magnam se inopiam perpessos, multo etiam maiorem ad Avaricum maximarum se gentium victores discessisse.*

caruerint et — sustentarent] Haec temporis mutatio etsi aliquanto rarior, tamen offensioni non maiori est, quam quae in indicativo fit 4, 26 §. 3, quem locum cum hoc composui in adn. cr. ad 4, 4 §. 2. Plura, quamquam ne ipsa quidem multa sunt, exempla perfecti ad imperfectum adiuncti, ut 4, 4 §. 3 et quod modo legimus huius cap. §. 2: *quorum alteri — non multum adiuvabant, alteri — celeriter quod habuerunt, consumpserunt.* Reversae autem ad usitatum tempus orationis effectus h. l. is est, ut minus usitati significatio, de qua cf. adn. ad 2, 21 §. 4, eo magis conspicua fiat. Eadem ratione Ciceronem usum esse verisimile est Orat. c. 38 §. 131) de miseratione verba facientem: *qua nos ita dolenter uti solemus, ut puerum infantem in manibus perorantes tenuerimus, ut alia in caussa excitato res nobili, sublato etiam filio parvo, plangore et lamentatione compleremus forum.* et Philipp. 1, 15 (§. 36) quem locum Nipperdeius adhibuit, de Bruto: *qui ludis suis ita caruit, ut in illo apparatissimo spectaculo studium populus Romanus tribuerit absenti, desiderium liberatoris sui perpetuo plausu et clamore leniret.* item Velleium Paterculum 1, 9 §. 1 de Perse, Macedonum rege: *biennio adeo varia fortuna cum consulibus conflixerat, ut plerumque superior fuerit magnamque partem Graeciae in societatem suam perduceret.*

pecore] Civ. 3, 47 §. 7 inopiae magnitudinem describens, quam milites singulari patientia tulerint, *pecus vero*, inquit, *cuius rei summa erat ex Epiro copia,*

vicis adacto extremam famem sustentarent, nulla tamen vox est ab iis audita populi Romani maiestate et su-
4 perioribus victoriis indigna. Quin etiam Caesar cum in opere singulas legiones appellaret et si acerbius inopiam ferrent, se dimissurum oppugnationem diceret,
5 universi ab eo ne id faceret, petebant: sic se complures annos illo imperante meruisse, ut nullam ignominiam

adacto] *adducto* Leid. A. *abacto* edd. ante Ald. quod probatum Ciacconio et Hotomanno, Oudendorpio vero etiam magis convenire *ex* praepositioni visum, id ipsum, quod maxime demonstrandum erat, quo esset pecus actum, non demonstrat. Praepositioni autem non discessum, de quo cogitasse videtur Oud., sed processum significanti qui minus conveniat vulgatum? Similiter 4, 27 §. 6 obsides *arcessiti* dicuntur *ex longinquioribus locis*, alibi alia.

vox est ab iis audita] Pro *ab* legitur *ex* in Leid. A. Hav. A. Vind. A. pro *iis* Vind. A. corr. habet *usu*, Hav. A. Dr. AB. Vind. CFI. edd. ante P. Man. Freli. Turr. *his*, Gott. Wh. Hamb. Vrat. BC. *hiis*. Voss. A. Gott. Fabr. Vrat. A. Goth. B. Gu. (Bong. A.) *iis* tenent. Verba *vox est* in Hav. A. Vind. A. tertium et quartum, in Vind. C. primum et quartum locum tenent. Vind. F. *est* omittit, Dr. B. idem post *audita* iterat. Voss. A. Gott. Fabr. et Wh. Vrat. B. Gu. *audita* non quinto, sed tertio loco ponunt. Illud *ex*, quod est in Leid. A. duobusque cognatis, damnans Oud. suam ad Civ. 1, 1 (§. 1) adn. conferri iubet, in qua *vox ab iis* cum Brantio interpretatur *vox eorum*, ut *a populo Romano imperia* 5, 54 §. 4, quod aliter intelligendum in adn. ostendi. Etiam h. l. *ab iis* referendum puto non ad nomen, sed ad verbum. Cf. 2, 31 §. 4: *si forte pro sua clementia ac mansuetudine, quam ipsi ab aliis audirent*. Civ. 2, 29 §. 1: *ad id, quod ab alio audierat*. Neque enim verendum erat, ne quis ita haec dicta putaret, ut illa Civ. 3, 19 §. 3: *multa suppliciter locutus - silentioque ab utrisque militibus auditus*. At nihilo deterius erat *ex*. Cf. 6, 37 §. 9: *ut ex captivo audierant*. Civ. 2, 38 §. 1: *ex perfugis quibusdam oppidanis audit*.

§. 5 complures] *conplures* Bong. A. Pl. *complureis* Ald. a Gr. a. Turr. *compluris* Leid. A. (Hav. A.) Oud.

magno in honore habebant. Cf. Taciti Ann. 14, 24: *ipse* (Corbulo) *exercitusque ut nullis ex proelio damnis, ita per inopiam et labores fatiscebant, carne pecudum propulsare famem adacti.* Paulo aliter Caesar Civ. 1, 48 §. 6: *pecora*, *quod secundum* (a frumento) *poterat esse inopiae subsidium, propter bellum finitimae civitates longius removerant.*

sustentarent] Cf. adn. ad 1, 28 §. 2.

§. 4 Caesar cum] Praepositi nominis ratio haec videtur, quod ab ipso imperatore oblatam tantae inopiae levationem recusantes eo maiore laude digni videri debent. Cf. adn. ad 4, 11 §. 1. *Cum* eodem modo, quo c. 16 §. 3, intelligendum esse positum in apodosi imperfectum docet.

§. 5 acciperent] Cf. adn. ad 4, 25 §. 5.

acciperent, nusquam infecta re discederent: hoc se igno- 6
miniae laturos loco, si inceptam oppugnationem reliquissent: praestare omnes perferre acerbitates, quam 7

nusquam] „MSS. plerique" Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Carr. Bong. C. Pal. Brant. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. CEI. edd. ante Ald. St. Gr. b. Frell. *num quid* Hav. A *nunquam* Vind. A. edd. rell. tacente de Bong. A. Pl. Id Herzogio propter verbum *discederent* praeferenti Lippertus respondet ipsum verbum hoc suadere, ut praeferatur *nusquam*, ne eius loci, ex quo discessio facta sit, significatio desideretur. Itaque *nusquam* esse putat *nullo ex loco*; quae interpretatio ne iis quidem locis, quibus apta est, Cornelii Nepotis Milt. 4, 3 *auxilium nusquam nisi a Lacedaemoniis petiverunt*, et Ciceronis Att. 10, 14 §. 1 *qua* (difficultate pecuniaria (*erui nusquam nisi ex privatorum bonis posset* (Caesar et Pompeius) necessaria (intelligi enim utrobique potest id, quod nos dicimus nirgends) huic certe minus convenit, quam quae ad plerosque et haud dubie ad Hirtianum 8, 44 §. 3 *quod nusquam diutius sine periculo commoraturus videbatur* et ad Hisp. 41, 3 adhibenda est. Neque enim tam de loco, quam de re, unde discessum sit, agitur. Haud probabilius Lipperto Handius codicum et verae scripturae causam egit Turs. 4, 349 *nusquam* h. l. pro *nunquam* dictum esse docens cum eoque duo Ciceronianos comparans, Verr. 4, 65 (§. 146) *cives Romani a me nusquam discedere* et Att. 5, 11 §. 3 *nihil esse melius, quam illum* (Pompeium) *nusquam discedere*, quo utroque altera adverbii significatio certa, qua nostro nirgendshin respondet, ea, quam Handius statuit, multo aptior est, cum h. l. vulgaris statuenda, ceterum *nunquam* per se non minus probandum sit, quam *nusquam*.

infecta] *incepta* Bong. A. Leid. A. Voss. A. Pet. Egm. Carr. (hic *incoepta* sec. Brant.) „3 al." Lov. Par. A. Dr. AB. Vrat. AC. Goth. B. Hamb. Vind. CEFI. *incerta* Ort. Gott. Voss. C. Leid. C. Gu. inc. *in certa* Vrat. B. *Incepta* Dübnerus ut exquisitius praetulit, quamvis paulo post legatur *inceptam oppugnationem*. Neque ego iteratione offendor, sed offendor ambiguitate, cum etiam is, qui nimis tardus et timidus est, nusquam incepta re discedat, quia nusquam rem incipit, et qui mediam abrumpit, non magis incepta discedat et tamen constantiae et patientiae laude careat, quam is demum merito sibi vindicat, qui nusquam infecta discedit. Quare hoc tenendum, illud ut errore ex sequentibus illatum reiiciendum putavi. *Infecta re* certa lectio est Civ. 2, 14 §. 6. 3, 57 §. 5, *re infecta* 7, 82 §. 4. Civ. 3, 40 §. 6, *infectis iis* Civ. 1, 33 §. 4.

§. 6 inceptam] *incertam* Gott. Voss. C. Leid. C. Vrat. B. Gu. (*in coeptam* Vrat. C. Med. a. Ven. bcde. Turr.)

§. 7 praestare] om. Hamb. *praestaret* Bong. A. (tac. Pl.) Voss. A. Lov. Egm. Dorv. Pet. Conr. Par. A. Dr. B. Vrat. ABC. Goth.

§. 7 quam non — parentarent] Coniunctivus non ex *ut* coniunctione, quae audienda sit post *quam* particulam, sed ex hac particula ipsa coniunctionis vi ut in *priusquam* praedita pendere videtur. Eodem modo dixit belli Africi scriptor 25, 4: *cepit con-*

non civibus Romanis, qui Genabi perfidia Gallorum interissent, parentarent. Haec eadem centurionibus tribunisque militum mandabant, ut per eos ad Caesarem deferrentur. 18. Cum iam muro turres adpropinquassent, ex captivis Caesar cognovit Vercingetorigem consumpto pabulo castra movisse propius Avaricum atque ipsum cum equitatu expeditisque, qui inter equites proeliari consuessent, insidiarum causa eo profectum, quo nostros postero die pabulatum venturos arbitraretur.
2 Quibus rebus cognitis media nocte silentio profectus ad
3 hostium castra mane pervenit. Illi celeriter per exploratores adventu Caesaris cognito carros impedimentaque sua in artiores silvas abdiderunt, copias omnis in

B. Gu. Vind. F. quod Oud. ob *parentarent* factum putabat, quasi esset ex *perferre* factum *perferrent*. Mihi calami lapsu, non mentis errore ortum videtur.

parentarent] *paterentur*. Bong. A. Pl. *patenter* Hamb.

Cap. 18. §. 1 adpropinquassent] Voss. A. Egm. (Bong. A.) Par. A. Vrat. A. Vind. A. non *app*.

insidiarum] *insidiandi* Aud. Ox. Cu. S. V. C. Urs. Leid. A. Hav. A. Par. B. Vind. A. non male. Cf. Afr. 53 et 62, 1 *insidiandi gratia*.

eo] om. Aud. Ox. S. Leid. A. Hav. A. Par. B. Vind. AD. edd. ante Ber. exceptis Ven. 1471 et inc. sec. Elberl. *esse* Lov. Brant. Hamb. *eorum* Vrat. C. Cf. c. 87 §. 3: *repulsis hostibus eo*, *quo Labienum miserat*, *contendit*. quo loco cum omnes libri in *eo* consentiant, etiam hoc a melioribus oblatum pro genuino habendum videtur, quamquam omitti a scriptore potuisse Oudendorpio, Daehnio, Elberlingio concedendum est.

§. 3 Illi] *illic* „MSS. 4“ Voss. A. Egm. Pet. Confl. Par. A. Vrat. A. quod quomodo ortum sit, apparet.

silium satius esse sibi suoque regno subsidio ire, *quam dum illos adiuturus proficisceretur*, *ipse suo regno expulsus forsitan utraque re expelleretur.*

Cap. 18. §. 1 movisse] Cf. adn. ad 4, 9 §. 1.

expeditisque] Hos eiusdem generis fuisse atque illos in exercitu Ariovisti, de quibus 1, 48 dictum est, Morus aliique putant, Salmasius autem De re mil. Rom. p. 196 (Lugd. Bat. 1657. 4.) cum expeditis Caesaris, quod *antesignanos* appellat Civ. 3, 75 §. 5 et 84, 3, comparat. His omnibus aliquid commune fuisse necesse est, sed qualis horum proeliandi consuetudo fuerit, cum Caesar nihil doceat, nescimus.

arbitraretur] Hic coniunctivus pariter atque *consuessent* nihil nisi captivorum orationem referre videtur, qui vel opinione sua ducti vel re ab ipso Vercingetorige demonstrata hoc dixerint: *eo profectus est*, *quo vos pabulatum venturos arbitratur*.

§. 3 celeriter] Hoc ad verba finita magis, quam ad participium pertinet neque commate ab *illi* seiungi debet.

artiores silvas] Eas Davisius ita dictas opinatur, quod crebris

loco edito atque aperto instruxerunt. Qua re nuntiata 4 Caesar celeriter sarcinas conferri, arma expediri iussit. 19. Collis erat leniter ab infimo adclivis; hunc ex omnibus fere partibus palus difficilis atque inpedita cingebat, non latior pedibus quinquaginta. Hoc se colle in- 2 terruptis pontibus Galli fiducia loci continebant generatimque distributi in civitates omnia vada ac saltus eius

aperto] *operto* Bong. A. sec. Oud. tacente Pl.

Cap. 19. §. 1 leniter] And. Ox. Cu. Pet. Leid. A. Hav. A. Ald. sqq. praeter Gr. b. (St. post *ab infimo.*) *leviter* Voss. A. Egm. Gott. Fabr. (de Gott. tacet Wh.) Bong. A. Pl. Par. A. Dr. A. Vrat. AB. Vind. ACEI. Gu. Ven. f. Gr. b. Cf. var. lect. 2, 8. §. 2. *breviter* Lov. Dorv. Duk. a m. pr. Bong. C. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. edd. ante Ven. f.

adclivis] Voss. A. Egm. (Bong. A.) Par. A. Vrat. A. et, qui pro *v* correctus habet *n*, Vind. A. non *accl.* (*acclinis* Hamb. *acclivus* Rom. a. Ber. *ac divis* Dr. B. *arduus* Pet. Fabr. et Coni.)

inpedita] Voss. A. Egm. (Bong. A.) non *imp.*

quinquaginta] Bong. A. Pl. Dr. A. Vrat. AC. Goth. B. Hamb. Vind. ADE. Gott. Wh. edd. ante Ald. b. Turr. (*qnq.* Med. a.) *La* Dr. B. *L* Vrat. B. Ald. b. Lips. sqq.

§. 2 generatimque] *-im-* corr. Dr. A. *gregatimque* margo Cl. distributi] *distributis* „MSS. 8[te] Voss. A. Egm. Lov. Gott. (hic a m. pr. sec. Wh.) Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. CF. inc. *distribuit* Ven. cde.

saltus] *salutis* Dr. B.

arboribus *arceantur* hominum aditus, quasi participium sit activa significatione praeditum. Rectius ab arboribus ad silvas translato nomine eas, quarum arbores exiguis inter se spatiis distent, ut veluti coartatae videantur, *artas* appellari statueris. Usitatius autem erat *densas* dicere.

§. 4 sarcinas conferri] *in unum locum*, quod additum est 1. 24 §. 2 in descriptione proelii Helvetici, quod commissurus Caesar idem illud fieri iubet. Etiam hoc loco proelium commissurus erat, sed loci natura perspecta destitit.

Cap. 19. §. 1 Collis erat — adclivis] Cf. 1, 43 §. 1 *Planities erat magna,* et alia ad 1, 12 §. 1 adscripta, maiorem illa verbi substantivi, quam quae copulae est, vim habentia; quod magis apparebit conferenti haec, quae hisce simillima et tamen diversa leguntur 3, 19 §. 1: *Locus erat castrorum editus et paulatim ab imo acclivis.* in quibus *erat* copula est.

ab infimo] Cf. 2, 18 §. 1 ibique adscripta.

§. 2 Hoc se colle] De pronomine *se* cf. adn. ad 4, 1 §. 10.

generatimque distributi in civitates] Hunc locum adhibui ad explicandum id, quod 1, 51 §. 2 de Germanorum copiis *generatim* constitutis scriptum est, quod aliter interpretatur Sybelius libri ad 6, 22 §. 2 memorati p. 16, argumentis usus parum, ut mihi videtur, idoneis. Cf. Horkelius libri Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit inscripti T. 1. p. 697 sq. et Taciti Hist. 4, 23.

saltus eius paludis] *Saltus* Caesar 6, 43 §. 5 distinguere a *silvis* videtur, sed quomodo dif-

paludis certis custodiis obtinebant sic animo parati, ut, si eam paludem Romani perrumpere conarentur, haesitantes premerent ex loco superiore; ut qui propinquitatem loci videret, paratos prope aequo Marte ad dimi-

3

paludis] *paludes* Vrat. B. *paludibus* Vind. C.
certis custodiis] And. Ox. Cu. S. Pet. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. om. reliqui cum edd. ante Ald. cuius erroris occasionem terminationum similitudo dare potuit. Glossema quidem haec non redolent.
obtinebant] *opt.* Voss. A. Egm. Gott. Fabr. Par. A. Vrat. A. Ber. *ott.* Dr. B.
haesitantes] *haesitantis* Ox. *he si tantis* Hav. A. *haesitanteis* Ald. a. Gr. a. Turr. (*hescitantes* Hamb.)
§. 3 qui — existimaret] om. Vind. D. edd. ante Ven. f. praeter inc. *qui* om. Vrat. C. — *videret — existimarent* Vind. CE. — *viderent — existimaret* Dr. B. — *viderent — estimarent* Vind. A. — *viderent — existimarent* And. Ox. S. Leid. A. „al." Hav. A. Vrat. C. Goth. B. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. lu. Gr. Dav. Cl.

ferant, non ostendit. Idem Civ. 1, 37 §. 1 *saltus Pyrenaeos* a C. Fabio legato occupari iubet, deinde ab hoc praesidium adversariorum deiectum *ex saltu* scribit. Poëtae saepe *silvas, saltus, nemora* coniunctim dicunt ita, ut nunc confundere ea videantur. Varronem verisimile est a *saliente* pecore appellatos existimasse De lingua Lat. 5, 36 Müll. *quos agros non colebant propter silvas aut id genus, ubi pecus posset pasci et possidebant, ab usu suo saltus nominarunt. Haec etiam Graeci νομάς, nostri nemora.* Ac nescio an de eodem verbo cogitaverint qui h. l. *traiectus* interpretati sunt, ut Sincerus (Passagen) et Fr. Wagner (Uebergänge) quod ad sensum utique commodissimum, sed ab usu linguae non minus alienum est, quam quod Baumstarkio placuit, alle etwas festeren und mit Gebüsch bedeckten Stellen jener Sumpfgegend, aut quod Heldius proposuit, waldige Zugänge, aut Lippertus, Schleichpfade. Alii vulgarem significationem tenuerunt, ut Ad. Wagner (Waldungen) et Herzogius (alle Fuhrten und Waldungen dieses Sumpfes, wo sie leicht umgangen werden konnten) sed qui locus silvis in tam angusta palude esse potuerit, nemo docuit. Omnino ut *vada*, ita *saltus* paludis dici non poterant; sed qui ad eum pertinerent cum eaque ita coniuncti essent, ut a colle collisque radicibus usque ad paludem atque extremi etiam in ipsam procurrerent, ii *paludis* saltus dici potuisse videntur. Collem ab infimo partim apertum, partim silvestrem fuisse a vero non abhorret. In silvas autem facilius traicere poterant Romani, quod eae partes arboribus tectae erant, ut de colle animadverti traiicientes non possent.

certis custodiis] quarum suum cuiusque locum tenentium, non temere alias alibi collocatarum, non prohibere transituros erat, sed custodire et observare, si transirent, suosque certiores facere. Cf. 4, 4 §. 4, ubi Germani negantur Rhenum *clam* transire potuisse *propter custodias Menapiorum.*

§. 3 aequo Marte] aequis conditionibus, ut neutri loco, numero aliisve rebus magis iuvarentur. Eodem sensu Livius 1, 25 §. 11

candum existimaret, qui iniquitatem conditionis perspi-
ceret, inani simulatione sese ostentare cognosceret. In- 4
dignantes milites Caesar, quod conspectum suum hostes
perferre possent tantulo spatio interiecto, et signum
proelii exposcentes edocet, quanto detrimento et quot
virorum fortium morte necesse sit constare victoriam;
quos cum sic animo paratos videat, ut nullum pro sua 5

perspiceret — cognosceret] *perspiceret — cognoscerent* Vind. CE. *perspicerent — cognosceret* Hav. A. Wh. (sec. Elberl. utrumque singulari exhibet.) *perspicerent — cognoscerent* And. Ox. S. „al.“ Dr. B. Vrat. C. Goth. B. edd. ante Oud. exceptis Ven. f. St. Gr. b. Frell. (*perspicernet* Ven. c.) Si scriptor horum verborum numerum variavit, duo priora plurali, posteriora singulari posuisse existimandus est, quemadmodum in Leid. A. Hav. A. Eib. Vind. A. variatum videmus; sed probabilius est ipsum ad omnia quattuor eundem singularem adhibuisse, varietatem criticis vel librariis deberi.

§. 4 suum] *sui* Bong. A. Pl. Cf. adn. ad 4, 28 §. 2. *In conspectu suo* Alex. 60, 1 et Afr. 4, 4, *in conspectum suum* Afr. 46, 3 certa sunt.

perferre] *ferre* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. ut 1, 39 §. 1 *ne vultum quidem atque aciem oculorum ferre potuisse*. (*preferre* Med. a. *praeferre* Ven. bcde.)

sit] „MSS. tantum non omnes“ *fit* Voss. A. Fabr. *esset* Ald. a. etc. ante Oud. In Hamb. *sit* ante *necesse* positum est.

§. 5 videat — recusent] And. Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. (Bong. A. Pl.) et sec. Achaintrinm Parisienses. *videt — recusent*

in pugna trigeminorum: *iamque aequato Marte singuli supererant*, item Curtius 4, 1 §. 8: *de regno aequo, si vellet, Marte contenderet.* Aliter Hirtius 8, 19 §. 2: *quod* (proelium) *cum diutius pari marte iniretur*, et Caesar Civ. 3, 112 §. 7: *sic est pugnatum, ut aequo proelio discederetur et neutri pellerentur;* in quibus de eventu pugnae cogitandum est, ut in *vario*, *incerto*, *ancipiti*, *dubio Marte*.

§. 4 Indignantes milites Caesar, quod] Etiamsi adisse Caesarem et apud eum indignantes verba fecisse milites vix credendum sit, tamen indignatio eorum ex parte ad ipsum pertinebat, idque interiecto inter ea verba, quibus indignatio continetur, nomine eius significatum videtur. Cf. adn. ad 5, 49 §. 4.

conspectum suum] ihren Anblick, sive quod ipsi conspicerentur ab hostibus, quemadmodum *aspectus* dicitur *multitudinis* c. 76 §. 6: *neque erat omnium quisquam, qui aspectum modo tantae multitudinis sustineri posse arbitraretur*. item *conspectus urbis* a Cicerone pro Sulla c. 9 (§. 26) et *meus conspectus* a Terentio Hec. 5, 2 v. 22: *etsi scio pol his meum fore conspectum invisum hodie*. Alibi *conspectus* fere est eius, qui conspicit, der Blick, ut locis in adn. cr. significatis et c. 30 §. 1: *neque se in occultum abdiderat et conspectum multitudinis fugerat*, h. e. conspici a multitudine noluerat. Id vero milites indignari non poterant, quod Galli conspici se ab ipsis in tanta propinquitate paterentur, sed quod ipsi tam prope versantes se conspicere sustinerent.

laude periculum recusent, summae se iniquitatis condemnari debere, nisi eorum vitam sua salute habeat
6 cariorem. Sic milites consolatus eodem die reducit in castra reliquaque, quae ad oppugnationem oppidi pertinebant, administrare instituit. 20. Vercingetorix, cum

Hamb. *videret — recusent* Voss. AC. Pet. Gott. Egm. Leid. BC. Dr. A. Vrat. AB. Gu. inc. et sec. Beyerlium Par. A. *videret — recusarent* Bong. A. sec. Oud. *videret — recusassent* Lov. *videret — recusarent* (reliqui Oud.) Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. CD. edd. ante Oud. Secundum codices Caesar *videret — recusent* scripsisse iudicandus est, quemadmodum edidit Dübnerus; hoc enim posito facile omnem scripturae varietatem explicueris. Nec desunt negligentiae in temporum consecutione admissae exempla. Cf. adn. cr. ad 5, 58 §. 4 et quae ad huius libri c. 17 §. 3 adscripta sunt. Sed ea tamen aliquid excusationis habere solent, quae h. l. nulla videtur. Itaque aut *videret* aut *recusent* in illa, quam codices commendant, scriptura mutari debet. *Videat* autem facilius ex *videret*, quam *recusarent* ex *recusent* fieri potest, et maiorem illud a codicibus commendationem habet. His de causis Oudendorpium secutus sum, cuius iudicium etiam Nipperdeius approbavit.

cariorem] *kariorem* Ox. *char.* Ven. f. Gr. ab. Frell. Turr. *Carissima* 5, 33 §. 6 et *carissimum* Civ. 2, 32 §. 2 et *carissimasque* Afr. 91, 2 in quibusdam *ch*, *k* nusquam habent, sed Alex. 60, 1 in Par. B. scriptum est *karissimaeque*. Etiam oblitterato *k* litterae usu fuisse qui *karissime* in epistolis subscriberent ex Velio Longo docet Schneiderus Gramm. 1, 293. Alii *krus* scribebant teste Terentiano Scauro ab eodem ibidem citato, et in inscriptionibus *kara* notatur *KR.* de quo dixit Gesnerus in Thesauri parte secunda extrema.

§. 6 consolatus] *consolatos* Bong. A. Voss. A. Pet. Lov. Egm. „5 al" Lbb. Bong. C. Pal. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. inc. Ita Iustinus 22, 6 §. 4 *sic consolatis militibus.* Caesarem vero non ita solere recte dicit Oud. Cf. 1, 20 §. 5 *consolatus rogat.* 5, 4 §. 2: *consolatus Induciomarum hortatusque est.* 7, 29 §. 1 *concilio convocato consolatus cohortatusque est.* Civ. 3, 98 §. 2 *consolatus consurgere iussit.* Nec aliter Hirtius Alex. 32, 4 *in fidem receptos consolatus.*

oppidi pertinebant] *p. o.* „MSS. qdd." Pet. Gott. Voss. A. Egm. Par. A. Dr. A. Vrat. AB. Gu. Vind. I. Ven. f. Sic sane oppidi oppugnatio magis a castrorum, quam Caesar in animo habuerat, oppugnatione distinguitur; sed reductis in castra militibus de hac non amplius cogitari potuisse per se intelligitur.

§. 6 administrare] curare ut fiant, besorgen. Cf. c. 81 §. 2, ubi Galli item dicuntur *reliqua, quae ad oppugnationem pertinent, administrare*, et 8, 37 §. 1: *Caninius — ad obsidendos oppidanos revertitur externoque hoste deleto — opera undique imperat administrari.* Minus recte Forcellinus hunc locum composuit cum Ciceronis Verr. 5, 47 (§. 124) ubi dubia est scriptura in verbis Tyndaritanorum: *a nobis populo Romano semper et belli adiumenta et pacis ornamenta administrata sunt.* Alii

ad suos redisset, proditionis insimulatus, quod castra propius Romanos movisset, quod cum omni equitatu discessisset, quod sine imperio tantas copias reliquisset, quod eius discessu Romani tanta opportunitate et celeritate venissent: non haec omnia fortuito aut sine consilio accidere potuisse; regnum illum Galliae malle 2

Cap. 20. §. 1 insimulatus] *insimulatur* cod. Ciacc. Voss. B. Vind. F (1.). Vasc. St.¶Gr. b. (Freil.) κατηγορήϑη Met. Verbum finitum praeferebat Oud. in errorem inductus interpunctione maxima §. 2 post *beneficio* in edd. ante ipsum plerisque posita, quo tamen loco iam Clarkius recte colon fecerat.

fortuito] „Ita R. Steph. Scal. et alii ediderunt. Atque id sane inveni in Voss. pr. Leid. pr. Scalig. Leid. sec. et Boug. pr. a m. sec. et Bong. pr. a m. sec. testaturque Ursinus per *o* scriptum quoque esse in suo ac Vaticano cod. In reliquis MSS. et Edd. est *fortuitu*.“ In ed. Scal. *fortuitu* legi testatur Elberl., neque aliud legitur in Iu.; sed Graev. cum Steph. habet *fortuito*, idemque in Bong. A. de quo relata ab Oud. typographus corrupit, scriptum esse silentium Plüschkii docet. De suo et Vaticano Ursinus in Emend., de suo solo in Notis dixit. De Voss. A. idem, quod Oud., testatur Fahr., cuius de reliquis (Cu. Pet. Gott. Egm. Lov. Lb. Lbb.) silentium *fortuitu* in iis esse iudicat, ut in Pet. Bong. C. Pal. silentium Coufl.; atque de Gott. disertum exstat Whittii testimonium. In Par. A. a m. pr. *fortuito*, a m. sec. *fortuitu*, in Hav. A. Vind. A. *fortuito*, sed in hoc *u* super *o* legitur. Ex

legunt *ministrata*, quod praefert Zumptius, quia *administrata* non significet quod debeat, *praebita*, *oblata*, sed quod ineptum sit, illos ei rei praepositos esse. *Administrare* a Cicerone ea significatione, quam requirit Zumptius, dici an potuerit, nescio: a scriptore belli Africi ita dictum videtur 74, 2: *se res complures, quae utiles bello sint, administraturos*. Cf. ib. 33, 2. Hunc tamen locum a Forcellino non debuisse cum illo componi apparet. Neque probabilis est sententia Gesneri, qui immemor illorum, quae c. 81 §. 2 leguntur, Caesarem tamquam rei publicae ministrum has res administrare dici statuit.

Cap. 20. §. 1 proditionis insimulatus] Eadem locutione §. 12 et c. 38 §. 2, ubi sunt *insimulati proditionis*, iterata usus est Sallustius in fragmento Historiarum l. 2 a Prisciano 5, 2 §. 5 allato: *quem ex Mauritania rex Leptasta proditionis insimulatum cum custodibus miserat*. Ceterum dubitari potest, a quonam accusatus sit Vercingetorix, nec sine molestia quadam eius rei mentionem desideramus, quae si minus ad eventum necessaria, tamen ad hominem et ad statum Gallorum cognoscendum scitu digna erat.

eius discessu] Cf. adn. ad 5, 3 §. 6.

tanta opportunitate] tam opportuno ipsis tempore. Cf. adn. ad 6, 29 §. 4.

potuisse] De constructione dictum est ad 6, 42 §. 1.

§. 2 regnum illum Galliae] Notandum est pronomen minore cum vi, quam solet, et minus conspicuo loco positum. Similiter c. 76 §. 1 *quibus ille pro meritis*, quod tamen a codicibus non ita firmum est, et secundum Oud. 1, 13 §. 2 *uno illum die*, quod nullam auctoritatem habet.

Caesaris concessu, quam ipsorum habere beneficio: tali
3 modo accusatus ad haec respondit: Quod castra movisset,
factum inopia pabuli, etiam ipsis hortantibus: quod propius Romanos accessisset, persuasum loci opportunitate,
4 qui se ipsum munitione defenderet; equitum vero ope-

meis Vrat. C. *fortuna*, Dr. AB. Vrat. AB. Goth. B. Hamb. Vind. E. (Gu.) et edd. ante Oud. praeter St. et Gr. omnes habent *fortuitu*. Secundum haec paulo firmius videtur *fortuito*, fere ut apud Ciceronem Phil. 10, 2 et Fam. 5, 8 §. 3 et Offic. 1, 29 §. 5, cuius aliis in locis etiam omnes libri in eo consentire dicuntur. Sed apud Plautum Aulul. 2, 1 v. 41 *fortuitu* (penultima longa, ut in *sinitu*) multo maiorem a codicibus, in belli Afr. 3, 5 certe non minorem auctoritatem habet; neque nihil tribuendum Prisciano 15, 4 §. 24 utrumque agnoscenti et alterum ab adiectivo, alterum a substantivo, quamvis parum hoc probabiliter, repetenti. Cf. Garatonius ad Cic. Agr. 2, 7 p. 1703. Hal., qui propter codicum perpetuam discrepantiam certi quicquam vix pronuntiari posse iudicabat.

§. 3 qui] *que* Bong. A. Leid. C. *qua* inc.

tali modo accusatus] His verbis instituta §. 1 oratio, interrupta infinitivis *potuisse* et *malle*, denuo instituitur, plane ut 3. 22 §. 4 verbis *cum his* memoria renovatur longius remotorum *cum DC. devotis*. Interpungendi ratio utrobique eadem atque 6, 42 §. 1 adhibenda.

ad haec] Demonstrativum *haec* non ad *tali modo*, sed eodem, quo hoc, quod et ipsum demonstrativum est et capita accusationis supra exposita demonstrat, pertinet, non aliter ac si *tali modo accusatus* abesset. Quid intersit, apparet Civ. 1, 85 §. 1, ubi verbis *haec quam potest demississime et subiectissime exponit*, sc. Afranius, subiicitur *ad ea Caesar respondit*, non *ad haec*. Ibi *ea* non eodem, quo *haec*, sed ad hoc ipsum referri debet. Res sane eadem est, sed aliud est iam demonstratum aliquid iterum demonstrare, aliud ipsum demonstrans demonstrare.

§. 3 persuasum] Hoc generis neutrius eodemque modo dictum esse, quo *factum*, Heldius in tertia editione intellexit, post Heldium non intellexit Oehlerus, offensus ille participio *persuasus*, quod etsi a Caesaris usu abhorret, tamen illa quoque aetate a nonnullis usurpatum esse Gesnerus docuit, at non offensus multo duriore ellipsi, qua *se fecisse* omissum putat, quod repetendum sit ex passivo *factum*.

qui se ipsum munitione defenderet] Avarico autem defendendo tuendoque ipsa propinquitate magis idoneus esset, quam alius aeque vel magis munitus, sed longius a Romanis remotus. Nam hoc in primis spectandum erat Vercingetorigi, ut illud oppidum retineretur, ideoque consumpto pabulo castra moverat *propius Avaricum* (c. 18 §. 1). Neque id crimini vertebant adversarii, sed quod *propius Romanos* castra movisset (§. 1) suosque hostibus et periculo obiecisset. Itaque ne hoc quidem crimini sibi vertendum dicit, quippe persuasum loci opportunitate, qui non solum Avaricum propinquitate, sed etiam *se ipsum munitione defenderet*, ut sine periculo consistere in eo et versari quamvis propius Romanis potuerint. Quod autem Avarici

ram neque in loco palustri desiderari debuisse et illic fuisse utilem, quo sint profecti. Summam imperii se consulto nulli discedentem tradidisse, ne is multitudinis studio ad dimicandum inpelleretur; cui rei propter animi mollitiem studere omnes videret, quod diutius la-

§. 4 illic] *illis* „MSS. pler." Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Carr. Bong. C. Pal. Bong. A. Par. A. Dr. B. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. CDEFI. edd. ante Ald. *illi* Dr. A. Vind. B. quae forma fuit adverbii antiqua, restituenda illa fortasse Hirtio Alex. 25, 5. *illic*, quod ab Aldo ex codice exhibitum esse Hav. A. Vind. A. idem exhibentes fidem faciunt, certum locum habet 1, 18 §. 3 et Civ. 3, 102 §.6.

§. 5 is] *his* Voss. A. Egm. Fabr. Par. A. Hav. A. Dr. B. Vrat. A. et cum puncto sub *h* Bong. A. Pl.

inpelleretur] Egm. (Bong. A.) et, qui *inpelletur*, Par. A. non *imp.*

et propius Avaricum motorum castrorum mentio nominatim facta non est, in hac brevitate capita orationis summatim referente mirum videri nequit. Quamquam se *ipsum* audientes cogitare de alia re, quam ille locus defenderit, iubemur, quae praeter oppidum Avaricum nulla succurrit. Neque enim negligentia Caesar accusativum h. l. pro nominativo posuisse existimandus est, quo alibi utitur, velut c. 28 §. 3 *cum angusto exitu portarum se ipsi premerent.* 70, 3 *hostes in fugam coniecti se ipsi multitudine impediunt.* 73, 4 *quo qui intraverant, se ipsi acutissimis vallis induebant.* 5, 37 §. 6 *desperata salute se ipsi interficiunt.* 6, 24 §. 6 *ne se quidem ipsi cum illis virtute comparant.* Ib. 37, 10 *seque ipsi adhortantur.* Quorum ad modum hic quoque *se ipse* scribendum ei fuisse nonnulli putaverunt; quod si scriptum esset, locus ille nullis defensoribus eguisse demonstraretur, sed quomodo id persuadere potuisset Vercingetorigi, ut propius Romanos accederet, in incerto relinqueretur. Nam eiusmodi locum, qui defensoribus non egeret, quo longius a Romanis recessisset, eo facilius invenire potuisset. Itaque non temere scriptum est *se ipsum*, quo Avarici admonemur. *Munitionem* vero (nam in hac quoque fuit qui haereret) naturalem esse nemini, qui c. 19 legit, obscurum esse potest, tum facile intelligitur eo ipso, quod *locus* ea *defendere se* dicitur. Res naturales saepe *munire* locum aliquem legimus, nec aliter c. 36 §. 5 *collis egregie munitus* dici videtur.

§. 5 multitudinis studio] Male Wagneri interpretati sunt, Franciscus aus allzugroßer Gefälligkeit zum gemeinen Manne, Adolphus durch Nachgiebigkeit gegen die Menge. Cf. 6, 9 §. 4 *magno militum studio* cum 1, 19 §. 2 *summum in populum Romanum studium.* Et h. l. ambiguitatem, si qua est, subsequens *studere* verbum tollit.

mollitiem] C. 77 §. 5: *animi est ista mollitia, non virtus, paulisper inopiam ferre non posse.* 3, 19 §. 6: *ut ad bella suscipienda Gallorum alacer ac promptus est animus, sic mollis ac minime resistens ad calamitates perferendas mens eorum est.*

diutius] Cf. adn. ad 4, 35 §. 2.

6 borem ferre non possent. Romani si casu intervenerint,
fortunae, si alicuius indicio vocati, huic habendam gra-
tiam, quod et paucitatem eorum ex loco superiore co-
gnoscere et virtutem despicere potuerint; qui dimicare
7 non ausi turpiter se in castra receperint. Imperium se
ab Caesare per proditionem nullam desiderare, quod ha-
bere victoria posset, quae iam esset sibi atque omnibus
Gallis explorata: quin etiam ipsis remittere, si sibi

§. 6 intervenerint] „*intervenirent* et *intervenissent* MSS. et Edd. qdd.“ Hoc Ven. f. St. Gr. b. Frell., *intervenirent* autem Pet. Gott. Voss. A. Egm. Boug. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BCI. edd. ante Ven. f. exhibent. Itaque *intervenerint*, quod tamen necessarium est, cum in recta oratione hic neque imperfecto neque plusquamperfecto locus esset, non alia neque maiore auctoritate nititur, quam *illic* §. 4.

§. 7 remittere] *remitteret* „MSS. pler.“ Id in Fabr. ex uno Lov., ex Boug. A. a Pi. cum dubitationis signo allatum et in Par. A. Hav. A. Gott. Wh. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. ABCDEI. edd. ante St. Turr. exhibitum etsi ab origine *quin* vocabuli non abhorrent, usui tamen et scriptoris et linguae repugnat. Cf. 1, 17 §. 4. 4, 2 §. 2. 7, 17 §. 4.

§. 6 si alicuius indicio vocati] Quemadmodum 1, 14 §. 1 in verbis *si alicuius iniuriae*, ita h. l. ponderis causa *alicuius* potius, quam *cuius* dicendum fuit, ne id, quod *fortunae* deinde opponendum erat, *indicio* potius, quam fortunae oppositum videretur. In *si cuius indicio* pronomen encliticì instar est, ut apud Ciceronem Fam. 3, 8 §. 3 in *si cuius aures ad hanc disputationem patent*, et totum a persona in rem transfert pondus, cuius partem personae relinquit *alicuius*, eique id, quod sequitur, pronomen *huic* accommodatum est.

despicere] Hoc reliquis contemptum significantibus verbis praetulisse scriptor propterea videtur, quod propria eius significatio magis et ad ea, quae praecedunt, *ex loco superiore cognoscere*, et ad id, quod sequitur, *potuerint*, apta videretur. Non alienum est quod c. 9 §. 4 in *praecurreret* monui. Ceterum cf. adn. ad 6, 39 §. 4. Ambiguitatem vero nullam his in verbis esse, recte monet Lachmannus ad Lucret. 4, 418.

§. 7 sibi] Hunc si singularem esse statuimus, quo sane ducunt proxima, ita ut in recta oratione fuisse *mihi* sumamus, non facile inveniemus, qua mente orator addiderit *atque omnibus Gallis:* sin pluralis est, et in recta oratione fuit *nobis*, quemadmodum c. 14 §. 8 *suis* refert quod idem dixerat *nostris*, ea mente addidisse illa videtur, ut victoriam, quae iam esset explorata, non ad eos solum, qui eam reportaturi essent, sed ad omnes Gallos pertinere eoque maiorem imperatori, per quem eventura esset, gratiam deberi demonstraret.

remittere] sc. imperium. Recte conferri iubent Civ. 2, 32 §. 14: *equidem me Caesaris militem dici volui: vos me imperatoris nomine appellavistis; cuius si vos poenitet: vestrum vobis beneficium remitto, mihi meum nomen restituite, ne ad contumeliam honorem dedisse videamini.* Similiter Tacitus Ann. 11,

magis honorem tribuere, quam ab se salutem accipere videantur. Haec ut intellegatis, inquit, a me sincere 8
pronuntiari, audite Romanos milites. Producit servos, 9
quos in pabulatione paucis ante diebus exceperat et fame vinculisque excruciaverat. Hi iam ante edocti,10
quae interrogati pronuntiarent, milites se esse legionarios dicunt: fame et inopia adductos clam ex castris exisse, si quid frumenti aut pecoris in agris reperire possent: simili omnem exercitum inopia premi, nec iam 11
vires sufficere cuiusquam nec ferre operis laborem posse: itaque statuisse imperatorem, si nihil in oppugnatione oppidi profecissent, triduo exercitum deducere. Haec,12
inquit, a me, Vercingetorix, beneficia habetis, quem pro-

§. 10 Hi] *ii* Bong. A. Pl. (Gu.) edd. ante Oud. exceptis Ven. cdef. St. Gr. b. Frell. *hii* Gott. Fabr. et Wh. Vrat. ABC. Hamb. *hic* Hav. A. Vind. A. *Hi*, quod Oud. tacite restituit, sec. Fabr. etiam in Pet. Voss. A. Egm. legitur.

§. 11 cuiusquam] *cuiquam* Carr. Ox. Duk. Pulm. Vind. Fl. Oud. qui cur mutaverit genitivum, non ostendit, sed dum comma ante *nec ferre* positum tenet, *posse* verbi subiectum, *quenquam* vel *eos*, audiendum statuere videtur; quo quidem supplemento utendum esse paulo certius docemur dativo, qui verbi *sufficere* notionem absolvit, quam genitivo, qui ad *vires* referendus non impedit, quo minus has esse putemus quae vel posse sufficere et ferre laborem vel sufficere et posse ferre negentur. Hoc autem nullam vim ad codicum auctoritatem evertendam habere facile intelligitur. Neque vero per se reprehendi potest lectio ab Oud. praelata, immo similem reddit hunc locum illi c. 85 extr. *nec iam arma nostris nec vires suppetunt.*

profecissent] *profecisset* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ven. f. sqq. (*proficiscent* Dr. A. *proficissent* Par. A. Ven. b.) Singularis, quem tenuit Oud., aptior videtur, si ex cogitatione imperatoris hoc relatum est, quippe quem secum ita potius locutum esse statuendum sit, *si nihil profecero*, quam *profecerimus* aut *profecerint*. Ad orationem vero apud milites habitam pluralem magis aptum esse apparet, ideoque magis horum personae convenit. Unde enim scirent, quid statuisset imperator, nisi ipsius ex oratione?

triduo] *triduum* Bong. A.

§. 12 inquit] post *a me* Ald. b. Turr. Lips. Iu. Gr. Dav. Cl. contra „MSS.“ ceterum sine vitio. Cf. Cic. De or. 2, 3 (§. 13) 3: *remittere beneficium Asiaticus ait.*

§. 11 nec ferre operis laborem posse] Nihil impedire videtur, quo minus hoc de viribus dictum accipiatur. Cf. Civ. 1, 64 §. 5: *quorum aut animus aut vires videbantur sustinere non posse.* Ac nescio, an etiam ad *sufficere* referri debeat *posse*. Cf. Cic. Phil. 2, 7 (§. 16): *quamquam nec scribae sufficere nec tabulae nomina illorum capere potuerunt.* Liv. 36, 45 §. 2: *quoad sufficere re-*

ditionis insimulatis; cuius opera sine vestro sanguine tantum exercitum victorem fame paene consumptum videtis; quem turpiter se ex hac fuga recipientem ne

Nihil sane, inquit Catulus. Sed ut hic in codicibus positum est, ita 5, 30 §. 1: *Vincite, inquit, si ita vultis, Sabinus.* Reliqui loci sunt 4, 25 §. 3. 5, 30 §. 2. 44, 3. 6, 8 §. 3. 35, 8. huius cap. §. 8. 38, 2. 50, 4. 6. quibus omnibus praeter primum Vind. A. ut hic scriptum habet *inquid*, accedente 6, 35 §. 8 Dr. A. et huius cap. §. 8 Par. A., idque l. 4 est in Hamb. Cf. Schneideri Gramm. 1 p. 254.

vestro] *nostro* Hav. A. Dr. A. Vrat. A. qui diversorum librorum in vitio consensus a compendiorum et litterarum *n* et *u* similitudine repetendus est. Scribebator *uro*.

paene] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. om. reliqui MSS. et editi ante Aldum. Additum esse potest a critico, qui re vera consumptum fame exercitum Romanorum dici a Vercingetorige non potuisse putaret, quippe quem ipsi Galli paucis diebus ante ad oppugnanda castra accedere vidissent et quem triduo demum exacto discessurum esse audissent. Hunc tamen criticum mirum est multo gravius peccatum a Vercingetorige *tantum* exercitum memorante aut non animadvertisse aut corrigendum sibi non sumpsisse. Aequius et indoli codicum convenientius fuerit *paene* errore librariorum post *fame* omissum, a scriptore ut propius ad veritatem accedens eo consilio additum iudicare, quo magis fide digna et ab hyperbole abhorrens oratio videretur.

ex hac fuga] And. Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Parisienses sec. Achaintrium, cod. Urs. in Emend. ex quo Lipsius *hac* recepit, quod reliquis codicibus, etiam Parisiensi A., et editis ante Lipsium deest. Lipsii iudicium secuti sunt posteriores editores in iisque Oud., quamqoam hic necessarium pronomen non putabat. Conferri iubet 2, 12 §. 1: *priusquam se hostes ex terrore ac fuga reciperent.* 6, 41 §. 3: *deletis omnibus copiis equitatum se ex fuga recepisse.* Civ. 3, 102 §. 1: *quascunque in partes se ex fuga recepisset.* ib. §. 6: *qui se ex fuga in finitimas civitates recepisse dicerentur.* 8, 20 §. 2: *Bellovaci—ex fuga paucis atque his vulneratis receptis.* Alex. 3, 4: *Pompeium se ex fuga eodem recepisse.* 47, 2: *quod eo se recepisse ex fuga credebat Octavium.* Quorum locorum minime eadem omnium est ratio (cf. adn. ad primum et ad 4, 27 §. 1 *hostes proelio superati, simulatque se ex fuga receperunt* etc.) neque propterea, quod alibi omitti pronomen potuit, etiam h. l. non necessarium

miges potuerunt. Caesar eo verbo alibi usos non videtur.

§. 12 tantum exercitum victorem] cuius tamen paulo ante (§. 6) et paucitatem et ignaviam cum contemptu memoraverat. Hic vero intererat eius et multitudinem et victoriam praedicare eorum, qui iamiam essent fame paene consumpti ipsius scilicet opera. Itaque oratoris partes agit Vercingetorix, scriptor autem hunc verbis eius colorem induxisse videtur consilio ad ingenium hominis et Gallorum omnium adombrandum. Similem et simili de causa institutam repugnantiam habet Ambiorigis oratio 5, 27 §. 9, ubi v. adn.

qua civitas suis finibus recipiat, a me provisum est.
21. Conclamat omnis multitudo et suo more armis concrepat, quod facere in eo consuerunt, cuius orationem adprobant: summum esse Vercingetorigem ducem: nec de eius fide dubitandum, nec maiore ratione bellum administrari posse. Statuunt, ut X. milia hominum de- 2

fuisse putandum est. Erat necessarium, si orator Romanos etiam in castris versantes iam esse in fuga docere suos volebat, id quod ab eius consilio, qui turpiter eos se in castra recepisse (§. 6) dixisset, nequaquam alienum erat. Hac igitur mente prope instantem discessum eorum nihil nisi continuationem fugae haud minus turpem futuram demonstrans eos, quos iam animo relinquentes castra videt, turpiter se *ex hac fuga* recipientes dicit. Neque vero id, quod significare volenti utendum erat pronomine, etiam significandum necessario erat, sed qui relictis castris se aliquo reciperent, ii nulla ratione habita eius fugae, qua se in castra recepissent, omnino in fuga esse et ex fuga se recipere dici poterant. Itaque recte omissum pronomen videri posset, nisi codicum ratio obstaret, ex quibus eos, qui omittunt, iam saepe omittendo peccasse cognitum est, qui habent, quamvis interpolati sint, dictionem tam non vulgarem tamque aptum sensum praebentem aliena manu illatam habere vix credibile videtur.

Cap. 21. §. 1 Conclamat] *clamat* Bong. A. Duk. Voss. B. Vind. CI.

concrepat] *concrepit* Bong. C. ut *sonit*, *sonunt*. (*concrepant* Hamb.)

adprobant] Voss. A. Egm. (Bong. A.) Par. A. Vrat. A. Vind. A. non *app.* (*approbat* Dr. A. *probant* Lov. Fabr. Hamb.)

a me provisum est] His verbis neque vicorum et oppidorum incendia, de quibus cogitare nos iubet Rheinhardus, neque aliud quicquam aut supra in oratione commemoratum aut aliunde cognitum Gallis orator significat, sed simpliciter prudentia sua effectum pronuntiat, ne qua civitas fugientes Romanos recipiat: quibus rebus id effectum sit, demonstrare non magis suum putat, quam c. 29 §. 6, qua ratione totius Galliae consensum prope iam effectum habeat.

Cap. 21. §. 1 in eo] Cf. adn. cr. ad 2, 32 §. 2. Verbis *quod facere — adprobant* Whittius cum St. Gr. b. Freil. parenthesis signa circumdedit, minus apte propterea, quod post *suo more* declaratio exspectatur huius moris, quam illa verba praebent. Neque enim omnino armis concrepare solebant Galli, sed in eo, cuius orationem approbabant. Quod autem in eo hoc facere *consuesse* dicuntur, facit ut *quod* ad solum *concrepat*, quo debet, non ad *suo more concrepat*, referatur; *suo more* vero necessarium erat, ne *quod* etiam ad clamorem pertinere videretur, qui et ipse in more erat Gallis, ut 5. 26 §. 3 observatum est. Sed huncce clamorem non Gallorum proprium dictum esse sequentia demonstrant: *summum esse Vercingetorigem ducem* etc.

nec de eius fide dubitandum] Quaeri potest, utrum *nec* haec ad superiora adiiciat, quemadmodum c. 20 §. 11, ut totum enuntiatum sit tripartitum, an novum oratio-

8 **lecta ex omnibus copiis in oppidum submittantur, nec solis Biturigibus communem salutem committendam cen-**

§. 2 copiis] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. *locis* reliqui et edd. ante Ald. qood ad *delecta* pariter atque ad *submittantur* (vel *mittantur*) ineptum est. Idem in suo codice legit Petrarcha et ut potuit, tolerabile reddere studuit hac conversione: *decem milia ex omni Gallia electorum hominum oppido intruserant eo consilio, ne vel solis Biturigibus salus publica crederetur, vel servati oppidi gloria solorum esset Biturigum, sed Gallorum omnium.* Hist. 16, 34.

submittantur] iidem, qui *copiis* (*summ.* Ald. a. Gr. ab. St. Frell. Turr.): *mittuntur* Voss. A. Fabr. *mittantur* reliqui cum edd. ante Ald. Qui *mitti* aliquo dicuntur, ii fere cogitantur praesentes adesse ibi, quo mittuntur, debere, quid eis agendum sit, vel addito nomine vel alio modo demonstratur; quod cum h. l. factum non sit, in oppidum illos *mitti* audientes desideramus aliquid, quod praebet *submittantur.* Id vero non est quod magis, quam *copiis*, pro interpolato habeamus.

§. 3 penes eos] *poenes eos* Med. a. *paene in eo* And. Ox. Ald. ab. Gr. a. St P. Man. Turr. Lips. Cl. et pro v. l. margo Frell. quae in ordine verborum non aliter, quam Gr. b. et teste Brantio Vasc., habet *penes eos*, ut Oud. *paene in eo* ex Vasc. referens huius marginem significare voluisse videatur. *μετὰ δὲ ταῦτα μυρίους ἐπιλέκτους ἄνδρας εἰς τὴν πόλιν πέμπειν ἐψηφίσαντο, μόνοις οὐ δεῖν τοῖς Βιτούριξι τὴν πάντων σφῶν σωτηρίαν ἐγχειρίζειν λέγοντες· ἐν τούτῳ γὰρ σχεδὸν, εἰ ταύτην διαφυλάξειαν τὴν πόλιν, τὴν νίκην πᾶσαν κεῖσθαι.* Met. qui plane assecutus videtur mentem eius, cui Aldina scriptura accepta est referenda. Caesarem vero, si idem in mente habuisset, non *communem salutem*, sed *defensionem oppidi*, neque *intellegebant*, sed *arbitrabantur* scripturum fuisse consentaneum est. A communi enim salute solis Biturigibus committenda deterreri Galli non eo poterant, quod illa salus esset in hac vel illa re posita, sed quod aut soli Bituriges ad eam tuendam non sufficere viderentur, aut si sufficerent, alia incommoda secutura essent, quibus Galli occurrendum putarent. Ac si intellexisse eos Caesar dixisset summam victoriae paene in eo constare, si Avaricum retinuissent, ipse rem ita se

nis membrum idque bipartitum incipiat, ut c. 85 §. 6: *agger contegit; nec iam arma nostris nec vires suppetunt.* Hoc probabilius est, ne tertia pars enuntiati exilis sit repetitio primae, et ut ne vis primae imminuatur. Ad hoc igitur interpunctionem accommodavi.

§. 3 communem salutem] quam quidem Gallos in retinendo Avarico positam putavisse secundum ea, quae ex captivis audiverant (c. 20 §. 11) quaeque Vercingetorigis extrema oratio eis persuaserat, minime mirandum est. Itaque recte scriptor eos his potissimum verbis in censendo mentes facit idque eo magis, quod haec verba iam per se causam satis gravem, cur ita censerent, continent. Communis enim salus scilicet ab omnibus tuenda, non solis aliquibus committenda erat. Accedebat vero alia causa, quam suo nomine scriptor deinceps exponit, ut in adn. cr. docui.

sent, quod penes eos, si id oppidum retinuissent, summam victoriae constare intellegebant. 22. Singulari

habere confirmasset et maximum ad victoriam momentum tribuisset ei oppido, cuius tamen oppugnationem paulo ante (c. 17 §. 4) si milites acerbius inopiam ferrent, se dimissurum dixisset. Sed illud salva veritate dicere suoque assensu approbare poterat, eius victoriae, quae reportata esset de Romanis, si Bituriges Avaricum retinuissent et Romani infecta re discedere coacti essent, summam tamquam propriam ad unos pertinere Bituriges. Atque ea ipsa sententia est alterius eiusque tanto maiore codicum auctoritate firmatae scripturae *penes eos.* Quae praepositio etsi reliquis in locis cum verbo substantivo constructa legitur (Civ. 1, 76 §. 4 *edicunt, penes quem quisque sit Caesaris miles, ut producatur.* 87, 1 *ut quod quisque eorum in bello amiserit, quae sint penes milites suos, iis, qui amiserant, restituatur.* 2, 20 §. 8 *Varro — quod penes eum est pecuniae, tradit.* Alex. 70, 7 *restitueret sociis — quae penes eum essent.*) tamen, quemadmodum auctor Rhet. ad Herenn. 4, 5 (§. 7) de exemplis disputans, quibus rhetor praecepta artis illustret et confirmet, postquam eius, qui discere velit, magni interesse dixit, utrum unum omnia, an omnia neminem, sed aliud alium putet consequi posse, ita pergit: *Si enim putabit posse omnia penes unum consistere, ipse quoque ad omnium nitetur facultatem*, eum ad modum Caesar *penes eos constare summam victoriae* dicere potuit, quorum operae ac virtuti tribuenda esset, sive penes quos omnia, quae ad summam victoriae pertinerent, ita coniuncta essent, ut eius laudis nulla pars ad alios pervenire posset. Et hoc erat incommodum illud, cuius evitandi causa Galli *ex omnibus copiis* delecta hominum milia X. in oppidum submittenda nec solis Biturigibus *communem salutem* committendam censebant. Quibus verbis scriptor non suum de Avarico iudicium, sed Gallorum pronuntiat, qui in eo retinendo communem salutem positam putabant; deinde vero rationem reddens, cur hanc, quam putarent, salutem communem non solis Biturigibus committendam censerent, ita verba facit, ut simul, quid in Gallorum decreto veri esset, demonstret. Summa enim eius victoriae, quae omnino secutura erat Gallos, si Bituriges oppidum retinuissent, re vera penes Bituriges constabat. In hac autem victoria Galli communem salutem positam putabant. Huius igitur victoriae summam non sine ratione penes omnes sive omnibus communem esse eiusque laudem ad omnes pertinere volebant.

id] „MSS. omnes“ om. (Cu. Fabr. Gu.) Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. Iu. Gr. Dav.

Cap. 22. §. 1 Singulari] *et s.* Dr. B. Vind. F. quod interposi-

summam victoriae] totum illud, quod victoriae notione et appellatione comprehenditur, quod qui tenet et proprium habet, vere et perfecte victor esse existimandus est. Cf. Civ. 1, 82 §. 3: *quod spatii brevitas etiam in fugam coniectis adversariis non multum ad summam victoriae iuvare poterat.*

constare intellegebant] De infinitivi usu cf. adn. cr. ad 2, 15 §. 4 et quae ad 3, 23 §. 7 sunt dicta. Imperfecti post praesens illati exempla collegi in adn. cr. ad 6, 4 §. 3.

militum nostrorum virtuti consilia cuiusque modi Gallorum occurrebant, ut est summae genus sollertiae atque ad omnia imitanda et efficienda, quae ab quoque tra-
2 duntur, aptissimum. Nam et laqueis falces avertebant,

tum videtur ad molliendum transitum. Is Scaligero tam durus et abruptus est visus, ut *Desunt* praescripserit; quod servatum ab In. et Gr. posteriores moniti a Dion. Vossio cuncta cohaerere demonstrante sustulerunt. (*singuli* Vind. I. In Pal. et Goth. B. *Singulari - occurrebant* ob homoeoteleuton exciderunt.)

cuiusque] *huiusce* Cu. S. Pet. Leid. A. Hav. A. Vind. A.

sollertiae] *solertiae* Par. A. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Med. a. Ven. bcdef. Ald. a. Gr. ab. St. Freil. Turr. cui codicum auctoritas h. l. et Civ. 2, 8 §. 3 et 15 §. 4 et Festi testimonium in *Sollum* p. 293, a, 15 et 298, b, 12 Müll. obstat.

et efficienda] „MSS. praeter unum alterumque, non *atque e.*“ *ac e.* Vind. A. *atque e.* Hav. A. inc. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. In. Gr. Dav. Cl.

quae ab quoque] Horum loco vacuum spatium est in Hav. A. *quae a q.* Dr. B. St. Gr. b. Freil. *qua ea q.* S. Leid. A. Vind. A. *ab quoquo* Duk. Dorv. Goth. B. edd. ante Ven. f. *quae a quoquo* Vind. C. *quae ab quocunque* Hamb. Cf. adn. cr. ad 4, 22 §. 6 et ad 6, 23 §. 9.

traduntur] *tradantur* Ox. Cu. S. Leid. A. Vind. A. Vasc. St. Gr. b. (Freil.) Oud. cui coniunctivus pronomini relativo adiunctus elegantior videbatur, quam indicativus. Eadem opinione ductum eum 6, 20 §. 3 et 22 §. 2 et 23 §. 9 et 28 §. 2 coniunctivum invitis codicibus vel tulisse vel intulisse vidimus. H. l. *tradantur* ad tempus et locum incertum significandum minime ineptum, *traduntur* rem simpliciter in facto positam demonstrans non minus aptum videtur, quam *arbitrantur* 6, 19 §. 4 in verbis *omniaque, quae vivis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt.*

§. 1 Singulari] Continuatur c. 19 extremum, cui si adiuncta haec essent, nemo in transitu haesitaret. Iam quae interiecta sunt de accusatione Vercingetorigis eiusque eventu, eorum neque initium idonea caret iunctura et exitus eodem redit, unde digressa erat narratio. Itaque nihil est quod h. l. desiderari possit. Nam decem illa milia hominum, quae Galli supra dicti sunt in oppidum submittenda censuisse, ea dubitari nequit quin re vera sint missa.

cuiusque modi] Cf. 5, 12 §. 5: *materia cuiusque generis.* Afr. 36, 1: *cuiusque modi generis hominum.*

occurrebant] Cf. adn. ad 4, 6 §. 1 et infra c. 24 §. 4.

ut est] Cf. adn. ad 3, 8 §. 3.

§. 2 laqueis falces avertebant] Pro *laqueis* Metaphrastes posuit *ἁρπαγῶσι*, quo nomine c. 84 §. 1 usus est pro *longuriis.* Laqueorum usum adversus arietes commemorat Vegetius De re mil. 4, 23: *laqueis captos arietes per multitudinem hominum de muro in obliquum trahunt et cum ipsis testudinibus evertunt.* Ab arietibus autem *falces* eodem auctore c. 14 non differebant nisi eo, quod arietum capita ferro vestita erant, falces vero trabes erant adunco ferro praefixae, *ut de muro extrahant lapides.* Itaque ad falces non aliter atque ad arietes faciebant laquei, et a Vegetio c. 23 referuntur inter

quas cum destinaverant, tormentis introrsus reducebant, et aggerem cuniculis subtrahebant eo scientius, quod apud eos magnae sunt ferrariae atque omne genus cuniculorum notum atque usitatum est. Totum autem 3

§. 2 destinaverant] *distinaverant* And. „Voss. unus“ Voss. A. Egm. Fabr. Par. A. sec. Achaintr. *distinuerant* codices nonnulli sec. Cl. Vasc. Gr. b. (Frell.) *destinuerant* Viud. B. *destinaverat* Pal. Goth. B. *demostraverant* Hamb. Cf. adn. cr. ad 3, 14 §. 6. Recte Met. *καταοχόντες*.

apud] *apot* Dr. B. *aput* Dr. A. qui idem 1, 9 §. 3 a m. pr. exhibet. Praeterea 1, 2 §. 1 in Bonn. et 1, 50 §. 4 in Viud. A. legitur *aput*, in reliquis belli Gall. locis, qui undequadraginta sunt, codices in *apud* consentire videntur.

plura, quae dicit esse adversum arietes *vel falces* remedia. Neque secundum ea, quae Caesar paulo post c. 23 §. 5 de muris Gallicis refert, deerat ratio, cur falcibus potius, quam arietibus in hac oppugnatione uteretur. Sed tamen et Aduatucorum in Gallia muros eum ariete teutatnrum fuisse legimus 2, 32 §. 1, et falces novimus non solum ad extrahendos de muris lapides, sed etiam ad detergendas pinnas nudandosque muros, ad coria et alia tegimenta detrahenda adhibitas esse. Cf. praeter Liv. 38, 5 §. 3 et 4, quem locum ad 3, 14 §. 5 adscripsi, Appianus Rom. hist. 7, 33: *δρεπάνοις ἀπὸ κάλων ἐπάλξεις τε κατέσυρε καὶ τὸ τεῖχος ἀπεγύμνου.* et 8, 16: *κριοῖς τὸ τεῖχος — τύπτων δρεπάνοις τε περιοπῶν ὅσαι βύρσαι περὶ αὐτὸ καὶ ἄλλα σκεπαστήρια ἦν.* et adversus has quoque laqueis usos esse obsessos idem Appianus narrat: *βρόχοις τὰ δρέπανα περιέσπων* et *τὰ δρέπανα βρόχοις παρῆγον.* Avaricenses autem turres instruxisse muris easque coriis intexisse §. 3 traditur. Sic dubius h. l. relinquitur falcium usus.

tormentis introrsus reducebant] *Tormenta* Caesar plerumque machinas, quibus tela torquentur (2, 8 §. 2. 4, 25 §. 1 et 2. 7, 41 § 3. 81, 5. Civ. 1, 17 §. 3. 2, 2 §. 1 et 5.) interdum tela ipsa (Civ. 2, 9 §. 5. 3, 51 §. 8. 56, 1.) semel chordas seu funes machinarum dicit, Civ. 3, 9 §. 3 de Salonensibus: *praesectis omnium mulierum crinibus tormenta effecerunt.* Itaque Morus hic quoque tormenta suspicabatur *contortos funes* significare. Sed laqueos illos quid aliud fuisse putamus nisi funes vel duplicatos vel ab imo inflexos et revinctos, quibus falces caperentur et averterentur aversaeque destinarentur atque immotae tenerentur? Quas si deinde *funibus* intra muros reduci audiremus, novos nobis funes cum laqueis copulatos fingere et sollertiam Gallorum requirere cogeremur; *contortis* autem *funibus* reduci audientes etiam dubitare cogimur, an laquei non fuerint contorti. Praeterea desideramus adminiculi significationem, quo hominum, qui falces avertissent ac destinassent, vires augerentur adeo, ut easdem reducere possent. Itaque *tormenta* cum Lipsio Poliorc. 5, 8 interpretari praestat machinas, quales sunt ergatae (cf. Vitruv. 10, 16 §. 12) seu trochleae; quae interpretatio neque ab origine vocabuli neque ab usu scriptorum abhorret. Plinius Nat. hist. 34 §. 89 Sill. de Perillo tauri artifice: ***huc a simulacris deorum hominumque devocaverat humanissimam artem: ideo tot conditores eius***

murum ex omni parte turribus contabulaverant atque
4 has coriis intexerant. Tum crebris diurnis nocturnisque eruptionibus aut aggeri ignem inferebant aut milites occupatos in opere adoriebantur, et nostrarum turrium altitudinem, quantum has cotidianus agger expresserat, commissis suarum turrium malis adaequa-

§. 3 turribus] *turibus* Hamb. om. Gott. Voss. C. Gu. Vrat. B. inc.

§. 4 altitudinem] *altitudini* And. Hav. A. Vind. A.

cotidianus agger expresserat] *cotidiani aggeres expresserant* Egm. Vrat. A. *quotidianas aggere expresserant* Leid. A. *quotidianas a. e.* Lips. *quotidiano aggere expresserunt* S. *quotidianis a. e.* Dr. B. — *ager* — Vind. C. (*cotid.* pro *quotid.* scripsi cum Bong. A. Egm. Fabr. (Par. A.) Vrat. AB. Vind. I. *quottid.* Med. a. Ven. bcde. Cf. adn. cr. ad 1, 1 §. 3.)

malis] *alis* Dr. B. quemadmodum Ciacconius et Lipsii amicus Poliorc. 5, 7 scribendum putabant. *κορυφαῖς* Met.

laboraverant, ut ex ea tormenta fierent. Idem 10 §. 43 Hard. de luscinia: *omnia tam parvulis in faucibus, quae exquisitis tibiarum tormentis ars hominum excogitavit.* Seneca Tranq. c. 1: *non ex arcula prolata vestis, non mille ponderibus aut tormentis splendere cogentibus pressa.* quibus locis omnibus de machinis et instrumentis aliis alibi cogitandum est. Et ad trochlearum vim lentius et certius operantem accommodatum est *reducere* verbum, in quo praepositio non repetitionem, sed regionem indicat diversam ab iis, quae verbis *avertebant* et *destinaverant* significatae sunt, et ad ipsos, qui ducebant, spectantem.

§. 3 turribus contabulaverant] non turribus contabulatis instruxerant, ut interpretatus est Forcellinus, cui a lingua obstat quod *contabulare* verbi notio absoluta neque indigens ullius neque patiens talis complementi est, a re, quod *totum murum omni ex parte* contabulasse turribus dicuntur; sed turribus exstructis et adminiculantibus continuam per totum murum tabulationem effecerant; quod quodmodo fieri potuerit, ex Hirtii loco 8, 9 ad 5, 40 §. 6 allato intelligitur. Atque huic interpretationi firmandae apta sunt Suetonii et Curtii verba, quorum alter Calig. 19 Xerxis mentionem facit, qui *Hellespontum contabulaverit*, alter 5, 7 §. 8 (cap. 23 Zumpt.) eiusdem exercitibus Europam inundatam dicit *contabulato mari molibus;* quibus in verbis *molibus* ablativus eandem atque h. l. *turribus* adminiculi significationem habet. Alias solis tabulatis sine turribus altiorem murum faciebant, ut ait Vegetius 4, 19.

§. 4 cotidianus agger] A parte, quae cotidie aggerebatur, translata ad totum appellatione *cotidianus* dicitur *agger*, fere ut *summus mons* et similia.

expresserat] Non ipse agger surgens et in altitudinem crescens fecerat ut turres quoque impositae surgerent, nisi forte non superne iniecta terra et materia, sed ab imo aggesta altiorem eum factum putamus; sed quod hominibus necessario faciendum fuerat surgente illo, ille ipse dicitur fecisse.

commissis suarum turrium malis] Turrium *malos*, lexicographis

bant, et apertos cuniculos praeusta et praeacuta materia et pice fervefacta et maximi ponderis saxis morabantur moenibusque adpropinquare prohibebant. 23. Muri autem omnes Gallici hac fere forma sunt. Trabes di-

§. 5 et apertos cuniculos - prohibebant] om. cod. Brant. Voss. ABC. Leid. BC. Lov. Egm. Gott. Dorv. Pal. Par. A. Dr. B. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. DEF. Rom. a. Med. a. Ven. bcdef. Met. In Pet. Confl. haec omnia in margine a m. pr. sunt scripta. In Vind. Cl. Ber. *et apertos cuniculos*, in Carr. et Duk. *apertos cuniculos* desunt. Pro *apertos cuniculos* Dr. A. *aperto cuniculo*, Ald. b. *apertos Cunicula*, pro *praeusta* Vind. C. *perusta*, pro *et* ante *praeacuta* Dr. A. *atque*, Ber. *etiam*, pro *maximi* Vind. A. *maxima*, denique *adpropinquare*, non *app.*, idem Vind. A. (Bong. A.) exhibet.

Cap. 23. §. 1 Muri autem omnes Gallici hac fere forma sunt] *Muris a. omnibus Gallicis haec f. f. est* V. C. Urs. Not. S. And. Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. lu. sqq. Vulgatam ante Scaligerum lectionem Oud., simpliciter „reliquis" tribuit codicibus; sed in Bong. A. Pl. pro *Gallici hac* legitur *galliac*, item *ac* pro *hac* in Voss. A. Fabr. Par. A. Hamb. et *Gallici omnes* pro *o. G.* in Gott. Wb. Dr. A. Vrat. B. Gu. Vind. B., quorum ex primo Fabr. ordinem quidem adiectivorum inversum, sed casum et verbi dis-

nostris incognitos, trabes illas dixisse Caesar videtur directas, ad quattuor turris unius cuiusque angulos stantes, intra quas tabulata sunt, quae malos coniungunt, *commissos* autem seu coniunctos malos binos duarum turrium significare voluisse ita, ut ab una turri ad alteram tigna pertinerent, quibus tignis rursus turris instar tabulatum imponeretur, id vero non per totum murum, sed ea tantum ex parte factum esse, ad quam turres Romanorum in aggere exstructae spectarent.

S. 5 apertos cuniculos — morabantur] impediebant quo minus procederent eoque, quo tendebant, pervenirent; quod tamen efficere Avaricenses non poterant, nisi et a Romanis quoque cuniculos agi, et quibus locis agerentur, certiores facti essent et aditum sibi ad eos paravissent. Sed horum omnium scriptor unum tantum demonstrat, *apertos* cuniculos dicens, priora quasi relatu non satis digna lectori supplenda relinquit. Fieri autem potuit ut vel a speculatoribus, quemadmodum Apolloniatibus apud Vitruvium 10, 16 S. 9, res nuntiaretur Avaricensibus, vel, sicut Ambraciotis apud Livium 38, 7 S. 7, cumulus repentae terrae eminens index operis fieret, vel ipsi suis in cuniculis sub aggere sonitum fodientium Romanorum acciperent atque inde transversam sibi ad eorum cuniculos viam facerent et a latere eos aperirent et perforarent.

Cap. 23. S. 1 Trabes directae, perpetuae in longitudinem — conlocantur] Adiectiva h. l. qualitates significant non trabibus inhaerentes, sed collocatione effectas, unam in angulis conspicuam, quos ad exteriorem muri lineam adiectae pares utrinque seu rectos habent, alteram ad prioris cuiusque trabis ultimam posteriorisque primam partem pertinentem, quae partes nullo seiunctae spatio inter se contingunt, ita ut quae duae pluresve deinceps sive una pone alte-

rectae, perpetuae in longitudinem, paribus intervallis
2 distantes inter se binos pedes in solo conlocantur. Hae

crepantiam a Scaligeri lectione nullam, neque ex reliquis codicibus quicquam praeter *ac* ex Voss. A. affert. Denique Dübnerus, cui Par. A. ad manus fuit, tacite edidit *Muri sunt autem omnes Gallici hac fere forma*, quod sive ex ductibus erutum codicis illius, quem tamen Achaintrius et Beyerlius consensu in fine positum *sunt* habere testantur, sive ab ipso excogitatum probari non potest. Magis credi posset a Caesare scriptum *Muri autem omnibus Gallis hac fere forma sunt* diversis lectionibus originem dedisse, nisi verisimilius esset vulgatam ante Scaligerum, quam etiam Aldus tenuit, cum vitii aliquid traxisset, quale Bong. A. ostendit, licentius esse in altero genere codicum correctam, aut ipsum in Ephemeridibus dativum, in Commentario posuisse nominativum, qui magis usitatus esset. Cf. 6, 12 §. 8: *eo tum statu res erat.* 5, 41 §. 5: *sese tamen hoc esse in Ciceronem populumque Romanum animo.* Civ. 3, 57 §. 3: *Scipionem ea esse auctoritate.* Dativo usus est Seneca Nat. quaest. 7, 11 §. 2 de cometis: *forma eis non est una.*

directae] *derectae* And. Ox. *derecte* Hav. A. *directe* „Bong. A. Leid. A. al.“ Ven. f. Cf. adn. cr. ad 4, 17 §. 4 et 8.

conlocantur] Voss. A. Egm. Fabr. (Bong. A.) Par. A. Vrat. A. non *coll. coltocant* Pet. Fabr.

§. 2 Hae revinciuntur] Ita vel *eae rev.* optimos quosvis, ut Bong. A. Leid. A. Voss. A. Ox. 8. et alios, *aere* vel *ere v.* Carr.

ram collocatae sunt trabes, eae unius in longitudinem speciem praebeant perpetuitate. Non aliter *perpetuas* intellexisse videtur Metaphrastes *δοκὰς* (immo *δοκοὺς*) ponens *ἐπ' εὐθείας ἀλλήλαις οὔσας καὶ συνεχεῖς*, quae si legisset Lipsius, fortasse non interpretatus esset *solidas, non e partibus factas* (Poliorc. 3, 5 p. 149), quales scilicet fuisse trabes illas per se clarum erat neque omnino demonstrari adiectivo neque, si tamen, addi *in longitudinem* debebat, quod additamentum Lipsius, ne prorsus inutile esset, commate ab adiectivo separatum rettulit ad verbum *conlocantur* et interpretatus est *in longum non in altum*, quasi timendum fuisset scriptori, ne *in solo collocatae* trabes non iacentes, sed erectae stantes existimarentur, nisi *in longitudinem* collocatas diceret, quod eo sensu ne potuisse quidem dici videtur. Ceterum *perpetuas trabes* etiam singulares per certum spatium a prima eius parte usque ad ultimam pertinentes appellari posse Vitruvius docet 3, 3 §. 5: *in araeostylis autem nec lapideis nec marmoreis epistyliis uti datur, sed imponendae de materia trabes perpetuae*, etsi has quoque solidas potius, quam ex pluribus arte revinctis constantes intelligendas esse non tam adiectivum, quam res ipsa demonstrat. Ad eam vero, quam Caesar dixit, perpetuitatem declarandam valde opposita sunt verba tabulae Murator. a Forcellino allata: *semitam lapidibus perpetuis constratam recte habeto.* itemque Iosephi De bello Iud. 7, 8 §. 5 p. 426 Haverc. *δοκοὺς μεγάλας ἐπὶ μῆκος προσεχεῖς ἀλλήλαις κατὰ τὴν τομὴν συνέθεσαν*, quibus Lamb. Boius usus est contra Lipsium plaudentibus Oudendorpio, Moro et Garatonio ad Cic. Verr. 1, 46 p. 322. Neap. 217 Havn.

revinciuntur introrsus et multo aggere vestiuntur; ea autem, quae diximus, intervalla grandibus in fronte saxis effarciuntur. His conlocatis et coagmentatis alius 3

et septem suorum exhibere dicit Oud. *hae reviciuntur* Bong. A. *haere vic.* Par. A. *hac re vic.* Voss. A. *hae revincuntur* Vrat. A. (Egm. Fabr. *hae rerinciuntur*) *hae re v.* Ven. cd. *hae res v.* Ven. e. *eae r.* Rom. a. Med. a. Ven. b. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. *hec r.* Vrat. C. *eae vinc.* Gu *aere v.* Pet. Fabr. et Confl. Gott. Fabr. Bong. C. Carr. Ven. 1471 et inc. Elb. Ber. Ven. f. *ere v.* Gott. Wh. Vrat. B. Vind. B. *e rev.* Dr. A. *aere vintiuntur* Hav. A. Wh. (—*vinc.* Elb.) *aere vincuntur* Vind. I. *aere revinciuntur* Ort. Fabr. *hec r.* Hamb. *haec r.* „ed. Scal.“ immo Elz. 1635. (cf. adn. cr. ad 5, 15 §. 3 et Fleckeisen in *Rhein. Mus.* 1849. fasc. 2 p. 280.) *ea r.* Goth. B. Lips. 1586.

Introrsus] „Leid. A. S. Cu. Egm. Carr. Ciacc. Lov.“ Oud. „Carraniensis codex et alius“ Ciacc. „Cu. et MS. Lips. Poliorc. p. 173“ Fabr. *extrorsus* „reliqui“ Pet. Gott. Bong. A. Par. A. Hav. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Hamb. Vind. DEF. edd. ante St. (*extorsus* Ven. de.) P. Man. Ald. b. Turr. Lips. *extrorsusus* Goth. B.

fronte] *frontem* Hav. A. Vind. A. Cf. adn. cr. ad 2, 8 §. 2.

effarciuntur] *efferc.* Ox. Hav. A. Vind. A. *affarc.* Vind. B. *essarc.* Pal. Confl.

§. 3 conlocatis] Par. A. Vrat. A. (Bong. A.) et, qui *con* inter versus scriptum habet, Vind. A. non *coll.* (*locatis* Lov. ab Heinsio collatus Fabr. *collatis* Duk. Carr. cod. Turr. Bong. C. Hamb. Vind. DEI. edd. ante Ven. f. (*colatis* Ven. c.) Vasc. (Freil.) Gr. b.)

§. 2 Hae revinciuntur introrsus] Pronomen easdem illas, quae modo perpetuae in longitudinem collocari dictae sunt trabes demonstrat, quas *introrsus revinciri* audientes de vinculis cogitare debemus ab extrema prioris cuiusque trabis parte ad primam posterioris pertinentibus et firmam compagem tangentium sese trabium efficientibus. Ea enim adverbii vis est, reliquis in locis (2, 18 §. 2. 6, 10 §. 5. 7, 22 §. 2) conspicua, neque verbi significatio obstat, de qua cf. adn. ad 4, 17 §. 7. Lipsius et recentiores de transversis trabibus cogitarunt, quarum in verbis Caesaris nullum vestigium apparet.

multo aggere vestiuntur] h. e. ad latera et superne adiecto circumdantur eaedem illae trabes perpetuae. Ad dictionem cf. Lucani Phars. 2, 678: *tunc aggere multo Surgit opus.* Heidius in tertia quartaque editione et Antonius Eberz in Annalibus Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft inscriptis a. 1847 p. 599 aggerem interpretantur ad extremas trabes ab oppido adiectum; quae si scriptori mens fuisset, neque in firmitatis ratione reddenda huius aggeris mentionem praetermissurus neque vero eo usurus fuisset verbo, quod et propria et translata significatione in rebus vel undique vel pluribus ex partibus tegendis circumdandisque dici solet.

grandibus in fronte saxis effarciuntur] explentur ita, ut neque vacui quicquam in fronte sive inter capita trabium neque aggeri ibi locus relinquatur. Quam longe introrsus pertineant saxa, non magis definitur, quam quousque intus adiectus pateat aut surgat agger:

insuper ordo additur, ut idem illud intervallum servetur, neque inter se contingant trabes, sed paribus intermissae spatiis singulae singulis saxis interiectis arte
4 contineantur. Sic deinceps omne opus contexitur, dum
5 iusta muri altitudo expleatur. Hoc cum in speciem va-

coagmentatis] *eo agmentatis* Dr. B. *coagminatis* Gott. Ort. Leid. C. Voss. BC. Carr. cod. Turr. Vrat. A. et a m. pr. B. Vind. E. Gu. *coagminatis coagmentatis* Bong. A. Voss. A. Egm. Par. A. *coagminatis et coagmentatis* Vind. F. edd. ante Ber. *coagminatis et coaugmentatis* Lov. Duk. Dorv. Vrat. C et a m. s. B. Goth. B. Vind. D. Ber. Hamb. (hic — *coaum.*) Dr. A. (— *coaugum.*) Pal. Confl. (— *coaugemenatis*).

additur] *aditur* Vind. B. *additus* And. *addicitur* Dr. B. Vind. E. *adicitur* Vrat. C. Goth. B. *adiicitur* Dorv. (Bong. C. Pal. Confl. Vind. DF.) edd. excepta Ven. f. omues. Ne id quidem male. Cf. Civ. 3, 66 §. 4 *maiorem adiecerat munitionem*. Sed aeque bonum est alterum, quod tanto maiorem a codicibus habens auctoritatem negligi ab Oud. non debebat. Cf. Civ. 3, 54 §. 1 *noctu magnis additis munitionibus*.

intermissae] *intermissis* Leid. A. quemadmodum scribendum putabat Hotomannus, sine idonea ratione, ut monstravit Heldius. *intermisse* (Rom. a.) Ven. ef.

§. 4 iusta] *iuxta* Bong. A. Pet. Egm. Ox. Dr. AB. Vrat. A. *vix* Voss. AB.

expleatur] *compleatur* Ox. Leid. A. S. Hav. A. Vind. A. quod et ipsum ferri potest.

§. 5 cum] *tum* Leid. A. Duk. Bong. C. Vind. CI. Cf. adn. cr. ad 5, 4 §. 3. *enim* Ald. b. Lips.

tantum *grandia* in fronte saxa, *multo* aggere vestitae trabes dicuntur, earumque rerum non ad amussim aequam omnium quoquoversus magnitudinem fuisse consentaneum est. Opponuntur autem saxa aggeri, eaque verborum collocationis ratio est.

§. 3 alius insuper ordo additur] item trabibus constans, quae eadem ratione eodemque intervallo atque infimae collocantur et introrsus revinciuntur et aggere vestiuntur et cum saxis coagmentantur; quarum rerum duae tantum, una, quae ad intervallum, altera, quae ad saxa pertinet, in sequentibus commemorantur, reliquae ut per se intelligendae omittuntur.

neque inter se contingant trabes] sc. secundi ordinis, quae, cum idem illud, quod in primo, intervallum servetur, non magis inter se contingunt, quam infimae, sed pariter binos inter se pedes distant. Has vero insuper additas et illas infimas item non inter se contingere, quae Lipsii et plerorumque ex recentioribus opinio est, his quidem verbis non significatur, neque ita, ut illi volunt, statui potest. Trabes enim secundi ordinis non in trabibus, sed in saxis primi, saxa autem in trabibus collocari atque ita fieri, ut trabes inter se non contingant, statuunt. Id scriptor si docere voluisset, verbo demonstrare et mentionem facere primi ordinis debuisset. Ceterum quod illis necessarium videbatur, quodque re vera aliquid ad defendendum ignem valebat, id *multo aggere*

rietatemque opus deforme non est, alternis trabibus ac saxis, quae rectis lineis suos ordines servant, tum ad utilitatem et defensionem urbium summam habet opportunitatem, quod et ab incendio lapis et ab ariete materia defendit, quae perpetuis trabibus pedes quadragenos plerumque introrsus revincta neque perrumpi

quod et] *et* om. Bong. A. Pl.
quadragenos] *quadrigenos* Vind. C. *quadringenos* Bong. A.

vestitae trabes inferiores ultro praestabant.

§. 5 in speciem varietatemque] Praepositionis significatio, cum ad utrumque nomen relatae una eademque esse debeat, alia esse nequit, quam illa, qua 5, 29 §. 5 suam sententiam Titurius *in utramque partem* esse tutam dicit. Solum quidem *in speciem* aliter dictum est non modo 5, 51 §. 3 in *obstructis in speciem portis*, sed etiam apud Cic. Verr. 5, 33 (§. 86): *Egreditur in Centuripina quadriremi Cleomenes e portu, sequitur Segestana navis, Tyndaritana, Herbitensis —: praeclara classis in speciem, sed inops et infirma propter dimissionem propugnatorum atque remigum;* ad quorum tamen similitudinem etiam hic locus, si additum non haberet *varietatemque*, ita redigi posset, ut praepositio non ad partem, in quam spectatur, sed ad rem, quae affectatur et petitur, referretur.

quae rectis lineis suos ordines servant] Quod *suos* ordines servare dicuntur trabes et saxa, hos ordines diversos esse docemur ab illis, quos §. 3 collocatis et coagmentatis cum saxis trabibus effici vidimus, qui communes sunt trabibus cum saxis, rectis et ipsi, ut videtur, lineis in latitudinem collocati. Hi vero, qui alii sunt trabium, alii saxorum, in altitudinem surgentes cogitandi et *rectae* non ad libram, sed ad perpendiculum *lineae* intelligendae sunt. Neque enim ideo, quod agger inter trabes interiectus est, minus hae ordines suos servant, quam saxa, quae ne ipsa quidem omnia sine calce aut mortario inter se apta esse credibile est. Ceterum non nego etiam ita, ut Lipsio videbatur, alternantes trabes et saxa rectis lineis, non curvis, suos ordines servare dici potuisse, sed eas diametros sive in obliquum ductas esse et totum opus speciem praebere tessellati, id vero demonstrari a scriptore, non divinandum relinqui lectori debuisse. Quod cum neque h. l. neque §. 3 factum sit, Lipsium et plerosque errasse, Heldium hac dumtaxat in parte verum vidisse arbitror.

perpetuis trabibus pedes quadragenos plerumque introrsus revincta] Ut supra trabes perpetuas introrsus revinciri dixit, ita h. l. *materiam*, quae perpetuis trabibus in longitudinem collocatis revinctisque constabat, breviter *perpetuis trabibus revinctam* demonstrat addita longitudinis ipsius, quae esse solebat, significatione; quam qui sero fieri putant ideoque has trabes transversas interpretantur, hi transversarum, si quae essent, longitudinem ad operis firmitatem multo minoris, quam directarum, ex quibus crassitudo muri penderet, perpetuitatem vero nullius omnino momenti esse non reputant, scriptorem autem iisdem vocabulis res diversas significantem quasi consulto tenebras lectoribus obiicientem faciunt. Qui si ita, ut par est, sibi constat, non sine ratione structurae, quae omni-

neque distrahi potest. **24. His tot rebus inpedita oppugnatione milites, cum toto tempore frigore et adsiduis imbribus tardarentur, tamen continenti labore omnia haec superaverunt et diebus XXV. aggerem latum pedes CCCXXX., altum pedes LXXX. exstruxe-**

Cap. 24. §. 1 His] Bong. A. Pi. Par. A. Dr. AB. Vrat. A. Vind. ABCF. Go. Hav. A. edd. ante P. Man. Frell. Turr. *hiis* Gott. Wh. Vrat. BC. Hamb. *iis* Goth. B. P. Man. Ald. b. sqq.

inpedita] Voss. A. (Bong. A) Par. A. non *imp*.

tempore frigore] *t. et f.* Turr. *t. luto f.* Ursini liber, S. Cu. Leid. A. Hav. A. Vind. A. margo Pet. Lips. Iu. sqq. Haec lectio repetita ex Ephemeridibus videtur, in quibus scriptor id, quo maxime tardari opus et aggerem, quo minus perficeretur, impediri necesse esset, vel solum vel una cum frigore et imbribus, quorum vicissitudine illud effectum esset, commemorandum putasset. Certe glossemati similis non est. Neque copula post *frigore*, quam Dr. A. inter versus scriptam habet, consistere cum ea nequit, si frigore et imbribus effectum esse dicitur ut luto tardarentur.

adsiduis] Voss. A. Egm. (Bong. A.) Par. A. non *ass*.

tardarentur] Bong. A. S. Ox. Hav. A. Vind. A. Rom. a. Med. a. Ven. bcde. Ald. a. Gr. a. St. P. Man. Turr. Iu. sqq. *traderentur* Voss. A. Egm. Par. A. Vrat. A. *transderentur* Ald. b. *turbarentur* Leid. B. Dr. B. Vind. F. Ven. 1471 sec. Elb. Ber. Vasc. Gr. b. (Frell.) Lips. (Lipsius secutus videtur Ursinum, qui dum scribit in Emendationibus „*Milites cum toto tempore, luto, frigore, et assiduis imbribus turbarentur*). Ita legitur in meo libro." fortasse nihil praeter additum *luto* vocabulum notare voluit, *turbarentur* ex Gr. b., quae ad manus esset, rettulit.) *terrerentur* Carr. Lov. „5 alii" Gott. Lbb. Brant. Bong. C. Pal. cod. Turr. Dr. A. a m. sec. Vrat. BC. Hamb. Go. Vind. BCI. inc. *terrentur* Goth. B. et a m. pr. Dr. A. *tenerentur* Flor. (Ven. f.) *conarentur* velut ex Lipsii coniectura in Fabr. adscriptum est.

bus muris ubique eadem erat, descriptione absoluta crassitudinis, quae *plerumque* erat, mensuram et modum ostendit. Ablativi *perpetuis trabibus* neque ita absoluti sunt, ut paulo ante *alternis trabibus ac saxis*, neque sic cum *revincta* cohaerent, ut 3, 13 §. 5 *ferreis catenis* in verbis *ancorae pro funibus ferreis catenis revinctae*, sed accuratius definiunt id, quod *revincta* significat, et trabium perpetuitatem cum eo coniunctam cogitari iubent. Accusativi *pedes quadragenos* ex verbo *revincta* pendent et spatium, per quod revincta materia pertinet atque extenditur, tamquam ab hac effectum proponunt. Similiter infra c. 72 §. 2: *reliquas omnes munitiones ab ea fossa pedes quadringentos reduxit*.

Cap. 24 §. 1 His tot rebus] quae c. 22 et 23 sunt demonstratae. Nam muri quoque ratione impediri oppugnationem necesse erat, neque inepte eam scriptor hoc potissimum loco describendam existimavit.

aggerem] Perperam Metaphrastes h. l. χῶμα et §. 2 et 4 μηχανὴν posuit, fortasse in errorem inductus eo, quod is paulo post *murum hostium paene contingere* dicitur, et memor illorum, quae 2, 32 §. 1 scripta sunt, *si prius, quam murum aries attigisset, se dedidissent*, quae recte vertit

runt. Cum is murum hostium paene contingeret, et 2
Caesar ad opus consuetudine excubaret militesque hor-
taretur, ne quod omnino tempus ab opere intermittere-
tur, paulo ante tertiam vigiliam est animadversum fu-
mare aggerem, quem cuniculo hostes succenderant; eo- 3
demque tempore toto muro clamore sublato duabus
portis ab utroque latere turrium eruptio fiebat, alii 4

§. 2 is] om. Bong. A. *his* Voss. A. Egm. Fabr. Hav. A. Dr. AB. Vrat. A. Gu. Vind. BC. Ven. f. *hiis* Gott. Vrat. C. Hamb.

et] om. „MSS. 10" Voss. A. Egm. Gott. Lov. tres Confl. Bong. A. Par. A. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. CKI. cod. Turr. edd. aute Ald. *cum* Dr. B.

consuetudine] *ex c.* Pet. *consuetudinem* Bong. A. (—*nē* sec. Pi.) *consuetum* Duk. cod. Turr. Bong. C. Vind. CI.

hortaretur] *cohortaretur* And. Ox. S. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. sqq. quod deterius non erat. Sic. c. 29 §. 1 *consolatus cohortatusque est, ue se admodum animo demitterent.* 86, 3 *cohortatur, ne labori succumbant.* Coutra 5, 38 §. 2: *hortaturque, ne occasionem dimittant.* Infra c. 62 §. 5 in And. Ox. Hav. A. Vind. A pro *hortabatur* est *cohortabatur* et communis est in verbis compositis librariorum inconstantia. (*ort.* Dr. B. Hamb.)

tertiam] *III.* Ald. b. Lips. sqq.

est animadversum] *a. e.* Vind. A. Cf. adn. cr. ad 2, 27 §. 1.

§. 3 eodemque] eodem Ox. S. Leid. A. St. „recte". Scilicet non magnopere desideraretur, si abesset, copula, sed plurium periculorum simul imminentium significationem minime ineptam habet.

utroque latere] *utraque parte* Leid. A. (—*later*—corr. Dr. A.)

πρὶν ἢ τὸν κριὸν πρὸς τῷ τείχει γενέσθαι. Tamen §. 5 posuit *χῶμα.* Caesarem vero mirari licet latitudinem quidem et altitudinem aggeris significandam putasse, longitudinis autem mentionem nullam fecisse; nisi forte eadem haec ubique erat, et certo ab oppidi oppugnandi moenibus intervallo initium fieri aggeris solebat.

§. 2 excubaret] Nulla causa videtur, qui minus proprie hic, quam infra §. 5 dictum accipiatur. Ipsa, quae proxime praecedunt, a metaphora declinant.

ne quod omnino tempus ab opere intermitteretur] His verbis significari id, quod Caesar milites ut caverat ne fieret, non ne ipsi facerent, hortaretur, cum *omnino* adverbium adiectum, tum passivum positum pro activo, quod loci in adn. cr. ad *hortaretur* adscripti habent, demonstrat. Similiter 4, 25 §. 5: *cohortati inter se, ne tantum dedecus admitteretur.* Cf. ad c. 27 §. 2 adscripta. De verbo *intermitteretur* dictum est ad 5, 11 §. 4.

paulo ante tertiam vigiliam] Haec temporis significatio insolentius ad apodosin adiecta et tamen ad protasin quoque eiusque partem tertiam referenda, cuius partis alia atque primae et secundae ratio temporis haec est, ut, cum agger haud dubie iam prius paene contingeret murum et Caesar prius excubaret, hortatio in idem tempus incideret, quo fumare agger animadverteretur, haec igitur res non minus,

faces atque aridam materiem de muro in aggerem eminus iaciebant, picem reliquasque res, quibus ignis excitari potest, fundebant, ut quo primum occurreretur, aut cui rei ferretur auxilium, vix ratio iniri posset. Tamen, quod instituto Caesaris semper duae legiones pro castris excubabant pluresque partitis temporibus erant in opere, celeriter factum est ut alii eruptionibus resisterent, alii turres reducerent aggeremque interscinderent, omnis vero ex castris multitudo ad restinguendum concurreret. **25.** Cum in omnibus locis consumpta

§. 4 materiem] „Bong. A. And. Ox. Lov. Gott. Voss. C. inc. *materiam* MSS. plerique et Edd. qdd.“ *materiam* Par. A. Vrat. AC. Goth. B. Hamb. Vind. A. Rom. a. Ven. def. Ber. Gr. ab. St. Frell. Turr. Cf. adn. cr. ad 4, 17 §. 8.

occurreretur] S. Leid. A. Par. B. Hav. A. Vind. A. In. sqq. Reliqui libri cum editis ante Scaligerum simplex habent *curreretur* (Hamb. *curretur*) quo Caesar neque alibi usus reperitur neque h. l. potuit uti. Quo *currat*, quaerere fingitur is, qui animo consternatus est, qualem Euclionem facit Plautus Aulul. 4, 9, 1: *Perii, interii, occidi. Quo curram? quo non curram?* neque res ea est, cuius aliquis rationem ineat, ut recte dici queat *vix ratio posse iniri*. Compositum vero aptissimum et prorsus eodem sensu usurpatum est 3, 4 §. 2: *ut quaeque pars castrorum nudata defensoribus premi videbatur, eo occurrere et auxilium ferre.*

§. 5 semper duae] Voss. A. Egm. Gott. Bong. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Gu. Vind. BEI. edd. ante Ald. *duae* Hamb. Vind. F. *duae semper* (Hav. A.) Vind. A. Ald. a. sqq. tacente Oud.

pluresque] *duaeque* And. Ox. margo Goth. B. Ald. ab. Gr. ab. P. Man. Vasc. (Frell.) Turr. Lips. „melius; nam alternatim excubabant et opus faciebant.“ Hotom. Is easdem legiones partim excubuisse pro castris, partim in opere fuisse singulis noctibus existimasse videtur. Qui si sensus est lectionis Aldinae, non melior haec, sed peior habenda est, cum neque tantum laborem iis-

quam imperfecti coniunctivus *cum* coniunctioni additus (*contingeret, excubaret, hortaretur*) ab ipsa coniunctione temporis demonstrandi vim abisse docet, cuius in locum nexus eius, qui inter partes totum efficientes intercedit, significatio videtur successisse. Nam causae quidem notio, quam vulgo propter coniunctivum inesse in ea putant, hic locum non habet, et partium nexus non minus, quam causae et effectus in cogitatione positus et ab eius, qui verba facit, iudicio et voluntate profectus coniunctivum vel requirit vel admittit. Simili ratione Hirtius 8, 43 §. 4: *Cum pertinaciter resisterent oppidani magnaque parte suorum siti amissa in sententia permanerent, ad postremum cuniculis venae fontis intercisae sunt atque aversae.*

§. 5 partitis temporibus] Cf. adn. cr. ad *pluresque*. 6, 6 §. 1 *partitis copiis*. Ib. 33, 1 *partito exercitu*.

omnis vero] De adverbio v. adn. cr. ad 1, 12 §. 2.

iam reliqua parte noctis pugnaretur, semperque hosti-
bus spes victoriae redintegraretur eo magis, quod deu-
stos pluteos turrium videbant nec facile adire apertos
ad auxiliandum animadvertebant, semperque ipsi recen-
tes defessis succederent omnemque Galliae salutem in
illo vestigio temporis positam arbitrarentur, accidit in-
spectantibus nobis quod dignum memoria visum prae-
tereundum non existimavimus. Quidam ante portam 2
oppidi Gallus, qui per manus sevi ac picis traditas gle-

dem iniunctum esse verisimile sit, et quod ad *erant in opere*, non ad *excubabant* additum est *partitis temporibus*, excubias quidem per totam noctem iisdem, opus vero non item faciendum fuisse demonstrat. Sed lectio illa aliam admittit interpretationem. Reliquae enim legiones, quae praeter duas excubantes sex numero erant, nocturna tempora ita partita habere potuerunt, ut duabus labore functis duae aliae succederent. Sic singulis temporibus duae, singulis autem noctibus plures, quam duae semper in opere erant, constantes illae ex bis terve duabus, quibus singula tempora partitione obvenerant. Itaque suspicari licet *duae*, ut magis definitum reique praesenti accommodatum, in Ephemeridibus locum habuisse.

Cap. 25. §. 1 pluteos turrium] „Sic MSS. et Edd. Vett. non *t. pl.*“ *t. pl.* Goth. Wb. Dr. A. Vrat. B. Vind. B. Gu. Gr. Dav. Cl. (*pl. turium* Hamb.)

animadvertebant] *advertebant* Pet. *animum advertebant* And. Ox. (Hav. A.) Oud. qui eam scribendi rationem in superioribus libris omnino bis, 1, 24 §. 1 et 5, 18 §. 2, a codicibus satis tutam cum Davisio exhibuit (quamquam L. 5 *animadvertit* non solum in Vrat. A. Goth. A. Vind. BD. sed etiam in Hav. A. Vind. A. et sec. Whittium in Gott. cui Fabr. divisionem tribuit, exstat) in reliquis locis fere ex uno duobusve alterius generis libris recepit. Cf. 4, 32 §. 3. 26 §. 3. 25 §. 1. 12 §. 5. 1, 52 §. 1.

omnemque Galliae salutem in illo vestigio temporis positam arbitrarentur] om. Vind. D. edd. ante Ber. (*omnesque* etc. Pal. Vrat. C. Goth. B. — *positam habitarentur* Hamb.

praetereundum] *praetermittendum* And. Ox. cum edd. excepta sec. Elberl. inc. omnibus.

§. 2 qui] V. C. Urs. And. Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Lips. sqq. om. reliqui codices et editiones ante Lips. nec legit Petrar-

Cap. 25. §. 1 pluteos turrium] Curtius 5, 3 §. 7 (cap. 10. Z.): *caesaque materia cratibus et pluteis faciundis, ut qui turres admoverent, extra teli iactum essent.* Similiter h. l. plutei interpretandi videntur ii, quibus protecti milites antea admovissent, tunc reducerent turres, non diversi illi ab iis, *qui ad similitudinem obsidis contexuntur e vimine et ciliciis vel coriis proteguntur ternisque rotulis, quarum una in medio, duae in capitibus apponuntur, in quamcunque partem volueris, admoventur more carpenti*, quemadmodum scribit Vegetius 4, 15; qui si cum imis turribus coniuncti erant, *plutei turrium* dicun-

bas in ignem e regione turris proiiciebat, scorpione ab
3 latere dextro traiectus exanimatusque concidit. Hunc
ex proximis unus iacentem transgressus eodem illo munere fungebatur: eadem ratione ictu scorpionis exani-
4 mato altero successit tertius et tertio quartus, nec prius
ille est a propugnatoribus vacuus relictus locus, quam
restincto aggere atque omni parte summotis hostibus

cha 16, 36. Omisso relativo eadem huius sententiae fit conformatio, quae sequentis est: *Quidam Gallus proiiciebat*: *concidit*. *Hunc transgressus fungebatur*: *successit tertius*. Idque ego ferendum putarem, si nihil omnino in iis libris, qui omittunt *qui*, temere omissum, in iis, qui habent, non temere adiectum viderem. Nunc, cum et alibi et in hoc Commentario saepius contra factum videam, scriptorem ipsum variandae orationi consuluisse et coeptum verbis *ante portam oppidi* descriptionem his *qui proiiciebat* perfecisse, rem dignam memoria visam, quae acciderit, simpliciter verbo *concidit* demonstrasse puto.

traditas] *transditus* Ald. b. Lips. sqq. (*traditis* Dr. A. Vrat. B. Gu. *transditis*... Fabr. Vind. B. *traditi* Hamb. *traditos* Ber.)

giebas] *globos* Ber.

traiectus] *traniectus* Hamb. *transiectus* Ald. b. Lips. sqq.

§. 3 altero] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Lips. sqq. *alteri* reliqui codices et editiones. Quod qua re illatum videatur, in adn. cr. ad 5, 27 §. 5 ostendi. Ablativus ad rei gravitatem tanto aptior est dativo (cf. ad 4, 21 §. 6 adscripta) ut nullo modo vereri potuerit scriptor, ne, si *altero* posuisset, id lectores an pro dativo accipiendum esset, dubitarent.

§. 4 omni parte] Ita libri scripti editique iidem, qui *altero* habent: o. *illa p.* Leid. B. o. *ex p.* codex Ciacconii et Par. B. o. *ea p.* reliqui cum Metaphraste (*καὶ πάντων τῶν ταύτῃ ὄντων πολε-*

tor, quasi partes earum; si minus, tamen, quod sine eis turrium usus et administratio difficilis et cuique earum certus pluteorum numerus attributus esset, recte habet genitivus. Quo minus autem superioribus turrium partibus attexta munimenta interpretemur, de quibus cogitasse videtur Gesnerus in Thesauro hic turribus scribens *pluteos* fuisse pro *lorica*, aut Morum sequamur, qui secundum Metaphrasten (*τὰ τῶν πύργων στέγη*) in indice posuit *turrium tecta*, maxime impedit hoc, quod deustis pluteis factum esse dicitur ut non facile *aperti ad auxiliandum adirent*. Auxiliaturis enim eiusmodi munimenta aditum ad turres auxiliique lationem et turrium reductionem tutiorem reddere non poterant. Quamvis igitur plutei illi, quos infra c. 41 §. 4 Fabius dicitur vallo castrorum suorum additurus fuisse, itemque illi, quorum atque aggeris ad commissuras c. 72 §. 4 grandes cervos eminuisse docemur, loricae nomine appellari potuerint et altero loco ab ipso scriptore sint appellati, hos quidem turrium pluteos ab iis, quae 5, 40 §. 6 turribus pinnae *loricaeque* ex cratibus attextae vocantur, diversos existimare debemus.

vestigio] Cf. adn. cr. ad 4, 5 §. 3.

§. 2 concidit] Cf. adn. ad 6, 40 §. 7.

**finis est pugnandi factus. 26. Omnia experti Galli,
quod res nulla successerat, postero die consilium cepe-
runt ex oppido profugere, hortante et iubente Vercinge-
torige. Id silentio noctis conati non magna iactura suo- 2
rum sese effecturos sperabant, propterea quod neque
longe ab oppido castra Vercingetorigis aberant, et pa-
lus, quae perpetua intercedebat, Romanos ad insequen-
dum tardabat. Iamque haec facere noctu apparabant, 3**

μίων ἡττηθέντων) quod rem parum dignam memoria reddens probari non potest, corrigi facillime ita, ut in Ciacconii libro et in Par. B. factum dicitur, potest, cum et 5, 43 §. 7 huiusque libri c. 22 §. 3 et 36 §. 5 *ex omni parte* certum, et alibi, e. c. 5, 40 §. 2, *ex* a librariis in *ea* mutatum sit. Sed male inculcati pronominis in utroque genere codicum exempla non rara sunt, velut *ei* 1, 42 §. 6 et 7, 64 §. 4, *eo* 7, 28 §. 5 et 8, 29 §. 4 et 55 §. 2, quo loco Oud. de Bongarsiano quemadmodum h. l. Pl. tacet. Itaque lectionem haud dubie bonam (cf. 5, 15 §. 1) ab iisdem libris, qui paulo ante meliora dederunt, oblatam cum Oud. tenere non dubitavi.

summotis] Boug. A. Par. A. Vrat. ABC. Goth. B. edd. ante P. Man. Frell. Turr. non *subm.* (In Ven. d. excidit *u.* *sumotis* Hamb. *semotis* Dr. A.)

Cap. 26. §. 2 sperabant] *putabant* And. Ox. Hav. A. Vind. A. et vulgata pro varia lectione adscripta S.

palus, quae perpetua] *palus, perpetua quae* Oud. ut elegantius scripsit secundum S. Leid. A. assentientibus Hav. A. et Vind. A. in quo tamen *que* tamquam encliticum est ad *perpetua*, ut in Ven. de. ad *palus*, in Vind. C. ad *paulus* (nam ita in hoc atque Pl. teste etiam in Boug. A. scriptum est) adiectum. (Idem Vind. C. pro *perpetua* habet *propterea.*) Elegantiae, quam Oud. interpunctione tenuit, certius a scriptore prospectum est verborum collocatione.

§. 3 haec] „Bong. A. Voss. A. Leid. A. Lov. Pet. al. inc." Gott. Egm. Par. A. Hav. A. Vrat. A. Gu. Vind. A. *id* Ven. f. *hoc* reliqui codd. et edd. quod ad praecedens *id* accommodatissimum et facta comparatione cum eo, quod c. 43 §. 2 legitur *haec fa-*

Cap. 26. §. 2 conati — sperabant] Quod illi, si noctu facere conati essent, sine magna iactura sese effecturos sperabant, id *conati sperare* dicuntur, translato ab effecturis ad sperantes, quia iidem erant, praedicato, plane ut 5, 39 §. 4: *hanc adepti victoriam in perpetuum se fore victores confidebant*; quem locum Whittius in praefatione contulit, Heldius ipsum silentio praeteriit, hoc nostro autem, ut legitime constructa videri oratio possit, verbo *conari* molitionem significari statuit rei cuiusdam mediae inter consilii captionem et efficiendi apparationem, quae diversa ab utraque quasi transitum faciat ab una ad alteram; cuiusmodi res neque omnino facile cogitari neque quam illi tum moliti sint, dici potest. Certe quam Heldius demonstrat, *mit der Ausführung des Beschlusses umgehen und auf dieselbe bedacht sein*, ea non

cum matresfamiliae repente in publicum procurrerunt flentesque proiectae ad pedes suorum omnibus precibus petierunt, ne se et communes liberos hostibus ad supplicium dederent, quos ad capiendam fugam naturae et
4 virium infirmitas inpediret. Ubi eos in sententia perstare viderunt, quod plerumque in summo periculo timor misericordiam non recipit, conclamare et signi-
5 ficare de fuga Romanis coeperunt. Quo timore perterriti Galli, ne ab equitatu Romanorum viae praeoccupa-

ciunt, rei convenientius videtur. Tamen alia est verbi *efficere*, alia simplicis *facere* vis, et ad unum illud, quod eis in consilio erat, efficiendum pluribus opus erat factis, quorum etiam significatio inest in verbo *apparabant* (cf. Alex. 7, 1 *in apparanda fuga*) quae cum omnia eodem pertinerent, recte plurali numero demonstrantur. Itaque *haec* interpretari licet *ea*, *quae ad hoc pertinent*, et in memoriam vocare talia, quale illud Ciceronis Acad. 1, 11 (§. 41) *feretis haec?* de quibus agit Wopkensius Lect. Tull. 1, 4 p. 22—24 Hand.

petierunt] *petiverunt* S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Cf. adn. cr. ad 4, 27 §. 4 (*pecierunt* Med. a.)

inpediret] Voss. A. Egm. (Boug. A.) Par. A. non *imp.* (— *pediebat* Leid. A.)

§. 4 in sententia perstare] „Hoc ordine MSS. plerique. *praes.* Bong. A. Voss. C. male. *sententiam* Dorv. cum Rhell. et Glaud.“ Scilicet ante Oud. editi praeter Ven. f. primum verbo locum tribuunt cum Pal. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. I., accusativum autem, quem Oud. ex uno Dorv. affert, editiones ante Gr. a. omnes praeter Ven. f. exhibent cum Pal. Dr. B. Vrat. C. et m. pr. Goth. B. eumque Rhellicanus quasi Graeca dicendi forma uso scriptore ferebat, Glaudorpius cum Ciceroniano *in tabulas perscribere* et Caesariano *in potestatem habere* comparabat; denique *praestare* pro *perstare* communi errore scriptum est in Bong. A. Pl. Vind. AF. *perstrare* in Hav. A.

recipit] *recepit* Bong. A. (cum i super *e* sec. Pl.) Voss. B. (*reccipit* Hamb.)

minus, quam prima in cogitatione et voluntate consistit et ab illis tum interdiu non minus, quam silentio noctis fieri poterat et fiebat. Nec satis apte confert 6, 4 §. 1: *Acco — iubet in oppida multitudinem convenire. Conantibus prius, quam id effici posset, adesse Romanos nuntiatur. Necessario sententia desistunt.* Ibi enim *conantes* sunt convenientes et facere id, quod iussi sunt, apparantes.

§. 3 ad capiendam fugam — inpediret] Cf. ad. 2, 24 §. 1 adscripta et adn. cr. ad 3, 19 §. 4.

§. 5 ne — viae praeoccuparentur] Simili ratione haec ad *quo timore* addita sunt atque 5, 4 §. 4 *suam gratiam inter suos minui* ad *id factum*. Ceterum non est quod harum viarum mentionem in superioribus a scriptore factam non esse mireris aut pugnare hoc cum illo, quod c. 15 §. 5 et 17, 1 de uno ad oppidum aditu dictum est, putes. Unus enim oppugnationis erat aditus

rentur, consilio destiterunt. 27. Postero die Caesar promota turri directisque operibus, quae facere instituerat, magno coorto imbre non inutilem hanc ad ca-

§. 5 consilio] *a consilio* Leid. B. Cf. adn. cr. ad c. 12 §. 1.
Cap. 27. §. 1 directisque] *et directis* inc. *derectisque* V. C. Urs. cod. Steph. sec. Hotom. Voss. A. Par. A. Hav. A. *derelictisque* Leid. B. *erectisque* R. Voss. B. Bong. C. Dr. B. Vind. l. et inter versus Duk. *perfectisque* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Dorv. et a m. pr. Duk. Vrat. C et a m. sec. B. Goth. B. Vind. CD et, *al. errectis* in marg., F. edd. ante Lips. *καὶ—συντελέσας* Met. *perfectis* Vind. A. Id quamvis aptum ad sequentia *quae facere instituerat* (*instituit* Vind. A. *instituerant* Vind. C. et *u* superne adiecta Dr. B.) et aggerem, qui c. 24 §. 2 paene contingere murum dictus est, pariter ac reliqua opera iam perfectum satis commode demonstrans, tamen post verba *promota turri* (*permota* „MSS. 3" Vrat. C. inc. *premota* Vind. C. *remota* Hamb.) vix potuit locum habere. Frustratur enim iniectam his verbis spem et quid reliquis operibus factum sit, audire exspectantes aliud docet, quod doceri nihil iam attinebat. Prorsus vero satisfacit *directis*, si omnia opera ita collocata et disposita significat, ut ad impetum in moenia faciendum opus esse videbatur. Atque idem fere significari cum *acies dirigi* dicatur, recte observat Oud. Nec aliter *equitatu directo* dictum est Afr. 78, 2. Opera ipsa turrim, vineas, tormenta, falces interpretor: de aggere, licet et ipse directus dici possit (Civ. 2, 1 §. 1 *duabus ex partibus aggerem, vineas turresque ad oppidum agere instituit*. Hisp. 7, 1 *aggerem vineasque agere instituit*. 38, 6 *circummunitiones iugo dirigunt*.) tamen cogitandum non videtur, quia is non hoc demum die directus, sed iam a prima oppugnatione dirigi coeptus erat. Neque de motu cogitandum, cuius significationem a verbo alienam infert Oud. interpretatio „*Directis operibus* idem est, ac *oppidum versus promotis*, *et institutis*, sive ita *dispositis*, ut operibus illis iam factis noceri et adpropinquari posset urbi."
imbre] *imbri* And. Ox. Cu. Pet. Hav. A. Med. a. Ven. bcdef. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. sqq. *hymbri* Vind. C. *ymbre* Vind. A. *hymbre* Rom. a. Schneidero in Gramm. 3, 232 Priscianus p. 762 sq. unam tantum ablativi formam statuisse videbatur

isque pro multitudine, quae oppugnantium esse solet, angustus: semitae et viae reliquis ex partibus etiam per paludes aditum exitumque dabant, idque h. l. et huius cap. §. 1 (*hortante et iubente Vercingetorige*) satis significatam est, prius significari necesse non fuit, cum usus earum ad oppugnationem nullius esset. Atque eadem causa fuit, quare praeoccupandas eas imperator, antequam captum oppidum esset, non curaret; in quo offendit Eberzius l. c. p. 604.

Cap. 27. §. 1 promota turri] sc. altera, ut c. 25 §. 2 *ante portam oppidi*. Quid altera factum sit, scriptor item ut alia singularia, quae in Ephemeridibus cum temporis et dierum significatione commemorasset, omisit, hoc unum ad memoriam eorum, qui rebus interfuissent, et ad scientiae fidem reliquis faciendam sufficere arbitratus.

piendum consilium tempestatem arbitratus, quod paulo incautius custodias in muro dispositas videbat, suos quoque languidius in opere versari iussit et quid fieri

imbri; quod si ita esset, haud exiguam huic scripturae auctoritatem adderet. Sed Priscianus illo loco (T. 1. p. 332 Kr.) postquam *mensium nomina in is vel in er desinentia ablativum per i finire* docuit: *Quintilis a Quintili, Aprilis ab Aprili, September a Septembri, October ab Octobri;* et Iuvenalis versus duos adscripsit *Septembri* et *Decembri* habentes, ita pergit: *Possunt tamen etiam haec communia esse, unde Katendas Septembres dicimus. Praeterea simplex eorum similiter invenitur faciens ablativum in i, imber imbri.* atque eius exempla unum ex Statio, duo ex Cicerone adiicit. Itaque duabus rationibus *Septembri* etc. recte se habere demonstrat, quod etiam haec non minus, quam *Quintilis* et *Aprilis* communia esse possint, communium autem omnium legitima haec sit terminatio, et quod simplex eorum (nam ex nomine *imber* composita putabat *September* etc. p. 176) quamvis commune non sit, similiter in i faciens ablativum inveniatur. Harum rationum alteri etiam qui *imbre* pariter atque *imbri* usu receptum nosset, tribuere aliquid poterat, etsi non tantum, quantum is, qui solum *imbri* cognitum haberet. Neque vero credibile est *imbre* ab Horatio et recentioribus poëtis usurpatum fugisse Priscianum. Per hunc igitur etiam Caesari ea forma uti licuit, quam h. l. codicum meliorum, Afric. 47, 6 omnium in terminatione consensus tuetur.

arbitratus, quod — videbat, suos quoque] Cu. Fabr. Hav. A. Vind. A. Oud. *arbitratus est, q.—v., s. q.* S. Ox. Pulm. cod. Turr. margo Gr. a. et cum plena post *est* interpunctione Vasc. St. Gr. b. (Frell.) *arb. est, q.—v., suosque* reliqui libri scripti editique, praeterquam quod Goth. B. *tudebat* pro *videbat*, inc. *suos et*, Lips. *arb. est. Quod* — habet. Verbi *arbitrari* perfecto scriptor in enuntiatione absoluta nusquam, in protasi semel usus est 1, 5 §. 2: *ubi iam se ad eam rem paratos esse arbitrati sunt*: plerumque imperfectum, nonnunquam praesens historicum ponit; ubi vero iudicium vel opinionem tamquam rem in facto positam narrari attinebat, ibi fere *existimavit* dicere solet. Iam h. l. minus illud ad rem attinere et significando ei, quod postero die Caesar arbitratus sit, aptius esse participium videtur, quod ipsum multis locis ita interpositum legimus. Cf. 4, 22 §. 2: *Hoc sibi Caesar*

languidius in opere versari] Non iam occupatos in opere languidius, quam coepissent, agere, sed occupationem simulare et speciem praebere opus minus strenue, quam alias facientium iussit. Certe agger, quod opus adhuc eos exercuerat, iam erat perfectus, et reliqua quoque opera ad oppugnationem directa, ut faciendum nihil superesset, nisi ut murum ascenderent. Ad dictionem cf. c. 77 §. 11: *cuius rei timore exterriti diem noctemque in opere versantur.* (§. 10 erat *in munitionibus cotidie exerceri.*) Qui locus obstat, quo minus *in opere* cum Fr. Wagnero interpretemur *in aggere*; Deßwegen ließ er auch die Seinigen etwas nachläßiger auf den Schanzen herumgehen: quod neque per se ineptum est et verbis ***in muro dispositas*** satis convenit.

vellet, ostendit legionibusque intra vineas in occulto expeditis cohortatus, ut aliquando pro tantis laboribus 2

satis opportune accidisse arbitratus, quod neque post tergum hostem relinquere volebat neque belli gerendi propter anni tempus facultatem habebat neque has tantularum rerum occupationes Britanniae anteponendas indicabat, magnum iis numerum obsidum imperat. Item 3, 28 §. 1. 4, 19 §. 4. 21 § 1. 23 §. 4. 34 §. 2. 5, 7 §. 6, ubi verbum finitum praecedit. 6, 3 §. 4. Civ. 2, 40 §. 4. 42 §. 1. 3, 60 §. 3. Praeterea ratio verbis *quod — videbat* indicata multo aptius ad id, quod insserit Caesar, referri atque in hoc demonstrando adhibitus comparativus *languidius* respondere videtur ei, qui in demonstranda ratione adhibitus est *incautius*. Facile vero *quoque* corrumpi potuit in *que*, eoque facto *est* ad *arbitratus* adiici. Nam quod Lipsius *suosque* idem ac *suos quoque* significare putaverit, a Caesaris et illius aetatis usu abhorret. Ad *suos quoque* cf. c. 61 §. 4: *quibus rebus auditis, quod existimabant tribus locis transire legiones — suas quoque copias in tres partes distribuerunt*, cuius loci omnino similis nostri forma est, et c. 67 §. 2: *qua re nuntiata Caesar suum quoque equitatum tripertito divisum contra hostem ire iubet.*

§. 2 legionibusque] Ita Bong. A. Voss. ABC. Leid. BC. Pet. Egm. Gott. Lov. Buslid. Lb. Par. A. Gu. Dr. A. Vrat. AB. Hamb. *legionesque al. legionibusque* Vind. B. *et legionibus* inc. *legiones* (reliqui codd. Oud.) Hav. A. Vind. A. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Rom. a. Med. a. sqq.

intra] *extra* Bong. A. cod. Steph. sec. Hotom. et pro var. lect. Vind. B. *iuxta* pro v. l. Leid. A. *extra castra* Voss. ABC. Leid. BC. Pet. Egm. Gott. Lov. Buslid. Duk. Lb. Bong. C. Par. A. Dr. A. Vrat. AB. Gu. Hamb. Vind. Cl. inc.

vineas] *niueas* Vrat. B. *vineasque* Lov. Hamb. *vineis* Leid. B. Voss. C. *vinea* Pal. Goth. B. om. Duk. Bong. C. Vind Cl.

in occulto] om. S. Leid. A.

expeditis] Ita Bong. A. Voss. ABC. Leid. B. Pet. Egm. Gott. (a m. sec. teste Whittio) Par. A. Dr. A. Vrat. A. Hamb. *expediti* Lb. Gott. a m. pr. sec. Wh. Gu. *expediri* Leid. C. Buslid. inc. et, qui in m. a m. s. *expeditos* habet, Vrat. B. *expeditas* (reliqui codd. Oud.) Hav. A. Vind. A. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Rom. a. Med. a. sqq.

cohortatus] *aliquando cohartatus* Hamb. *cohortatur* Aud. Ox. S. Leid. A. Dorv. Carr. cod. Turr. Bong. C. Par. A Hav. A. Dr. B.

§. 2 legionibusque intra vineas in occulto expeditis] Legiones Caesar non in castris, qui proprius earum erat locus, sed ipso in aggere intra vineas, quae ibi suum habebant locum et iis, qui in opere versarentur, non occultandis, sed obtegendis inserviebant, in occulto et ita, ut cerni ab hostibus non possent, iusserat expediri et ad rem gerendam instrui et parari, eoque ita, ut fieri se velle ostenderat, facto eas cohortatus est. Verbo *expedire* similiter usus est Caesar Civ. 1, 51 §. 4: *celeriter sese Galli equites expediunt*, et Tacitus Ann. 13, 7: *expedire copias.* Etiam vineae expeditae dici poterant; sed ita lectionem Oudendorpianam interpretatus est nemo praeter lexicographum Quedlinburgensem.

cohortatus, ut aliquanto — perciperent] Ut aliquando face-

fructum victoriae perciperent, his, qui primi murum ascendissent, praemia proposuit militibusque signum dedit. Illi subito ex omnibus partibus evolaverunt murumque celeriter compleverunt. 28. Hostes re nova perterriti muro turribusque deiecti in foro ac locis pa-

Vrat. C. Goth. B. Vind. AEF. Rom. a. Med. a. Ven. bf. Ber. Oud. Praesenti, ut ab eo ordiar, repugnant circumposita utriuque perfecta; nam etiam *ostendit* perfectum esse in adn. cr. ad 3, 26 §. 1 demonstravi; neque causa erat, cur alia narrationis forma institueretur. Ipsum enim illud, quod fieri se velle Caesar ostenderat, hoc erat, ut legiones expedirentur. Itaque nec interpunctioni idoneus post *ostendit* locus, et melius continuata ibi per copulam, quam fuita est oratio. Sed quod fieri voluisset Caesar, id vere factum legionesque expeditas fuisse explicate dicendum erat, priusquam expeditarum cohortatio proponeretur. Hanc ob rem ablativi absoluti praeferendi accusativis hic non minus sunt, quam dativis c. 25 §. 3. Recte vero *intra* Oud. ab illis codicibus firmatum tenuit, quod in altero genere ut *introrsus* c. 23 §. 2 corruptum deinde inutile additamentum *castra* et alia traxit vitia, a quibus tamen optimus eius generis codex immunis est. Salustii verbis Iug. 94, ubi Marius dicitur *extra vineas egressus*, frustra ad tuendum *extra* usum esse Hotomannum patet.

rent quod tam diu facere recusasseut aut dubitavissent, ut pro tantis laboribus fructum victoriae perciperent, cohortari milites Caesar nisi per iocum aut ironiam non potuit. Hunc igitur sensum, qui inesse in verbis videbatur, declinantes alii imperfecto conatum significari statuerunt; neque ii male, si abesset *aliquando*, quod ad *perciperent* spectans ad solam perceptionem seiunctam a conatu referri nequit, ad conatum autem percipiendi relatum incommoditatem sensus non tollit; Dübnerus verbis *ut — perciperent* non argumentum orationis cohortantis, sed illud indicari contendit, quo milites ut obsequerentur cohortationi, adduci debuerint: cohortationem ipsam per se intelligendam hanc esse, ut fortiter pugnarent, et fortiter iis pugnandum ideo esse demonstrari a Caesare, *ut — perciperent.* Ne id quidem ad sensum ineptum; sed tamen nec reliquis locis consilium significant *ut* et *ne* coniunctiones verbis hortandi subiectae, et h. l. milites magis opus erat doceri, quo modo eis agendum, quam quo consilio fortiter pugnandum esset. Itaque ut c. 24 §. 2 inter *hortaretur* et *ne* omissum vidimus *ut caverent*, ita hic inter *cohortatus* et *ut* audiamus *ut operam darent*, quod supplementum non precarium, quemadmodum illud, quo utitur Dübnerus, sed coniunctionis, quae sequitur, naturae non minus, quam illud c. 24 debitum est.

signum dedit] *tuba* addidit Petrarcha 16, 38 de suo, sed probabiliter. Cf. adn. ad 2, 20 §. 1 extr.

§. 3 ex omnibus partibus] Cf. adn. cr. ad 5, 17 §. 2.

Cap. 28. §. 1 perterriti muro — deiecti in foro — constiterunt] Cum earum rerum, quae hostibus accidisse dicuntur, non eadem sit temporis ratio, sed primum eos perterritos, deinde ipso terrore urgente deiectos esse cogitandum sit, prius participium ab altero non magis, quam hoc a verbo finito

tentioribus cuneatim constiterunt hoc animo, ut, si qua
ex parte obviam contra veniretur, acie instructa depu-
gnarent. Ubi neminem in aequum locum sese demittere, 2
sed toto undique muro circumfundi viderunt, veriti, ne
omnino spes fugae tolleretur, abiectis armis ultimas
oppidi partes continenti impetu petiverunt, parsque ibi,
cum angusto exitu portarum se ipsi premerent, a mili- 3
tibus, pars iam egressa portis ab equitibus est inter-
fecta, nec fuit quisquam, qui praedae studeret. Sic et 4
Genabi caede et labore operis incitati non aetate con-

Cap. 28. §. 1 contra veniretur] *conveniretur* Viud. C. *contra venirent* Voss. BC. *veniretur* V. C. Urs. Not. „et ita Faernus" Urs. Not. „Faernus delebat *contra*" Id. Em. *contraveniretur* edd. ante P. Man. Turr. Oud. quae scriptura h. l. non magis probabilis est, quam apud Ciceronem, cuius locos Gesnerus in Thes. indicavit, quorum unum (Tusc. 1, c. 23. §. 55.) Glandorpius cum hoc comparabat, *contravenire* idem esse docens atque occurrere et adversari. Iam de Cicerone dudum nulla dubitatio est quin duo verba esse statuerit; Caesar vero, si unum esse voluisset sive occurrere (entgegenkommen) significans sive adversari (entgegentreten) *obviam* adverbium praeponere non potuisset, quin aut bis idem diceret, aut verbi vim infringeret. Et fuerunt quibus *obviam* delendum videretur. Verum simplici verbo *venire* recte duo iungi poterant adverbia, quorum unum locum quem peterent venientes, alterum animum eorum hostilem designaret; et simile quid factum vidimus 1, 31 §. 1, ubi idem Ursini liber cum pluribus *in occulto* post *secreto* omittit. Ceterum recentioribus quoque duo illa visa esse verba Quintilianus fidem facit 6, 3 §. 95 *veniret contra* ponens. Caesaris locum Handius attigit Turs. 2, 114 sine ratione *contra* delentibus assensus.

§. 2 petiverunt] *petierunt* Hamb. Cf. adn. cr. ad 4, 27 §. 4.

§. 3 exitu portarum] *p. e.* Leid. A. Oud. de quo idem iudicandum, quod de *gravi armorum onere* 4, 24 §. 2. Portae nunc primum commemoratae paulo illustriorem sibi locum postulant.

§. 4 Sic et] *sed et* Egm. *sed* Leid. A.

Genabi] *caenaben* Viud. A. *Genabensi* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Ald. sqq. Id reprehendi non potest. Cf. c. 47 §. 7 *Avaricensibus praemiis* et Civ. 2, 32 §. 13 *Corfiniensem ignominiam*. ex eoque temere decurtato primum id, quod Viud. A., deinde quod reliqui habent, *Genabi*, fieri potuit. Sed hoc quoque probabile esse et *Genabi caedes* ita dictum videri, ut nostrum das Blutbad von Genabum, vere monuit Nipperdeius exemplisque probavit, quo-

(*constiterunt*) commate seiungi debet, cui locus est in rebus pariter accidentibus, velut supra c. 23 §. 1: *trabes directae, perpetuae* etc.

§. 4 Sic et Genabi caede — incitati] Adverbium animum demonstrat militum proximis verbis significatum, non praedae et captivorum, sed vindictae et caedis cupidum. De Genabensi facinore v. c. 3 §. 1 et c. 17 §. 7. De verbo cf. adn. ad 1, 4 §. 3.

4 fectis, non mulieribus, non infantibus pepercernnt. Denique ex omni numero, qui fuit circiter milium XL., vix DCCC., qui primo clamore audito se ex oppido eiecerunt, incolumes ad Vercingetorigem pervenerunt.

rum duo satisfaciunt: unum Cic. pro Flacco c. 2 (§. 5): *cum Hispaniae, Galliae, Ciliciae, Cretae, quibus in provinciis non obscure versatus est, vitia et flagitia protuleris.* alterum Salust. Iug. 33 §. 4: *producto Iugurtha verba facit: Romae Numidiaeque facinora eius memorat.* Reliqua a Caesare petita, etsi alia ratione sunt, veluti cum Civ. 1. c. *Italiae fugam*, ib. 1, 4 §. 5 *iter Asiae Syriaeque*, Gall. 5, 54 §. 4 *recentia Gallici belli officia* dicit, in quibus genitivo non locum, sed obiectum indicat actionis eius, cuius notio in altero nomine inest, tamen hoc efficiunt, ut ne illud quidem, quod codices meliores h. l. exhibent, ab eius usu abhorruisse videatur.

§. 5 omni] o. *eo* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Par. B. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. excepta St. quod referri ad incolas Avarici in proximo significatos et pari modo genuinum esse potest atque 1, 44 §. 4 *eas omnes copias* et infra c. 57 §. 4 *illum omnem locum.* Nec desunt in ea parte codicum, quae pronomine h. l. caret, temere omissi eiusdem exempla: 5, 47 §. 2 *ei* omittunt, et supra c. 24 §. 2. ex ipso Boug. A. excidit *is.* Tamen *perpaucae ex omni numero* 3, 15 §. 5, *LX. milia ex omni numero deligunt.* infra c. 83 §. 4 sine offensione leguntur, neque abest suspicio, quin *eo* additum sit ab aliquo, cui haec ita dicta viderentur, ut illa c. 79 §. 2: *omnem eam planitiem, quam—patere demonstravimus.*

milium XL.] „MSS. plurimi" Voss. A. Gott. Bong. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Vind. I. edd. ante Ald. *milium quadraginta* Egm. Vrat. A. Hamb. Gu. *millia XL* Pet. Fabr. *XL milia* Pet. sec. Oud. Vind. A. *quadraginta milium* Ald. a. Gr. ab. St. P. Man. Freil. Turr. *XL milium* (Hav. A.) Ald. b. Lips. sqq.

eiecerunt] „MSS. plurimi" Pet. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Carr. cod. Turr. Pal. Bong. A. (hic *eiecer̄.*) Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. (Gu.) Vind. BCD. edd. ante Gr. a. P. Man. *eiecerant* (Hav. A.) Vind. A. Gr. ab. St. Freil. Turr. Alb. b. sqq. Perfectum eam habet vim, ut rem magis per se constantem, quam ex alia re pendentem cogitari iubeat, ideoque ad enuntiationes interiectas, qualis haec est, quas pronomen relativum aliunde pendere demonstrat, minus adhiberi solet, quam plusquamperfectum et imperfectum, quae rem solam per se cogitari non patiuntur, sed alio eam referendam esse significant. Itaque rarae sunt huiusmodi dictiones, sed tamen non nullae. Cf. 5, 54 §. 3: *ut praeter Haeduos et Remos, quos praecipuo semper honore Caesar habuit, — nulla fere civitas fuerit non suspecta nobis.* infra, c. 87 §. 5: *Labienus — coactis undequadraginta cohortibus, quas ex proximis praesidiis deductas fors obtulit, Caesarem — facit certiorem.* Civ. 2, 32 §. 2: *Caesar me, quem sibi carissimum habuit, — vestrae fidei commisit.* 3, 4 §. 5: (equites) *CC ex Syria a Commageno Antiocho, cui magna Pompeius praemia tribuit, missi erant.* Ib. 14 §. 2: *Una ex his* (navis), *quae perseveravit neque imperio Caleni obtemperavit, quod erat sine*

Quos ille multa iam nocte silentio ex fuga excepit veritus, ne qua in castris ex eorum concursu et misericordia vulgi seditio oreretur, ut procul in via dispositis familiaribus suis principibusque civitatum disparandos 6

militibus privatoque consilio administrabatur, *delata Oricum atque a Bibulo expugnata est*. Plura inveniuntur perfectorum *consuevit*, *potuit*, *fuit* exempla, quorum postremum hoc ipso loco positum videmus (*qui fuit circiter m. XL.*) eoque minus restinere dubitavi *eiecerunt*, cuius temporis indicativo vis h. l. paene eadem est, quae coniunctivo 2, 21 §. 4 et locis ibi demonstratis.

§. 6 silentio] *s. sic.* Aud. Ox. Urs. Leid. A. Par. B. et, ut videtur, Cu. Fabr. (quamquam in eodem Fabr. etiam Pet. Gott. Voss. A. Egm. haud dubie perperam idem habere significatum est) Lips. Iu. Gr. Dav. Cl. *sic* Hav. A. Vind. A. (*scilentio* Hamb.)

ex fuga] *om.* Aud. Ox. Leid. A. Par. B.

excepit] *excoepit* Vrat. C. *recepit* Leid. B. „Liber meus habet, *Silentio sic ex fuga recepit* etc. ut nisi ita legatur, non satis aptus sensus elici possit.“ Urs. Elm. *excipit* „Edd. qdd.“ Ven. cf. *accepit* Bas. a. M XXXI.

ex eorum concursu] *ex cursu eorum* Leid. A. *concursu eorum* Ox. Hav. A. Vind. A.

oreretur] Bong. A. Voss. A. Par. A. *oriretur* reliqui cum edd. (*orrir.* Hamb.) V. adn. cr. ad 5, 53 §. 1.

ut] *et* Carr. Lov. „quatuor recentiores“ cod. Turr. Gott. Lbb. Bong. C. Pal. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. CE. Inc.

curaret] *curarent* Bong. C. Vind. C. et a m. pr. Vrat. B. In Dr. A. *—ra—* correctum est. Verbis *ut—curaret* plerique accuratiorem actionis eius, quae verbo *excepit* demonstrata est, descriptionem contineri existimantes ideoque exceptionem illam non iam fuga ad castra delatorum, sed adhuc in fuga versantium interpretantes primum rei post exceptionem factae, qua describi exceptionem volunt (er fieng sie so auf, daß er sie trennen ließ), praepostere inserunt rem antea factam (nachdem er aufgestellt hatte), deinde precario *ut* coniunctione consequentiam potius significari sumunt, quam consilium, quod certe non magis ineptum est: er fieng sie auf, um sie trennen zu lassen. Si vero Vercingetorix illos, ut in interpretatione docui, non in itinere, sed

§. 6 Quos ille multa iam nocte silentio ex fuga excepit] Hos non in via, qua fugerent, exceptos esse primum ex eo intelligitur, quod iam incolumes ad Vercingetorigem pervenisse sunt dicti, deinde, quod a Vercingetorige, qui in castris erat, et *multa iam nocte* et *silentio* excepti esse dicuntur, quorum prius fortuitum, alterum supervacaneum erat in fugientibus. Itaque ex fuga, qua incolumes pervenissent ad castra, in haec ipsa receptos statuere et *ex fuga exceptos* ita interpretari debemus, ut fugam eorum non interceptam, ut 6, 35 §. 6 in *multos ex fuga dispersos excipiunt*, sed ut 2, 13 §. 4 in *omnis ex fuga Suessionum multitudo in oppidum proxima nocte convenit*, finitam ponamus, *excipere* autem verbum similiter atque in *hospitio excipere* ad illorum adventum et ad viam, qua venerant, referamus.

deducendosque ad suos curarat, quae cuique civitati pars castrorum ab initio obvenerat.

29. Postero die concilio convocato consolatus cohortatusque est, ne se admodum animo demitterent
2 neve perturbarentur incommodo: Non virtute neque in

in castris excepit, neque consequentiam neque consilium his verbis significari neque omnino locum esse coniunctivo patet. Itaque una littera mutata legendum puto *ut — curarat*, quo exceptionis cum curatione convenientia declaretur, posita illa in eo, quod non uno omnes simul, sed suo quemque castrorum loco excepit. Cf. c. 68 §. 1: *Vercingetorix copias, ut pro castris conlocaverat, reduxit*. Eiusdem generis, sed alius speciei illud est, quod 5, 43 §. 5 legimus, *ut se sub ipso vallo constipaverant*, itemque illud 2, 23 §. 1: *ut in sinistra parte acie constiterant*, ubi cf. quae adscripta sunt, ex quibus simul apparet *sic* adverbium in parte codicum exstans ipsum satis esse probabile et posse ad *ut disparandos — curarat* referri. Sed eo posito scriptorem tam multa verba interiecisse minus probabile est. Quod ad syncopen attinet, cf. Civ. 3, 42 §. 5 *comportarat*, Gall. 2, 19 §. 2 *collocarat*, 3, 7 §. 2 *hiemarat*, 2, 33 §. 3 *imperarat*, 1, 5 §. 3 *oppugnarant*, Alex. 26 §. 3 *pacarat* vel *placarat*, denique Afr. 28 §. 2 ipsum *curarat* secundum optimos codices restituendum. Quae si pauca videntur, cum *curaverat* undecies in Oud. recensione legatur, similem fere in reliquis formis *ve* inter *a* et *r* habentibus rationem obtinere reputandum est.

Cap. 29. §. 1 neve] *ne* „MSS. plerique" Voss. A. Egm. Gott. Lov. Bong. C. Pal. Carr. ced. Turr. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. CEFI. edd. ante Gr. a. P. Mau. Id animi commoti est, quali Cicero Attico 1, 16 §. 9 orationis suae in Clodium habitae initium scribit: *ille locus inductus a me est divinitus: ne una plaga accepta patres conscripti conciderent, ne deficerent —. Quamobrem, patres conscripti, erigite animos, retinete vestram dignitatem* etc. Caesari vero suo nomine argumentum orationis a Vercingetorige habitae propenenti minus convenit nec nihil ambiguitatis habet. Itaque *neve*, quod in altero genere codicum et, si Plüschkii silentium non fallit, etiam in Bong. A. legitur, tenui. Cf. 2, 21 §. 2: *milites non longiore oratione cohortatus, quam uti suae pristinae virtutis memoriam retinerent neu perturbarentur animo hostiumque impetum fortiter*

quae cuique civitati pars castrorum ab initio obvenerat] Recte Baumstarkius hoc confert cum illo 4, 4 §. 2: *ad Rhenum pervenerunt; quas regiones Menapii incolebant* etc. quod pari modo explendam brevitatem habet. Alii ter comparati sunt loci a Zumptio Gramm. §. 705 exhibiti, quem tamen conferri iubet Seyffertus. Quod *ab initio* singulis civitatibus singulae partes castrorum obvenisse dicuntur, non horum tantum castrorum, de quibus idem c. 19 §. 2 demonstratum est, sed etiam illorum, quorum mentio facta est c. 16 §. 1, et omnium omnino, quae in hoc bello habuerat Vercingetorix, similem rationem ac distributionem fuisse docemur.

acie vicisse Romanos, sed artificio quodam et scientia
oppugnationis, cuius rei fuerint ipsi imperiti. Errare, 3
si qui in bello omnis secundos rerum proventus exspe-
ctent. Sibi nunquam placuisse Avaricum defendi, cuius 4
rei testes ipsos haberet; sed factum inprudentia Bitu-
rigum et nimia obsequentia reliquorum, uti hoc incom-
modum acciperetur. Id tamen se celeriter maioribus 5
commodis sanaturum; nam quae ab reliquis Gallis civi- 6
tates dissentirent, has sua diligentia adiuncturum atque
unum consilium totius Galliae effecturum, cuius consen-
sui ne orbis quidem terrarum possit obsistere; idque
se prope iam effectum habere. Interea aequum esse ab 7
his communis salutis causa impetrari, ut castra munire

sustinerent — proelii committendi signum dedit. et adn. crit. ad hnius libri c. 14 §. 8.

§. 2 imperiti] Cf. adn. cr. ad 6, 20 §. 2.

§. 4 inprudentia] Egm. Par. A. (Bong. A.) non *imp. in prud.* Vind. A.

§. 5 se] om. Leid. A. Ox. *ex se* Hamb. In Bong. A. Oud. pro *se celeriter* scriptnm invenisse videtur *sceleriter*. Pl. tacet.

sanaturum] *senaturum* Bong. A. (teste Pl. cum *r* snper *n*) Voss. A. a m. pr. Vind. C. Ven. f. In Dr. A. *sa* — correctum est. Incommodum illud utiqne cnm plaga sen vnlnere comparari poterat; sed reliqnis in locis mala animi potins, quam status et conditionis externae metaphorice dicuntnr *sanari*, veluti Civ. 1, 35 §. 2 et 2, 30 §. 3 mentes ad defectionem inclinantes, Gall. 8, 38 §. 2 timentes, Liv. 2, 34 §. 1 discordia, 6, 18 §. 2 domestica mala; et *maioribus commodis* potins compensatio damni, quam vulneris alicnius sanatio effici potnisse videtur. Fortasse Caesar *sarturum* scripsit, ut Civ. 3, 73 §. 5 *dandam omnibus operam, ut acceptum incommodum virtute sarciretur.*

§. 6 consensui] *consensu* And. Ox. S. Leid. A. V. C. Urs. Brant. Voss. C. Pet. Conn. (Par. A.) Hamb. Vind. I. edd. ante Ven. e. inc. excepta, Ber. Ald. ab. P. Man. Lips. sqq. Cf. adn. cr. ad 6, 42 §. 1, qno loco idem codicnm genus et maiore consensn vulgarem dativi formam (*casui*) tnetur, qnod hic habet insolentiorem, cni etiam ambiguitas obstat. Nam *cuius consensu* significare poterat *qua consentiente*, ut interpretatns est Baumstarkius.

idque] Cf. adn. cr. ad 6, 11 §. 4.

§. 7 his] *hiis* Gott. Vrat. ABC. Hamb. *iis* Goth. B. Rom. a. Med. a. Ven. b. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. sqq. *his* ex mente scriptoris dictum est et comparari potest cum indicativo in oratione obliqua pro coniunctivo poni solito.

munire instituerent] *munire constituerunt* Hamb. *muniri inst.* Hav. A. *munirent* Vind. A.

Cap. 29. §. 4 cuins rei testes psos haberet] Cap. 15 §. 3—6.

§. 7 Interea] De duplici huius vocabuli potestate v. adn. ad 4, 9 §. 1.

instituerent, quo facilius repentinos hostium impetus sustinerent. 30. Fuit haec oratio non ingrata Gallis, et maxime quod ipse animo non defecerat tanto accepto incommodo neque se in occultum abdiderat et conspe-
2 ctum multitudinis fugerat, plusque animo providere et praesentire existimabatur, quod re integra primo incen-
3 dendum Avaricum, post deserendum censuerat. Itaque ut reliquorum imperatorum res adversae auctoritatem minuunt, sic huius ex contrario dignitas incommodo ac-
4 cepto in dies augebatur. Simul in spem veniebant eius adfirmatione de reliquis adiungendis civitatibus; primumque eo tempore Galli castra munire instituerunt, et sic sunt animo consternati homines insueti laboris, ut omnia,

sustinerent] *sustinere possent* And. Ox. Cu. S. Pet. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. Cf. c. 5 §. 2: *quo facilius hostium copias sustinere possint*. 3, 13 §. 6: *quod tantas tempestates Oceani tantosque impetus ventorum sustineri ac tanta onera navium regi velis non satis commode posse arbitrabantur*, ubi *posse* ab iisdem codicibus abest, qui h. l. illatum habent. Sine discrepantia vero infra c. 48 §. 4: *non facile recentes atque integros sustinebant*. In re dubia eos codices secutus sum, qui ab eiusmodi interpolationibus liberi esse solent, quamquam *sustinerent* fatendum est a pari errore atque paulo ante *munirent* in Vind. A. natum esse posse.

Cap. 30. §. 1 et maxime] „MSS. plurimi" in iisque Vind. A. *ac m.* Hamb. *m.*, omissa copula, Hav. A. Ald. ab. Gr. n. P. Man. Turr. Lips. sqq. Sic 4, 25 §. 3: *Atque nostris militibus cunctantibus, maxime propter altitudinem maris*. Contra 5, 45 §. 1: *Quanto erat in dies gravior atque asperior oppugnatio, et maxime quod magna parte militum confecta vulneribus res ad paucitatem defensorum pervenerat*. V. ibi adn.

neque se] Sic editi libri omnes: scripti pronomen omittunt, uno excepto Duk. qui *se* post *in occultum* positum habet, minus idoneo loco.

§. 4 adfirmatione] Voss. A. Egm. (Bong. A.) Par. A. Vrat. A. Vind. A. non *aff.*

Cap. 30. §. 2 post deserendum] Cap. 26 §. 1.

§. 4 in spem veniebant] V. adn. ad 1, 18 §. 5.

Galli] Recte Hausius hos proprie dictos et Celtas intelligendos atque ita discrepantiam tollendam esse docuit, quae nonnullis etiam post Hausium inter hunc locum atque ea, quae 3, 23 et 5, 42 de Aquitanis et de Nerviis Belgis narrantur, intercedere visa est.

et sic sunt animo consternati] Non immerito his verbis offenduntur qui iis rem significari putant Vercingetorigis oratione effectam, ut Nipperdeius et Seyffertus, quorum alteri *consternati* corruptum, alteri ita tolerandum videtur, si *ad arma resumenda* cogitatione addatur. Similiter Herzogius *consternatos*

quae imperarentur, sibi patienda et perferenda existimarent. 31. Nec minus, quam est pollicitus, Vercingetorix animo laborabat, ut reliquas civitates adiungeret, atque earum principes donis pollicitationibusque alliciebat. Huic rei idoneos homines deligebat, quorum quis- 2

et perferenda] Ita And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. et, ut Oud. putat, codex Vrsini, qui in Emend. Faërnum secundum V. C. omittenda haec statuisse dicens suo in codice legisse ea videtur; item Aldus et sqq. usque ad Lipsium, qui Faërno auctore ea omisit; denique Oud. qui per Lipsium eiecta restituit, iure, ut equidem opinor. Facile enim excidere propter homoeoteleuton potuerunt, et Caesar verba res eiusdem generis significantia coniungere solet.

Cap. 31. §. 1 earum principes donis pollicitationibusque alliciebat] — *alliciebat* vulgo (*ell.* Hamb.): *allicebat* Bong. A. Vind. A. (hic *adl.*) quem principum in utroque genere codicum consensum non fortuitae erroris communioni acceptum referendum esse grammaticorum auctoritas persuadet. Ita enim Charisius Inst. gram. L. 3 cap. 1 p. 145 Lind.: *alliceo. ces. lexi. pelliceo. ces. lexi.* Diomedes autem p. 364 Putsch: *augeo auxi, alliceo allexi, sed apud veteres allicio legimus, pelliceo pellexi.* Secundum haec etiam 5, 55 §. 3 *allicēre* pronuntiandum videtur: *exsules damnatosque tota Gallia magnis praemiis ad se allicere coepit.* In ceteris magna est codicum discrepantia. Quod supra posui, id inde ab Aldo vulgatum exstat in And. Ox. Cu. S. Leid. A. Par. B. Hav. A. Vind. A. De Vrsini codice, quem illis addit Oud., neque in Notis neque in Emendationibus quicquam significatum est. Reliqui codices et

interpretatur *erectos, concitatos*, testemque citat Livium, qui 7, 42 §. 3 et 21, 24 §. 2 *ad arma*, 10, 43 §. 13 *in fugam* cum hoc participio coniungens terrorem animis iniectum simulque quo is spectaverit et quid petiverit, demonstrat eadem brevitate, qua Thucydides 2, 65 §. 9 de Pericle dicit: *ὁπότε γοῦν αἴσθοιτό τι αὐτοὺς παρὰ καιρὸν ὕβρει θαρσοῦντας, λέγων κατέπλησσεν ἐπὶ τὸ φοβεῖσθαι, καὶ δεδιότας αὖ ἀλόγως ἀντικαθίστη πάλιν ἐπὶ τὸ θαρσεῖν.* Caesar vero eiusmodi nihil addens magnitudinem terroris ex eo, quod effecerit, cognoscendam, ipsum autem terrorem non tamquam oratione Vercingetorigis iniectum proponit, quippe quam non ingratam fuisse auditoribus et bonam eis spem attulisse ostendit, sed clade Avaricensi res duas effectas esse docet ad reliquum tempus reliquosque Gallos non minus, quam ad hos, apud quos habita erat oratio, pertinentes, unam, ut castra munire instituerint, alteram, ut animos imperiorum impatientes demiserint et dicto obedientes esse quamvis dura imperantibus didicerint. Ac de reliquo tempore reliquisque Gallis ut cogitemus, admonemur verbis *eo tempore* et *Galli*, et quod *homines insueti laboris* dicuntur. Ceterum verbo *consternari* ante Caesarem nemo et ipse hoc uno loco usus videtur: postea Hirtius semel 8, 19 §. 7 (*consternati profugiunt*) deinde Livius et historici saepius.

Cap. 31. §. 1 animo] Id oppositum videtur verbis, quibus erat pollicitus.

que aut oratione subdola aut amicitia facillime capere
3 posset. Qui Avarico expugnato refugerant, armandos
4 vestiendosque curat. Simul ut deminutae copiae redintegrarentur, imperat certum numerum militum civitatibus, quem et quam ante diem in castra adduci velit,

edd. ante Aldum habent *eas bonis pollicitationibus* (*eos* a m. pr. Vrat. B. *ea* Ven. de. *donis* Carr. cod. Turr. ed. Flor. apud Brutum. *pollicitationionibus* Bong. A. Pi. ante corr. *pollicitationibusque* Carr. ed. Flor. apud Brutum), quorum medium haud dubie corruptum et ex *donis* ortum est, extremum durum et Caesari insolitum asyndeton facit, quod tamen Dübnerus recepit, primum neque verbo *allicere*, quod rectius ad singulares homines, ut I. 5. l. c., quam ad civitates refertur, neque adiuncto *donis* satis convenire videtur. Universos enim Vercingetorix non facile poterat donare nec, si principes sibi conciliasset, opus habebat. Denique modorum diversitas et post *adiungeret* repetitus indicativus *alliciebat* obiectorum commendat diversitatem. His de causis *principes* temere omissum, deinde *earum* necessario mutatum in *eas*, sicut corrupto *donis* in *bonis* eiectum *que* videtur.

§. 2 quorum quisque aut oratione — facillime capere posset] In his *quorum quisque* desunt Vrat. A.; pro *aut* Lips. In. Gr. *et*, pro *oratione* Vind. A. *orationes*, Gr. *ratione* exhibent; *facillime* in Dr. B. Vind. B. omissum, in Dr. A. margini adscriptum est; (*facilime* Gott. Wb. Vrat. C. Hamb.) *capere*, pro quo Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. et, si Pi. silentium non fallit, ipse Bong. A. *capi* habent, a plerisque codd. et ab edd. ante Aldum abest et tantum in Bong. A. et Lov. teste Oud. (in Lov. secundum Fabr. post *posset*) et in Dr. A. et Vind. B. legitur. Hic quoque temere praetermissum aliquid in maxima parte codicum videtur. Nam ipsum sriptorem omisisse verbum et *allicere* nobis audiendom reliquisse, quemadmodum statuit Dübnerus, aut *posse* pro *valere* dixisse, quae Clarkii et Apitzii opinio est, pariter a vero abhorret. *Allicere* enim verbum remotius est, eaque actio Vercingetorigis erat dona offerentis atque ostendentis, quibus perferendis delecti

§. 3 Qui — refugerant, armandos — curat] De ellipsi pronominis demonstrativi cf. ad 5, 8 §. 1, sed etiam ad 4, 7 §. 3 dicta.

§. 4 quem et quam ante diem in castra adduci velit] Cum dubitari nequeat, quin *quam* interrogativum sit, *quem* eadem ratione dictum esse consentaneum est, etsi post *certum numerum* relativum exspectari debebat, quod ipsum supra c. 11 §. 5 eidem verbo subiectum vidimus: *quaeque ad eam rem usui sint, militibus imperat.* Nam illo accusativo assumpto *imperare* voluntatis declaratae significationem deponit et iniunctam significat adducendi necessitatem, in qua interrogatio locum non habet. Itaque si tamen *quem* interrogativum est, ad declarandi et ostendendi notionem referri debet, quae in propria verbi *imperare* significatione quamvis deposita illa inest, ut certum numerum imperans Vercingetorix simul imperare dicatur, quem numerum et quam ante diem in castra adduci velit, sicut c. 16 §. 2 de eodem dicitur *quid fieri vellet*, *imperabat*.

sagittariosque omnes, quorum erat permagnus numerus

homines subdolae orationis facultate instructi et amicitia coniuncti iis, ad quos mittebantur, haud dubie plus, quam allicere poterant, ut, si tamen hoc intelligi voluisset scriptor, necessario adiicere verbum ipsum debuisset. Clarkii autem rationi ad sensum probabiliori adverbium refragatur *facillime*. Itaque restat, ut aut *capere* aut *capi* pro vero habeatur. *Capere* satis bonum est et habet amplius illud, quod in Dübneri ratione desideratur, neque reprehendi propterea debet, quod caret obiecto, ab Hirtio quidem addito 8, praef. §. 8 (*quae rerum novitate aut admiratione nos capiunt*) sed item omisso a Cicerone Or. c. 19 (§. 63): *de rebus placatis ac minime turbulentis docendi caussa, non capiendi loquuntur*. Minus fortasse placet *facillime* cum activo coniunctum. Nam ut illis hominibus facillimum esset minimumque negotii facesseret capere eos, ad quos mittebantur, Vercingetorix certe non curabat. Sed tamen qui facillime perficere rem potest, is maxime idoneus rei et potissimum ad eam deligendus est. Et si quis quaerat, cur *quorum quisque—posset* potius, quam *qui—possent* dictum sit, alios illorum aliud habuisse reputans, quo capere possent, cum rerum divisione recte personarum distributionem coniunctam esse inveniat. *Capi* vero non minus est bonum et Caesari usitatum: 1, 40 §. 9: *hac* (ratione) *ne ipsum quidem sperare nostros exercitus capi posse*. (cui loco hunc adscribens Oudendorpium sequebar.) 6, 22 §. 3: *ne adsidua consuetudine capti studium belli gerendi agri cultura commutent*. 7, 43 §. 3: *capti compendio ex direptis bonis*. Eo recepto *quisque* ad principes referendum et *quorum* cum *oratione subdola* et *amicitia* construendum est, quod utrumque commodissimum sensum efficit. Nam principes quoque alii aliter facillime poterant capi, et in deligendis hominibus idoneis cuiusque illorum rationem habere et eos deligere debebat Vercingetorix, a quibus quisque facillime capi posset. Unum incommodum est, quod *quorum* genitivus non ex pronomine, cui proximus est, et quod coniunctum habere solet genitivum, sed ex nominibus illis paulo remotioribus pendet. Verum tamen his ipsis genitivus si minus necessarius, certe non inutilis est, et alibi idem a proximo pronomine separandus et ad nomen tertio loco positum referendus invenitur: 4, 27 §. 6: *obsidesque imperavit; quorum illi partem statim dederunt*. 7, 8 §. 5: *quorum ille precibus permotus*. Civ. 1, 4 §. 4: *cum communibus inimicis in gratiam redierat, quorum ipse maximam partem illo adfinitatis tempore adiunxerat Caesari*. Hoc igitur scribi atque edi a Caesare potuit, et mihi, si in omnibus illius generis libris omissum esset, item ut alia in altero genere recte servatum tenendumque videretur; sed *capere* ita comparatum iisque in libris repertum est, ut pro interpolato haberi vix possit. Accedit etiam illud, quod passivum non prorsus ambiguitate caret, qua deceptus Franc. Wagnerus *homines idoneos* interpretatus est principes.

§. 4 deminu(ae)] Aud. Ox. Cu. S. Pet. Leid. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. ab. Frell. Turr. Lips. In. Gr. Dav. Oud. *diminutae* reliqui codices cum edd. ante Ald. (*dimmin*. Med. n.) et St. P. Man. Cl. in iisque et Hav. A. discrepans a cognatis et Bong. A. qui ceteris in locis veram scripturam habet: 1, 18 §. 4 *deminuta*, 53 §. 6

in Gallia, conquiri et ad se mitti iubet. His rebus celeritur id, quod Avarici deperierat, expletur. Interim Teutomatus, Olloviconis filius, rex Nitiobrogum, cuius pater ab senatu nostro amicus erat appellatus, cum magno equitum suorum numero et quos ex Aquitania conduxerat, ad eum pervenit.

deminuerat (hoc Pl. teste cum *i* super *e*), 7, 33 §. 2 *deminuisse*, 43, §. 4 *deminuere*, 73 §. 1 *deminutis*.

numerns in Gallia] *i. G. n.* V. C. Vrs. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ond. quod melius videtur.

§. 5 Teutomatus] Dr. AB. Vrat. A. cum edd. ante Lips. exceptis Ven. bcde. quae cum Vind. D. Vrat. B a m. sec. et Goth. B a m. pr. *Teutonatus* habent. *Tautomatus* Voss. A. Fabr. *Teumatus* Pet. Fabr. *Tentomacus* Hamb. *Τουτόμανος* Met. *Theuthomanus* Vind. C. *Theutomatus* Lips. Iu. Gr. Dav. Ci. Aspirationem secundum codices sustulit Oud., — *matus* intactum reliquit, pro quo secundum eosdem — *motus* scribendum erat, quemadmodum scriptum exhibent Bong. A. Cu. S. Leid. A. Hav. A. (hic *Tentomotus*) Vind. A. et Petr. cod. 16, 46. (ed. pr. *Theotomotus*). At c. 46 nullus habet — *motus*, et *a* in penultima retinent omnes. Oberlinus malebat *Teutomarus*, nt *Viridomarus*. Sed in *t* codices fere consentiunt. Quantitas penultimae magis dubia, quam in *Critognatus*, *Gutruatus*, *Cotuatus*, et quia *mātus* Latinis non nominis proprii, sed participii terminatio est, *Teutomătus* verisimilins videtur.

Olloviconis] *Alloviconis* S. Cn. Leid. A. Vind. A. *Attoniconis* Hav. A. *Ottoniconis* Bong. C. Vind. C. *ollo niconis* Gott. *Oloviconis* Petr. cod. (*Otoruconis* ed. pr.) *Oloniconis* Hamb. Vind. I. *Olluiconis* Ven. cde. *Sottoviconis* Egm. Vrat. A.

Nitiobrogum] „MSS. plurimi ut c. 46 etc." Bong. A. Par. A. Dr. A. Vrat. A. et a m. pr. B. Gu. Vind. ABI. *Nitiogrobum* Pet. et Bong. C. Confl. Vind. C. *in Ciobrogum* Hamb. *Nitiobrogorum* Vind. F. *Mitio brigrum* Dr. B. *Nichioborgum* Petr. (cod. *Victioburgum*) *Nitiobrigum* reliqui cum edd. Cf. supra ad c. 7 §. 2 adn.

equitum suorum numero] *n. e. s.* Hav. A. Vind. A. qnod ad sequentia aptius videtur, in quibus *et* male deest Vasc. St. Gr. b. (Frell.)

§. 5 Interim] dum imperati a Vercingetorige milites et sagittarii ad eum adducuntur. In Ephemeridibus dies ipse, quo Teutomatus ad enm pervenit vel pervenisse nuntiatus est, scriptus fuerit.

rex Nitiobrogum] Hos obsidibus Lucterio datis cum Arvernis se coniunxisse supra c. 7 relatum est. Itaque iam tum Teutomatus copias equestres comparare coepisse comparatasque sua sponte adduxisse ad Vercingetorigem videtur.

ab senatu nostro amicus erat appellatus] ut Castici Sequani pater 1, 3 §. 4, Pisonis Aquitani avus 4, 12 §. 3. Sic necessitudine quadam Teutomatus cum Romanis coniunctus erat, eamque ob rem memorabile videri scriptori potuit.

conduxerat] Cf. adn. ad 2, 1 §. 4.

pervenit] Hos, etsi praecedit

32. Caesar Avarici complures dies commoratus
summamque ibi copiam frumenti et reliqui commeatus 2
nactus exercitum ex labore atque inopia refecit. Iam
prope hieme confecta, cum ipso anni tempore ad gerendum bellum vocaretur et ad hostem proficisci constituisset, sive eum ex paludibus silvisque elicere, sive obsidione premere posset, legati ad eum principes Haeduorum veniunt oratum, ut maxime necessario tempore
civitati subveniat: Summo esse in periculo rem, quod, 3
cum singuli magistratus antiquitus creari atque regiam potestatem annum obtinere consuessent, duo magistratum gerant, et se uterque eorum legibus creatum esse

Cap. 32. §. 1 Avarici] *Avarico* „Bong. A. Voss. A. Egm. Lov. 7 recentiores" Gott. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. C. (hic post *complures dies*) F. edd. ante Ald. Librariis errandi occasionem sequentis vocabuli initium dare potuit: Caesar in his nominibus ablativo nisi ita, ut simul motum a loco respiciat, uti non solet. Cf. Oud. Neque apud Ciceronem Att. 5, 20 §. 3 quod vulgo legitur, *qui Antiochia tenebatur*, verum videtur.

nactus] *nantus* Bong. A. Pi. Cf. adn. cr. ad c. 9 §. 4, quo loco *nanctus* magis tutum est. Ceterum *nantus* quoque non vitiosum et ut *quintus* vel *ultus* factum esse potest.

refecit] *reficit* Bong. A. Dr. A. Ox. Hav. A. Vind. A. Dorv. Hamb. Id rei momento et gravitati non magis, quam antecedentium verborum amplitudini et latiori subiecti descriptioni respondet. Ea vero, quae sequuntur, nulla cum his copula coniuncta quasi novum caput ordiuntur. Itaque perfectum in pluribus utriusque generis codicibus exstans tenui.

§. 2 constituisset] *instituisset* Bong. A. *constitueret* Vrat. A. *constituit* Dorv. Pal. Vrat. C. Goth. B. Verbum a Bong. A. exhibitum infra c. 56 §. 5 eadem in re certum locum habet: *iter in Senones facere instituit.* i. e. vel coepit vel apparavit. Sed h. l. consilii capti terminationem, quam *constituere* verbum demonstrat, aptiorem esse patet.

expletur, tamen quia hic de illius temporis rebus Vercingetorigis narratio finitur, potius pro perfecto habendum est.

Cap. 32. §. 1 commoratus — refecit] De participii significatione cf. ad 5, 7 §. 3 adscripta; quae si probabilia sunt, etiam *nactus* participium, quod per se solum dubium non esset quin idem, quod *postquam nactus est*, significaret, *qui nactus est* interpretari debemus. Commoratio autem ex labore, copia frumenti ex inopia reficiebat exercitum.

§. 2 obsidione] V. adn. ad 4, 19 §. 4.

principes Haeduorum] non omnes, sed nonnulli, iique privato potius consilio, quam publice missi.

§. 3 singuli] Cf. adn. cr. ad 1, 16 §. 4.

eorum] Hoc cum *uterque* construendum.

4 dicat. Horum esse alterum Convictolitavem, florentem et inlustrem adulescentem, alterum Cotum, antiquissima familia natum atque ipsum hominem summae potentiae et magnae cognationis, cuius frater Valetiacus proximo
5 anno eundem magistratum gesserit. Civitatem esse omnem in armis, divisum senatum, divisum populum, suas cuiusque eorum clientelas. Quod si diutius alatur

§. 4 Convictolitavem] „MSS. — *vim* Leid. A. Pet. et infra.]" Voss. A. Egm. Gott. Bong. A. Par. A. cod. Petr. 16, 49. Ven. f. *convicto litavim* Vind. A. *Convictolitaven* Lov. *Convittolitatem* Hav. A. *Connitolitamen* Hamb. *Convinctolitaen* Dr. B. *Convinctolitanem* Vrat. B. *Coniunctolitanem* Bong. C. hic et infra et Vind. I. *Convitolitanem* Pal. hic et infra et St. *Convictolitanem* Dr. A. Vrat. AC. Goth. B. (Gu.) Petr. ed. pr. et cum reliquis edd. Oud. cui etiam *Litavici* nominis analogia obstat. Ego et hoc et reliquis in locis (c. 33 §. 4. 37, 1. 39, 2. 42, 4. 55, 4. 67, 7) quorum in duobus postremis Bong. A. Pl. *b* habet, *v* restituere non dubitavi. Magis dubia est accusativi forma, de qua cf. adn. cr. ad 5, 18 §. 1 et ad huius l. c. 55 §. 4.

inlustrem] Voss. A. Egm. (Bong. A.) Par. A. Vrat. A. non *ill.*

adulescentem] Bong. A. (cum o super *u* sec. Pl.) Voss. A. Egm. Vrat. A. *adulisc.* Par. A. *adolosc.* Dr. AB. Hamb.

Valetiacus] Ante Oud. legebatur *Vedeliacus*, ab Aldo haud dubie ex codice sumptum, quamquam in nostrorum nullo repertum. Quod Oud. dedit, id iam Ber. Ven. f. St. et leviter mutatum in *Valetiacius* reliquae ante Aldum editiones exhibent, in eoque codices fere consentiunt, praeterquam quod in ultima et antepenultima inter *c* et *t* fluctuant. In Bong. A. est *Valeciatus*, in Vind. A. *Valeciacus*, in Hav. A. *Altiacus*. Ad eundem modum factum est ac *Divitiacus*.

§. 5 esse omnem] Bong. A. Voss. A. Ox. Egm. Par. A. Hav. A. Dr. AB. Vrat. AC. Goth. B. Vind. AF. Ven. f. In Gott. Voss. C. Gu. Vrat. B. inc. *esse* omissum, in reliquis edd. post *omnem* positum est.

suas] *in suas* In. et sqq. a quo licet And. et Ox. non discrepare videantur, tamen praepositionem ex coniectura posuisse videtur

§. 4 esse alterum] De verborum collocatione v. adn. cr. ad 6, 9 §. 2.

florentem et inlustrem] Cum his Herzogius Nepotis verba composuit Att. 11 §. 4 *quod non florentibus se venditavit, sed afflictis semper succurrit*, in quibus *florentis* significatio ex opposito perspicitur, et Hamilc. 3 §. 2, ubi Hasdrubal *adolescens illustris, formosus* praedicatur, illud propter generis splendorem, cui in Convictolitave adiunctam laudem ipsius meritis et virtute partam intelligere licet.

atque ipsum] Hoc Seyffertus Zumptium citans Gramm. §. 698 interpretatur *und auch*, quasi esset *et ipsum*. *Ipse* opponitur familiae, qua natus erat.

magnae cognationis] i. e. et numerosae et potentis.

§. 5 divisum senatum, divisum populum] sc. duas in partes; nam ita tantum, nulla significatione, sustinendo iterationis ponderi par est verbum *dividere*.

controversia, fore uti pars cum parte civitatis confligat: id ne accidat, positum in eius diligentia atque auctoritate. 33. Caesar, etsi a bello atque hoste discedere detrimentosum esse existimabat, tamen non ignorans,

Scaliger, qui in vulgata lectione non sine causa offendit, si eius sensum hunc esse putavit, Convictolitavem et Cotum suus quemque habuisse in Haeduis clientes. Is enim communis Gallorum erat mos, quorum genere copiisque amplissimum quemque plurimos circum se ambactos clientesque habere 6, 15 §. 2 didicimus. Sed *clientelae* civitates esse possunt, quae se ad amicitiam Haeduorum aggregaverant; quarum cum magna pars ad Sequanos transisset, adventu Caesaris *veteres restitutae* Haeduis *clientelae* dicuntur ib. c. 12 §. 5. Hae si aliae Convictolitavi, aliae Coto favebant, ea vero tertia et maxima divisio erat. Attamen privatarum quoque utriusque hominis potentissimi clientelarum post publicam populi et senatus divisionem mentio fieri poterat a legatis, non quo Caesarem docerent quod ipse iam cognitum haberet, sed ut rei eum admonerent periculum, in quo versaretur civitas, valde augentis. Atque de his potius, quam de civitatibus cum haec verba ipsa, tum illa, quae sequuntur, *fore uti pars cum parte civitatis confligat*, ut cogitemus, suadent. Ceterum *in clientelas* Convictolitavis et Coti (nam ad hos referendum esset *cuiusque eorum*, non ad senatum et populum) *divisus* senatus et populus secundum Caesaris usum (1, 1 §. 1 *Gallia est omnis divisa in partes tres*. 6, 11 §. 5 *omnes civitates in partes divisae sunt duas*) is esset, qui omnis uterque duabus constaret clienteliis, ita ut omnes populares senatoresque omnes alterutrius essent clientes; quod non modo propter ea, quae 6, 15 de clientibus tradita sunt, sed etiam propter iteratam in senatu et in populo divisionis significationem minime verisimile est.

Cap. 33. §. 1 detrimentosum] *detrimento suo* R. Vind. C. et *suo* in Duk. pro v. l. adscriptum est. *detrimento summo* Ven. cde. *detr.* (*imento* an *imentosum?*) *summum* Voss. B. *detrimento sibi* Vind. I. de quo cogitabat Oud. Nam *detrimentosus* praeter hunc locum nusquam occurrit, et inauditum atque insolens verbum Caesar tamquam scopulum fugiendum censebat, ut Gellius 1, 10 ex eius de analogia libro refert. Sed verbum tam simile usitatis illis *portentosus* (quod a Moro commemoratum est) *damnosus*, *odiosus*, etiamsi a nullo dum scriptore usurpatum exstaret, inauditum atque insolens iudicare ille et fugere non poterat, qnin omnem linguae progressum et naturale incrementum proscriberet.

id ne accidat] Cf. adn. ad 1, 4 §. 2 et ad 4, 13 §. 4.

Cap. 33. §. 1 non ignorans, quanta ex dissensionibus incommoda oriri consuessent] Hae *dissensiones* civiles sunt, ut supra c. 1 §. 2 et 6, 22 §. 4, *incommoda* autem ea, quae in sequentibus demonstrata sunt, ubi cavisse Caesar dicitur, ne civitas Haeduorum ad *vim atque arma* descenderet. Quorum magnitudinem non ignorans si quando ipse ad arma civilia descensurus esset, scilicet invitus et coactus descendere iudicari debebat, neque aliam ob causam hoc de se professus videtur.

quanta ex dissensionibus incommoda oriri consuessent, ne tanta et tam coniuncta populo Romano civitas, quam ipse semper aluisset omnibusque rebus ornasset, ad vim atque arma descenderet, atque ea pars, quae minus sibi
2 confideret, auxilia a Vercingetorige arcesseret, huic rei praevertendum existimavit et quod legibus Haeduorum his, qui summum magistratum obtinerent, excedere ex finibus non liceret, ne quid de iure aut de legibus eorum

atque arma] *atque ad arma* Ven. bcde. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. sqq. etiam Oud. qui praepositionem a codd. plerisque abesse testatus tamen, quod Caesar repetere eam soleat, tenuit. Sed idem paulo ante *a bello atque ab hoste* a Vasc. St. Gr. b. oblatum non recepit, neque ego, quamquam Dr. B. Vind. F. idem exhibent, recipiendum putavi. Non magis vero *ad* teneri debuit, quod in nullo codice repertum est.

descenderet] And. Ox. Cu. S. Pet. Urs. (?) Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. In reliquis codd. et in edd. ante Aldum est *discederet*, ex quo exprimi sensus non ineptus poterat.

sibi confideret] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Dr. B. et, si Plüschkii et Fabr. silentio fides habenda, Bong. A. et Egm. cum Ald. et sqq. Reliquis deest *sibi*, quod non minus genuinum, quam *descenderet* videtur. *Confidere* Caesar nusquam absolute, *confidere sibi* Civ. 3, 7 §. 2 et 10, 7 dixit, item Hirtius Alex. 14, 1 et scriptor belli Africi 19, §. 3.

arcesseret] Ita Pet. Fabr. Confl. Egm. Fabr. *accesseret* Voss. A. Gott. Fabr. *accersceret* Hamb. *accersiret* Vind. A. *accerseret* Vrat. BC. Goth. B. Vind. BC. edd. ante Oud. excepta Ven. f. et, quae *acceseret* habent, Ber. Ald. b. *accederet* Dr. A. corr. *occurreret* Dr. B. Cf. adn. cr. ad 5, 11 §. 2.

praevertendum] *perrertendum* Hav. A. *praeveniendum* Leid. B. *praeoccurrendum* Vind. CF. Hoc utrumque ex interpretatione eaque falsa fluxit.

§. 2 his] *hiis* Gott. Fabr. Vrat. ABC. Hamb. *iis* edd. ante Oud. exceptis Ven. cde.

de iure aut de legibus] Inc. Ven. f. St. Oud. secundum Bong. A. Voss. ABC. Egm. „tres alios". Reliquae edd. et tres Confl.

huic rei praevertendum] non praeveniendum aut occurrendum, quemadmodum Morus putabat, quod et praecedentibus parum convenit, quibus iam demonstratum est, cui rei occurrere Caesar voluerit, et propter dativum probari nequit, cuius loco accusativus ponendus erat, sed praecipue et prius, quam ulli alii operam dandam animumque advertendum; quae interpretatio est a Forcellino proposita et locis Plautinis et Livianis confirmata atque illustrata.

§. 2 non liceret] Coniunctivus rem animo Caesaris obversantem, quam ille in consilio capiendo consideraret et respiceret, indicat. Cf. 1, 47 §. 4: *commodissimum visum est C. Valerium Procillum — quod in eo peccandi Germanis causa non esset, ad eum mittere.* ubi *visum est*, ut hic *statuit*, de re cogitata sermonem esse significat, res ipsa non minus, quam haec, vera et in facto posita est.

de iure aut de legibus] Inter

deminuisse videretur, ipse in Haeduos proficisci statuit senatumque omnem et quos inter controversia esset ad se Decetiam evocavit. Cum prope omnis civitas eo 3 convenisset, doceretur que paucis clam convocatis alio

Par. B. Hav. A. Vind. A. Dr. B. Vrat. AC. Hamb. *de* post *aut* omittunt, Hav. A. Vind. A. mutato ordine *de legibus aut iure* exhibent.

ad se Decetiam evocavit] Nomen *Decetiam* ab Vrsini codice Vaticano et ab Ortelii duobusque Ciacconii codicibus et a Petrarchae t6, 49 ed. pr. suppeditatum primus vulgavit Lipsius confirmarunt que Boug. A. Aud. Ox. Co. S. Leid. A. Pet. Par. B. Hav. A. et, in quo *Decicium* est, Vind. A. Reliqui aut omittunt, ut Dr. B. Hamb. Vind. F. St. Gr. b. Freli. Met., aut pro eo habent *etiam*, ut cod. Braut. Voss. A. Par. A. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Vind. El. cum reliquis ante Lips. edd. In codice Petrarchae Hamb. scriptum est *Decenam*, et *Decenna* ab Vkerto Gall. p. 470 ex Itiner. Ant. et Tab. Peut. affertur. *Decisa*, quod idem Vkertus ut variam in hoc Caesaris loco scripturam affert, ab Oud. his verbis commemoratum „in Cuiac. et Petav. marginibus additur *Decetia*, quae aliis *Decisa*" fortasse non in ullo Caesaris codice, sed apud geographum aliumve scriptorem inventum ei, qui illud in m. Cu. et Pet. addidit, idem, quod Caesari *Decetia*, significare videbatur. Et oppidum seu vicus, cui nomen *Decize*, hodie superest in ea regione quae *Nevers* appellatur. Minus certa sunt verba *ad se*, quae in Hav. A. et, ut videtur, in Vat. Vrsini omissa, in cod. Braut. Vrat. C. Goth. B. Vind. El. et edd. ante Oud. una Ven. f. excepta omnibus post *etiam* vel *Decetiam* posita, videri possunt ex coniectura esse illata ad expiendam lacunam, quae oblitteratis primis nominis litteris exstitisset; quibus remotis haud incommode fit ut evocantem illos Caesarem facilius adhuc Avarici commorantem necdum Decetiam ingressum cogitare possimus, quam si *ad se* Decetiam evocasse eos dicitur. Sed discessisse eum Avarico et se Decetiam contulisse nusquam docemur et utrumque ipsi supplere debemus; quod si cui facilius post *evocavit*, quam post *statuit* fieri posse videtur, is Avarici adhuc commorantem ostendisse legatis iturum se Decetiam atque ibi ad se venire illos et sibi praesto esse iussisse putet. De verbo, quod Boug. C. Hamb. in *advocavit*, Ven. de. in *vocavit* mutant, cf. adn. cr. ad 4, 20 §. 4.

ius et *leges* eadem, quae inter genus et speciem ratio intercedit. Nam etiam per consuetudinem et morem vel maiorum vel gentium erant quae postulare vel recusare Haeduis liceret, quae qui negaret vel facere eos cogeret, de iure eorum aliquid deminueret, etiam si legem eorum violaret nullam. Caesar vero, si eos, quibus per leges non liceret, excedere ex finibus iussisset, de iure eorum nulla re alia, quam legum deminutione quicquam deminuisset. Itaque per *aut* facta iuris et legum disiunctio negationis causa facta, sententia eadem videtur, quam cum affirmatione dicta haec haberent: *ut iuris ac legum eorum rationem habuisse videretur*, in quibus cum genere coniuncta esset species.

§. 3 doceretur que] i. e. demonstraretur. Nam ea fere signi-

loco, alio tempore atque oportuerit, fratrem a fratre renuntiatum, cum leges duo ex una familia vivo utroque non solum magistratus creari vetarent, sed etiam in senatu esse
4 prohiberent, Cotum imperium deponere coëgit, Convictolitavem, qui per sacerdotes more civitatis intermissis magistratibus esset creatus, potestatem obtinere iussit.

§. 3 duo] Bong. A. And. Ox. Voss. AC. N. Hav. A. (Par. A. Gott. sec. Whitt.) Pet. Confl. Gu. et a m. pr. Dr. A. *duos* Dr. Bet. a m. seo. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. ACD. edd. ante Oud. (*duas* Ven. cde.) Cf. adn. cr. ad 5, 38 §. 3 et Garaton. ad Cic. Sext. c. 53 p. 217. (Hal. p. 1203, 31.)

§. 4 Convictolitavem] Voss. A. Egm. Gott. Bong. A. Par. A. „fortasse Hav. A." Wh. Vind. I. Ven. f. *Convictolitavim* Pet. Fabr. — *taven* Lov. — *taen* Dr. B. *Convicta tabi lictavicum* Vind. A. *devicto titamen* Hamb. *Convictolitanem* reliqui (*Convinct.* Dr. A. Vrat. B. *Coniunct.* Vind. BI.) et edd. Cf. c. 32 §. 4.

intermissis] *intmissis* Par. AB. sec. Achaiutrium. *inter* Voss. Clarkii *intromissis* Bong. C. quemadmodum nonnulli ex coniectura scribendum putarunt. *admissis* malebat Oud. παρόντων τῶν ἀρχόντων Met. V. int.

ficatio activi in his commentariis esse solet: passivum de personis in doctrina, quae proprie vocatur, seu eruditione dictum est 2, 20 §. 3 (*ab aliis doceri poterant*) 5, 42 §. 2 (*ab iis docebantur*). Ac de Caesare dicto perspicuitatis causa, ne *civitas* doceri videretur, Caesaris nomen addi debebat.

oportuerit] Recte Heerwagenius apud Heldium hoc ita explicat, ut statuendum dicat in oratione recta *oportuit*, non *oportebat*, fuisse. Sed poterat in ea hoc non minus, quam illud esse, et insolentius est inter imperfecta perfectum.

§. 4 intermissis magistratibus] His verbis significatus civitatis Haeduae mos hic fuisse videtur, ut singulis annis finita regia potestate eius, qui summum magistratum gesserat, non continuo, quemadmodum Romae consules, iam ante creatus succederet novus, sed certum quoddam tempus fortasse unius diei vacuum non solum a summo, sed ab omni magistratu intercederet, quo sacerdotes seu druides quasi interreges eum, qui successurus esset, crearent. Hoc modo creatus rectissime *intermissis magistratibus* creatus dicitur eadem significatione verbi, qua 5, 7 §. 6 *intermissa profectio*, ib. 8 §. 1 *ventus intermissus*, alibi alia a Caesare multa dicuntur. Neque illud obstat huic interpretationi, quod inferiorum magistratuum apud Haeduos mentio nusquam facta est. Quibus enim *summus* est magistratus, iis inferiores non deesse necesse est, et pluralis ipse rem iam per se planam aperte demonstrat. Si vero in illa summorum magistratuum controversia inferiores ii, qui a partibus Coti stabant, potestatem continuam tenuerant, et ipse fortasse Cotus, ut qui *alio tempore atque oportuerit*, renuntiatus esset, sine intermissione successerat fratri, nihilo tamen minus Convictolitavis cum asseclis suis mori civitatis obsecutus *intermissis magistratibus* creatus erat.

34. **Hoc decreto interposito cohortatus Haeduos, ut controversiarum ac dissensionis obliviscerentur atque omnibus omissis his rebus huic bello servirent, ea, quae meruissent praemia ab se devicta Gallia exspectarent equitatumque omnem et peditum milia X. sibi celeriter mitterent, quae in praesidiis rei frumentariae causa disponeret, exercitum in duas partes divisit: quattuor** 2

Cap. 34. §. 1 dissensionis] „MSS. multi." Voss. A. Egm. Lov. Gott. Lbb. Bong. AC. Par. A. Carr. cod. Turr. Pal. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. BCDFI. Gu. edd. ante Ald. et teste in Notis Ursino Faernus. (*dissenc.* Gott. Vrat. C. *discens.* Hamb. Vind. B.) *dissensiones* Dr. B. *dissensionum* Aud. Ox. Cu. S. Pet. Leid. A. „alii" Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. quo numero et superiore capite §. 1 usus est et hic uti potuit, ut controversias illas civiles fuisse et ad rem publicam spectasse significaret. Sed singularis causam et originem earum in animi et studiorum diversitate positam osteudit, cuius si obliviscerentur, plus facerent, quam si controversiarum inde ortarum memoriam deponereut.

his rebus] *hiis r.* Vrat. BC. Hamb. *his tribus* Ven. f. Pronomen in ed. Ven. a. 1471 teste Elb. et in Ber. omissum Faerno auctore eiecit Lipsius, quem secuti sunt Iu. Gr. Dav. Cl. et, ne bis idem dicatur, Nipperdeius. Sed *omnes has res* Caesar non, ut Oud. putabat, controversias et dissensiones ipsas dicit, sed ea omnia, quae illarum causa adhuc tanto cum studio egerant, alteri pro Convictolitave, alteri pro Coto summis opibus pugnantes. Has res omittentes omissisque huic bello servientes satisfacturi erant Caesari, neque erat quod *omnes res* omittere eos iuberet. Alia ratione Stephanus tautologiae, quam putaverit, occurrens et *omnibus omissis, his rebus, huic bello servirent* distinguens orationem languidam reddidit.

ea, quae] *atque quae* Leid. A. Viud. A. *ea omnes* Dr. A. a m. pr. *ea quae omnes* idem a m. sec. et Vind. B. *eaque quae* edd. omnes excepta Iuc. et *eaque* in nonnullis codd. ut in Bong. A. Pl. Hav. A. scriptum est, *eaque quae* in nullo repertum videtur. Cum eorum, quae Caesar Haeduos ut faciant hortatur, non omnium eadem ratio et tertium pariter ac primum magis in cogitatione, secundum et quartum in actione positum sit, recte tertium sine copula adiicitur secundo, qua addita nescias, utrum duo posteriora cum duobus prioribus, an tertium cum secundo iungi scriptor voluerit.

sibi] om. Med. a. Ven. bcde.

Cap. 34. §. 1 huic bello servirent] Cf. adn. ad 4, 5 §. 3.

sibi celeriter mitterent] **non** Decetiam, ubi tum erat, sed illuc, ubi futurus esset eo tempore, quo paratae forent copiae illae equestres et pedestres. Petebat **autem** Gergoviam, idque ipsum docuisse Haeduos et de ratione itineris sui certiores fecisse existimandus est. Itaque c. 38 §. 1 decem illa milia peditum eodem proficisci videmus.

quae in praesidiis — disponeret] h. e. ita, ut essent in praesidiis. Cf. 1, 43 §. 9 *in mandatis.*

exercitum in duas partes divisit] Ex his verbis et ex iis, quae

legiones in Senones Parisiosque Labieno ducendas dedit, sex ipse in Arvernos ad oppidum Gergoviam secundum flumen Elaver duxit; equitatus partem illi adtribuit,
3 partem sibi reliquit. Qua re cognita Vercingetorix omni-

§. 2 adtribuit] Voss. A. Egm. (Bong. A.) Par. A. Vrat. A. non *attr.*

proxime sequuntur, Caesarem omnes legiones, etiam duas, quas c. 10 §. 4 Agedinci relictas ostendit, secum Decetiae habuisse apparet. Idem colligi potest ex eo, quod c. 43 §. 5 consilia inisse dicitur, quemadmodum *rursus* omnem exercitum contraheret. Relictas autem Agedinci legiones, quarum mentio post c. 10 nulla facta est, tum, cum a Vercingetorige discedere et in Haeduos proficisci statuit, eodem evocasse, ipse vero cum octo reliquis Avarico Decetiam venisse videtur. Sine legionibus enim civitati, de cuius fide iam ante dubitasset (c. 9 §. 4) quaeque tum omnis in armis esset (c. 32 §. 5) non temere se commiserit. Neque propterea, quod c. 33 §. 2 legiones non commemorat, sine iis venisse putandus est. Nam illo loco de se suaque profectione dicere satis habebat, et tamen iisdem verbis utens, quibus c. 32 §. 2 suum ad hostem proficiscendi consilium ostenderat, profectionem eodem modo et cum exercitu instituendam significat. Id fefellisse videtur Vkertum adeo, ut Decetia Caesarem Avaricum revertisse et Avarico Gergoviam contendisse finxerit: Cäsar selbst eilt auf Bitten der Aeduer zu diesen, um ausgebrochene Streitigkeiten zu schlichten. Dieß geschieht in Decetia, er stellt die Ordnung her, und bricht dann von Avaricum mit 6 Legionen auf. Gall. p. 399.

§. 2 Elaver] Hoc non aliter, quam *cadaver* et *papaver* pronuntiandum videtur. Certe verbi *elavo* non facile cuiquam Romae haec legenti in mentem venerit, neque hodierni nominis *Allier* correptae penultimae plus tribui debet, quam productae in *Elaris*, quo utitur Sidonius Apoll. Paneg. v. 209: *Clitis*, *Elaris*, *Atax* etc., et in altero eiusdem nomine *Elauris*. Tamen Baumstarkius *Elăver* praescripsit.

equitatus partem illi adtribuit, partem sibi reliquit] Haec equitatus distributio ante, ut videtur, facta a Caesare, quam ipse Gergoviam ducere sex legiones coepisset, non ad hoc, quod proxime praecedit, sed ad illam exercitus seu legionum divisionem, cuius ratio adiectis verbis *quattuor — duxit* demonstratur, referenda ideoque maiore interpunctione post *duxit* utendum est, quam post *dedit*. Quod non hunc ad modum, qui exspectari poterat: *exercitum equitatumque in duas partes divisit: quattuor legiones cum parte equitatus Labieno — dedit*, *sex cum reliquo equitatu ipse — duxit*, rem referre maluit, eo factum esse potest, quod tantundem equitum Labieno attribuisset, quantum reliquisset sibi, illo autem modo pro ratione legionum instituta esse distributio equitatus videretur. Quod autem *duxit* potius, quam *ducere constituit* scribens hysteron proteron fecit, brevitatis studio fecisse videtur. Sic enim sufficiebant tria illa verba, quae sequuntur, *qua re cognita;* quae ad *duxit* relata iam non egent numeri singularis excusatione, quam in adn. ad 5, 7 §. 1 adhibendam putabam.

bus interruptis eius fluminis pontibus ab altera fluminis parte iter facere coepit. 35. Cum uterque utrique esset exercitus in conspectu fereque e regione castris castra poneret, dispositis exploratoribus, necubi effecto ponte

§. 3 fluminis parte] p. *fl.* Vind. CI. Cl. *p. Elaveris* Vind. A. *Elaveris p.* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Par. B. Hav. A. Ald. et sqq. praeter Cl. In Ven. de. *pontibus ab altera fluminis* omissa sunt. Qui varietatem codicum ab interpolatione natam, a scriptore tantum *ab altera parte* positum arbitrantur, non solum eius codicum generis, quod *fluminis* exhibet, indolem adversantem habere, sed etiam contra Caesaris scribendi consuetudinem facere videntur, de qua cf. adn. ad 4, 29 §. 4 et haec, quae ib. c. 15 §. 2 leguntur: *reliqui se in flumen praecipitaverunt atque ibi timore, lassitudine, vi fluminis oppressi perierunt.* Hunc equidem magis crediderim *ab altera fluminis Elaveris parte* scripsisse, quorum utriusque recensionis auctor alius aliud tamquam inutile sustulerit. Cf. 1, 12 §. 2: *Ubi per exploratores Caesar certior factus est tres iam partes copiarum Helvetios id flumen traduxisse, quartam vero partem citra flumen Ararim reliquam esse.*

Cap. 35. §. 1 uterque] om. Dr. A. Vind. B.

utrique] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. AI. Ven. cde. Ald. sqq. *utrinque* vel *utrimque* reliqui.

esset] iidem, qui *utrique*, exceptis Vind. I. Ven. cde. *exesset* Par. A. *exisset* reliqui.

exercitus] *exercitui* Par. B. Hav. A. Vind. A. Vasc. P. Man. Gr. b. (Frell.) Turr. Ald. b. *exercitum* Leid. A.

in conspectu] *conspectus* Leid. A.

fereque] *fere* Lov. Brant. Hamb. Vind. A. *peraeque* Ven. bcde.

e regione] *e rigione* Voss. A. Fabr. *e r. Vercingentorix* Ven. f.

castris] *castrorum* Med. a. Ven. bcde. om. Lov. Fabr. Brant. Pal. Vrat. C. Goth. B. Vind. E. Hamb. Oud. 2.

poneret] iidem, qui *esset*, excepto Leid. A. in quo est *ponerent*. *ponebat* Ven. cdef. *ponebant* reliqui. In lectione ante Aldum vulgata protasis est *cum uterque utrinque exisset exercitus*,

Cap. 35. §. 1 Cum uterque esset exercitus in conspectu] scilicet nulla re nisi flumine diremptus, id quod proxime praecedentia verba significant, cuius fluminis ripas planas et apertas, silvestrem autem locum, qui §. 2 dicitur, remotiorem a flumine fuisse consentaneum est.

fereque e regione castris castra poneret] Hoc iam non ex praecedentibus sequitur, sed a scriptore ita factum esse narratur, qui autem factum sit, facile conicitur.

dispositis exploratoribus] Hoc initium est apodosis.

necubi] Ut *alicubi* secundum veteres grammaticos ab Handio Turs. 1, 230 indicatos ex *aliquo* et *ubi* compositum *aliquo in loco* significat, ita *necubi* secundum scriptorum usum ab eodem 3, 149 monstratum *ne quo in loco* significans ex *ne* et *quo* et *ubi* compositum esse, et si *ne quo*, *ne quis* rectius scribitur, quam *nequo*, *nequis*, rectius *necubi* scribi videtur, quemadmodum tacite scripsit Nipperdeius. In eadem sen-

Romani copias traducerent, erat in magnis Caesari difficultatibus res, ne maiorem aestatis partem flumine impediretur, quod non fere ante autumnum Elaver vado
2 transiri solet. Itaque ne id accideret, silvestri loco

cui apodosis *in conspectu fereque e regione castris castra ponebant* nullo modo respondet. Sive enim *cum exisset exercitus* ita dictum est, ut 3, 13 §. 9 *cum saevire ventus coepisset*, quod expiicatum v. in adn. 3, 12 §. 1, exitum non sequebatur hoc, ut castra ponerent, sed ut irent et in agmine essent aut aliquid eorum facerent, quorum causa exire exercitus soient, cuiusmodi iila sunt, quae Sosia Plautinus Amph. 1, 1 v. 65 sqq. facta narrat *postquam utrinque exitum est maxuma copia*; sive potius, quia cotidie exibant et exitus minime fortuitus erat, ita, ut 3, 12 §. 1 *cum ex alto se aestus incitavisset*, rursus non exitu fiebat, ut in conspectu fereque e regione castra ponerent, sed eo, quod eodem tempore et ex castris similiter positis exissent et eadem celeritate idemque tempus iter fecissent; quarum rerum in illa lectione nihil et earum loco aliquid prorsus iuutile dictum est. Nam eos, qui Gergoviam contenderent, non castris se tenuisse sed exisse quis non sua sponte statuat? Accedit quod ea pars narrationis, qua castra poni dicuntur, nullo neque vinculo neque nexu cum sequente cohaeret. Quae vero a Dübnero tentata est medicina, ea vereor ne malum reddat peius. Verba enim *in conspectu — traducerent*, quae omni parenthesis nota carent, parenthesin faciens ab usu scriptoris abhorrentem exitu utriusque exercitus difficultatem creat Caesari, illa, quae difficultatem afferebant, quasi aut minori momento praedita aut per se clara obiter attingit. Quae cum ita sint, *exisset* ut Caesare indignum et vitiosum abiici debet. Neque obscurum est, quomodo oriri potuerit. Scilicet *esset exercitus* scripturus librarius facili lapsu *exesset exercitus* scripsit, quod ipsum in Par. A. legitur; ex quo cum factum esset *exisset*, *utrique* et *poneret* mutari necesse fuit.

Caesari difficultatibus] „*Caesar d.* Voss. B. *Caesari d.* And. Ox. S. Leid. A. Vrs. al. *Caesaris d.* vel *d. Caesaris* MSS. et Edd. qdd." Sic parum definite Oud. fortasse in dubitationem coniectus eo, quod in ex. Fabr. *Caesaris* ex nullo codice, *d. Caesari* ex uno Gott. relatum videbat. Sed Whittio teste Gott. ut Vrat. B. et Gu. habet *d. Caesaris*, et *Caesaris d.* legitur in cod. Steph. sec. Hotom. Bong. A. Pi. Par. A. Hav. A. Dr. AB. Vrat. AC. Goth. B. Hamb. Vind. BCDEFI. et omnibus ante Scaligerum editionibus. Itaque dativus alterius tantum generis codicibus neque iis omnibus

tentia fuerit is, qui ad Lucani versum Phars. 9, 1058 *Necubi suppressus pereat gener* — scholion a Webero editum adscripsit *alicubi*. Similiter comparata sunt *sicubi* et *nuncubi*, quorum penultimam sub ictu posuit Terentius Eun. 3, 1 v. 13 *Consilia. mirum. tum sicubi eum satietas.* Ib. 1, 2 v. 83 *Num solus ille dona dat? nuncubi meam.* ut et ipse *si cubi*, *num cubi* scribere debuisse videatur. Eadem ratio est compositorum *necunde* et *sicunde*. Sed quod in ratione erat, minime omne in usu fuisse constat, *cubi* autem et *cunde* vocabula usitata fuisse non videntur.

castris positis e regione unius eorum pontium, quos Vercingetorix rescindendos curaverat, postero die cum duabus legionibus in occulto restitit, reliquas copias 3 cum omnibus impedimentis, ut consueverat, misit, ca[r]-

nititur, et inter eos Vrs. ab reliquis discrepat eo, quod *res* omittit, cuius loco Voss. B. habet *rei*. Genitivo ad *difficultatis* nomen adiecto, etsi Caesar fere rem significat, ex qua existit difficultas, velut cum *locorum*, *hiemis difficultates* dicit, tamen personam quoque in difficultate versantem significari posse Hirtii locus ostendit 8, 40 §. 5: *qua difficultate eorum cognita*. Status autem et conditio rerum, quae breviter *res* dicitur, qualis sit, demonstrari ita solet, ut esse in aliquo quasi loco dicatur. Civ. 1, 79 §. 3 res est *magno in periculo*, Gall. 6, 38 §. 2 *in summo discrimine*, et Civ. 3, 15 §. 3 scriptor iisdem verbis, quibus hic, utitur: *erat res in magna difficultate*. Iam fieri potuisse, ut ea difficultas, in qua res esset, simul personae alicuius difficultas diceretur, et ita vulgatam ante Scaligerum lectionem defendi posse non nego. Sed parum consentaneum erat rerum conditionem in personae difficultatibus potius, quam personam ipsam in difficultatibus versantem cogitare, praesertim cum personae difficultates nullae aliae sint, quam in quibus versatur persona. Neque usu et exemplis comprobari potest genitivus. Cf. praeter ea, quae supra allata sunt, 2, 25 §. 1: *rem esse in angusto*. huius libri c. 32 §. 3: *summo esse in periculo rem*. c. 41 §. 2: *quanto res in periculo fuerit*. Civ. 1, 54 §. 1: *cum in his angustiis res esset*. Dativi vero etsi exempla non magis suppetunt, quia reliquis in locis opus non erat demonstrari, ad quem pertineret difficultas, periculum, discrimen, in quo res versaretur, ratio tamen constat, et cum hostes aliquid fecissent, quo rerum conditio non ipsis, qui fecerant, sed Caesari in difficultatem perducta esset, cui etiam sequentia quid timendum fuerit, demonstrant, causa non deerat, cur adderetur *Caesari*.

§. 2 castris positis] *sitis*, omisso *castris*, „MSS. 9" Bong. A. Voss. A. Gott. Vrat. B. Gu. Hamb. luc. *situs* Egm. Vrat. A. *situm* Leid. B. Vind. C. *suis* Vind. B. et, ut videtur, Dr. A. a m. pr. *castris* Dr. A. corr. et, superscripto *positis*, Leid. A. *positis* Lov. Fabr. Lb. *positis castris* St. Gr. b. Frell. Certum h. l. habemus trium syllabarum in optimo codice eiusque asseclis temere praetermissarum exemplum. Nam *castris positis* carere, quemadmodum Oud. putabat, propter *postero die* non possumus. Neque Metaphrastes ea, ut Oud. videbatur, omisit, sed recte interpretatus est *στρατοπεδευσάμενος*.

postero die] *postridie* Ox. Cu. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. ab. St. p. Man. Turr. Lips. quo Caesar in Comm. de b. G. non utitur nisi addito *eius diei*: Civ. 1, 67 §. 5. 3, 6 §. 3. 41 §. 1 solum posuit.

§. 3 impedimentis] *copiis* Bong. C. In Dr. B. verba inter *impedimentis* et *cohortibus* interiecta exciderunt, in Vind. A. *impedimentis* post *ut consueverat* positum est.

ptis quibusdam cohortibus, uti numerus legionum con-

captis] *craptis* a m. pr. *captis* a m. sec. Hav. A. sec. Wh. „Hav. A. si recte video, *craptis quibusdam*" Elb. *ereptis* Vind. A. *demptis* Leid. C. Duk. Dorv. MSS. Clarkii, Vrat. C. Goth. B. Vind. BCDF. edd. ante Ood. excepta sec. Elb. inc. In nonnullis Ood. codd. *captis* post *quibusdam* positum est. *additisque cohortibus aliquot* Petr. 16, 51.

quibusdam] *quartis quibusdam* Leid. B. *quartis quidem* Ox. *quartis quibusque* And. Ald. ab. Gr. a. margo Vasc. (m. Freil.) P. Man. Turr. Lips. Dav. Cl. [*quartis*] *quibusque* In. Gr. (*quartis*) *quibusque* Oud. cum hac adnotatione: demptis quartis quibusque] MSS. et Edd. vett. *demptis quibusdam* Graecus item *τινὰς σπείρας καταοχών*. *His*, reliquis videlicet copiis. CLARK. *Quartis* servant MSS. Andin. et Oxon. et Leid. sec. et Vascosani margo. Sed *demptis* non agnoscunt And. et Oxon. et pro *quibusque* (quod est in solo Andino, si excerptis est credendom) habet Oxon. *quidem*. Reliqui omnes nec *quartis* habent, et *quibusdam* legunt. *Demptis* etiam modo reperi in Leid. tert. Duk. et Dorvill. Ceteri, qootquot nomerare possum *captis quibusdam* vel *q. captis*. Unde adparet saltem *captis* sive delectis, reponendum pro *demtis*. de reliqois videant acutiores: Mihi non satisfacio. an *sectis quibusdam cohortibus* vel simile quid, ut reliquarum IV legionum cohortes ita secaverit et diviserit, ut viderentur esse sexaginta, sive sex legiones, quamvis duas eis detraxisset? vel an Vossio adsentiendum, et legendom *detractis quartis q. c.* Certe ita MSStis propius adhaerebimus. Biasius Vigenerus, quem laudat Brantius, mavolt *demptis tertiis quibusque cohortibus*." Haec Oud. qui non videtur *captis* in And. et Ox. omissum significare voluisse, quemadmodum Elb. putabat, qui hoc vocabulum ab iis abesse scribit. Sed qoamvis firmum a codicibus *captis* a Caesare scriptum non videtur. Neque enim *deligendis* cohortibus, quae Oud. interpretatio est, neque *demendis*, ut Achaintrius assentiente Dübnero *capere* verbum contra linguae usum declarat, effici poterat, ut quadraginta cohortes sex legionum speciem praeberent. Eadem de causa ne *demptis* quidem probari potest, quod in quibusdam codicibus exstat, quod si in omnibus exstaret, scriptor satis negligenter id, quod minus necessarium erat, dixisse, alterum, quod maxime desiderabatur, quonam Caesar demptas illinc cohortes traduxisset, reticoisse existimandus esset. Itaque coniectura opus est, quae felicissime cessit Wendelio Coborgensi in Seebodii Sylloge inscripta: *Neues Archiv a.* 1830 *n.* 29 *carptis* proponenti firmantique verbis Livii 26, 38 §. 2 *in multas parvasque partes carpere exercitum*, in quibus simili errore nonnulli libri *capere* exhibent, ut Gall., 3, 17 §. 5 *caperetur*, Civ. 1, 63 §. 2 et 78, 5 *caperet*,

§. 3 ut consueverat] Superioribus diebus Caesar omnes legiones cum omnibus impedimentis miserat et iter facere insserat, illo vero die cum duabus legionibus restitit praeter consuetudinem, in impedimentis autem consuetudinem suam tenuit et cum parte copiarum omnia misit. De illa enim consuetodine, quam 2, 19 §. 1 commemorat, si cogitari h. l. voluisset, plura ei verba facienda fuissent.

stare videretur. His quam longissime possent pro- 4
gredi iussis, cum iam ex diei tempore coniecturam ca-

Afr. 75, 4 *capere*, et apud alios scriptores alia, quae Drakenborchius ad Liv. 6, 32 §. 11 ostendit. Cum enim singulae cohortes trinis manipulis constarent, in totidem partes divisae ita, ut quantum singulae cohortes obtinere solerent spatium, tantum laxatis singulis manipulis tribueretur, re vera erant *carptae* et trium cohortium instar videri poterant. Sic autem divisis decem ex quadraginta cohortibus fiebant, ut quae quattuor essent legiones, eae sex viderentur, idque scriptor verbis *carptis quibusdam cohortibus* significare potuit, si nihil nisi certum quendam carptarum numerum fuisse demonstrandum putavit, numerum ipsum indicare supersedit. Si numerum quoque eumque denarium demonstrare voluit, nihil obstat, quo minus *carptis quartis quibusque cohortibus* scripsisse putetur, quae codicis Andini lectio est, in qua plurali cavetur, ne singularum legionum singulae eaeque quartae cohortes dictae videantur. Ac fortasse haec ipsa fuit Ephemeridum scriptura, quam postmodum vel propter insolentiam pluralis numeri vel quod ampliorem declarationem requireret, cum illa, quam Commentariorum lectoribus satisfacere arbitraretur, commutaverit. Nam interpolatione aut errore ex *quibusdam* factum esse *quartis quibusque* vix est credendum; causa autem, cur Caesar non omnes pariter, sed ex quaternis singulas cohortes carperet, satis idonea erat, si quartae partis exercitus dispositione et itineris faciendi ratione mutanda effici poterat quod volebat, ut numerus legionum constare videretur. Ceterum *sectis*, quod Oudendorpio in mentem venit, ad sensum non minus probabile, quam *carptis*, sed ei, quod codices habent, minus est simile: Vossii et Vigeneri commentu irrita fiunt eo, quod rem a Caesare institutam non ad *reliquas copias*, quas ipse demonstrat, sed ad omnes sex legiones pertinuisse ponunt.

§. 4 progredi] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. (Vind. D.) Rom. a. Med. a sqq. *proficisci* Vind. A. *egredi* reliqui codices (*eggr*. Hamb.) cum ed. inc. Id post Dübnerum Nipperdeius et Seyffertus receperunt, non perpendentes illi *egredi quam longissime* proprie quemquam dici non magis potuisse, quam *ingredi quam proxime*, adscita autem cum Dübnero discedendi significatione aliquid inferri, quod rei, de qua sermo est, minus conveniat. Quamvis longe enim illi a castris suis *discederent*, nisi *progrederentur* et Gergoviam versus iter facere pergerent, efficere id, quod Caesar spectabat, ut hostes quam longissime ab se removeret, non poterant. Neque vero *longissime* per linguae usum licet pro *longissimo agmine* positum accipere atque ita *egredi* tueri, quamquam quae Dio Cassius 40, 35 §. 2 de hac re verba facit, ab eiusmodi interpretatione profecta videntur: *τὰ μὲν σκευοφόρα καὶ τοῦ στρατοῦ τὸ πλεῖον προέπεμψε, μακρὰν ἐκτεταμένῃ τάξει κελεύσας αὐτοὺς προϊέναι, ὥστε καὶ πάντας σφᾶς ἐνταῦθα εἶναι δοκεῖν.*

caperet] iidem, qui *progredi*, et Vind. A. *coeperit* Bong. A. Pl. (*ceperit* sec. Oud.) *ceperat* reliqui cum ed. inc. Hoc quoque devoratum est ab illis, qui *egredi* concoquere potuerunt, ex quibus Seyffertus haec adscripsit: *cum iam ceperat*) die rein zeitliche Bedeutung macht das nebenstehende *iam* deutlich: nachdem er die-

peret in castra perventum, isdem sublicis, quarum pars inferior integra remanebat, pontem reficere coepit.
5 Celeriter effecto opere legionibusque traductis et loco

sen befohlen hatte, und nachdem er nunmehr die Vermuthung gezogen hatte. Zumptii vero, quo teste sententiarum suarum fide non indigue uti solet, paragraphum nullam citavit. Respiciendum ei erat quod Zumptius §. 579 docet de plusquamperfecti indicativo ad *cum* adiecto, quod Caesaris usui non minus, quam Ciceronis accommodatum esse exempla demonstrant a me in adn. cr. ad 3, 15 §. 1 collata, quibus nunc septimum addo 5, 19 §. 2: *cum equitatus — se in agros eiecerat — essedarios ex silvis emittebat;* deinde recordandum illorum, quae leguntur 2, 33 §. 5 (*cum iam defenderat nemo)* et 7, 6 §. 1 (*cum iam ille urbanas res virtute Cn. Pompei commodiorem in statum pervenisse intellegeret*) et 83 §. 8 (*cum iam meridies adpropinquare videretur*) in quibus *iam* pariter atque hic ut nostrum bereits aliquod tempus intercessisse significans, priusquam aliquid fieret, non impedit, quo minus id, quod fiebat, non temporis solum, sed causae nexu coniunctum cum altero cogitetur.

isdem] Gott. Fabr. et Wh. Hamb. Vind. A. *hisdem* Pet. Voss. A. Egm. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. A. Vrat. AB. Vind. BCl. Ven. f. *hiisdem* Dr. B. Vrat. C. *iisdem* Goth. B. cum edd. Cf. 2, 3 §. 5. 7, 1 §. 3. 3 §. 2. 12 §. 4. *idem* 1, 31 §. 1. et fortasse *is* 2, 29 §. 3.

sublicis] Cf. adn. cr. ad 4, 17 §. 4.

§. 5 traductis] Hav. A. Vind. A. Ven. f. sqq. (*transd.* Ald. b. Lips. sqq.) et, ut videtur, And. Ox. Cn. S. Leid. A. Lov. Duk. Hos enim praetermittit Oud. enumerans eos, qui „non habent", qui sunt Bong. A. Voss. ABC. Pet. Egm. Gott. Leid. BC. Dorv., quibus accedunt Brantii et Clarkii codices, Pal. Confl. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gn. Vind. BCEFI. cum edd. ante Ven. f. In Carr. et cod. Turr. est *transmissis*, quod praeferebat Oud. Sed *traductis* multo maiorem habet auctoritatem et ipsa simplicitate praestat.

§. 4 pars inferior] Qui *partem* ordinem interpretantur (die untere Reihe der Brückenpfeiler Baumstarkius et Seyffertus adscripserunt) adversus linguae usum faciunt et rem inferunt vix commemoratione dignam, siquidem nihil Romanorum intererat, utrum superior, an inferior ordo sublicarum integer relictus esset. Sublicis immissae fuerant trabes transversariae materia directa, per quam iretur, constratae, quibus rescissis superior pars sublicarum integra remanere non potuerat, inferior remanserat. Aliter rem narrat Polyaenus Strat. 8, 23 §. 9: *γεφύρας διακεκομμένης τὰ μὲν στρώματα πεπηγότα ἐχούσης, τὰς δὲ ἐπάνω δοκίδας ἀφῃρημένας.* Sublicae enim, quod cum Schneidero Passovius in Lexico ponit, *στρώματα* dici nullo modo potuerunt, trabes transversae magis potuerunt, eoque posito Vercingetorix nihil nisi materiam directam, asseres et longurios, quibus trabes constratae erant, *τὰς ἐπάνω δοκίδας*, abstulisse dicitur. Longius a Caesare et a vero aberrat Dio 40, 35 ratibus eum traiecisse flumen tradens: *σχεδίας ἐποίησε καὶ ἐπ' αὐτῶν διέβη τὸ ῥεῦμα.*

castris idoneo delecto reliquas copias revocavit. Ver- 6
cingetorix re cognita, ne contra suam voluntatem dimicare cogeretur, magnis itineribus antecessit. 36. Caesar ex eo loco quintis castris Gergoviam pervenit equestrique eo die proelio levi facto perspecto urbis situ, quae posita in altissimo monte omnis aditus difficiles

Cap. 36. §. 1 quintis] *quinctis* Ald. b. *quinis* Leid. B. Bong. C. Dr. B. Vind. C. *quantis* sup. a m. s. *motis castris* Vind. A.

equestrique eo die proelio] Hoc ordine „MSS. multi“ Pet. Voss. A. Egm. Gott. Bong. A. Par. A. Hav. A. Dr. A. Vrat. AB. Gu. Vind. A. (hic sine *que*) Ven. f. Reliqui cum ceteris edd. *equestrique proelio eo die*, ut c. 53 §. 2 *levi facto equestri proelio*. 5, 50 §. 1 *eo die parvulis equestribus proeliis ad aquam factis*. 1, 18 §. 6 *quod proelium equestre adversum paucis ante diebus esset factum*. 8, 45 §. 1 *Labienus interim in Treviris equestre proelium facit secundum*. Hic vel numeri et soni gratia dirempta nomina vel *eo die* verba propterea interiecta sunt, quod temporis definitio tantummodo ad proelium factum neque simul ad perspectum urbis situm referenda est.

omnis] Ita Oud. secundum Ox. Egm. Voss. B. quibus accedunt Pal. Par. A. Vrat. AB. et fortasse Bong. A. ex quo Pl. refert *oĩs*. Ceteri cum edd. plerisque *omnes*, Ald. a. Gr. a. Turr. *omneis* habent. Lectio non omnino certa videtur.

§. 5 revocavit] *νυκτὸς ἀνεκαλέσατο* Dio; quae temporis significatio in iis, quae Caesar §. 4 scripsit, inest.

§. 6 magnis itineribus antecessit] *οἱ δὲ Γαλάται τῷ παραλόγῳ τῆς διαβάσεως ἐκπλαγέντες ἔφευγον* Polyaenus; quod ex Caesaris verbis ductum non videtur.

Cap. 36. §. 1 quintis castris] Hac dictione, qua Caesar primus et hoc uno loco usus videtur, Livius deinde saepe et alii scriptores sunt usi, satis constat idem significari atque verbis quinti diei itinere confecto seu eo tempore, quo quater mota castra quintum ponenda sunt. Nam ita Livius 28, 33 §. 1 Polybii verba 11, 30 *παραγενηθεὶς ἐπὶ τὸν Ἴβηρα ποταμὸν δεκαταῖος* interpretatus est: *profectusque decimis castris pervenit ad Iberum*. Ac si *castra* tempus ponendorum castrorum dici potuisse putamus, qua mente nonnulli interpretes hic metonymiae mentionem faciunt, ratio aperta est ablativi, qui etiam a reliquis scriptoribus ut h. l. a Caesare cum verbo ablativum temporis recipiente construitur. Cf. Liv. 38, 13 §. 11: *ex eo loco ad Tabas tertiis castris perventum*. Curt. 3, 7 §. 5 (17 Z.): *castrisque motis et Pyramo amne ponte iuncto ad urbem Mallon pervenit, inde alteris castris ad oppidum Castabulum*. Tac. Hist. 3, 15: *universo cum exercitu secundis a Verona castris Bedriacum venit*. Sin subtilius agendum putamus, eum, qui confecto itinere, cum iam castra ponenda sunt, aliquo pervenit, *cum* illis castris illuc venientem cogitare possumus, mit dem fünften Lager, ut vertit Oehlerus, vel etiam *ab* iis illic locatum, quasi dicatur das fünfte Lager brachte ihn dorthin, sicut tertio die venturum is dies locaturus dicitur a Cicerone De divin. 1. 25 versum Homericum Il. 9, 363 ita reddente:

habebat, de expugnatione non prius agendum constituit,
2 quam rem frumentariam expedisset. At Vercingetorix

de expugnatione non prius agendum constituit] Bong. A. Voss. ABC. Egm. Lov. „5 alii" Lbb. Par. A. Gott. sec. Wh. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. (hic — *constituit agendum* Gn. Vind. BCDFI. edd. ante Ald. (Ven. e. — *Agendum const.*) *de oppugnatione desperavit*, *de obsessione non prius agendum constituit* And. Ox. Leid. A. (hic — *instituit*) Hav. A. Vind. A. *de expugnatione desperavit: de obsessione non prius agendum constituit* Ald. et sqq. tacente Cond. et de Pet. et Cn. exemplari Fabr. in quo de Voss. A. Egm. Lov. idem, quod ab Oud. refertur, Gott. vero *de obsidione* omittere dicitur. Aldina lectio, quam praeter consuetudinem secutus est Nipperdeius, unum commodum hoc habet, quod Bongarsianae origo ex ea facillime repeti potest, ceterum auctoritate destituta est et, si *expugnationem* scriptor significatione usitata dixit (cf. c. 69 §. 1 *ut nisi obsidione expugnari posse non videretur* sc. Alesia) sententiam efficit minime verisimilem, quam Mori ostendit interpretatio: Vidit non posse urbem capi, etsi obsideretur; voluit tamen eam obsidione aliquamdiu premere, sed commeatu ante proviso. In lectione Andina, quam Whittius recepit, offensionem praebere potest *obsessioni* opposita *oppugnatio*, cum Hirtius quidem 8, 26 §. 2 et 4 *oppugnare* et *obsidere* in eadem re posuisse videatur, et quod *desperari* de rebus bonis et per se expetendis dici solet, velut de salute, de victoria, quibus rebus oppugnatio adnumerari non potest. Sed *pugna* non magis bonum et per se expetendum est, et tamen recte 1, 40 §. 8 *desperantes de pugna* dicuntur ii, qui etiam tum pugna decertare cupiebant et aliquamdiu fore, ut decertarent, speraverant. *Oppugnationis* autem notio etsi latius patet, et quicunque *obsidetur*, is simul *oppugnatur*, ut Hirtius non temere *obsideri* oppidum idem dixerit, quo clausum aliquem dixerat *oppugnari*, nihilo tamen minus sicut alia vocabula proprie genus significantia, ad speciem transferri, et ea expugnandi ratio, quae vi et et aggere, vineis,

Tertia te Phthiae tempestas laeta locabit.

de expugnatione non prius agendum constituit] *Agendum* dubitari potest utrum de ea actione, quae proprie dicitur, quae facientis est, an de cogitatione accipiendum sit, quam significari statuit Moebius *deliberandum*, *cogitandum* interpretans et locum conferens Civ. 1, 26 §. 5, quo tamen loco res aeque incerta est: *Paulo post renuntiat* (Libo Caesari), *quod consules absint, sine illis non posse agi de compositione. Ita saepius rem frustra tentatam Caesar aliquando dimittendam sibi iudicat et d e b e l l o a g e n d u m*. Quin etiam eodem sensu, quo *de compositione*, *de bello agi* hic dictum videri potest, si scriptor ironice locutus est. Atque ipsa illa *de compositione*, *de pace agere* et similia, in quibus actio plerumque ad orationem refertur, interdum proprie dictam designant, ut Civ. 3, 18 §. 5: *conatus tamen nihilo minus est aliis rationibus per conloquia de pace agere*. et interdum dubites loquendi, an cogitandi significatio verbo adiuncta sit, velut Civ. 3, 83 §. 4: *postremo omnes aut de honoribus suis, aut de praemiis pecuniae, aut de*

castris prope oppidum in monte positis mediocribus circum se intervallis separatim singularum civitatium

turribus utitur, *oppugnatio* vocari atque ita *obsessioni*, cuius *causa haec fere esse consuevit, ut frumento hostes prohibeantur* (Civ. 3, 47 §. 3) opponi potest et opposita est a Livio 5, 2 §. 1: *Cum spes maior imperatoribus Romanis in obsidione, quam in oppugnatione esset.* De tali igitur oppugnatione, quam Caesar Gergoviae eandem atque Avarici futuram esse sperasset, perspecto urbis situ recte desperasse dicitur. Sed illud mirari licet, quid ei spem iniecerit, quam re perspecta deponere cogeretur, et quid desperare eum coëgerit de re tota ex ipsius arbitrio pendente et mox a parte militum (c. 47.) tentata; ut non tam de oppugnatione eo sensu, quo i. i. de pugna Galli, alibi alii de sua salute similibusque rebus, quae perituræ aut nullae futurae videntur, quam de oppugnationis, si ea uti instituisset, felici successu desperasse idque breviter verbis *de oppugnatione desperavit* significasse existimandus sit. Quamquam ne huius quidem desperationis causa idonea apparet. Nam ipsam illam in altissimo monte positam et omnes aditus difficiles habentem urbem paulo post a Romanis non solum oppugnatam, sed paene expugnatam et vi captam videmus, et haec situs eius descriptio talis est, ut diuturnae atque operosae sive oppugnationis sive obsessionis exspectationem moveat, desperandum Caesari de oppugnatione oppugnationisque successu fuisse non ostendat. Quae cum ita sint, eam scripturam, quam codex Bongarsianus exhibet, in qua nihil inest, quod aut per se improbabile sit, aut antecedentibus non conveniat, veram puto, Andinam ex Ephemeridibus fluxisse suspicor.

§. 2 prope oppidum] *pro oppido* Ox. Ald. ab. Gr. ab. P. Man. Vasc. (Frell.) St. Turr.

in monte] om. Boug. A. Voss. ABC. Cu. Pet. Egm. Lov. „5 alii" Par. A. Gott. sec. Wh. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BCDEFI. edd. ante Ald. Non temere hoc additum, sed errore omissum videtur. *Prope oppidum* enim etam in radicibus montis posita castra dici poterant, et quamvis ex sequentibus in monte ea posita fuisse colligi possit, tamen perspicuitatis amantem scriptorem magis ipsum initio docere, quam postmodum colligendum lectori permittere decebat. Magis affine pleonasmo est quod ab Aldo editum in Ox. legitur, *pro oppido in monte*, cuius lectionis partem priorem Oud. scriptori sufficere, vulgatam a Lipsio *prope oppidum in monte* ex glossemate originem ducere potuisse non male iudicabat. Sed solum *pro oppido* ex nullo codice affertur,

persequendis inimicitiis agebant. Nec mirum, si verbum omnia illa pariter significans pariterque cum accusativo rei et cogitatae et oratione tractatae et effectae construi solitum pro accusativo posita praepositione eandem retinens significationis varietatem nonnunquam ex duabus mixtam recipit. Praepositionis autem vim consentaneum est ubique esse eandem, respondentem illam nostrae wegen et occasionem vel causam actionis indicantem. Nos quidem pro actionis varietate variare praepositionem solemus: an, auf etwas denken, von, über etwas sprechen, für etwas thätig sein. — De verbo *constituit* cf. adn. ad 2, 10 §. 4 et ad 4, 6 §. 5.

copias conlocaverat atque omnibus eius iugi collibus occupatis, qua despici poterat, horribilem speciem prae-
3 bebat principesque earum civitatium, quos sibi ad consilium capiendum delegerat, prima luce cotidie ad se

et a Lipsio volgatam praeter codices (Vrs. Leid. A. Hav. A. Vind. A. et, ut videtur, And.) commendat hoc, quod orationem haud paulo numerosiorem reddit.

civitatium] „Bong. A. Voss. A. Lov. Egm. h. l. et §. 3" quod testimonium Oudendorpii utroque loco silentio Plüschkii et in Lov. et Egm. testimonio exemplaris Fabriciani confirmatur: de Voss. A. tacet Fabr. Lectionem Oudendorpii secutus est Dübnerus, ut etiam in Par. A. reperta ab eo videatur, qui liber secundum Beyerlii silentium cum reliquis codicibus editisque ante Oud. omnibus *civitatum* habere indicandus est. Cf. adn. cr. ad 4, 3 §. 1.

conlocaverat] Egm. Vrat. A. (Bong. A.) Par. A. non *coll.*

despici] In Vind. A. *de* puncto subscripto notatum et supra scriptum est *a*.

§. 3 cotidie] post *ad se* positum habent Vrat. C. Vind. I. (hic *cott.*) et edd. ante Oud. excepta Ven. f. (*quott.* edd. ante Ber.) *om.* Ox. Cu. Leid. A. Hav. A. Vind. A. non sine causa, si verba *seu — videretur* scriptoris opinionem de condicione, qua Vercingetorix convenire illos iuberet, significant. Nam quod quis cotidie facere dicitur, id si condicione aliqua dicitur facere, eam condicionem consentaneum est in facto potius, quam in opinione positam demonstrari. Contra quod non cotidie fit, sine offensione ad condicionem opinabilem referri potest. Sed coniunctivus *videretur* si ad orationem spectat Vercingetorigis principes ad se convenire iubentis, *cotidie* iam non cum *iubebat*, sed cum *convenire* construendum satis est probabile.

§. 2 conlocaverat] sc. in castris, ut §. 7. Itaque totidem erant castra, quot civitates: media cum Arvernis tenebat Vercingetorix.

qua despici poterat] qua ex parte neque silvae neque alia obstabant, quo minus despici in loca subiecta et species praeberi illic versantibus posset. Atque ipse despectus valebat aliquid ad terrorem iniiciendum iis, qui undique capitibus suis imminentes hostes viderent, qui in planitie oppositos etiam plures aequo animo conspexissent. Alienum non tam ab re, quam a verbis sensum intulit Metaphrastes: *πάντας τε τοὺς τοῦ ὄρους τούτου γηλόφους κατασχών, ᾗ καθορᾶν οἷόν τε ἦν, ταύτῃ ὡς ἐκπληκτικωτάτην τὴν στρατιὰν διέταττε.* Ceterum verba *qua despici poterat* recte ad sequentia retulit, quo esse referenda locus, quem tenent, indicat. Neque credibile est Vercingetorigem *omnes* eius iugi colles, etiam eos, in quibus civitates collocaverat, ea tantum parte, qua despici poterat, occupavisse.

§. 3 principesque earum civitatium, quos] Pronomen demonstrativum de civitatibus circum Vercingetorigem collocatis, non de omnibus quae defecerant aut defectionem parabant, sermonem esse significat: relativum principes earum definit (cf. adn. ad c. 4 §. 2) et ex omnium principum numero certos quosdam, non ex civitatibus principes a Vercingetorige delectos esse docet.

convenire iubebat, seu quid communicandum, seu quid administrandum videretur, neque ullum fere diem inter- 4 mittebat, quin equestri proelio interiectis sagittariis, quid in quoque esset animi ac virtutis suorum, periclitaretur. Erat e regione oppidi collis sub ipsis radici- 5

convenire iubebat] *venire i.* „MSS. 4" Gott. Bong. C. Gu. Vrat. B. inc. ἰέναι — παρήγγελλεν Met. *i. c.* Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Oud. Cf. 4, 21 §. 4: *huc omnes undique ex finitimis regionibus et quam superiore aestate ad Veneticum bellum effecerat classem iubet convenire.* 6, 4 §. 1: *cognito eius adventu Acco, qui princeps eius consilii fuerat, iubet in oppida multitudinem convenire.* 1, 7 §. 2: *pontem, qui erat ad Genuam, iubet rescindi.* Sed imperfecti alia eaque magis ad graviorem eius temporis significationem accommodata collocatio est 4, 31 §. 2: *nam et frumentum — conferebat et quae gravissime adflictae erant naves, earum materia atque aere ad reliquas reficiendas utebatur et quae ad eas res erant usui, ex continenti comportari iubebat.* 7, 67 §. 4: *si qua in parte nostri laborare — videbantur, eo signa inferri Caesar aciemque constitui iubebat.* Ceterum ordinem, qui placuit Oudendorpio, et minus vulgarem esse et veram verborum *prima luce cotidie*, de qua paulo ante monui, constructionem magis adiuvare fatendum neque illud dissimulandum est, non plane eandem imperfecti *iubebat* atque reliquorum duorum, *praebebat* et *intermittebat*, esse vim, quippe quo non actionis ipsius, sed eius effectus indicetur continuatio, atque hanc causam esse potuisse scriptori, cur id paulo aliter collocandum artiusque coniungendum cum verbo effectum declarante putaret.

§. 4 periclitaretur] And. Ox. Cu. S. Hav. A. Vind. A. (Par. B. Achaintr.) Duk. Dorv. Vrat. C. Goth. B. edd. praeter inc. quae cum Leid. C. Ort. Dr. B. Gu. et m. pr. Gott. Wh. et Vrat. B. habet *perficeretur*. In Vrat. A. est *prospiceretur*, in Carr. cod. Turr. cod. Steph. Voss. B. Hamb. Vind. CE. *perspiceret*, in „reliquis" Pet. Gott. (a m. sec. teste Whittio) Voss. A. Egm. Lov. Par. A. et inter versus B. Dr. A. Vind. B. *perspiceretur*, Bong. A. Pl. *pspiceretur*. Horum postremum recepit Dübnerus, non animadvertens passivo et antecedens activum *intermittebat* et maxime pronomen obstare *suorum;* Nipperdeius *perspiceret* dedit, quod scilicet optimorum librorum scripturae similius est, quam vulgatum, sed significationem certae cognitionis, si rem ipsam et equestris proelii vim, quae esse potuerit, respicimus, a veritate abhorrentem, si voluntatem Vercingetorigis demonstrari putamus, supervacaneam habet. Vulgatum aptissimum est et exemplis tutis-

§. 4 interiectis sagittariis] Cf. c. 31 §. 4, quo loco Vercingetorigem sagittarios ad se mitti iussisse traditum est. Hos iam ad eum convenisse videmus.

§. 5 Erat] Non errasset Iungermannus, si h. l. novi capitis signum apposuisset. Dum ea, quae §. 2 — 4 relata sunt, a Vercingetorige fiebant et gerebantur, Caesar expediendae rei frumentariae intentus de expugnatione agendum non putabat: nunc illa, ut videtur, expedita animum ad hanc adiicit.

bus montis egregie munitus atque ex omni parte circumcisus, quem si tenerent nostri, et aquae magna parte
6 et pabulatione libera prohibituri hostes videbantur. Sed

simum. Cf. 2, 8 §. 1: *cotidie tamen equestribus proeliis, quid hostis virtute posset, et quid nostri auderent, periclitabatur.* Alex. 13, 4: *in portu periclitati remigio, quid quaeque earum efficere posset.* Hoc igitur contentus esse debebat Oudendorpius, non duarum litterarum ex mendo librarii servandarum gratia malle *perspecularetur*, quod verbum neque aptius h. l. esset, quam *perspiceret*, neque omnino satis certum est. Nam Suetonii Iul. c. 58 dubium est, utrum *praespeculatus* legendum sit, an *perspeculatus*; Plinii Nat. hist. 8, 26 §. 40 Hard. §. 96 Sillig. *speculatum* in optimis libris, *specubatus* in duobus aliis, *perspeculatus* quod Gesnerus in Thes. inde affert, in nullo exstat; Afr. 31, 2 *prospecularetur* maiorem auctoritatem habet, quam *persp.*

§. 6 Sed is locus praesidio ab his non nimis firmo tenebatur.] om. Vind. E. *sed his locus* etc. Dr. B. Hav. A. Vind. BF. *sed his* — (om. *locus*) Vind. A. *sed locus* (om. *is*) Bong. C. Vind. I. — *ab his*, quod ex Pet. Fabr. Bong. A. Pi. Par. A. cod. Brant. Dr. B. Hamb. Gu. Vind. ABCF. Ven. cdef. et, in quibus ante *praesidio* positum est, Vasc. St. Gr. b. (Freil.) pro vulgato *ab iis* recepi, in Duk. Vind. I. omissum, in Dr. A. *ab is*, in Gott. Vrat. ABC. *ab hiis* scriptum est. Pro *non nimis*, quod Achaintrius parum diligenter Parisinos codices „fere omnes" exhibere narrat, in Leid. A. R. N. Voss. Cl. Dr. A. Hamb. *non minus*, in Voss. B. *nominis*, in Gott. *non minis*, in Bong. A. teste Oud. a m. sec. *non minimis*, teste Pl. *non* cum litura, super qua scriptum est *minim*, in ed. inc. solum *non* legitur. „utrum in Hav. A. exstet *nimis* an *minus*, discernere non possum." Elb. *ὁρῶν οὖν τοῦτον ὀλιγώρως ὑπὸ τῶν Γάλλων φρουρούμενον* Met. *Is collis, quod ceteris omnibus difficilior erat atque praeruptior, negligentius servabatur.* Petr. 16, 54. In *nimis* offendentes Canterus et Hotomannus, alter *minus* pro eo scribendum, alter *tamen*, quod ante *silentio* positum cum attenuatione praesidii consistere non posse putabat, huc transponendum et *non nimis tamen firmo* legendum censebat; atque hoc Oud. tacite mutatum in *non nimis firmo ta-*

egregie munitus] non opere, ut ad c. 20 §. 3 ostendi, sed natura, quod additum 2, 29 §. 1 (*sua omnia in unum oppidum egregie natura munitum contulerunt*) h. l. omissum videtur propterea, quod sequentia verba *atque ex omni parte circumcisus* idem accuratius docent. Quod si opere quoque egregie munitum collem Caesar repperisset, eius rei mentionem ut 5, 9 §. 4 *locum nacti egregie et natura et opere munitum*) et ib. 21 §. 4 (*locum reperit egregie natura atque opere munitum*) vel h. l. vel paulo post in expugnationis narratione facturus fuisset, praesertim cum illo tempore primum Galli castra munire instituissent, ut c. 30 §. 4 demonstravit.

hostes] oppidanos. Cf. c. 44 §. 4 quem locum conferri iubens Vkertus Gall. p. 400 tamen hunc perperam interpretatus est: Der Stadt gegenüber war ein Hügel, am Fuße des Berges selbst, sehr steil, die Besatzung dort konnte Cäsars Soldaten zum Theil vom Wasser abschneiden.

is locus praesidio ab his non nimis firmo tenebatur.
Tamen silentio noctis Caesar ex castris egressus, pri- 7
usquam subsidio ex oppido veniri posset, deiecto prae-

men non spernendum dicit. Aliis *tamen* illud in *tum* mutandum videbatur, itaque editum est in Steph. et Cl. Sed praecedit nihil, quo *tum* referri possit. Recentiores quidam parenthesin commenti *tamen* ad collis munitionem egregiam pertinere existimant, quod, cum nullum appareat parenthesis indicium, iure damnat Haudius Turs. 4, 211, ipse probans *minus*, sed id quomodo intelligendum sit, non docens. Comparationi quidem, qua praesidium diceretur non minus firmum fuisse, quam munitio, aut quam res posceret, cum insolentia talis comparationis adversatur, tum eventus illud tam firmum non fuisse arguit; extra comparationem autem *non minus firmum* ita, ut idem significaret atque *non infirmum*, hoc uno loco praeter consuetudinem dixisse scriptorem a vero abhorret. Mihi vulgata lectio ferenda videtur. Ei, quod verbis *quem si tenerent nostri* continetur, id, quod res erat, opponitur et diversum ab illo esse ostenditur: Optandum erat, ut nostri collem tenerent, *sed* re vera praesidio ab hostibus tenebatur. Nam quod Heidius *sed* ad iudicium de collis opportunitate pertinere putat, propter quam praesidio ab hostibus firmissimo occupari debuisset, id quia negligentiam hostium Caesari collem occupaturo utilissimam significaret, haec ipsa occupatio per *itaque* coniungenda potius, quam opponenda per *tamen* fuisset. Quod autem praesidio *non nimis firmo* teneri collis ab hostibus dicitur, eo res qualis esset definitur sic, ut ab eo, qui numerum hostium non nosset, definiri poterat, non diversitas rei, quam *sed* demonstrat, tollitur. Nam *non nimis* non cum Oud. *parum*, zu wenig, sed ita, ut verba sonant, nicht sehr, vel nicht allzu — interpretandum simulque reputandum est nullam hostium negligentiam aut temeritatem notari, si collem egregie munitum, oppido suo subiectum praesidio non nimis firmo tenere dicantur. Atque huic rei sic ab eo, quod optandum erat, diversae rursus deinde opponitur id, quod a Caesare effectum est, et dubitationi, cui obnoxium videri poterat, eximitur: Is locus praesidio ab hostibus propter eius naturam et situm non nimis firmo tenebatur: *tamen* Caesar duas ibi legiones collocavit. Similis huic locus est Civ. 1, 70 §. 1: *Erat in celeritate omne positum certamen, utri prius angustias montesque occuparent. Sed exercitum Caesaris viarum difficultates tardabant, Afranii copias equitatus Caesaris insequens morabatur. Res tamen ab Afranianis huc erat necessario deducta, ut, si priores montes, quos petebant, attigissent, ipsi periculum vitarent, impedimenta — servare non possent.* Magis tamen ad sensum placeret *non minime firmo*, quod designasse corrector Bong. A. Pl. videtur, quod ad dictionem conferri posset cum Hirtiano 8, 52 §. 4, quo Pompeii arma *non minimum terrorem* foro inferre dicuntur. Nisi forte *tamen* non ad initium sequentis, sed ad finem huius enuntiati referendum est: *Sed is locus praesidio ab his non nimis firmo tenebatur tamen. Silentio* etc. quemadmodum Cicero ad Att. 1, 16 §. 2 scripsit: *cum illum plumbeo gladio iugulatum iri tamen diceret.* Cf. Cort. ad Salust. Cat. c. 61 §. 3 et adn. cr. ad b. Gall. 3, 10 §. 1.

sidio potitus loco duas ibi legiones conlocavit fossamque duplicem duodenum pedum a maioribus castris ad minora perduxit, ut tuto ab repentino hostium incursu etiam singuli commeare possent.

37. Dum haec ad Gergoviam geruntur, Convictolitavis Haeduus, cui magistratum adiudicatum a Caesare demonstravimus, sollicitatus ab Arvernis pecunia cum quibusdam adulescentibus conloquitur, quorum erat princeps Litavicus atque eius fratres, amplissima familia

§. 7 conlocavit] Voss. A. Egm. Vrat. A. (Bong. A.) Par. A. non *coll.*

Cap. 37. §. 1 adiudicatum a Caesare] *abiud.* — Vrat. A. et in Egm. Fabr. *d* super *b* scriptum est. *ad iudicandum* — Pal. *a C. adiud.* Hav. A. sec. Wh. *a C. adsignatum* Vind. A. *adsignatum a C.* And. Ox. Cu. S. Leid. A. et sec. Elb. Hav. A. Id Oud. in adnotatione alteri tamquam glossemati praelatum in ed. 2 recepit, nec mihi Caesar ita scribere non potuisse videtur; sed alterum praeter codices magis commendat Hirtii usus Alex. 66, 5: *id homini nobilissimo, Lycomedi Bithynio, adiudicavit.* et 78, 3: *eidem tetrarchiam legibus Gallograecorum iure gentis et cognationis adiudicavit.* quibus locis nulla codicum in verbo discrepantia est.
adulescentibus] „Bong. A. Voss. A. Ox. et semper" Egm. Vrat. A. Vind. C. Par. A. et cum *o* super *u* Bong. A. Pl. non *adol.* (*adolosc.* Dr. B. Hamb. *adolosent* Dr. A.)
conloquitur] Vrat. A. (Bong. A.) Par. A. non *coll.* (*colo.* Hamb.
Litavicus] „MSS. hic et infra *Litavius*, *Lictaviccus*, *Lictavictus*, *Litaviccus* (Par. A. et saepe Hav. A.), *Litavictus* (Bong. A. et ed. pr. Petrarchae 17, 4.), etc." *Litanicus* Vrat. B. *Litanices* Dr. A. *Littavicus* Vind. A. *Littaviccus* Vrat. A. Egm. *Lictavitus* cod. Petr. Non magis in sequentibus tredecim locis, quibus hoc nomen exstat, vulgata eius scriptura optimi codicis auctoritate nititur. Nam etiam c. 40 §. 7, ubi Oud. MSS. meliores eam retinere testatur, Bong. A. Pl. in ultima habet *ct* et reliquis in locis idem vel *cc*, quod c. 40 §. 3 et 6 Plüschkio a primo scriptum et in *ct* mutatum, c. 39 §. 3 et 43, 2 et 54, 1 et 67, 7 utrum *cc* an *ct* esset, incertum videbatur. Praeterea 38, 4 et 6 in priore parte *Lict* — exhibet. At Vind. A. in hac plerumque *Litt* —, extremo tamen loco (c. 67) *Lit* — habens terminationem ubique tenet vulgatam. *Litavicus* si a Caesare scriptum fuit, Romanis lectoribus propter adiectivi speciem, quam *Convictolitavis* nominis pars posterior adiuvabat, penultima brevis videri debuit: longam si esse voluit, quemadmodum Baumstarkius fortasse *Ludovici* nominis similitudine ductus putavit, positionem fecisse et *Litavictus* scripsisse videtur. Vulgatam Dio Cassius loco a Nipperdeio citato 40, 37 expressit: ἀπατηθάντων σφᾶς ἄλλων τε καὶ Λιταουίκου.
fratres] *frater* Vind. A.

§. 7 duodenum pedum] Cf. ad 5, 42 §. 1 adscripta, quae si probanda sunt, nec Petrarcha recte altitudo an latitudo significata sit, dubitavit (*duodenos pedes seu altitudinis seu latitudinis*

nati adulescentes. Cum his praemium communicat hor- 2
taturque, ut se liberos et imperio natos meminerint:
unam esse Haeduorum civitatem, quae certissimam 3
Galliae victoriam distineat; eius auctoritate reliquas

adulescentes] iidem qui supra *adulescentibus*, et Bong. A. sine *o*.
§. 2 his] Pet. Voss. A. Egm. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A .Dr. AB. Vrat. A. Gu. Viud. ABCI. Ven. cdef. St. Gr. b. Frell. *hiis* Gott. Vrat. BC. Hamb. *iis* Goth. B. et edd. reli.

§. 3 distiueat] *dedistineat* Boug. A. Voss. A. Egm. Par. A. Vrat. A. *destineat* „3 aiii" *detineat* „aiii" Gott. Dr. B. Vrat. B. Gu. Viud. CDF. edd. aute Aid. Cum duarum lectionum in optimo codice perperam coniuuctarum utraque metaphoram habeat non dissimilem ei, qua Civ. 2, 39 §. 5 et 3, 70 §. 2. 73, 5 aliqnid *morari* et *interpellare* victoriam dicitur, ferri fortasse utraque potest, praeferri debet ea, quae Caesaris stylo magis conveuire et aliorum scriptorum usu commendari et a ceteris codicibus maiorem auctoritatem habere videbitur. *Detinere* in his commentariis semel 3, 12 §. 5 (*quod nostrae naves tempestatibus detinebantur*) in b. civ. bis legitur eadem significatione incessu et progressu prohihendi fixumque in aliquo loco tenendi (festhalten): 2, 17 §. 3 *Caesarem ad Massiliam detineri* 3, 75 §. 4 *consecutus equitatus novissimos proetio detinebat*. *Distinere* saepius occurrit siguificans congressu et couiunctioue prohibere idque vel partes totum efficientes, quod nos dicimus auseinander halten, ut 4, 17 §. 6. 2, 5 §. 2. 7, 50 §. 1. 84 §. 3. Civ. 3, 44 §. 2. 52 §. 1, vel accedere ad alios et cum iis coniungi nitentes: entfernt halten. Sic 3, 11 §. 4 *qui eam manum distinendam curet* et 7, 59 §. 5 *legiones a praesidio atque impedimentis interclusas maximum flumen distinebat*. Minime igitur abhorreus a sua cousuetudine fecerit scriptor, si *victoriam* certam et destinatam Galliae quasi iam adventantem et praesentem unius civitatis mora *distineri* dixerit. Nam ita potius propter adiectivum *certissimam* interpretandum hoc est, quam ut Oud. putavit, qui tantum priorem verbi significationem novit. Atque eadem translatioue Cicero et Livius locis ab Oud. adhibitis *pacem distineri* dixeruut, ille Phil. 12, 12, hic I. 2, 15 §. 5, iterumque Livius *rem* 37, 12 §. 2, quem locum monstravit Drak. ad l. 2. Denique quod ad codices attinet, nonnihil tribuendum videtur Dr. A. et Vind. B. cum Vind. A. Hav. A. reliquisque cousensui.

reliquas] *reliquos* Ox. Leid. A. Hav. A. Oud. 2.

habentem 16, 55) nec recte Oehlerus utramque intelligendam statuit.

Cap. 37. §. 1 quorum erat princeps Litavicus atque eius fratres] Cf. Afr. 13, 1: *Hostes interim, quorum dux erat Labienus et duo Pacidii*. Civ. 1, 49 §. 2: *Harum rerum omnium facultates pons Ilerdae praebebat et loca trans flumen integra*. Cicero ad Pompeium ep. altera Att. 8, 11: *C. Messius, familiaris tuus, mihi dixit aliique complures*.

§. 2 communicat] Cf. adn. ad 6, 13 §. 7, in qua locos demonstravi, quibus Caesar hoc verbo

contineri; qua traducta locum consistendi Romanis in
4 Gallia non fore. Esse nonnullo se Caesaris beneficio
affectum, sic tamen, ut iustissimam apud eum causam
5 obtinuerit; sed plus communi libertati tribuere. Cur
enim potius Haedui de suo iure et de legibus ad Caesarem disceptatorem, quam Romani ad Haeduos veni-
6 ant? Celeriter adulescentibus et oratione magistratus
et praemio deductis, cum se vel principes eius consilii
fore profiterentur, ratio perficiendi quaerebatur, quod
civitatem temere ad suscipiendum bellum adduci posse
7 non confidebant. Placuit, uti Litavicus decem illis milibus, quae Caesari ad bellum mitterentur, praeficeretur
atque ea ducenda curaret, fratresque eius ad Caesarem
praecurrerent. Reliqua qua ratione agi placeat, constituunt. 38. Litavicus accepto exercitu, cum milia passuum circiter XXX. ab Gergovia abesset, convocatis
subito militibus lacrimans Quo proficiscimur, inquit,
2 milites? Omnis noster equitatus, omnis nobilitas interiit: principes civitatis, Eporedorix et Viridomarus,

§. 6 adulescentibus] iidem, qui §. 1 (*adul.* Bong. A. Pl.)

§. 7 uti] Ox. (Bong. A. Par. A. Hav. AB.) Vind. A. *Et* Hamb. *ut* Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Vind. BC. edd. ante Oud.

Cap. 38. §. 1 XXX.] *XL* Cu. Leid. A. Hav. A. Vind. A. *XXV* Vind. B. (*triginta* Vrat. A. Hamb. Vind. DF.)

§. 2 Eporedorix] *Eporidorix* S. *Eporedorex* Vind. C. *Eporedirix* hic et in sqq. scripsit Oberlinus secundum Millinum et lapi-

usus est; qui cum omnes vulgarem significationem exhibeant, ne hic quidem aliter interpretandum neque de promisso potius, quam dato praemio cogitandum videtur.

§. 4 sic tamen] Cf. adn. cr. ad 5, 15 §. 1.

plus communi libertati tribuere] quam illi a Caesare seu merito seu immerito accepto beneficio, quippe quo nihil sibi opus esse debuerit. Hoc supplendum est propter sequentia *Cur enim — veniant*, quae Caesarem disceptatorem illius controversiae esse debuisse negant. De verbo *tribuere* dixi in adn. cr. ad 5, 7 §. 1.

§. 6 deductis] sc. eo, quo oratio magistratus et praemium ducebant, vel, si sequentia potius spectamus, ad id consilium amplectendum. Sic 2, 10 §. 5: *ad eam sententiam cum reliquis causis haec quoque ratio eos deduxit, quod — cognoverant.* Alii a partibus Romanorum ad contrarias, vel a recta in pravam sententiam deductos interpretantur, cuiusmodi nihil a scriptore significatum est. Neque apparet, cur Oud. *deduci* necessitatem magis notare, quam persuasionem monuerit, aut quomodo id ex 6, 10 (§. 2) collegerit.

vel principes eius consilii fore] si forte Convictolitavis, qui princeps et auctor erat, auctoritatem defugeret. Cf. adn. ad 2, 14 §. 4.

§. 7 Reliqua qua ratione agi placeat, constituunt.] Ad verborum collocationem cf. c. 4 §. 7: *armorum quantum quaeque ci-*

insimulati proditionis ab Romanis indicta causa interfecti sunt. Haec ab his cognoscite, qui ex ipsa caede 3
fugerunt; nam ego fratribus atque omnibus meis propinquis interfectis dolore prohibeor quae gesta sunt,
pronuntiare. Producuntur ii, quos ille edocuerat, quae 4
dici vellet, atque eadem, quae Litavicus pronuntiaverat,
multitudini exponunt: Omnes equites Haeduorum inter- 5

dem a. MDCCXCII. in fundamentis arcis Bourbon Lancy detectum, in quo legitur C. IVLIVS EPOREDIRIG:S F. MAGNVS | PRO L. IVLIO CALENO FILIO | BORMONIEE DAMONAE | VOT. SOL | cui inscriptioni in versu penultimo aperte vitiosae etiam Elberlingium plus, quam analogiae et codicibus tribuisse miror.

Viridomarus] *Viridomacus* Hamb. *Viridomarius* Vind. I. *Viridimarus* Gott. Voss. C. *Varidomarus* Par. B. Vind. A. *Virdomarus* Pet. *Virdumarus* Ald. b. Lips. Iu. Gr. Dav. Cl. (haec *Verd.*) Id ab Oud. quis primus edidisset ambigente recte secundum codices mutatum denuo exhibuerunt Oberlinus et Elb. Fastos triumphales, ut sibi videbantur, et Propertium poëtam, cuius locum in adn. ad 5, 3 §. 2 significavi, secuti, immemores eorum, quae docuit Drak. ad Liv. Ep. l. 20. Tamen *Vindomárus* legitur in inscriptione apud Orell. 3582.

§. 3 his] Hav. A. sec. Elb. Vind. AB. Ald. a Gr. a. Turr. *iis* (Hav. A. Wh.) St. P. Man. Gr. b. Frell. Lips. sqq. *ipsis* „MSS. fere omnes“ Voss. A. Egm. Gott. Pet. Boug. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. CDEFI. edd. ante Ald. quod per se ferri potest. Sic Civ. 3, 20 § 4: *atque ipsis, ad quorum commodum pertinebat, durior inventus est Caelius.* Sed minus convenit sequentibus *nam ego dolore prohibeor*, quorum loco tale quid exspectabatur, quale supra legitur in Vercingetorigis oratione c. 20 §. 8: *haec ut intellegatis a me sincere pronuntiari.* Et odiosa fit pronominis repetitio: *qui ex ipsa caede fugerunt.* Itaque ad hoc aberrantes librarii ex *iis* fecisse *ipsis*, codices alterius generis, quibus tamen unus de meliori accedit, veram servasse scripturam videntur.

§. 4 ii] *hii* Gott. Fabr. Dr. A. Vrat. BC. Hamb. *hiis* Vrat. A. *hi* Pet. Lov. Fabr. Par. A. Hav. A. sec. Elb. Dr. B. Vind. ABCFI. Ven. cde. In Bong. A. Oud. super *ii* scriptum esse testatur *duo*, de quo Pl. tacet. Contra in Cic. Post red. in sen. c. 4 pro *duo consules* Gruterus in codd. Palatt. scriptum vidit *ii c.*

§. 5 Omnes] *multos* „plurimi“ Voss. A. Egm. Gott. Carr. cod. Hotom. Steph. Bong. A. Par. A. et a m. sec. B. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. BC. edd. ante Ald. Lips. Iu. Gr. Dav. Cl. Hoc Oud. nec praecedentibus nec sequentibus satis accommodatum esse intelligens secundum And. Ox. Cu. Pet. et var. lect. S. restituit ab Aldo usque ad Lipsium vulgatum *omnes*, quod et

vitas — efficiat, constituit. ad dictionem ipsam c. 83 §. 5: ***quid quoque pacto agi placeat, occulte inter se constituunt.***

Cap. 38. §. 4 multitudini] Cf. adn. ad 6, 34 §. 1.

fectos, quod conlocuti cum Arvernis dicerentur; ipsos
se inter multitudinem militum occultasse atque ex me-
6 dia caede fugisse. Conclamant Haedui et Litavicum
7 obsecrant, ut sibi consulat. Quasi vero, inquit ille,
consilii sit res, ac non necesse sit nobis Gergoviam
8 contendere et cum Arvernis nosmet coniungere. An
dubitamus quin nefario facinore admisso Romani iam
ad nos interficiendos concurrant? Proinde, si quid in
nobis animi est, persequamur eorum mortem, qui indi-
gnissime interierunt, atque hos latrones interficiamus.
9 Ostendit cives Romanos, qui eius praesidii fiducia una
erant. Continuo magnum numerum frumenti commea-
tusque diripit, ipsos crudeliter excruciatos interficit.

a Metaphraste expressum et probatum a Petrarcha videbat: *ad faciendam verbis fidem subornati testes prodeunt de conficta historia nil mutantes.* (17, 6.) Post *multitudini exponunt* facile *omnes* potuit in *multos* corrumpi, idque ita factum esse eo verisimilius fit, quod in quibusdam utriusque generis codicibus diversa ab genere scriptura exstat, in S. et (Leid. A.) *multos*, in (Lov.) et (Gu.) *omnes.* Qui utrumque interpolationi, Caesari nihil nisi *equites Haeduorum interfectos* tribuunt, huic simul et meliori generi iniuriam faciunt. (*omneis* Ald. a. Gr. a. Turr.)

conlocuti] . . . Fabr. (Boug. A.) Par. A. Vrat. A. non *coll.* (om. Dr. B. *locuti* Vind. F.)

militum] *equitum* Gott. Fabr. Wh. Dr. A. Vrat. B. Gu. Vind. B. Met. (*τῶν ἱππέων*).

fugisse] „MSS. plerique" *perfugisse* Leid. A. *confugisse* Leid. C. *profugisse* Goth. B. (Pal.) cum edd. praeter Ven. f. omnibus.

§. 6 obsecrant] post *ut sibi consulat* Oud. sine adnotatione. (*obscerant* Rom. a.)

§. 8 si quid in nobis animi est] *s. q. a e. i. n.* Hamb. *in nos s. q. a. e.* Dr. B. *s. q. e. i. n. a.* And. Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Oud. (*quit* Par. A.)

§. 9 Continuo] And. Ox. Cu. S. Pet. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. om. reliqui et edd. ante Aldum. Cf. c. 42 §. 6: *Hos*

§. 5. ipsos se inter multitudinem militum occultasse] Non aliter haec intelligenda videntur, quam illa 4, 33 §. 1: *cum se inter equitum turmas insinuaverunt*: scilicet in unam coniuncta loci, quem se occultaturi petivissent, et rei, qua se occultassent, notione. Cf. Handius Turs. 3, 401. Milites sunt Romani caedem facientes, quorum inter multitudinem illi se insinuasse et occultasse dicunt.

§. 6 ut sibi consulat] Moebius *sibi* interpretatur Litavico et Haeduis. Verbum *obsecrant* de Litavico cogitari vix patitur.

§. 9 ipsos] qui frumentum commeatumque Caesari supportabant. Bene sensum huius loci perspexit Petrarcha Hist. 17, 8: *Erant in comitatu Romani cives magnam vim frumenti et commeatuum reliquorum ad castra Caesaris deferentes, qui, ut tutius proficiscerentur* (*o mens homi-*

Nuntios tota civitate Haeduorum dimittit, eodem mendacio de caede equitum et principum permovet: hortatur, ut simili ratione atque ipse fecerit, suas iniurias persequantur.

39. Eporedorix Haeduus, summo loco natus adulescens et summae domi potentiae, et una Viridomarus,

continuo in itinere adorti etc. quo loco si abesset *continuo*, multo facilius ferri absentia posset, quam hoc, quo id, quod praecedit, *ostendit cives Romanos*, manifestum est ad *hos latrones* et ad pronomen declarandum spectare minimeque eiusdem generis esse atque haec, quae sequuntur, *diripit*, *interficit;* a quibus aptissime separatum est interiecto adverbio temporis, quo sese exceperint actiones diversae, continuitatem significante. Itaque temere hoc in melioribus libris omissum videtur.

§. 10 eodem — permovet] Pet. Gott. Leid. C. cod. Steph. sec. Hotom. (Par. A.) Vrat. B. a m. pr. Gu. Hamb. St. Gr. b. Freil. Lips. sqq. *eodem — permonet* Bong. A. Pl. et eius generis reliqui apud Oud., Voss. A. Egm. Fabr. Bong. C. Pal. Confl., Parisienses teste Achaintrio, Gr. AB. Goth. B. Vrat. AC. et a m. sec. B. Vind. CDI. cum edd. ante Aldum. *in eodem — permonet* And. S. Cu. Leid. A. Hav. A. Vind. A. *in eodem — permanet* Ox. Ald. ab. Gr. a. Mau. Turr. Idem debuisse videntur And. et ceteri, qui *in* praeponunt, in quibus *permonet* alio aeque facili errore atque in reliquis, qui praepositione carent, exstitisse putandum est. Nam quod Oud. existimabat, *in mendacio permovere* eodem sensu, quo *mendacio*, dici potuisse, quod si verum esset, aliter de scriptura huius loci iudicari deberet, non esse verum recte monuit Handius Turs. 3, 273 sq. Sed *permanere in mendacio* vel *in eodem m.* (ut 1, 32 §. 3 *in eadem tristitia*) apte dicitur is, qui aut monitus, ut verum dicat, aut aliis verum fatentibus vel mendacium mutantibus mentiri vel idem falsum dicere perseverat. Quae cum ab hoc loco aliena sint, error in Bong. A. etc. commissus ita potius, ut in Pet. etc. factum est, quam ut in Ox. etc. emendandus fuit.

Cap. 39. §. 1 adulescens] Voss. A. Egm. Fabr. Par. A. Vrat. A. Vind. C. et cum *o* super *u* Bong. A. Pl. (*adolos.* Dr. B. Hamb.)

Viridomarus] *Veridomarus* Vind. C. *Viridiomarus* Bong. C. „et sic fere semper deinceps“ Confl. *Viridoramarus* cum pun*num caeca et futuri inscia*) *sese illis adiunxerant: eos Litavitus ostendens digito Occidamus, inquit, hos latrones. Paretur statim impiis praeceptis. Vixdum verba finierat, concursuque militum crudeliter interfecti sunt et direpta, quae ferebant, omnia.* et melius, quam Rhellicanus, qui mentione facta eorum, quae c. 34 §. 1 de praesidiis rei frumentariae sint dicta, Unde colligo, inquit, idem frumentum a Litavici exercitu direptum esse.

Cap. 39. §. 1 Eporedorix Haeduus etc.] Haec etsi quodammodo ad declarandum illud faciunt, quod c. 38 §. 2 ex Litavici oratione relatum est, tamen sequentium causa, in quibus iterum iterumque Eporedorigis et Viridomari mentio fit, posita et a praecedentibus seiungenda videntur.

pari aetate et gratia, sed genere dispari, quem Caesar sibi ab Divitiaco traditum ex humili loco ad summam dignitatem perduxerat, in equitum numero convenerant,
2 nominatim ab eo evocati. His erat inter se de principatu contentio, et in illa magistratuum controversia alter pro Convictolitave, alter pro Coto summis opibus pu-

ctis sub *ra* Dr. B. *Viridomarius* Dr. A. *Virdumarus* Ald. b Lips. lu. Gr. Dav. Cl. Cf. c. 38 §. 2.

sibi ab Divitiaco] V. C. Vrs. Hav. A. lu. sqq. *sibi a deuitico* Vind. A. *sibi ab D. sibi* Bong. A. Pi. *ab D. sibi* „MSS. pler. et Edd. qdd." Voss. A. Egm. Gott. Par. A. Vind. C. Gu. Ven. 1471 et ino. sec. Elb. Ber. *a. D. sibi* Dr. A. Vrat. AB. Vasc. St. Gr. b. (Frell.) *sibi* om. Lov. Duk. Dorv. Pet. et Bong. C. Conſl. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. DEF. cum reliquis ante lu. edd. Pronomen quin a scriptoris manu sit, mihi propter perspicuitatis rationem, quam habere solet, non dubium est; et quia vitiosa codicis optimi scriptura facilius explicari potest, si priori loco, quam si posteriori positum fuit, in illo retinendum putavi, quem alterum librorum genus tuetur. (*ab Divitiato* Hamb. *a. D.* Ven. f. *a Diviatico* Vind. F. *aduatico* Dr. B.)

traditum] om. cod. Braut. Lov. Hamb.

§. 2 magistratuum] *magistratum* Hav. A. et ante corr. Dr. A. *magistratus* Leid. A. Vind. AD. edd. ante Ald. Sic a Cicerone Att. 2, 7 §. 3 *rixa auguratus* dicitur.

Convictolitave] „MSS. 4" Lov. Egm. Gott. Vind. F. Rom. a. Ven. f. *Convictolitavi* Bong. A. *convicto litavo* Voss. A. Fabr. *convictolitavio* Pet. *convicto littavico* Vind. A. *Convictolitano*

nominatim ab eo evocati] Cf. 5, 4 §. 2.

§. 2 His erat inter se de principatu contentio] Non sine ratione Rheilicanus haec eo consilio addita existimat, ut intelligatur, cur Caesar illos nominatim ad se evocandos putaverit; sed quod Caesarem sperasse dicit ipsius consuetudine atque impulsu fieri posse ut in concordiam redirent, minus probabile videtor. Certe concordia ista, quam vere exstitisse inter eos eventus docuit, neque per Caesarem effecta videtur neque Romanis utilis fuit. Propius a vero abest rebus eum Haeduorum sic satis (cf. c. 34 §. 1) compositis ne novae controversiae orerentur, providere et ideo factionum diversarum principes secum habere potius, quam in civitate relinquere voluisse.

in illa magistratuum controversia] qui deinde nominati sunt, Convictolitavis et Coti, quorum uterque se magistratum ferebat. Lippertus de munere cogitasse et pluralem eo rettulisse videtur, quod plures de eo contenderent (*bei dem Streit*, *wo zwischen zwei Männern — daher der Plural —*, *die zur Erlangung der höchsten obrigkeitlichen Stelle Hoffnung hatten, entschieden werden sollte*) quasi quod plures ambiunt, ob id ipsum unum esse desinat.

alter—alter] Scribentem haec Caesarem fugere non poterat dictionis suae ambiguitas, si prius *alter* etiam ad eum, qui posteriori loco nominatus esset, posterius ad priorem referri usus linguae patiebatur, id quod supra c. 17 §. 2 scripta legentibus du-

gnaverant. Ex his Eporedorix cognito Litavici consilio media fere nocte rem ad Caesarem defert; orat, ne patiatur civitatem pravis adulescentium consiliis ab amicitia populi Romani deficere, quod futurum provideat, si se tot hominum milia cum hostibus coniunxerint, quorum salutem neque propinqui neglegere neque civitas levi momento aestimare posset. 40. Magna affectus sollicitudine hoc nuntio Caesar, quod semper Haeduorum civitati praecipue indulserat, nulla interposita dubi- 3

„Voss. A. 3 al." Par. A. Vind. C. *Convictolitani* Hav. A. *Convictolitaio* S. Leid. A. „et infra." *Convinctolitane* Dr. A. Vind. B. Vrat. B. *Coniunctolitane* Vind. I. *Convitolitane* Bong. C. Hamb. *Convictolitane* (reliqui Oud.) Dr. B. Vrat. AC. Goth. B. Med. a. Ven. bcde. Ber. Ald. sqq. De consona ultimae ad. c. 32 §. 4 dictum est: vocalem, quam optimus codex et Hav. A. praebebant, etsi c. 67 §. 7 satis certam, tamen in reliquorum librorum dissensu recipere dubitavi propterea, quod scriptor consulto ut accusativi, ita ablativi formam variasse videbatur. Simili ratione Civ. 1, 40 *Sicore* et ib. 62 *Sicori* scripsit, quod observavit Schneiderus Gramm. 2, 237.

§. 3 his] Voss. A. Egm. Fabr. Bong. A. Pl. Dr. AB. Vrat. A. Vind. ABCFI. Gn. Ven. cdef. St. Gr. b. Frell. *hiis* Gott. Fabr. Vrat. BC. Hamb. *iis* (Par. A.) Goth. B. edd. rell.

adulescentium] iidem, qui §. 1 *adulescens. adolescentum* Hav. A. (*adolos.* Dr. AB. Hamb.)

Cap. 40. §. 1 quod] *qui* V. C. Vrs. Cu. Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Id ferri posset, si sequeretur coniunctivus, aut nihil praecederet nisi *Caesar*, aut *hoc nuntio accepto Caesar*, ut praebium esse nequit: *de re frumentaria Boios atque Haeduos adhortari non destitit; quorum alteri, quod nullo studio agebant, non multum adiuvabant, alteri non magnis facultatibus, quod civitas erat exigua et infirma, celeriter quod habuerunt, consumpserunt*. Adde Civ. 2, 31 §. 1. Ac nescio, an hoc etiam magis consentaneum putaverit, quam alterum. Cf. 5, 3 §. 2: *in ea civitate duo de principatu inter se contendebant, Induciomarus et Cingetorix; e quibus alter, simulatque de Caesaris legionumque adventu cognitum est, ad eum venit, se suosque omnes in officio futuros — confirmavit, quaeque in Treviris gererentur, ostendit. At Induciomarus* etc. Tamen alterum non minus probabat. Cf. 5, 54 §. 3 *praeter Haeduos et Remos, quos praecipuo semper honore Caesar habuit, alteros pro vetere ac perpetua erga populum Romanum fide, alteros pro recentibus Gallici belli officiis*. Civ. 3, 51 §. 4: *aliae enim sunt legati partes atque imperatoris: alter omnia agere ad praescriptum, alter libere ad summam rerum consulere debet*. Itaque h. l. nullo momento aestimasse putandus est, utrum pro utro pugnasse lector arbitraretur. Idem statuendum videtur 1, 53 §. 4. 5, 27 §. 9. Civ. 3, 4 §. 5. 15, 6. 109, 5. Afr. 67, 1. Hisp. 13, 5.

§. 3 levi momento aestimare] Cf. 3, 20 §. 1.

Cap. 40. §. 1 quod — indulserat] His verbis Metaphrastes

tatione legiones expeditas quattuor equitatumque omnem
2 ex castris educit; nec fuit spatium tali tempore ad contrahenda castra, quod res posita in celeritate videbatur.
3 Fabium legatum cum legionibus duabus castris praesidio relinquit. Fratres Litavici cum comprehendi ius-

cipuae Caesaris erga Haeduos indulgentiae etiam hoc, quod nulla interposita dubitatione ad eos profectus est, tributum videri posset.

quattuor] Voss. A. Egm. Fabr. Boug. A. Pl. Par. A. Goth. B. edd. ante Ald. *quatuor* Dr. A. Vrat. A. Hamb. Vind. AF. Ald. a. Gr. ab. P. Man. St. Frell. Turr. *IIII*or Dr. B. Vind. I. Hav. A. *IIII* Gott. Fabr. et Wh. Vrat. BC. *IV* Ald. b. Lips. sqq.

§. 2 posita in celeritate] *in c. p.* Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. edd. excepta Ven. f. omnes ante Oud., qui quod „MStorum omnium auctoritate“ transposuisse voces dicit, non satis accurate dicit. Certe neque Brutus ex Carr. aut Vrsinus et Brantius ex suis neque ex Lov. exemplar Fabr. discrepantem a vulgato ordinem verborum afferunt: tantum *esse*, quod edd. praeter inc. omnes ante Oud. addunt, omissum testantur.

§. 3 Fabium legatum] *F. legatum* Hamb. *C. Fabium legatum* Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq., etiam Oud., cuius testimonio rursus parum accurato „MSS. et Edd. multi carent *C.*“ Carent vero Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Bong. AC. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. (Hamb.) Vind. BCDEFI. Gu. Petr. Hist. 17, 11 et edd. ante Ald. eoque eiecto haud inepte festinare narratio videtur. Cf. 8, 30 §. 2: *Caninius legatus cum legionibus duabus ad eos persequendos contendit.* quod scribenti Hirtio fortasse hoc ipsum obversabatur. Etiam a Caesare sine praenomine Civ. 1, 38 §. 1 *Afranius et Petreius et Varro, legati Pompeii*, appellantur.

relinquit] *reliquit* Leid. A. „3 al.“ Dr. AB. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Bong. C. Pal. Vind. C et, qui — *quid*, A. *κατέλιπε* Met. Cf. adn. cr. ad 5, 2 §. 4.

rationem reddi putabat festinationis, qua Caesar quamvis magna sollicitudine affectus tamen ad Haeduos profectus sit: *ταῦτα δ' ὁ Καῖσαρ ἀκούσας ἐν μεγάλῃ μὲν ἐγένετο φροντίδι. ὅτι δὲ ἀεὶ τῇ τῶν Ἑδουέων πόλει εὐμενέστατα προσεφέρετο, οὐδὲν ἀναμείνας* etc. Sed sollicitudinis potius reddenda erat ratio, ideoque magis probabilis interpretatio Petrarchae est 17, 10: *abscessit hoc nuncio somnus Caesari, cura autem gravis accessit, quod Aeduorum res semper ei cordi fuerat, et periculum providebat. et quoniam celeritatem eximiam res poscere visa est* etc. Quamquam scriptoris mentem ne hic quidem plane assecutus videtur. Scilicet non amoris cuiusdam erga Haeduos, quo etiam tum teneretur, magnitudine sollicitus erat Caesar, sed quod civitatem eam, cui semper praecipue indulserat, tamen ad defectionem spectare videbat. Qua ex re quid de reliquis sperandum esset, quae adhuc in fide esse videbantur, facilis erat coniectura. Ad dictionem cf. 1, 40 §. 15 et infra c. 63 §. 8.

§. 2 videbatur] Non minus absolute dictum hoc est, quam paulo ante *fuit*, neque audiendum est, quod praecipit Baumstarkius.

sisset paulo ante repperit ad hostes profugisse. Adhortatus milites, ne necessario tempore itineris labore permoveantur, cupidissimis omnibus progressus milia passuum XXV. agmen Haeduorum conspicatus inmisso equitatu iter eorum moratur atque inpedit interdicitque omnibus, ne quemquam interficiant. Eporedorigem et Viridomarum, quos illi interfectos existimabant, inter 4 5

repperit] Voss. A. Egm. Gott. Fabr. Bong. A. Par. A. Vrat. AB. Goth. B. Rom. a. Med. a. Ven. bf. (iidem, qui 6, 9, §. 8) et Vind. A. Ven. cde. Vulgo *reperit*, quod tempus etsi magis respondere praecedentibus et insequentibus videtur, tamen in actionum dissimilitudine et in enuntiato per se constante mutari recte potuit.

profugisse] And. Ox. Cn. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. *fugisse* reliqui et edd. ante Ald., quod errori in praepositionibus verborum compositorum vulgari tribuendum videtur. Sic supra c. 26 §. 1 *profugere* in Hamb. et 8, 44 §. 2 *profugisse* in Ox. decurtata sunt, et infra c. 58 §. 6 verbo *profugerant* idem iisdem in libris, in quibus hic accidit. Mutati enim loci et liberi a periculo spatii petiti significatio, quam praepositio addit, h. l. aptissima et verbum in his commentariis frequentissimum est. Cf. 1, 31 §. 9: *ob eam rem se ex civitate profugisse.* ib. 53, 3: *naviculam — nactus ea profugit.* 2, 14 §. 4: *qui eius consilii principes fuissent — in Britanniam profugisse.* 3, 20 §. 1: *unde L. Mallius — profugisset.* 5, 53 §. 2: *Induciomarus — noctu profugit.* ib. 54, 2: *Cavarinum — interficere publico consilio conati, cum ille praesensisset ac profugisset, — expulerunt.* 6, 3 §. 2: *prius, quam illi aut convenire aut profugere possent.* ib. 44 §. 3: *nonnulli iudicium veriti profugerunt.* 7, 11 §. 6: *ne noctu ex oppido profugerent.* ib. 40, 7: *Gergoviam profugit.* 8, 5 §. 1: *dispersi profugiunt.* ib. 13, 3: *aut — longius profugerent.* ib. 19, 7: *quo fors tulerat, consternati profugiunt.*

§. 4 inmisso] Voss. A. Egm. (Bong. A.) Par. A. non *imm.* *in misso* Hav. A. *intermisso* Vind. A. *immissu* Pal. Goth. B.

inpedit] iidem, qui *inmisso*, non *imp.*

quemquam interficiant] *q. interficiatur* Dr. B. *quis quem interficiat* Ox.

§. 5 Eporedorigem] *Eporidorigem* Bong. A. Voss. A. Lov. Egm. „4 al.“ Gott. Par. A. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Vind. BF. Rom. a. Med. a. Ven. f. *Eporidorigen* Pal. *Eporiderigem* Hamb. *Eporodorigem* Vind. C. *Emporedorigem* Lips. In. Gr. *Eporedorige* Dr. B.

existimabant] *existum.* Bong. A. Voss. A. Egm. Par. A.

§. 4 ne quemquam] Qui exemplorum paucitate commoti hoc inusitate dictum esse, usum postulare *ne quem* docent, non meminerunt satis usitatae dictionis *nequidquam*, nec reputarunt quibus *si quisquam* notum esset, his illud novum videri non potuisse, quod porro etiam Hirtius usurpavit 8, 48 §. 9: *orat, ut timori suo concedatur, ne in conspectum veniat cuiusquam Romani.*

6 equites versari suosque appellare iubet. His cognitis et Litavici fraude perspecta Haedui manus tendere, deditionem significare et proiectis armis mortem depre-
7 cari incipiunt. Litavicus cum suis clientibus, quibus more Gallorum nefas est etiam in extrema fortuna deserere patronos, Gergoviam profugit. **41.** Caesar nun-

§. 6 His] Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. A. Vind. AB. CF. Gu. edd. ante P. Man. Gr. b. Frell. Turr. *hiis* Gott. Vrat. BC. Hamb. *iis* Goth. B. P. Man. Ald. b. Lips. et sqq.
deditionem] „Bong. A. Pet. Egm. 8 al." Pet. Voss. A. (ex quo Oud. *deditione* affert) Egm. Gott. Fabr. Pet. Boug. C. Pal. Conft. Par. A. Vind. CDFI. Gu. et a me collati omnes praeter Vind. A. qui cum Hav. A. et reliquis Oud. et Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. Iu. Gr. Dav. habet *et deditionem*.
§. 7 profugit] *perfugit* Hav. A. Vind. A. ut 8, 21 §. 1, quo loco in And. Ox. Cu. S. Leid. A. *profugit*, in ceteris est *confugit*. Reliquorum locorum, quos ad §. 3 adscripsi, non amplius tres quibusdam in libris in *per* mutatam *pro* habent: 1, 53 §. 3

§. 6 deditionem significare] Si scriptor hoc sine copula adiecit, hanc deditionis significationem ab illa, quam verba *manus tendere* demonstrant, distinguere, minime vero illam his verbis declarare voluisse existimandus est, quemadmodum vertit Franc. Wagner: ſtrecten ſie zum Zeichen ihrer Uebergabe die Hände aus. Neque enim opus erat declaratione, neque per asyndeton adiicere scriptor declarationem solet. Sequitur autem mortis deprecatio, quae haud dubie verbis fiebat, eaque per copulam cum hac deditionis significatione coniuncta. Quare hanc quoque voce factam interpretari par est. Cf. 2, 13 §. 2: *omnes maiores natu ex oppido* (Bellovacorum Bratuspantio) *egressi manus ad Caesarem tendere et voce significare coeperunt, sese in eius fidem ac potestatem venire*. et Civ. 1, 28 §. 2: (Brundisini cognita Pompeii profectione) *vulgo ex tectis significabant*. Illud dubium est, utrum copula his verbis subiecta seriem omnium, quae fecisse Haedui dicuntur, finitam esse iudicet, ut 6, 2 §. 3 (*Nervios, Aduatucos ac Menapios*) an secundum tertiumque praedicatum (*significare* et *deprecari*) copulet ita, ut utrumque tamquam alterum sine copula succedat primo *tendere*, et series non tripartita sit, sed bipartita, sicut 1, 23 §. 1 et infra c. 63 §. 8; cui rationi respondet illa, quam 5, 33 §. 6 obtinere vidimus. Nam quod Nipperdeius p. 68 docet seriem ita bipartitam esse, ut prior pars duobus praedicatis constet ob concitationem orationis sine copula positis, posterior unum habeat per copulam adiunctum, parum probabile videtur. Ut enim concitatione orationis asyndeton effici potuisse credamus, neque hic locus erat concitationi, neque, si erat, subito residere illa et altera pars per copulam adiungi debebat; ut nihil dicam de ambiguitate, quam ista ratione adscita augeri necesse est.

§. 7 cum suis clientibus] quos angustiore significatione dici ad 6, 15 §. 2 ostendi, ubi proprio nomine *ambacti* vocantur. De his enim cogitandum esse sequentia demonstrant, quae ipsa definiendae *clientium* notionis causa addita videntur. *Soldurorum*

tiis ad civitatem Haeduorum missis, qui suo beneficio conservatos docerent quos iure belli interficere potuisset, tribusque horis noctis exercitui ad quietem datis castra ad Gergoviam movit. Medio fere itinere equites 2
a Fabio missi quanto res in periculo fuerit, exponunt. Summis copiis castra oppugnata demonstrant, cum crebro integri defessis succederent nostrosque adsiduo labore defatigarent, quibus propter magnitudinem castrorum perpetuo esset isdem in vallo permanendum;
multitudine sagittarum atque omnis generis telorum 3
multos vulneratos; ad haec sustinenda magno usui fuisse

in septem deterioribus, 5, 52 §. 2 in una Veu. f, 7, 11 §. 6 in uno Carr.

Cap. 41. §. 1 exercitui] *exercitu* Hav. A. Cf. adn. cr. ad c. 4 §. 7 et ad 6, 44 extr.

§. 2 a Fabio] *ab F.* And. Ox. Ond.

adsiduo] Vrat. A. (Bong. A.) Par. A. non *ass.* (In Hav. A. pro *que adsiduo labore* vacuum spatium est. *assidue* habent Med. a. Veu. bcde.)

isdem] „plerique" Boug. A. Par. A. Gott. Dr. A. Vind. B. *iisdem* Carr. cod. Turr. Goth. B. Hamb. Vind. C. Ald. a h. Gr. a. P. Mau. Turr. Lips. Iu. Gr. Dav. Cl. *isidem* Voss. A. Fabr. *hisdem* Pet. Fabr. Vrat. B. *hiisdem* Dr. B. Vrat. C. *eisdem* Ox. Leid. A. „et alii" Vind. A. Hav. A. Oud. Cf. adn. cr. ad c. 35 §. 4. (*eodem* Egm. Vrat. A. *iisdem eodem* Vind. D. edd. ante Ald. Vasc. St. Gr. b. (Froll.)

§. 3 omnis generis] *omni genere* Vrs. (Emend.) And. Ox. Leid. A. S. Par. B. Hav. A. Vind. A. Oud. 2. cum in ed. 1. satis habuisset rectius hoc pronuntiare, quam *omnis generis*, quod Vrsino etiam insulsum videbatur. Sane mirum est neutrum vidisse priorem hunc genitivum, si non ex *multitudine*, sed ex altero *telorum* pendeat, rectissime habere, ceterum *omnis* telorum *generis* quoque *multitudinem* sine vitio dici potuisse, *omni genere* vero,

autem, quos Hotomannus et alii ex 3, 22 huc revocant, conditio similis, sed dignitas erat maior et genus hominum Aquitanis proprium.

Cap. 41. §. 1 castra — movit] quae castra posita fuisse confectis rebus superiore capite narratis non minus patet, quam ipsas res illas insuperque Caesaris in castra reditum confici tribus horis non potuisse. Tamen Moebius ad verba c. 40. *nulla interposita dubitatione* adscribere haec potuit: *Man bemerke die Schnelligkeit Cäsars, der nach Mitternacht auf die erhaltene Nachricht von dem Abfall der Aeduer mit vier schlagfertigen Legionen aufbricht,* 25000 *Schritte marschirt und, nachdem er das Heer der Aeduer zur Uebergabe gebracht und seinen Soldaten eine dreistündige nächtliche Ruhe verliehen, vor Sonnenaufgang wieder in das Lager zurückkehrt, also einen Marsch von* 50000 *Schritten ungefähr in drei Stunden zurücklegt.*

§. 2 Summis copiis] Cf. 5, 17 §. 5.

4 **tormenta; Fabium discessu eorum duabus relictis portis obstruere ceteras pluteosque vallo addere et se in**
5 **posterum diem similem ad casum parare. Iis rebus**

si ita scripserit Caesar, negligentius scripsisse, cum omne genus telorum, nisi multitudo accedat, ad *multos* vulnerandos nihil prosit, ideoque multitudinis notionem ex priori membro repeti debere. Atque mihi haec negligentia minime improbabilis videtur.

tormenta] *tomenta* Lipsii ed. prior a 1589, quemadmodum secundum Civ. 3, 44 scribendum coniecerat Hotomannus.

§. 4 in posterum] *in* om. Vind. I. *imposterum* Rom. a.

similem ad] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. *similem* Dr. B. *similemque* reliqui cum edd. ante Ald.

parare] iidem, qui *similem ad. expectare* Dr. B. Vind. F. *apparere* Vrat. B. a m. pr. *appetere* Carr. et ed. Flor. sec. Brutum. *apparare* reliqui cum edd. ante Ald. nisi quod in Fabr. hoc tantum ex Pet. et Gott., *similemque* vero ex Voss. A. Lov. Egm. et Gott. et in Confl. *similemque* ex omnibus tribus (Pet. Bong. C. Pal.), *apparare* vero ex nullo allatum est. Praeterea *similemque* ex Vind. BCDFI., *apparare* ex Vind. CEI. notatum accepi. Denique in cod. Turr. *similemque casum apparare* legitur, ex quo verisimile fit *appetere*, quod neque in Ven. f. exstat neque in ed. Florentina ab eo, qui mihi eam contulit, lectum videtur, perperam a Bruto esse scriptum. — Lectionem ante Aldum vulgatam *et se in posterum diem similemque casum apparare*, quam Oud. ita corrigendam putabat, ut inter *similemque* et *casum* interiiceretur *ad*, integram repetierunt Whittius et recentiores, inter quos plerique tacent, Dübnerus in dictione *se apparare in*, quamvis alibi fortasse non exstet, nihil inesse dicit, quod eam suspectam reddere possit. Sed plura insunt a Caesaris usu aliena. Primum *se* pronomen verbo *apparare* praeter consuetudinem non modo Commentariorum (cf. supra c. 17 §. 1, 26 §. 3, Civ. 2, 7 §. 4, Alex. 7, 1.) sed omnium scriptorum coniunctum. Nam quod Freundius in Lexico ex Plauti Asin. 3, 3 v. 11 exempli causa dictionis *se apparare* cum infini-

§. 3 tormenta] Tormentis Caesarem ad propellendos bostes usum esse supra 2, 8 §. 2 et 4, 25 §. 1 cognovimus. Tamen, quod ad oppugnationes potissimum comparari et adhiberi solebant, etiam infra c. 81 §. 5 complura tormentis tela coniecta esse in hostes noctu ad munitiones Romanorum aggredientes memoria dignum putavit. Cf. 8, 14 et 41 extr. Hio vero magno usui fuerant, eoque magis id memorabile erat.

§. 4 discessu eorum] De ablativo cf. adn. ad 5, 3 §. 6, ex qua apparet nullam Heldio causam fuisse, cur *eorum* ad equites a Fabio missos potius, quam ad hostes referendum putaret.

pluteosque] Cf. adn. ad huius libri c. 25 §. 1.

similem ad casum] Simili anastrophe usus est Cicero De off. 2, 6 (§. 19): ***vel secundas ad res vel adversas.*** Alibi Caesar eam nisi in pronomine relativo usurpasse non videtur. Cf. 5, 1 §. 3 ***quam ad rem.*** 6, 33 §. 4 ***quam ad diem.*** ib. 35 §. 1 ***quem ad diem.*** 7, 55 §. 10 ***quam ad spem.*** Civ. 2, 32 §. 11 ***quem ad finem.***

cognitis Caesar summo studio militum ante ortum solis in castra pervenit.

42. Dum haec ad Gergoviam geruntur, Haedui primis nuntiis ab Litavico acceptis nullum sibi ad cognoscendum spatium relinquunt. Inpellit alios avaritia, 2

tivo constructae attulit, *Qui sese parere apparent huius legibus*, id rectius sic dictum accipitur, ut ib. 1, 3 v. 31 *Volt placere sese amicae*. Deinde una eademque praepositio non unum idemque in priore atque in posteriore nomine significans (cf. adn. ad c. 23 §. 5) cum alibi saepe eadem significans idem bis posita reperiatur. Denique ipsum *in* ad posterius nomen ea significatione referendum, qua verbis parandi adstrui minus solet. Cf. c. 79 §. 4: *seque ad eruptionem atque omnes casus comparant*. Afr. 14, 1: *simulque ad circumeundum comparare se coeperant*. Alex. 13, 4: *seque ad confligendum omnibus rebus paraverunt*. ib. §. 5: *se ad dimicandum parabat*. Adde infra 65, 1: *ad hos omnes casus provisa erant praesidia* etc. Iam harum rerum omnium nulla est una, quae non exemplis tueri sese possit. Nam et illud, quod 4, 10 §. 2 legimus, *in eam se consuetudinem adduxerunt*, minus usitatum esse fatendum fuit, et in verbis Civ. 2, 43 §. 3 *pauci lenunculi ad officium imperiumque conveniebant* non plane idem significat eadem in priore atque in posteriore nomine praepositio, et *paratum in res novas* Tacitus Hist. 4, 32, *in utrumque paratus* Virgilius Aen. 2, 61, uterque ab Haudio Turs. 3, 310 citatus, et *quae in Sestium apparabantur crimina* Cicero Q. Fr. 2, 3 §. 6 dixit. Sed tamen coniunctarum vis ea est, ut Caesarem ita scriptum hoc edidisse non credam. Potius *ad* praepositionem temere post *casum* translatam cum verbo *parare* coaluisse, tum *que* necessario ad *similem* adiectum crediderim. Aldi vero scripturam, sive ea per coniecturam inventa, sive ex incorrupto fonte hausta sit, veram esse iudico.

§. 5 iis] Bong. A. Pl. Par. A. Vrat. A. P. Man. Ald. b. Lips. Iu. Gr. Dav. Cl. *hiis* Vrat. BC. Hamb. *his* Dr. AB. Goth. B. Vind. A. edd. ante P. Man. Turr. Id tacite restituit Oud. Cf. 1, 30 §. 4 *Ea re permissa*. ib. 31, 2 *Ea re impetrata*. 2, 11 §. 1 *Ea re constituta*. 8, 46 §. 1 *Ea re cognita*.

Cap. 42. §. 1 ab] „MSS. non *a*." Gott. Voss. A. Egm. Lov. Pet. et Bong. C. Cons. cum parte meorum meliore. *a* Bong. A. Pl. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. cum edd. ante Ond.

§. 2 Inpellit] Egm. Vrat. A. (Bong. A.) Par. A. non *imp*.

Cap. 42. §. 2 Inpellit] sc. ad faciendum quod in sequentibus fecisse dicuntur: *bona civium Romanorum diripiunt* etc. Cf. Civ. 1, 4 §. 2: *Scipionem eadem spes provinciae atque exercituum impellit*. Male Franc. et Ad. Wagneri huc referunt illud *ut levem auditionem habeant pro re comperta*: — trieb einige der Geiz, andere die Rachsucht und die dieser Nation angebohrne Leichtsinnigkeit an, ein bloßes Gerücht für offenbare Wahrheiten zu halten. et Andre treibt der Geiz, andre der Jähzorn und die Unbesonnenheit, welche vorzüglich diesem Geschlechte angebohren ist, ein leichtes Gerücht für ausgemachte Sache zu halten. Ut

alios iracundia et temeritas, quae maxime illi hominum generi est innata, ut levem auditionem habeant pro re
3 conperta. Bona civium Romanorum diripiunt, caedes
4 faciunt, in servitutem abstrahunt. Adiuvat rem proclinatam Convictolitavis plebemque ad furorem inpellit,
5 ut facinore admisso ad sanitatem reverti pudeat. Marcum Aristium, tribunum militum, iter ad legionem facientem fide data ex oppido Cavillono educunt. Idem

conperta] Boug. A. Par. A. non *comp.*
§. 4 inpellit] Par. A. (Boug. A.) non *imp.*
reverti pudeat] *p. r.* Leid. A. Ox. „et alii“ Hav. A. Vind. A. Oud.
§. 5 Aristium] *Aristum* Bong. C. Dr. A. Vind. BC. Hamb. Ber. „cui postea proconsuli scripsit Cicero Fam. i. 13. etsi perperam ibi *Aristo* legitur.“ Glandorpius. Scilicet epistola illius libri 50. in cod. Med. *Aucto*, in aliis alii, *Aristo Procos.* inscripta est in Victoriana ed. prima, qua usus Glandorpius temerarium iudicium fecit.
fide data] *d. f.* Hav. A. Vind. A. et eadem, ut videtur, auctoritate, qua §. 4 *pudeat reverti*, Oud.
Cavillono] *Cavilono* Hamb. *Cavillano* Vind. CI. *Carillonno* Vind. A. et teste Achaintrio Parisini nonnulli. *Cavilloncio* Hav. A. *Cabillone* Petr. Hist. 17, 17. *Cabillono* Turr. et sqq. nulla codicum

enim avaritia ad fidem nuntiis Litavici habendam impellere nonnullos potuerit, quia homines quod volunt, facilius credunt, quomodo iracundia efficere idem poterat, quae nisi habita fide existere non potuisset? Neque vero *levis auditio* erat mendacium de caede equitum et principum per nuntios Litavici tota civitate Haeduorum divulgatum. Sed temeritate Gallis ita innata, ut levem auditionem habeant pro re comperta, fiebat ut fide habita mendacio iracundia impulsi caedes facerent etc.

§. 4 ut facinore admisso ad sanitatem reverti pudeat] iterum male Wagneri: — der das Volk in eine solche Wuth versetzte, daß es sich, nach verübter That, schämen mußte, den Fehler einzusehen. — *und treibt den Pöbel zur Wuth, dass, nach verübter Unthat, er sich schämt zur Besinnung zurückzukehren.* Non effectus, sed consilium indicatur Convictolitavis plebem ad furorem impellentis et quam vehementissime concitantis ideo, ut facinus committeret, quo eam admisso ad sanitatem reverti puderet. Nam animi concitationem et errorem fateri et excusare minus durum est, quam facinore admisso culpam confiteri, quod ad sanitatem revertenti facere necesse est. Effectum scriptor demonstraturus non *ut facinore admisso — pudeat*, sed, si per veritatem licuisset, *ut facinus committant, cuius pudore ad sanitatem reverti prohibentur* scripsisset. Furoris enim effectus non pudor est, sed facinus, quod sequi pudor potest, in illis vero, ut eventus docuit, non sequebatur.

§. 5 Idem] quod facere Aristium coëgerant, quem fide data ex oppido Cavillono eduxerant; cuius actionis vim aliam, aliam speciem fuisse h. l. docemur. Itaque plene interpungendum fuit.

facere cogunt eos, qui negotiandi causa ibi constiterant. Hos continuo in itinere adorti omnibus inpedimentis 6
exuunt, repugnantes diem noctemque obsident, multis utrimque interfectis maiorem multitudinem ad arma con-

praeter And. et Ox. auctoritate. At c. 90 §. 7 plerique *Cab.* exhibent, quae res movisse Oudendorpium videtur, ut h. l. vulgatam scripturam teneret, quamquam *v* magis sibi placere, ut in *Cevenna* et *Gergovia*, non dissimulavit. Sed a codicibus omnino *v* maiorem commendationem habet, quippe quod c. 90 in Leid. A. Hav. A. Vind. A. exstet, quorum consentienti in utroque loco testimonio plus tribuendum est, quam reliquorum inconstantiae.

§. 5 in itinere] *in* om. „MSS. plurimi" Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Boug. A. Par. A. Hav. A. Dr. A. Vrat. AC. et a m. pr. B. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. ACE. Ven. f. Cl. Id tolerabile visum Baumstarkio *indem sie ihnen auf der Stelle nachfolgten* interpretanti et ablativi usum comparanti cum eo, qui I, 18 §. 5 obtinet in verbis *imperio populi Romani*, quem absolutum dicit; quod utrumque pariter a vero abhorret.

§. 6 inpedimentis] Vind. A. (Bong. A.) non *imp.*

utrimque] Par. A. (Bong. A.) non — *inque. utrumque* Dr. A.

multitudinem ad arma concitant] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. Reliqui codices et editiones ante Aldum pro *ad arma* habent *armatorum*, praeterea Vind. C. *multitudinis* pro — *nem*, et pro *concitant*, quod in Hamb. omissum est, in Voss. A. Fabr. *et concitant* notatum videtur. Qui *armatorum* tenent, ii verbo *concitare* aut significationem tribuere debent conciendi, aut si id minus volunt, quia sine exemplo est, absolute dictum interpretari, quo sensu nos fere dicimus aufwiegeln, ut 5, 26 §. 2 *suos concitaverunt*. ib. 38, 2 *Aduatucis concitatis*. 7, 13 §. 2 *plebem concitatam*. 8, 31 §. 2. Civ. 3, 9 §. 2. Sed tali concitatione illo tempore, cum plebs ad furorem impulsa et pars Romanorum interfecta esset, et ad eos, qui iam armati essent, quo ipso sese ad pugnam paratos ostendebant, opus non erat, et si tamen isti concitandi erant, ut armis suis uterentur, scriptori qui-

Vulgo colon ponunt et ad *idem* audiri iubent *quod fecerat Aristius*, et *idem facere* interpretantur *exire* eamque notionem inesse volunt in verbo *educunt*, quod idem sit atque *exire iubent*. Sed neque est idem, neque si hoc ipsum *exire iubent* praecederet, ad *idem* non *quod facere Aristium iusserant* potius, quam *quod fecerat Aristius*, audiendum, sin autem subiceretur *idem faciunt ii, qui*—, hoc *faciunt* non *iubent* potius, quam *exeunt* interpretandum esset. Quamquam enim *exire* faciendi notionem non minus, quam *iubere* adiunctam habet, tamen cum dicimus *exire iubent*, non eum, qui exire iubetur, facere aliquid dicimus, sed eos, qui iubent exire. Praecedit vero *educunt;* cuius verbi notionem faciendi simplicem nihil in ipso est quod duplicandam et educentes facientes ut aliquis faciat aliquid, cogitandos esse lectorem admoneat. Ceterum negotiatoribus quoque fidem datam esse scriptor non ostendit, eoque minus Dübnerus *idem facere* interpretari debebat *fide accepta discedere*.

citant. 43. Interim nuntio allato, omnes eorum milites in potestate Caesaris teneri, concurrunt ad Aristium,
2 nihil publico factum consilio demonstrant; quaestionem de bonis direptis decernunt, Litavici fratrumque bona publicant, legatos ad Caesarem sui purgandi gratia mit-
3 tunt. Haec faciunt recuperandorum suorum causa; sed contaminati facinore et capti conpendio ex direptis bonis, quod ea res ad multos pertinebat, et timore poenae

dem id potius demonstrandum erat, quam ad rem conciturentur. Itaque Aldinam lectionem tenui, alteram per errorem omissa praepositione illatam puto ab aliquo, cui *arma* compendio scriptum videretur. Cf. infra c. 45 §. 6.

Cap. 43. §. 1 allato] *ablato* Bong. A. Pl. Hav. A. (*allata* Vrat. A.)

§. 2 fratrumque] *f. eius* Leid. A. Vrat. A. *que* om. Vind. B. *quae* a m. pr. habet Par. A.

§. 3 recuperandorum] *recip.* Bong. A. Pl. et Par. A., uterque cum *u* super *i*, sed Par. A. *u* a m. sec. scriptum habens. Cf. adn. cr. ad 3, 8 §. 2 et ad locos ibi significatos. (In Dr. B. *recup.* inter *suorum* et *causa* positum (in Hav. A. et Vind. A. *recup. causa suorum* scriptum est.

conpendio] Bong. A. Par. A. Egm. uon *comp.*

et timore] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. (Bong. A. Pl.) *et* om. „reliqui" Lov. sec. Fabr. Gott. sec. Whitt. Pet. et Bong. C. sec. Cond. Carr. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. BC. Gu. edd. ante Ald. Turr. Remota coniunctione aut asyndeton, quale 5, 33 §. 6 et alibi exstat, scriptor fecit, aut Haeduos duabus de causis poenam timuisse eoque timore exterritos consilia de bello inisse dicit, quod et contaminati facinore et capti compendio ex direptis bonis essent, quarum rerum ultera sane timorem poenae iniicere, altera vero nullam eiusmodi vim habere poterat. Accedit quod hoc modo verborum *quod ea res ad multos pertinebat* et sententia inepta et relatio ambigua, participium autem *exterriti* inutile additamentum fit. Asyndeton vero sine ratione fecisse Caesar non videtur.

Cap. 43. §. 1 nuntio allato, omnes — teneri] Eodem modo eidem substantivo appositus est accusativus cum infinitivo c. 48 §. 1: *crebris nuntiis incitati, oppidum a Romanis teneri.* et apud Hirtium 8, 19 §. 4: *nuntii adferuntur, imperatorem instructis copiis adesse.* Alibi Caesar concursum istum mollit, ut 2, 1 §. 1: *crebri ad eum rumores adferebantur, litterisque item Labieni certior fiebat omnes Belgas — coniurare.* Plerumque vero *de* praepositione utitur. Cf. 5, 53 §. 6. 6, 36 §. 1. 7, 11 §. 4. 59, 1.

milites] Hos Dübnerus cum equitibus confundens in argumento capitis posuit *leur cavalerie.*

§. 3 capti] De huius verbi usu Caesaris cf. adn. cr. ad c. 31 §. 2. Sicut 6, 22 §. 3 *adsidua consuetudine capti*, ita hic *compendio capti* dicuntur, velut allecti et irretiti lucri, quod fecerant, dulcedine, quod quia dimittere nolebant, de bello consilia

**exterriti consilia clam de bello inire incipiunt civitates-
que reliquas legationibus sollicitant. Quae tametsi Cae- 4
sar intellegebat, tamen quam mitissime potest, legatos
appellat: nihil se propter inscientiam levitatemque vulgi
gravius de civitate iudicare neque de sua in Haeduos
benivolentia deminuere. Ipse maiorem Galliae motum 5
exspectans, ne ab omnibus civitatibus circumsisteretur,**

civitatesque] *que* om. Carr. cod. Torr. Egm. Voss. B. Dorv. Vrat. A. Vind. F.

§. 4 tametsi] *tamen si* Goth. B. *tamen etsi* Dr. B. Vind. ACF. benivolentia] „MSS. plerique" Pet. et Bong. C. Cousl. Voss. A. Gott. Egm. Fabr. Hav. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. AI. edd. ante Ven. f. *benev.* (Bong. A. Par. A.) Ven. f. et sqq. Cf. adn. cr. ad 5, 25 §. 2.

§. 5 maiorem] *m. deinde* Egm. Vrat. A. Par. A.

civitatibus] om. And. Ox. Hav. A. Vind. A.

a] om. Ox. Duk. Bong. C. Hav. A. Vind. AC. *ab* Bong. A. ed. Oud. *ad* (*Gergoviam*) Egm. Vrat. A.

inibant. Atque haec altera erat consiliorum causa, accedens ad facinoris conscientiam, quae perfidia et caede Romanorum contaminatos agitabat, eoque maiorem vim habens, *quod ea res ad multos pertinebat;* quae dictio explicata est ad 1, 14 §. 3, quo addas 5, 25 §. 4: *veritus, quod ad plures pertinebat, ne civitas eorum inpulsu deficeret.* Nam si pauci direptionis et lucri participes fuissent, horum avaritiae facilius resisti ab integris pacis auctoribus potuisset. Sine ratione Lippertus haec verba (*quod pertinebat*) post ea, quae sequuntur, *et timore poenae exterriti*, posita rectius se habitura dicit.

§. 4 gravius de civitate iudicare] Cf. Civ. 2, 32 §. 2: *neque sine causa et Caesar amicissime de vobis et illi gravissime iudicaverunt.* et ib. §. 4: *quid irati gravius de vobis sentire possunt.* quo utroque loco non de iudicis sententia litem dirimentes aut poenam infligente, sed de mala opinione et existimatione sermonem esse liquet. Neque h. l. de poena cogitandum esse, quo sensu Ad. Wagnerus vertit *er werde nichts Schweres über das Volk beschliessen*, cum ipsa res, tum tempus praesens arguit, quod illic temere futurum fecit.

§. 5 Ipse] Non ita raro in his Commentariis qui fecisse aliquid dictus est, idem deinde *ipse* aliud quid fecisse dicitur, quasi prius illud non ab ipso, sed ab alio sit factum. Ibi pronomen aut ad actionem potius, quam ad personam pertinet, aut personam ab aliis, ad quos actio eius erat relata, velut ad se ipsam revocat sive subiectum alterius actionis ab alterius obiecto distinguit. Prioris generis est 1, 10 §. 3: *munitioni — T. Labienum legatum praefecit; ipse in Italiam magnis itineribus contendit:* der Schanze setzte er den L. vor; selber eilte er nach Italien. item 1, 24 §. 2. 2, 2 §. 2. 4, 12 §. 4. 5, 2 §. 4. 37, 5. 53, 3. 6, 5 §. 6. 33, 3. Posterioris 4, 36 §. 2: *his Caesar numerum obsidum — duplicavit eosque in continentem adduci iussit, quod—existimabat. Ipse idoneam tempestatem nactus — naves solvit:* Diesen legte C. noch einmal so viel Geiseln auf —. Er seinerseits segelte ab. In eodem genere, quod plenam interpunctionem requirit, cum in altero fere minor

consilia inibat, quemadmodum a Gergovia discederet ac rursus omnem exercitum contraheret, ne profectio nata ab timore defectionis similisque fugae videretur. **44.** Haec cogitanti accidere visa est facultas bene rei gerendae. Nam cum in minora castra operis perspi-

ac rursus] om. Vrat. A. *ac rursum* Leid. AB. Vind. A.
contraheret] *contrahere* Bong. A. Pl. Par. A. (*extraheret* Vind. C.)
similisque] Ox. Hav. A. Vind. A. Vulgo *similis* legitur; quod si verum est, ipse Caesar suam profectionem, quam meditabatur, natam ab timore defectionis dixisse atque id unum efficere et cavere voluisse videtur, ne ea similis fugae videretur. Illud vero neque ipsum per se verisimile fit et pugnat quodammodo cum eo, quod supra demonstravit, propterea se a Gergovia discedere voluisse, ne ab omnibus civitatibus circumsisteretur. Nam aliud est nolle ab omnibus circumsisti idque ne fiat, timere, aliud timere defectionem. Et si non pugnat, supervacaneum fit eo, quod de consilio Caesaris iam edocti sumus. Si vero his de causis non Caesaris hanc confessionem, sed hostium opinionem esse volumus, ut quasi ex ore eorum petitis verbis profectio quippe nata ab timore similis fugae dicatur, ambiguitate offendamur necesse est, quam scriptor verbis non minus, quam timoris suspicionem Caesar rebus vitare debebat et *que* ad *similis* adiecto facillime et plane suo more vitabat. Hoc igitur etiam Oud. iudice non male additum in Ox. accedente duorum codicum auctoritate adieci, praesertim cum et alibi saepe et hoc ipso in capite copula temere in altero genere codicum omissa sit.
Cap. 44. §. 1 bene rei gerendae] *r. b. g.* Ven. f. Cl. *b. g. r.* And. Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Oud. (— *gerendi* ante corr. Dr. A.)
in minora castra] „MSS. plerique“ Pet. Gott. Voss. A. Egm. Fabr. Hav. A. Gott. Elberl. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. A. Vrat. AB. Vind. BI. Gu. *in c. m.* Hav. A. Gott. Wbitt. *in minorata c.*

ponenda sit, est 2, 35 §. 3 et 5, 1 §. 5. Hoc vero loco, qui eodem pertinet, inter *legatos appellat* et *ipse consilia inibat* interiecta appellantis verba reditum ad personam paulo insolentiorem reddunt, quam aut praetermissis illis aut repetita legatorum mentione futurus fuisset.
rursus] Hoc proprie dictum videri posse ad c. 34 §. 1 monui. Quamquam nihil impedit, quo minus opponi tantum contractio divisioni illo loco commemoratae statuatur. Cf. adn. ad 4, 1 §. 5.
ne] Diversum hoc ac illo, quo paulo ante consilium Caesaris declaratum vidimus, et comparandum cum eo est, quod legitur 6, 9 §. 7, *ne pendant*, ubi cf. adn.
similisque fugae] Cf. 5, 47 §. 4 et 53, 6 ibique adn.
Cap. 44. §. 1 bene rei gerendae] non eius, quae modo commemorata est, sed alicuius, quae si gesta esset, bene gesta dici posset: *de faire un beau coup*, ut vertit Ablancourtius. Similiter 5, 57 §. 1: (Labienus) *de suo ac legionis periculo nihil timebat: ne quam occasionem rei bene gerendae dimitteret, cogitabat.*

ciendi causa venisset, animadvertit collem, qui ab hostibus tenebatur, nudatum hominibus, qui superioribus diebus vix prae multitudine cerni poterat. Admiratus 2
quaerit ex perfugis causam, quorum magnus ad eum cotidie numerus confluebat. Constabat inter omnes, 3
quod iam ipse Caesar per exploratores cognoverat, dorsum esse iugi prope aequum, sed hunc silvestrem et

Vind. A. *memoria in c.* Ber. *in* om. Hamb. Ven. f. *m in c.* Dr. B. Vrat. C. Goth. B. cum reliquis edd. (etiam Oud.)
poterat] In Dr. A. inter *t* et *e* superscriptum est *u*. *poterant* Vind. A.
§. 3 dorsum] *deorsum* Vrat. C.
eius] Ita Dr. A. sed correctus in *e*.
hunc] om. Aud. Ox. Cu. S. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. usque ad Cl. qui secundum Davisii coniecturam scripsit *hac. hoc* N. *hinc* Oud. 2. qui in 1. Aldum secutus in adn. an *hinc* posset legi, dubitavit, sed id quo sensu, non docuit.
silvestrem] Ita cum plerisque Aud. Ox. Cu. S. Leid. A. Vind.

collem] quem accuratius descriptum videas c. 46 §. 3. Est illa pars iugi, in quam castra Caesaris spectabant.

tenebatur] etiamtum, cum Caesar eum nudatum hominibus animadvertit. Cf. c. 45 §. 6 et 7. Similem repugnantiae speciem praebent illa Civ. 3, 22 §. 4: *Ita magnarum initia rerum, quae — sollicitam Italiam habebant, celerem et facilem exitum habuerunt.*

poterat] cf. c. 48 §. 3: *matres-familiae, quae paulo ante Romanis de muro manus tendebant, suos obtestari-coeperunt.* et 59, 2: *Bellovaci — qui ante erant per se infideles, manus cogere — coeperunt.* quibus locis item, ut hoc, si verbi primarii ratio habita esset, plusquamperfectum poni debuisset. Sed quoniam temporis praeteriti significatio, quae in plusquamperfecto inest coniuncta cum actionis ad aliam referendae significatione, quae imperfecti est, illis locis in adverbio *ante*, h. i. in verbis *superioribus diebus* certa et conspicua inest, verbo eam iterum iniungi necesse non erat.

§. 2 quorum — confluebat] Hoc cur interiecto nomine *causam* a *perfugis* separatum sit, ex iis, quae ad 5, 1 §. 1 adscripsi, patebit. Cf. praeterea 5, 52 §. 4 et 6, 13 §. 1 et adn. ad huius libri c. 4 §. 2.

§. 3 Constabat inter omnes] Heidius vertit: *sie machten alle (die befragten Ueberläufer) die gleichlautende Aussage.* Sed de loci natura Caesar non quaesiverat, neque abest a verbis Latinis veritatis testificatio eius rei, in qua illi omnes consentiebant. Cf. 8, praef. §. 4: *constat enim inter omnes nihil tam operose ab aliis esse perfectum, quod non horum elegantia commentariorum superetur.* Itaque rectius dixeris: *alle waren darin einverstanden und wussten —.* Atque haec consensionis omnium in re vera praedicatio non ad omnia, quae sequuntur, sed ad proxima pertinet, quae de dorso iugi dicta sunt, quem locum omnes pariter cognitum habentes iisdem verbis describebant.

dorsum esse eius iugi prope aequum] Pronomen ad collem refertur modo commemoratum, qui

angustum, qua esset aditus ad alteram partem oppidi:
4 vehementer huic illos loco timere nec iam aliter sentire, uno colle ab Romanis occupato, si alterum amisissent,

E. Rom. a. Med. a. Ven. bcdef. Ber. Ald. ab. Gr. a. P. Man. *silvestre* Hav. A. Vind. A. N. Vasc. St. Gr. b. (Frell.) Turr. Lips. sqq. qui omnes masculinum *dorsi* nominis genus damnasse, unum probasse neutrum videntur. Contra Glandorpius non novisse neutrum videtur, si quidem ad verba *Dorsum esse eius iugi* haec, quae Iungermanni Sylloge exhibet, adscripsit: „Veteribus dicebatur *dorsus* in genere masculino et foeminino. Plautus in Milite: *Timeo quid rerum gesserint, ita dorsus tota prurit.*“ Sed in Plauti codicibus optimis Mil. glor. 2, 4 v. 44 legitur *dorsus totus*, idque a Nonio p. 137 Gerl. confirmatum et receptum a Ritschelio sufficit ad librorum auctoritatem h. l. tuendam. Recentioribus *dorsum* magis placuerit: de Caesaris eiusque aetatis usu nihil constat, neque apud Livium aut Tacitum discerni genus potest. (Quod Herzogius pro masculino citat Prisciani testimonium p. 198, id ex Krehliano indice petiisse videtur: a me quidem neque illo neque alio loco dictum a Prisciano inventum est.)

qua] *que* cum *a* super *e* Voss. A. Fabr. *qui* R.

partem oppidi] *o. p.* Cu. (de quo tacet Fabr.) Ox. Leid. A. Vind. A. Oud. (Whittium *o. p.* ex Hav. A. afferentem Gottorpiensis codicis signum (B) pro Havniensis A. signo (A) ponere voluisse suspicor.)

§. 4 vehementer huic illos loco] *h. l. v. i.* Cu. Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Oud. (*vaehem.* — Med. a. *vehaem.* — Ven. bcde.)

iugi eiusdem collis erat, cuius hic dorsus describitur. In qua descriptione primum tenendum est non totum dorsum respici, cuius partem oppidum occupabat, quod aequo an iniquo solo inaedificatum esset, Caesaris nihil intererat, sed eam dorsi partem, quae extra oppidum esset; deinde hanc ipsam dorsi partem accuratius definiri verbis *qua esset aditus ad alteram partem oppidi*, quippe quod non totum dorsum complebat, ut undique exeuntibus ex oppido statim descendendum, adeuntibus usque ascendendum esset, sed ab ea parte, quae a castris Romanorum aversa erat, exitum primum aditumque extremum, quia dorsus ibi prope erat aequus, prope aequum habebat; denique hanc dorsi aequitatem, minime vero quod silvestris et angustus esset, timorem iniicere Gallis atque efficere potuisse, ut omnes ad illum locum muniendum traducerentur. Cf. Civ. 3, 45 §. 3, ubi locus quidam editus a Caesare occupatus et muniri coeptus, *cum una ex parte prope aequum aditum haberet*, a Pompeio, qui ei propinquum et contrarium collem occupavisset, impugnari dicitur.

sed hunc silvestrem et angustum] Hoc utrumque vim ab aequitate diversam habebat et quare minus illi loco timendum esset, efficiebat: tamen non impediebat, quo minus vehementer timerent. Diversitatem *sed*, diversarum rerum coniunctionem *hunc* demonstrat, quod non solum dorsum, sed dorsum *aequum* mente repeti iubet. Cf. Alex. 29, 5: *quorum impetum adeo pertimuerunt hostes, ut in fuga spem salutis collocarent, sed id frustra.* Similis pronominis usus est 5, 18 §. 1: *quod flumen uno omnino loco pedibus atque hoc aegre*

quin paene circumvallati atque omni exitu et pabulatione interclusi viderentur: ad hunc muniendum locum omnes a Vercingetorige evocatos. **45.** Hac re cognita Caesar

quin] om. Vrat. A. *quum* Bong. C. *quem*, deinde *intercludi videbantur*, ante corr. Dr. A. *non dubitari quin* „Ita legitur in meo libro" Vrs. Emend. Idem legitur in Leid. A. Cu. Hav. A. Vind. A. et in marg. Pet. Si *non dubitari* verborum *nec iam aliter sentire* loco, aut ante ea *non dubitare* (quod ipsum Vrsinus in Notis apud Iungermannum in vetere codice ante *quin* legi docet) scriptum esset, variandae aut amplificandae orationis causa factum videretur: hoc loco interpretamentum ad *quin* coniunctionem, cuius rationem non male reddit, adscriptum et male in ordinem receptum videri debet.

§. 5 locum] om. „MSS. plerique" Lov. Lbb. Bong. A. Par. A. Gott. Pet. Bong. C. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. CDF. edd. ante Ald. Turr. non solum contra Caesaris genium, ut indicabat Oud., sed re ipsa vetante. Collis enim in antecedentibus unius ita significatus est, ut tamquam satis notus lectori simpliciter per *hunc* pronomen demonstrari potuerit; nisi forte *unum* et *alterum* interpretandum putamus den einen — den andern et duos tantum colles circum Gergoviam fuisse statuimus; *locum* autem ex longius remotis, non ex proximis *collem*, ad *hunc* suppleri voluisse scriptorem quis credat?

transiri potest. cuius generis exempla plura exstant. *Angustum* explicatum vide ad 4, 23 §. 3.

§. 4 vehementer — timere nec iam aliter sentire, uno — viderentur:] In hac causae, quam Caesar quaesiverat, expositione varietas quaedam apparet. Timorem enim perfugae alii hunc dixisse videntur, ne oppidum ipsum a Romanis dorso potitis caperetur, alii, ne omni exitu et pabulatione intercluderentur, id quod colle aliquo in illa parte a Romanis occupato fieri posset. Nec mirum, si non omnes eandem rei hoc ipso tempore agi coeptae rationem reddebant, sed in dorsi quidem natura describenda omnes, etiam qui superioribus diebus ad Caesarem perfugissent, consentiebant, munitionis autem causa omnes Gallorum copias in alteram oppidi partem traductas eamque ob rem collem nudatum esse item consensu ii, qui novissimi venerant, referebant, de ipso vero loco, qui illa in parte muniendus esset, et de consilio Vercingetorigis minus inter eos constabat. Heldius et nonnulli *alterum collem* ad dorsum referentes *dorsum* primum summum iugum, deinde iugi partem eam, qua descensus in planitiem erat, significare eamque partem, quia colles in ea essent, ipsam *collem* nominari putant. Cui interpretationi ad lectionem Oud. 2. *hinc silvestre et angustum* accommodatae in dorsi nomine ambiguitas orationem aenigmati similem faciens, in *colle* usus linguae obstat, a quo scriptorem discessisse eo minus credibile est, quo certius eum in *uno colle* tenuit. Nihil vero obstat, quo minus *alterum* interpretemur einen zweiten. Cf. Civ. 1, 18 §. 5: *quorum adventu altera castra ad alteram oppidi partem ponit.* Alex 11, 4: *ita proelium secundissimum est factum. Capta est una hostium quadriremis, depressa (depren-*

mittit conplures equitum turmas eo de media nocte: iis imperat, ut paulo tumultuosius omnibus locis pervaga-
2 rentur. Prima luce magnum numerum impedimentorum

Cap. 45. §. 1 conplures] Voss. A. Bong. A. Par. A. non *compl.* (*quamplures* Dr. A. Hamb. Vind. I.)

turmas eo de media nocte: iis imperat] Ita And. S. et reliqui eius generis libri, nisi quod Ox. Cu. Leid. A. Hav. A. Vind. A. pro *eo de* habent *eodem*, cui in Hav. A. semicolon adiectum est, et in Leid. A. Hav. A. Vind. A. pronomen (in Hav. A. Vind. A. *his* pro *iis*) post *imperat* legitur; item Ald. et sqq. (*his imp.* St. Gr. b. Frell.) Ceteri cum edd. ante Ald. habent *turmas. eisdem* (Conll. *iisdem*, Hamb. *eidem*, Gu. *iis*) *media nocte imperat*, ut Caesar dicatur primo misisse in aliquem locum equites, deinde imperasse eis media nocte, ut paulo tumultuosius omnibus locis vagarentur. In qua dictione magnopere desideratur loci, in quem equites missi sint, significatio, neque apparet, cur alio tempore missi, alio vagari iussi dicantur, aut quam ob rem non aliis, sed eisdem, qui missi essent, imperatum illud demonstretur. Et huic quidem incommodo remedium in promptu est, si *eisdem* mutes in *eis de*, quod recentiores editores quidam fecerunt; sed reliqua duo permanent, et quod alterius tollendi causa proponit Dübnerus, ut *de media nocte* referas ad *pervagarentur*, id per verborum collocationem facere non licet. Cf. Afr. 37, 1: *ipse VI. Kal. Feb. circiter vigilia prima imperat, speculatores apparitoresque omnes ut sibi praesto essent.* Haec igitur lectio sana non videtur; sed utrum *eo de*, an *eodem* sc. quo Gallorum copiae evocatae erant, praeferendum sit, dubitari potest, et non sine ratione Oud. *iis* pronomen, quod incertum in codicibus locum habet, ex interpolatione additum suspicabatur.

locis] *in l.* Pet. Cu. S. Leid. A. Dorv. Pal. Goth. B. Vind. D. Vrat. C et a m. s. B. cum edd. praeter inc. et Ven. f. omnibus, etiam Oud., quem tamen praepositionem commode abesse non fugiebat.

pervagarentur] And. Ox. Cu. S. Hav. A. Ald. et sqq. exceptis St. et Cl., quae cum Leid. A. Vind. A. *pervagentur* exhibent. *vagentur* Hamb. *vagarentur* ceteri codd. et edd. ante Ald., quod §. 3 aptius est.

§. 2 impedimentorum] *omnium i.* Vrat. A. *impeditorum* Vind. A.

sa?) est altera, deinde omnibus epibatis nudata; magna praeterea multitudo in reliquis navibus propugnatorum est interfecta.

Cap. 45. §. 2 magnum numerum impedimentorum] Ex iis, quae ad 2, 17 §. 2 de impedimentis eiusque nominis usu Caesaris docui, collatis cum eo, quod ad huius libri c. 14 §. 7 demonstratum est, facile intelligitur rei hic narratae perspicuitati magno detrimento futurum fuisse, si mulorum mentio nominatim facta non esset. Eiusdem vero perspicuitatis causa impedimentorum quoque facta est mentio, ne cui obscurum esset, quid magnus ille mulorum in castris numerus sibi vellet. Quo sensu autem mulos ab impedimentis distinxerit scriptor, ex adn. ad 2, 19 §. 1 et ad 5, 15 §. 1 (*equites hostium essedariique*)

ex castris mulorumque produci eque his stramenta de-

ex castris mulorumque produci eque his stramenta detrahi] om. Hamb. *ex castris detrahi* reliquorum plerique cum edd. ante Lips. „In omnibus, quae vidi, exemplaribus locus hic mancus mutilusque circumfertur. unius autem optimi mei libri ope insigni repleta lacuna ita illum supplevimus: Prima luce magnum numerum impedimentorum ex castris mulorumque produci, neque iis ferramenta detrahi mulionesque etc.“ Vrsinus Emend. Cum Vrsini codice consentiunt vetus codex D. Vossii, Cu. sec. Fabr. et Oud., S. Leid. A. Pet. sec. Confl. et Fabr., margo Pet. Oud., Hav. A. Vind. A. praeterquam quod hi omnes *stramenta* pro *ferramenta*, pro *iis* autem vet. cod. Voss. *in*, Cu. sec. Fabr. et Pet. sec. Confl. et Fabr. cum Hav. A. Vind. A. *his* exhibent. *Ferramenta*, quo nomine Caesar 5, 42 §. 3 secundum linguae usum instrumenta ferrea appellat, Vrsinum ex coniectura de soleis seu calceis ferreis cogitantem fecisse, *stramenta*, quibus 5, 43 §. 2 casae tectae dicuntur, Lipsium ex codice restituisse indidemque vel sua sponte *eque iis* pro *neque iis* scripsisse arbitror, quem Scaliger et reliqui deinceps secuti sunt. Codices And. et Ox. h. l. sui dissimiles atque eodem casu, quo Bong. A. et reliquos decurtatos esse silentium Oudendorpii et Aldina recensio arguit, quac eadem omnia pariter atque Metaphrastes et Petrarcha ignorat. Quorum alter Hist. 18, 3 haec habet: *Ostentatis legionibus, quasi quod aliud esset acturus, et hac illac per tenebras noctis magno strepitu discurrere iussis equitibus et immixtis turbae mulionibus galeatis, quo maior ac strepentior motus esset omniumque animos errore ac pavore vario atque incerta expectatione suspenderet.* alter haec: *πάμπολυ δὲ καὶ σκευοφόρων πλῆθος ἅμα τῇ ἡμέρᾳ ἐκ τοῦ στρατοπέδου ἐξαγαγὼν τοῖς ἱπποκόμοις κράνη ἐνδύντας, ὥστε ἱππέων δόξαν τοῖς πολεμίοις παρέχειν, κατὰ τοὺς τοῦ ὄρους λόφους περιιέναι παρήγγειλε.* Atque in lectione ante Lipsium vulgata, si *detrahi* mutaretur in *produci*, Morus acquiescendum putabat *impedimentorum* nomine mulos satis perspicue significatos, *mulorum* interpretandi causa in margine additum ex eoque porro *eque iis stramenta detrahi* ortum existimans. Dübnerus colligi potest. Nulla enim ratione impedimenta interpretari licet Packpferde, quam unam speciem nusquam ne ii quidem, qui de annona impedimentis tributa verba faciunt, ut legis 28. codicis Theodosii de erogatione militaris annonae scriptor, quive interfecta esse aut cecidisse impedimenta dicunt, ut Frontinus Strateg. 2, 1 §. 11 et Livius 38, 41 §. 3, eo nomine significasse videntur, hoc vero loco si Caesar significare voluisset, agasones quoque vel equisones, non muliones tantum commemorasset; sed contracto notionis ambitu, quoniam de plaustris et oneribus cogitare opus non est, Packthiere interpretari licet.

eque his] Cf. 5, 36 §. 2 *inque eam rem.* Civ. 2, 10 §. 2 *inque eis.* ib. 9, 7 *exque ea.* 3, 108 §. 3 *perque foedera.* Alex. 51, 1 *perque Mauritaniam.* et quod ad praepositionem attinet, Alex. 59, 2 *nomen Pompeii ex scutis detraxerunt.* Civ. 1, 89 §. 3 *celeriter ex tertia acie singulas cohortes detraxit.*

stramenta] „*Stramenta mulorum*, sarcinae iis impositae, clitellae, ea, quibus muli insternuntur.“ Morus in Indice. Quo-

trahi mulionesque cum cassidibus equitum specie ac

vero ipsam lectionem illam integram servari iubet, cum *detrahi* verbum de mulis sermonem esse indicet. Quod qua ratione ductus affirmaverit, nescio, sed vernaculam dictionem die Pferde aus dem Stalle ziehen ei obversatam esse suspicor, quae vereor ut talem verbi Latini usum comprobet. Aliquanto probabilior est Mori coniectura; sed tamen neque Caesar impedimenta sic simpliciter pro mulis aut equis dixisse videtur, neque illa, quae Moro suspecta sunt, minorem auctoritatem habent, quam verbum *produci*, neque omnino causa erat, cur quis praeter *mulorum* nomen etiam illa adderet, quae tantum abest ut rem clariorem reddant, ut ipsa declarationem requirant.

mulionesque] *que* nm. Lov. Fabr. et Hamb. *calonesque* Vind. A. *mullionesque* Pet. Cons.

rum primum haud dubie ab h. l. alienum, secundum incertum, tertium vero cum rei, tum linguae causa probandum est. Cf. Livii 7, 14 §. 6: *soterti animo rem novam excogitat* (C. Sulpicius dictator) *qua deinde multi nostri atque externi imperatores, nostra quoque quidam aetate, usi sunt. Mulis strata detrahi iubet binisque tantum centunculis relictis agasones partim captivis, partim aegrorum armis ornatos inponit. His fere mille effectis centum admiscet equites et nocte super castra in montes evadere ac silvis se occultare iubet neque inde ante moveri, quam ab se acciperent signum.* Atque haec, quae Livius *strata* dicit, a Caesare *stramenta* dici potuisse eiusque nominis significationem a vulgari, qua supra 5, 43 §. 1 (*casas, quae more Gallico stramentis erant tectae*) usus est, diversam iam tum obtinuisse Ofilii ICti, de quo cf. Orelli Onom. Tull., verba docent a Gaio Dig. 50, 16 l. 234 §. 2 relata, quibus loco quodam XII. tabularum (cf. Dukerus ad Opuscula varia de Latinitate ICtorum p. 134) non solum cibum, sed etiam vestimenta et *stramenta* contineri ait: sine his enim vivere neminem posse. Recte igitur Franc. Wagnerus vertit die Decken abnehmen, recteque Freundius in Lexico hunc Caesaris locum cum Gaiano coniunxit. Alii *strata* Livii et *stramenta* Caesaris interpretantur clitellas, Packsättel, quorum scilicet Livius in simili re narranda mentionem facit 10, 40 §. 8: *Sp. Nautium mulos detractis clitellis cum cohortibus alariis in tumulum conspectum propere circumducere iubet atque inde inter ipsam dimicationem quanto maxime posset moto pulvere ostendere.* deinde c. 41 §. 6: *insidentes mulis calones frondosos ramos per terram trahebant.* Sed etiamsi clitelis quoque insterni dici potuerint muli, stratorum tamen et stramentorum nomine ipsas potius, quam stragula iis supposita significari ex eo, quod Livius Sulpicii mulis strata, Nautianis clitellas detractas esse dicit, minime colligi potest. Immo illi tum, cum strata iis detrahi iuberet Sulpicius, nun magis clitellas gestasse, quam hi, quibus Caesar stramenta detrahi iussit, cum clitellis prodiisse ex castris videntur. Neque illud satis constat, quod Caesaris interpretes nonnulli h. l. affirmant, insideri clitellis non potuisse, quod Scheffero quidem et Drakenborchio ad priorem Livii locum secus est visum, aut stragulis mularibus commode potuisse insideri; quod si constaret,

simulatione collibus circumvehi iubet. His paucos ad- 3
dit equites, qui latius ostentationis causa vagarentur.

§. 3 latius] *cautius* Hav. A. Vind. A. et pro var. lect. S. vagarentur] *vagentur* Leid. A. Hav. A. Vind. A.

de solis certe stragulis cogitandum non esset. Sed si pluribus stragulis instrati erant muli, id quod ex Livii binis tantum centuoculis *relictis* efficitur, infimis fortasse et ipsum dorsum lumenti contingentibus insideri poterat, ea vero, quae pulvinorum instar proxime substrata erant clitellis, vix recipiebant sessorem. Crassiora enim et rigidiora videntur fuisse, palea vel rebus aliis farcta, ut Schefferus dicit, vel etiam stramento, quod vulgo vocatur, ut statuit Forcellinus pari probabilitate, si modo rei, non nominis habita ratione stramentum commemoravit. Nam longe a vero aberrare videntur ii, qui duabus nominis significationibus conflatis *stramenta* interpretantur Strohdecken vel strohene Packsättel, quod genus clitellarum invenit Herzogius, cuius verba haec sunt: Strameuta nannte Caes. auf jeden Fall die aus Stroh bestehenden Packsättel; an ein künstliches Polster ist gar nicht zu denken. An igitur centunculos a Sulpicio relictos non manu factos, sed mulis lunatos putabat? Meliora docet asinus Appuleii loco ab Oud. citato Met. l. 8 p. 174 ed Pric. (p. 168 ed. Alteb.) *deaque vehiculo meo sublata et humi reposita cunctis stramentis me renudatum ac de quadam quercu destinatum flagro illo pecuinis ossibus catenato verberantes paene ad extremam confecerant mortem.*

collibus circumvehi] Qui *collibus* dativum esse docent, et analogiam, quam sequi volunt, deserunt et sensum alienum efficiunt hunc, ut circum colles vehi eosque circumequitare muliones iubeantur. Neque Zumptius, cuius auctoritate illi utuntur, aut *circumvehi alicui* pro *circumvehi aliquid*, aut *circumire, circumnavigare, circumequitare* sic dici consuevisse vel potuisse tradidit. Collibus ablativum esse loci, in quo seu per quem circumvehendum illis et circuitu ad alteram oppidi partem contendendum esset, recte statuit Heldius et similes huic quattuor significavit ad 2, 19 extr. (Civ. 1, 40 §. 1: *his pontibus pabulatum mittebat.* ib. 55, 3: *eodem ponte in castra revertuntur.* 70, 4: *eo consilio, uti — iugis Octogesam perveniret.* 2, 3 §. 1: *freto Siciliae — pervehitur.*) Eodem pertinet *eodem iugo* §. 5 et *circumvectus eo mari, quod Africae partis esse dicitur* Alex. 28, 2. Sed ex duabus, quas adiecit, interpretationibus, auf den Hügeln et über die Hügel hin, prior ut minus definiens magis convenit ablativo ad quamlibet collium partem pari iure referendo, etsi id, quod altera demonstrat, utique verisimile est, per summos colles eos, quo magis ex oppido conspicerentur, circumvehi esse iussos. Colles ipsos extremos illius iugi et tum quidem vacuos et ab hostibus relictos fuisse consentaneum est.

§. 3 latius] quam muliones, ut ultra colles conspecti magnorum equitatuum coniunctorum speciem opinionemque praeberent.

longo circuitu] Cf. adn. ad 1, 41 §. 3. Longitudo circuitus partim per colles definita, partim equitum arbitrio permissa efficiebat, ut circumeuntes et facilius et diutius ex oppido animadverti possent.

Longo circuitu easdem omnes iubet petere regiones.
4 Haec procul ex oppido videbantur, ut erat a Gergovia despectus in castra, neque tanto spatio certi quid esset,
5 explorari poterat. Legionem unam eodem iugo mittit et paulum progressam inferiore constituit loco silvis-
6 que occultat. Augetur Gallis suspicio, atque omnes
7 illo ad munitionem copiae traducuntur. Vacua castra

omnes] om. Gott. Vrat. A.

§. 4 Gergovia] Cf. adn. cr. ad c. 4 §. 2.

§. 5 eodem] *eadem* Dr. B. *uno* Vrat. A.

paulum] *paulo* Boug. A. Leid. A. Egm. Vrat. AC. Oud. *paululum* Vind. A. Vere Oud. adverbii formam ab ipso ex veterrimis, ut ait, codicibus receptam a Caesare optimisque scriptoribus non tantum comparativis adiungi docet, sed in dictionibus *post paulo*, *paulo infra*, *paulo supra*, quas commemorat, tamen comparationem inesse eum fugit; quae cum ne ab illis quidem locis absit, qui verbis adiunctum habent *paulo*, qui paucissimi sunt, hoc vero loco nulla sit, recte et Handius Turs. 4, 412 hoc abstinuit et Whittius, Dübnerus, Nipperdeius *paulum* restituerunt. Cf. var. lect. c. 79 §. 2.

§. 6 omnes illo] *i. o.* Vrat. BC. *omnis i.* Goth. B. *o. ille* Dr. B. Ven. de. *o. illos* ante corr. Hamb. et Vind. C.

ad munitionem] And. Ox. Cu. S. vet. cod. Dion. Vossii, Leid. A. margo Pet. Cons. Hav. A. Vind. A. cod. Turr. margo Gr. a. *ad* om. Vind. D. *suspitionum* Vind. C. *munitionum* reliqui cum edd. ante Oud. Hoc si in omnibus codicibus legeretur, credi oporteret scriptorem non illum quidem cum adverbio genitivum construxisse,

easdem omnes iubet petere regiones] Hoc ad certi consilii impetusque in certam partem faciendi simulationem necessarium omnibus et mulionibus et additis equitibus imperabat, cum turmis equitum eodem, sed media nocte missis aliud tempori missionis accommodatum imperavisset.

§. 4 ut erat a Gergovia despectus in castra] Cf. adn. ad 5, 43 §. 5. Ex castris autem illi progressi erant. Itaque statim initio quo tenderent, ex oppido animadvertere et omne iter eorum oculis prosequi poterant hostes.

neque tanto spatio certi quid esset, explorari poterat] De genitivo cf. ad 1, 21 §. 2 adscripta. Quod autem propter spatii magnitudinem certi nihil explorari ab hostibus poterat, id ipsum suspicionem eis iniiciebat, quae deinde, cum legionem unam eodem iugo missam paulo post nusquam apparere viderent, augebatur, quae existere non potuisset, si quid rei esset illud, quod procul videbatur, exploratum habuissent. Ergo falluntur qui *neque* h. l. res diversas iungere et idem, quod *neque tamen* significare putant.

§. 5 eodem iugo] *Iugum* h. l. ut c. 44 §. 3 et 36, 2 accipiendum, pronomen autem ad eas partes regionesque referendum, quae modo significatae sunt, per quas vehi quasque petere illi iubebantur, quae omnes eiusdem iugi partes erant, ablativus autem ita, ut in *collibus* §. 2 interpretandus est, et quoniam legio ex castris iugum petens in eoque itura necessario ascensura erat, Germanice dicas licet dieſelbe Bergkette hinauf.

hostium Caesar conspicatus tectis insignibus suorum occultatisque signis militaribus raros milites, ne ex oppido animadverterentur, ex maioribus castris in minora traducit legatisque, quos singulis legionibus praefecerat, 8
quid fieri vellet, ostendit; in primis monet, ut contineant milites, ne studio pugnandi aut spe praedae longius progrediantur. Quid iniquitas loci habeat incom- 9
modi, proponit: hoc una celeritate posse mutari; occa-

quemadmodum volebat Heldius et Seyffertus, sed certum quoddam genus militum Gallorum significare voluisse, exquirendumque esset, utrum eos a loco, quem adhuc tenuissent, an ab usu, quem praestitissent vel praestituri essent, petita appellatione *munitionum copias* dixisset. Nam de his omnibus cogitari non inepte in dictione nova et inusitata posset et re vera ab iis, qui hanc lectionem secuti sunt, cogitatum est. Metaphrastes enim *πάντας τοὺς τῶν ἄλλων τόπων φρουροὺς* interpretatus est, Sincerus alle ihre Völcker, die sie zu Beschützung ihres Lagers gebrauchet, Dübnerus *les troupes destinées à la défense des places.* Nunc *ad* praepositione temere omissa factum videtur, ut pro *munitionem* scriberent *munitionum.* Cf. adn. cr. ad c. 42 §. 6.

§. 7 ne] *que* Vind. B. *qui* „Bong. A. Voss. ABC. Lov. Egm. Brant. 6 al.“ Gott. Lbb. Bong. C. Pal. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. CDEFI. edd. ante Ald. Ne hoc quidem Dübnerus temperare sibi potuit quin Caesari impertiret, sed interpretandum lectori reliquit.

animadverterentur] *animandv.* Ven. b. *animadverteretur* V. C. Vrs. Not. cui singularis non reiiciendus videbatur, Hav. A. sec. Elb. et Vind. A. *adverterentur* Leid. A. Hinc et ex eo, quod pro *ne* tot codices exhibent *qui* Oud. Caesarem scripsisse coniiciebat *qui ex oppido non adverterentur*, quod mihi non magis Latinum videtur, quam *quin ex oppido adv.* vel *animadv.*

§. 8 vellet] „*velit* Bong. A. Voss. A. Carr. et 4 alii“. Quod si verum est, cum etiam Hav. A. Vind. ACI. *velit* exhibeant, haud dubie Caesar ita scripsisse existimandus est. Sed de Bong. A. tacet Pl., de Voss. A. Fabr., et in Par. A., qui solet cum Voss. consentire, legitur *vellet.* (*velet* Turr.)

§. 9 mutari] „MSS. XI.“ Pet. Gott. Voss. A. Egm. Bong. AC. Pal. Par. A. Dr. AB. Vrat. AC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BCDFI. edd. ante Ald. *imitari* inc. sec. Elb. et, in m. a m. sec. *immutari*, Vrat. B. *vitari* Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. quod per se non deterius, sed cum altero comparatum glossemati similius est. Itaque cum Dübnero et Nipperdeio alterum praetuli.

§. 7 insignibus] Cf. 2, 21 §. 4 ibique adscripta, quibus addas Tac. Ann. 1, 24 *neque insignibus fulgentes* (legiones) quod aliter interpretatur Orellius.

§. 8 ne] Cf. adn. ad c. 43 §. 5. Monitum ipsum non solum ad legatos, sed etiam ad tribunos militum pertinuisse c. 47 §. 2 docemur.

§. 9 mutari] h. e. effici, ut non amplius sit incommodum. Cf. Civ. 2, 29 §. 3: *nam etiam Caesaris beneficium mutaverat consuetudo.*

sionis esse rem, non proelii. His rebus expositis signum dat et ab dextra parte alio ascensu eodem tempore Haeduos mittit. 46. Oppidi murus ab planitie atque initio ascensus recta regione, si nullus amfractus intercederet, MCC. passus aberat.

§. 10 dextra parte] „Bong. A. Voss. ABC. Ox.“ Par. A. Gott. sec. Whitt. Dr. A. Vrat. A. Ven. ef. Turr. *p. dextra* Hav. A. Vind. A. *dextera p.* reliqui codd. et edd. etiam Oud. Cf. adn. cr. ad 1, 20 §. 5.

Haeduos] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. et, si recte silet Pi., Bong. A., quem Oud. „reliquorum“ numero *ad Haeduos* exhibentium non exemit. His reliquis adnumerandi sunt Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Lbh. acceduntque Bong. C. Par. A. Dr. A Vrat. ABC. Goth. B. Gu. Vind. BCDEFI. edd. ante Ald. margo Frell. In Dr. B. *ab heduos*, in Hamb. *abeduos* legitur.

Cap. 46. §. 1 Oppidi murus] *o. mons* Leid. B. *o. muris* Leid. A. *o. muros* Voss. AC. Egm. Leid. C. Gott. sec. Whitt. Par. A. Vrat. A et a m. pr. B. Gu. *murus o* Vind. A. *muros o.* Hav. A. *oppida muros* Dr. A. *ad oppidi muros* Bong. A. Pet.

ab] *a* „multi“ Hav. A. Vind. Al. Hamb. St. Gr. b. Frell. Cf. adn. cr. ad 6, 21 §. 3. *at* Bong. A. *ibi a.* Pet. sec. Oud. *ubi a* sec. Fabr. *ubi (ab)* sec. Confl.

ascensus] *escensus* And. *ascensu* Hamb.

recta] *a r.* Leid. A. post *regione* Ven. f.

MCC.] *M. CCos* Dr. A. *in CC* Lov. Fabr. *mille CC* Vind. I. *mille CCtos* Voss. A. Fabr. *mille ducenti* Egm. Fabr. Vrat. A. Hamb. *CC* Ox. Pet. sec. Oud. et Fabr. Bong. C. sec. Confl. Hav. A. Vind. A.

passus] *pass.* Vind. A. *passuum* Hav. A. om. Vind. I.

aberat] *aberant* Ox. — Si initio huius § lectionem codicis optimi (*ad oppidi muros*) servatam volumus, ex qua non solum *ad* sub finem cap. superioris ante *Haeduos* in reliquis eiusdem generis libris, sed etiam *muris* et *muros* in diversi generis duobus originem ducere verisimile est, aut post *muros* inserere aliquid, quemadmodum codicis Pet. scriba, qui *ubi*, non *ibi*, scripsisse videtur, aut hoc extremum *aberat* mutare debemus in *erant*, ut ab planitie ad muros mille ducenti passus esse dicantur. Nam quod Oud. commemorata codicis Bong. A. lectione adiecit: „quasi fuerit *Aeduos mittit ad oppidi muros. Ab planitie* sc. *murus* vel *oppidum*“, ei merito nihil tribuit ipse „Nil temere muto“ addens. *Erant*, si maiorem a codicibus commendationem haberet, etiam propter sequentia *quicquid huic* etc. satis placeret; sed quoniam

§. 10 signum dat] Cf. adn. ad 2, 20 §. 1 extr. Hoc signum non legatis, sed militibus datum esse cum per se patet, tum ex c. 46 §. 4 intelligitur, eoque magis verisimile fit has res, quibus expositis datum esse dicitur, apud eosdem milites a Caesare esse expositas. Cf. adn. ad c. 47 §. 1.

Cap. 46. §. 1 reeta regione] Cf. adn. ad 6, 25 §. 2 et Civ. 2, 24 §. 4: *abest directo itinere ab Vtica paulo amplius passus mille. Sed hoc itinere est fons, quo mare succedit longius, lateque is locus restagnat; quem si qui vitare voluerit, sex milium circuitu in oppidum pervenit.*

Quicquid huic circuitus ad molliendum clivum ac- 2
cesserat, id spatium itineris augebat. A medio fere 3

In composito omnes consentiunt, *oppidi murus aberat* tenendum, *ad* temere illatum videtur.

§. 2 huic] *hinc* Flor. sec. anon. Vind. *hunc* Turr. *huc* ex coniectura Nipp.

circuitus] *circuitu* V.C. Vrs. Not. („quod antique pro *circuitui* positum est" Vrs.) Ox. Vind. A. *circuitui* Hav. A. *circumitus* Ber. Dativum ineptum esse liquet; ablativus si pro *circumeundo* accipiatur, ferri possit.

molliendum] *moliendum* „MSS. plerique" Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. P. Man. *morendum* Vind. B. Cf. adn. ad 5, 9 §. 1.

clivum] *cunum* Turr.

spatium itineris augebat] *ad sp. it. aug.* Vind. I. *spatio it. augebatur* V. C. Vrs. Aud. Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Hoc qui excogitavit, is *id* pro accusativo, *spatium* pro nominativo habuisse et ambiguitatem removere voluisse, ceterum *spatium itineris* directi intellexisse videtur, quod MCC. passuum esse demonstratum est.

§. 3 A] *At* Graeviana ed. a. 1713, quam tacite secutus est Oud. Idem tacens tenuit Dübnerus, neque Beyerlius ex Par. A. aliud renuntiavit Nipperdeio. Sed Bong. A. Pl. Hav. AB. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. AB. (Fabr. Cons. Gu. Vind. CDEFI.) cum reil. ante Oud. edd. habent *a*.

§. 2 huic] quod quantumque a planitie ascendenti minimum et necessario emetiendum esse modo significatum est. Nam ea vis est dictionis, quae oppidi murum *recta regione* MCC. passus abesse a planitie demonstravit. Ipsum autem illud, quo pertinet *huic*, non sola longitudo et mensura itineris est, quam si in mente habuisset scriptor, *his* vel *huc* posuisset, sed ipsum iter ad murum directum, cuius illa erat mensura, quod ita cum ea coniungi et rei natura patiebatur et verba *quicquid circuitus* suadebant. Aliis *huic* masculinum esse videbatur, ut Moro, qui adscripsit: „sc. adscensui, qui fit recta regione." cui obstat quod *ascensus* nomen supra ita posuit scriptor, ut plura de eo dicturus et lectorem illuc solo pronomine revocaturus fuisse non videatur. Idem obstat Oudendorpio, qui *huic* pro feminino accipit et *rectae regioni* intelligi iubet, quod ad sensum aeque commodum est, si *rectam regionem* directum iter interpretamur. Praeterea ipsa generis ambiguitas monet, ut neutrum esse putemus, quod etiam Slucero videbatur, sed id substantivi potestate praeditum, non adiectivi, quemadmodum ille volebat, qui explicandi causa *spatio* adiecit.

accesserat] additum illud ab ascendentibus, qui circuitu alii maiore, alii minore clivum mollientes plus minusve circuitus ad iter brevissimum adiiciebant, quicquid autem adiecerant, eo longius iter ut esset, efficiebant. Plusquamperfectum circumeundi actionem, quae iter longius faciebat, eo tempore, quo faciebat, perfectam et praeteritam cogitari iubet; neque id sine ratione. Nam finito demum circuitu quoque comparari iter cum itinere et alterum maius dici poterat. Ver-

colle in longitudinem, ut natura montis ferebat, ex grandibus saxis sex pedum murum, qui nostrorum impetum tardaret, praeduxerant Galli atque inferiore omni spatio vacuo relicto superiorem partem collis usque ad murum
4 oppidi densissimis castris compleverant. Milites dato signo celeriter ad munitionem perveniunt eamque trans-
5 gressi trinis castris potiuntur. Ac tanta fuit in castris capiendis celeritas, ut Teutomatus, rex Nitiobrogum,

in longitudinem] Ox. Cu. S. Leid. A. Dorv. Hav. A. Vind. AI. Gr. ab. Vasc. St. (Freli.) Oud. *in longitudine* „reliqui" Pet. Gott. Voss. A. Egm. Bong. AC. Par. A. Pal. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. (Gu.) Vind. BF. reliquae odd. Cf. adn. cr. ad 2, 5 §. 6.

§. 5 Ac] *at* Goth. B. Vind. I. Cf. adn. cr. ad 6, 41 §. 2.

Teutomatus] Leid. A. et S. Hos certe Oud. vulgatam servare dicit, quae tamen inde ab Aldo usque ad ipsum erat *Theutomatus*, quod est in Vind. C. *teuthomatus* Vind. I. *Votomatus* Boug. A. Par. B. Hav. A. Vind. A. „*Vitom.* Cu." *Votoniatus* Çu. Fabr. *Notomatus* „alii" Pal. Vrat. C. Goth. B. Vind. E. *Votomapatus* „alii" Voss. A. Lov. Par. A. Dr. B. et sec. Wh. Gott. ex quo Fabr. *Votomapacus* affert. *Vocomapatus* „alii" Pet. sec. Fabr. et Confl. *Vicomapatus* Pet. sec. Oud. *Votomapalus* Gu. *Vatomapatus* „alii" Egm. Vrat. A. *Notomapatus* „alii et iuc." *Votonomatus* Vind. F. *Votampatus* Dr. A. *Votambatus* Vind. B. *Nocomapatus*, in m. a m. sec. *Funtomatus*, Vrat. B. *Votoma pater* Hamb. *Votimarus* Petr. Hist. 18, 4. *Ταυτόμανος* Met. *Fontomatus* margo Goth. B. et edd. ante Ald. Cf. adn. cr. ad c. 31 §. 5.

Nitiobrogum] Voss. A. Egm. Gott. Fabr. Bong. A. Pl. Hav. A. Vrat. AB. Gu. et corr. in *tio* Dr. A. a m. pr. *Tutiobrogum* Dr.

bum autem ipsum, si *circuitus* actionem significat, non proprie, sed ita intelligendum est, ut ascendentes non solum recta regione, sed etiam per amfractus ire et hoc itineris genus cum illo coniungere cogitentur. Qua interpretatione adhibita tautologiae species, quam verborum *accesserat* et *augebat* coniunctio prae se ferre videbatur, evanescit.

§. 3 in longitudinem] Metaphrastes haec ad praecedentia pertinere opinans *ἀπὸ δὲ μέσου σχεδὸν τοῦ μήκους τοῦ ὄρους κατὰ τὴν φύσιν λίθοις — ᾠκοδομήκεσαν* vertit; pertinent vero ad sequentia et regionem, qua ductus erat murus, demonstrant; quae si omni parte directa fuisset, verbum *praeduxerant* suffecisset. Sed natura montis ea erat, ut longitudinis ratio non ubique haberi potuisset. Qua igitur in re montis naturae aliquid tributum tribuendumque fuerit, haec verba significant et una cum sequentibus murum non ad lineam praeductum docent, sed ita, *ut natura montis ferebat*, de qua dictione cf. adn. ad 4, 32 §. 1.

densissimis castris] „confertissimis tentoriis et tabernaculis" Hotomannus. Quae explicatio praeferenda est non modo ei, quam secundum Metaphrasten, qui *πολλοῖς στρατοπέδοις* interpretatus est, Davisio *tribus* ante *densissimis* desideranti opposuit Clarkius his verbis: forte trina

subito in tabernaculo oppressus, ut meridie conquieverat, superiore corporis parte nudata vulnerato equo vix se ex manibus praedantium militum eriperet. **47.** Consecutus id, quod animo proposuerat, Caesar receptui cani iussit, legionisque decimae, quacum erat concionatus,

B. Vind. F et cum ∿ super *gum* C. *uitiobrogum* Hamb. *Nitidrogum* Vind. A. *Intiobrigum* Bong. C. Coun. *Nitiobrigum* reliqui cum edd. Cf. adn. cr. ad c. 7 §. 2.

nudata] *nuda* V. C. Vrs. Leid. A. S. Hav. A. Vind. A.

Cap. 47. §. 1 cani] *canere* Leid. A. Hav. A. Vind. A.

legionisque decimae, quacum erat concionatus, signa constiterunt] Vulgatae ab Aldo lectioni cetera haec eadem, sed in fine *constitere* exhibenti Oud. hanc adnotationem adiecit: „Vt vulgo exhibent, exstat in Vrsin. Cuiac. Andin. Leid. pr. et Scalig. Reliqui MSS. et Edd. primae *legionique etc. constituit.* nisi quod *legioni* habeat Lovan. *decimae* non agnoscunt Gott. Voss. tert. Leid. tert. et Ed. Inc. et *constiterunt* sit in Oxoniensi et Leid. primo. Ceterum erravit Brantius et cum eo alii, qui putarunt in Carr. libro exstare *qua tum e. comitatus.* nam Brutus id e sola Gryphii editione protulit, et in Carrar. esse, uti dixi in ceteris, adnotavit." Brantium errasse vere monuit Oud., sed ex Carr. et ed. Flor. Brutus non *legionique*, sed *legionisque decimae, quacum erat concionatus, signa constituit* refert, quemadmodum etiam in Pet. et Lbb. Fabr. scriptum videtur. Nam *legionique* in Fabr. tantum ex Gott. Voss. A. Egm. et Lov. ab Heinsio collato, *constituit* autem ex iisdem et ex Pet. et Lbb. adnotatum est. Sed Conf. et *legionique* et *constituit* Petaviano pariter atque Bong. C. et Palatino tribuit, et utrumque in ed. Flor. secundum anon. Vind. et in

castra, tam exiguo in spatio posita, poterant, sine nota numerali, recte *densissima castra* appellari." (communi enim cum Davisio errore Clarkius tria tantum castra Gallorum fuisse putabat) verum etiam ei, quae nostris inde ab Heldio interpretibus placuit: mit Lagern, dicht an einander; quae a linguae usu paulo minus abhorrens, Caesaris tamen consuetudini, qua 2, 22 §. 1 *sepibus densissimis* et 3, 29 §. 2 *densiores silvas* et 4, 38 §. 3 *densissimas silvas* dixit, non magis conveniens, simul rem infert et *mediocribus intervallis* c. 36 §. 2 et ipsis quodammodo *trinis castris* adversantem, quibus §. 4 Romani potiri dicuntur. Haec enim non alia de causa *trina* potius, quam *tria* dici videntur, quam quod propius inter se, quam cum reliquis coniuncta essent.

Cap. 47. §. 1. Consecutus id, quod animo proposuerat] quod cuiusmodi fuerit, non cum Heldio ex c. 43 verbis extremis, sed ex primis c. 44 petendum videtur, quibus collatis rei deinceps expositae ratione habita intelligitur eadem sententia *re bene gesta* h. l. dici potuisse, nec satis causae fuisse Kranero, cur dissimulatum aliquid occultatumve a scriptore suspicaretur. *Animo* autem, quod idem dubitabat utrum pro dativo, an pro ablativo habendum esset, secundum Caesaris loquendi usum haud dubie ablativus est.

quacum erat concionatus] Hoc ad Caesaris orationem c. 45 significatam spectare non fugit Her-

2 signa constiterunt. At reliquarum milites legio-

Ven. f. legitur. Pro Vrsini autem codice, cuius h. l. neque in Notis neque in Emend. mentio ab Vrsino fit, Oud. haud dubie nominare voluit Oxoniensem, quem deinde cum Leid. A. *constiterunt* exhibere testatur, quod idem sicut *legionisque* Par. B. Hav. A. Vind. A. exhibent. In reliquis a me collatis idem, quod in plerisque Oud. et in vet. cod. Dion. Vossii, item in Par. A. editisque ante Aldum legitur: *legionique — constituit*; sed pro *legionique* Dr. A. a m. pr. habebat *legionem*, et *decimae* (*decime* Buug. A. Pl. Ven. b. *X^e* Hav. A.) cum Gott. Voss. C. Leid. C. inc. omittunt Gu. et a m. pr. Vrat. B. *legionique* ex Vind. CIIFl. *constituit* ex iisdem et ex Vind. E. relatum accepi. *qua tum erat comitatus* in Gr. b. 1549 et 1560 inveni. *contionatus* Beyerlius in Par. A. legit, *conceronatus* ex cod. Steph. attulit Hotomannus. — Secundum optimum codicem Caesar primum receptui cani iussisse, deinde legioni decimae signa constituisse dicitur. Hic primum offensioni est insolentia dictionis, cum *signa constituere* Caesar nullo loco, Livius autem pluribus eadem significatione, qua *consistere iubere* (quo Caesar utitur Civ. 1, 79 §. 4) vel *facere ut consistant signa*, dixerit, dativum vero ne is quidem usquam addiderit. Cf. Drakenb. ad 27, 16 §. 11. Praeterea molesta est ambiguitas, non tam illa, quae paulo prudentiorem lectorem decipere non potest, qua tamen deceptus Nipperdeius *concionatus* participium a verbis *quacum erat* seiunctum cum sequentibus construxit, quasi concionari Caesar apud milites potuisset, priusquam signa constitissent, quam haec, quod nescias, utrum receptui cani iubendo Caesar ut signa legionis decimae consisterent, effecisse, an ipse sua manu, qua signa fugientium prendisse dicitur Civ. 3, 69 §. 4, illi legioni constituisse signa putandus sit; quorum prius per se magis verisimile est, alterum magis convenire verbis videtur. Quae si in omnibus codicibus exstarent, ferri et in priorem sententiam dicta credi deberent: C. ließ zum Rückzuge blasen und brachte (dadurch) der zehnten Legion die Banner zum Stehen. Sed alterius codicum generis lectionem respicientibus *constituit* vel errore pro *constit'unt*, sicut *legionique* pro *legionisque*, scriptum vel consulto ab aliquo, qui temere illato dativo succurrere vellet, factum videri debet. De verbi terminatione cf. adu. cr. ad 3, 21 §. 1.

§. 2 At] „Attentius perpendenti apparebit istud (AT) minus apto hic loco esse positum (signa *constitere*. At — *retinebantur*.)

zogium et Dübnerum, sed quo iure *concionatus* dici potuerit Caesar quae tantum legatis proposuisset, non docuerunt. Scilicet non abhorret a vero ea, quae c. 45 §. 9 proposuisse dicitur, in concione proposita esse, quam edoctis, quid fieri vellet, monitisque legatis et tribunis apud cunctum exercitum habuisset. Eius rei indicium haud obscurum in verbis illis §. 10 *his rebus ex-* *positis signum dat* inesse vidimus. Iam h. l. disertum ipsius testimonium habemus et simul decimam legionem in illa concione proximum a suggestu locum tenuisse accipimus; qua re fieri potuerat, ut et facilius ab iis audiretur et promptius eos dicto audientes haberet. Neque alia de causa eius rei mentio fieri videtur. Concionem autem ipsam apud omnes et ita, ut ab omnibus

num non exaudito sono tubae, quod satis magna valles intercedebat, tamen ab tribunis militum legatisque, ut erat a Caesare praeceptum, retinebantur; sed elati spe 3

Quare ex MS. Reg. scribendum existimo *ac*. Quamquam et illud (*at*) si referatur ad (*non exaudito tubae sono*) ferri quoque posse videtur." Clark. „*Ac* confirmant Bong. pr. Voss. pr. Petav. Egm. et quatuor alii cum Ed. Incerta. Malim tamen *at*. *Reliquarum legionum* (quo ordine MSS. plerique haec ponunt) milites distingu t a decima legione. Gr. *οἱ δὲ δὴ τῶν λοιπῶν ταγμάτων στρατιῶται*. et Celsus *vero*" Oud. *ac* Pet. Voss. A. Goll. Egm. Lov. Lhb. Fabr. Bong A. Pl. Par. A. Dr. A. Vrat. AB. Vind. ACI. *ad* ed. Bryling. tacente Conf. Vix credibile videtur scriptorem ea, quae de reliquis legionibus dicturus erat, in eodem genere cum illis, quae de decima dixerat, ponere voluisse. Nam quod in iis inest speciem praebens generis eiusdem, *retinebantur*, id re vera ab eo, quod in decumanis effecerat Caesar, diversum non minus est, quam illud, quod ad tubae sonum pertinet, neque eo, quod adiunctum habet *tamen*, ad similitudinem redigitur eius, quod decima legio fecerat, ut recte hoc ita continuari potuerit: (Die Banner der zehnten L. machten Halt) und die Soldaten der übrigen L., welche das Blasen nicht gehört hatten, wurden gleichwohl von den Tribunen und Legaten zurückgehalten. Aber etc. Recte vero habent haec: — Die Soldaten der übrigen L. dagegen — zurückgehalten; aber etc. Ceterum cf. locus in adn. cr. ad c. 46 §. 5 citatus.

milites legionum] *l. m.* „MSS. plerique" Voss. A. Gott. Egm. Par. A. Hav. A. Vrat. AB. Gu. Vind. CI. *milites* om. Vind. A. Vulgatum ordinem non solum Plüschkii de Bong. A. silentio motus, sed etiam ipsius causa tenendum putavi. Est enim valde ad reliquas legiones decimae opponendas accommodatus.

sono tubae] Gott. Voss. A. Egm. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Hav. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. ABFI. Ven. f. *t.* s. reliquae edd. (*tube* — Ven. b.) et sine nota Oud. Non temere *tubae* insigniore loco positum est, quam *sono*.

magna valles intercedebat] Ita Oud. secundum Bong. A., in quo tamen Pl. *interedebat* legit, et Voss. A., quem *intercedebant* cum puncto sub *n* exhibere tradit, cuius puncti mentio in Fabr. facta non est, et Egm. scripsit, et ita etiam in Par. A. scriptum est. *magnae valles intercedebant* V. C. Vrs. Ox. Leid. A. Par. B. Hav. A. (hic *magne* —) Vind. A. *magna vallis intercedebat* re-

audiri posset et deberet, habitam esse ex c. 52 § 2 apparet, ubi plura ex ea referuntur. Itaque *quacum* non cum Oud. et Handio Turs. 2, 148 dictiones *orare*, *verba*, *orationem habere cum aliquo*, *agere cum populo* comparantibus pro *apud quam* accipiendum neque cum Dübnero restringendum ad *erat*, ut Caesar tum, cum concionaretur, cum legione decima fuisse dicatur, cui et usus loquendi et tempus verbi finiti pariter ac participii obstat, sed praepositio, ut saepe, ad coniunctionem loci propinquitate effectam referenda, ceterum hoc in primis notandum exemplum est illius vel celeritatis vel negligentiae, qua scriptor rem nondum commemoratam quasi iam sit commemorata, proponere solet.

celeris victoriae et hostium fuga et superiorum temporum secundis proeliis nihil adeo arduum sibi esse exi-

liqui codices (— *intercedat* Vrat. C) et edd. aute Oud. Cf. adn. cr. ad 6, 34 §. 2, quo loco pro *valles abdita*, quod auctoritate Bong. A. Voss. A. Hav. A. nititur, Par. A. *valles abditae*, reliqui *vallis abdita* exhibent. Hoc tamen loco mirum est nonnullos eorum, qui *valles* singularem esse posse nescirent, duo vocabula, quam unum corrigere et *magna* in *magnae* atque *intercedebat* iu *intercedebant*, quam *valles* in *vallis* mutare maluisse. Neque vero pluralis ferri non posse videtur. Fieri enim potuit, ut quo tempore Caesar receptui cani iussit, reliquae legiones hostem per colles ad oppidum fugientem sequentes proximo u triuis, quae ceperaut, castris colle superato iam in altero tertioque versarentur, et plures inter eas et decimam legionem vel potius eum locum, quo tuba canebat, valles intercederent. Sed tamen ad tubae sonum intercipiendum sufficiebat una, praesertim *satis magna*, neque opŭs est ut plures lectori locandas tradidisse scriptorem credamus, cum optimi codicis lectio ita comparata sit, ut reliquorum varietas facilius ex ea, quam ipsa ex illa derivari possit.

§. 3 et superiorum] *superiorumque* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. etiam Oud., qui Andino et ceteris addens Vrsinianum de Petaviano cogitasse videtur, quem Fabr. inter eos, qui *et superiorum* habeant, non refert, neque Confl. discrepare ab Aldo ostendit; quamquam in hoc etiam de Bong. C. et Pal. tacetur, quos cum Aldo consentire credibile non est. Aldina lectio neque probabilis est. Cf. 3, 11 §. 5: *quas* (naves) *ex Pictonibus et Santonis reliquisque pacatis regionibus convenire iusserat*. 5, 56 §. 4. Civ. 3, 10 §. 5: *morte Curionis et detrimento Africani exercitus tanto militumque deditione ad Corcyram*. Alterius exempla plura sunt.

adeo arduum sibi esse existimaverunt] *adeo arduum estimabant* Vind. A. *ad. ar. sibi existimabant* iidem, quos Oud. *superiorumque* exhibere ostendit, cum Hav. A. Ald. sqq. atque *esse* etiam in Hamb. et Vind. I. omissum, in Vind. E eius loco iterum *sibi* scriptum, in Voss. A. Fabr. *sibi esse* in *subiesse* corruptum, in Vind. Cl. *sibi* ante *arduum* positum, in Vrat. C. Hamb. Vind. B. *adeo* omissum, iu Dr. B. Goth. B. Vind. DE. Gu. et edd. aute Ven. f. ad ectivo postpositum est. Lectionem in Ven. f. exstantem et ab Aldo mutatam cum reliquis codicibus tuetur Pet. sec. Fabr. et Confl. Si Caesar ita scripsit, ut edidit Aldus, rationem habuit antecedentis imperfecti *retinebantur* et dativum rettulit ad adiectivum, eo sensu, quem Germanice reddas sie waren der Meinung, es gebe nichts für sie so schweres: sin ita, ut in optimo codice scriptum est, duarum rerum, quas milites elati fecerint, hanc unam fuisse, dativum autem magis ad infinitivum, quam ad adiectivum pertinere ostendit: sie dachten, es gebe für sie nichts so schweres. Vtrumvis satis bonum, sed *sibi esse* melius, quam solum *sibi*, et hac in parte Vind. A. utrumque omittens praestare ceteris eius generis codicibus videtur. Sed fortasse scriptor in Ephemeridibus id, quod ceteri exhibent, posuit, deinde infinitivo auxit et simul verbum finitum concinnitatis gratia amplificavit. Nam quod Oud., qui Aldinam lectionem tenuit, *existimarunt* scribendum putat, id non sufficit ad varietatis rationem reddendam.

stimaverunt, quod non virtute consequi possent, neque prius finem sequendi fecerunt, quam muro oppidi portisque adpropinquarunt. Tum vero ex omnibus urbis 4
partibus orto clamore qui longius aberant, repentino tumultu perterriti, cum hostem intra portas esse existimarent, sese ex oppido eiecerunt. Matresfamiliae de 5

neque prius finem seqnendi fecerunt] *n. fi. pr. se. fe.* „plurimi" Bong. A. Par. A. Hav. AB. Dr. A. Vrat. AB. Gn. Vind. B. *n. se. pr. fe.* (omisso *finem*) Vind. A. *nec pr. fi. fe. se.* Vind. I. Vulgatum ordinem et ratio tuetur et usus confirmat. Cf. 1, 53 §. 1: *neque prius fugere destiterunt, quam ad flumen Rhenum — pervenerunt.* 6, 37 §. 2: *nec prius sunt visi, obiectis ab ea parte silvis, quam castris adpropinquarent.* 8, 13 §. 3: *nec prius finem fugae fecerunt, saepe amissis superioribus locis, quam se aut in castra suorum reciperent, aut nonnulli pudore coacti longius profugerent.* 3, 18 §. 7: *non prius Viridovicem reliquosque duces ex concilio dimittunt, quam ab his sit concessum, arma uti capiant et ad castra contendant.* 4, 12 §. 2: *atque ita perterritos egerunt, ut non prius fuga desisterent, quam in conspectum agminis nostri venissent.*

adpropinquarunt] Gott. Egm. Fabr. Boug. A. Pl. Par. A. Dr. A. Vrat. BC. Goth. B. edd. ante Oud. — *quaverunt* cod. Turr. Vind. CI. Duk. Voss. B. et sec. Oud. A., in quo sec. Fabr. scriptum
a a
est *adproopinquerunt.* — *quare* Hamb. — *quarent* R. Pet. Fabr. Dr. B. Vrat. A. Vind. AF. Hav. A. et „auctoritate Petav. Leid. pr. et Oxon. aliorumque" Oud., quo tamen iudice „verissimum fors fuit *adpropinquarint.*" Ex iis, quae in superiore adn. proposita sunt dictionis *neque prius — quam* l. 6 et l. 3 exempla, apparet lectionem ab Oud. receptam, etiamsi consilii significatio a mente scriptoris aliena videtur, probari tamen posse, illud antem, quod idem verissimum iudicabat, si consilium significatum sit, saltem non esse falsum, eaque conditione etiam l. l. *pervenerint* tolerabile fieri. Sed quoniam neutro loco de consilio cogitandum videtur, utroque lectio vulgata praeferenda est. — *adpr.* Voss. A. Egm. (Bong. A.) Par. A. Vrat. A. non *appr.* (*apr.* Vind. C.)

§. 4 existimarent] *existum.* Boug. A. (tac. Pl. Voss. A. Par. A. . . . Fabr. (*extim.* Vrat. C.)

§. 3 quod non — possent] Cf. adn. cr. ad 4, 7 §. 5.

sequendi] Cf. ad 5, 17 §. 3 adscripta.

§. 4 pectore nudo prominentes] Hoc verbo, quod Freudius temere negat apud Caesarem exstare, status significatur mulierum in extremo muri margine ora et manus ad Romanos convertentium, id quod facere non poterant nisi superiore corporis parte ultra murum proiecta. Itaque recte Metaphrastes *γυμνῷ τῷ στήθει προνευόμεναι* vertit (rectius erat *προνεύουσαι*) et Germanice verti potest sich vorbeugend, quamquam inflexionis et inclinationis significatio verbi non est propria. Simili modo Statius Theb. 11, 416 de hominibus certamen funestum spectaturis dicit *Prominet excelsis vulgus miserabile tectis.* Saepius in situ locorum adhibe-

muro vestem argentumque iactabant et pectore nudo prominentes passis manibus obtestabantur Romanos, ut sibi parcerent, neu sicut Avarici fecissent, ne a mulie-
6 ribus quidem atque infantibus abstinerent: nonnullae de muris per manus demissae sese militibus tradebant.
7 L. Fabius, centurio legionis VIII., quem inter suos eo die dixisse constabat excitari se Avaricensibus praemiis neque commissurum, ut prius quisquam murum ascenderet, tres suos nactus manipulares atque ab iis sublevatus murum ascendit: hos ipse rursus singulos exce-

§. 5 pectore nudo prominentes] *p. n. promittentes*, vulg. in m. a m. sec. pro var. lect., Dr. A. *p. n. praeminentes* Hamb. *pectoris fine p.* And. Ox. Id Oud. ut doctius, quam a librariis proficisci potuerit, recepit et ex Afr. 83 §. 1 *umbilici fine* (*per mare — ingressi*), ex Salust. Hist. 3 (p. 299 Kritz.) *fine inguinum* (*ingrediuntur mare*), ex Apuleio et Hygino similia, deinde Heinsium, Burmannum, A. Gronovium, Gesnerum conferri iussit, sed quomodo intelligendum sit, non ostendit. Ex recentioribus qui eum secuti sunt, Herzogius et Lippertus sensum eius eundem atque lectionis ante Oud. vulgatae statuisse videntur, cum Herz. hanc glossemati similem dicat, Lippertus de nudis pectoribus multa verba faciat, quasi *pectoris fine prominentes* dici potuerint quae pectore tenus nudae prominerent. Superiore parte corporis usque ad imum pectus exstantes, inferiore obiectu alicuius pinnae vel loricae tectae ita significari potuerunt secundum Horatium, qui Ep. 5, 35 de puero ad mentum usque defosso loquens *Cum promineret ore* dixit. Sed ea significatio non solum, quoniam muris Gallicis loricas vel pinnas fuisse nusquam dictum est, obscura, sed etiam supervacanea et ab eo, quod illae deinceps fecisse dicuntur, aliena erat. Itaque *pectoris fine prominentes* a Caesare scriptum esse vix potest, *pectoris fine nudatae* vel tale quid in Ephemeridibus locum habere et inde illud, quod sane librariorum captum superat, in illos codices venire potuit.

a mulieribus] Bong. A. Voss. ABC. Pet. Egm. Lov. „et sex recentiores cum Edd. primis" Gott. Bong. C. Pal. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind BDEFI. Rom. a. Ber. *a* om. Hav. A. Vind. A. Med. a Ven. bcdef. Ald. sqq. ut 1, 22 §. 3 a Caesare, 8, 44 §. 2 ab Hirtio omissum est in dictionibus *proelio abstinere* et *se cibo abstinere*. Eo minus h. l. verendum est ne interpolatum sit.

§ 7 hos] „MSS. plerique" Pet. Gott. Egm. Bong. AC. Pal. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BCFI. edd. ante Ald. St. Gr. b. Frell. *hoc* cum *s* super *c* Voss. A. Fabr. *ac* Cu.

tur ita, ut non multum differat a promuntorii significatione, de qua cf. adn. ad 3, 12 §. 1. Sic Ovidius Met. 13, 778 *collem prominere in pontum*, Livius 37, 23 §. 1 Phaselidem, quam urbem Cicero Verr. 4, 10 (§. 21) *proiectam in altum* vocat, *prominere penitus in altum* dixerunt.

§. 7 inter suos] Perperam Freundius haec ad *constabat* retulit.

ptans in murum extulit. **48.** Interim hi, qui ad alteram partem oppidi, ut supra demonstravimus, munitionis causa convenerant, primo exaudito clamore, inde etiam crebris nuntiis incitati, oppidum ab Romanis teneri, praemissis equitibus magno cursu eo contende-

sec. Oud. *eo* Cn. Fabr. *eos* Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. sqq.

Cap. 48. §. 1 hi] Pet. Lov. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vind. ABF. Ven. cdef. *hii* Gott. Fabr. Vrat. ABC. Hamb. *ii* Goth. B. Rom. a. Med. a. Ven. b. Ber. Ald. sqq. om. Duk. Bong. C. Vind. CI.

inde] *deinde* Leid. A. *et inde* Vind. I.

ab Romanis] om. Gott. Voss. C. Leid. C. Vrat. B. Gu. inc. *ad R.* Dr. B. *a R.* „MSS. plerique" Voss. A. Egm. Par. A. Pet. Confl. Bong. C. Hav. A. Dr. A. Vrat. A. Hamb. Vind. ABCI. St. Gr. b. Freil. In Bong. A. secundum Pl. *ab* scriptum esse credendum est.

cursu] V. C. Vrs. Leid. A. Par. B. Hav. A. Vind. A. *cum cursu* „Vir doctus" L cum coniecturae signo Fabr. δρομαῖοι Met. (*magno* non expressit) *conuersu* Bong. A. *concurso* ante corr. Par. A. *concursu* idem correctus cum reliquis codd. (Goth. B. additum habet *equitum*, sed id punctis notatum) et edd. omnibus; quod quid sibi velit, incertum est. Cogitari potest de hominibus prae festinatione inter se concurrentibus, quales proponit Petrarcha 18, 6: *glomerati advolant — et praecurrente equitatu nullo ordine cetera turba consequitur;* vel de cursu concitato, quem in mente habuisse videtur Baumstarkius verbi *concurrere* significationem cum celeritatis notione coniunctam respici iubens; vel de hominum concurrentium multitudine, de qua interpres Francogallus Ablancourtius *reviennent en foule*) et nostrates Franc. Wagnerus (in großer Menge) et Adolphus Wagnerus (*in grossen*

Cap. 48. §. 1 primo exaudito clamore] Non aliter hoc intelligendum, quam c. 28 §. 5 *qui primo clamore audito se ex oppido eiecerunt*. Clarkio tacite *primo, e. cl.* scribenti *primo* adverbium videbatur, de quo dictum est in adn. ad 2, 30 §. 1; quod si est, *exaudito clamore* non ablativi absoluti sunt, sed eadem ratione atque *crebris nuntiis* referendi ad participium *incitati*, ut Galli duobus temporibus duabus rebus incitati dicantur, primo exaudito clamore, inde crebris nuntiis. Atque ita fere Metaphrastes: πρῶτον μὲν τῆς τῆς πόλεως κραυγῆς ἐξακούσαντες, ἔπειτα δὲ καὶ πολλαῖς ἀγγελίαις — ἐποτρυνθέντες. Ea vero putida est temporis in rebus simillimis distinguendi diligentia. Praeterea *primo*, ubicunque certum adverbium est, in his quidem libris neque *inde* neque *deinde* particulae, sed *post, postquam, postea, posteaquam* sequi solent. Cf. huius l. c. 15 §. 6, 30 §. 2, 87 §. 1. 58 §. 1. 6, 39 §. 4. 1, 31 §. 5, 5, 6 §. 4. Denique *inde* plerumque idem significans, quod *eo ex loco*, hic ad res in tempore sese excipientes translatum esse, etiamsi nullum praecedat temporis adverbium, facile intelligitur.

oppidum ab Romanis teneri] Cf. adn. ad c. 43 §. 1.

2 runt. Eorum ut quisque primus venerat, sub muro consistebat suorumque pugnantium numerum augebat.
3 Quorum cum magna multitudo convenisset, matresfamiliae, quae paulo ante Romanis de muro manus tendebant, suos obtestari et more Gallico passum capillum ostentare liberosque in conspectum proferre coeperunt.
4 Erat Romanis nec loco nec numero aequa contentio; simul et cursu et spatio pugnae defatigati non facile recentes atque integros sustinebant. **49.** Caesar, cum iniquo loco pugnari hostiumque augeri copias videret, praemetuens suis ad Titnm Sextium legatum, quem minoribus castris praesidio reliquerat, misit, ut cohortes ex castris celeriter educeret et sub infimo colle ab dextro latere hostium constitueret, ut, si nostros loco depulsos vidisset, quo minus libere hostes insequeren-
2 tur, terreret. Ipse paulum ex eo loco cum legione pro-

Haufen) cogitarunt. Sed Caesar ita incertum suspendere lectorem non solet. Itaque *concursu* errore codicis optimi male correcto factum, genuinum *cursu* videtur, quod certum locum habet 3, 19 §. 1: *huc magno cursu contenderunt.* ubi in Ven. cde. Ber. item *concursu* legitur, ut huius cap. §. 4 Ber. *concursu* edidit pro *cursu.*

Cap. 49. §. 1 augeri copias] *c. a.* V. C. Vrs. Leid. A. Hav. A Vind. A. Gott. Dr. A. Vrat. B. Gu.

misit] „Bong. pr. Vossiani, Leidenses“ Pet. Gott. Egm. N. Bong. C. Par. AB. Hav. A. Vrat. AB. Gu. Vind. AC. inc. Ven. f. St. *missit* Dr. A. *miltit* „MSS. alii“ Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. edd. rell. et tacente Pl. Oud.

ex castris] post *celeriter* Vrat. A. om. Cu. Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A.

§. 2 paulum] *paululum* Dr. A. Vind. AB. S. Leid. B. *paulatim* Leid. A. *paulo* cod. Turr.

ex] *ab* Leid. A.

cum legione progressus] *p. c. l.* . . . . Fabr. Gott. sec. Whitt. Dr. A. Vrat. B. Gu.

§. 2 ut] Cf. adn. cr. ad 3, 4 §. 2.

§. 3 tendebant] Cf. ad c. 44 §. 1 adscripta.

Cap. 49. §. 1 praemetuens suis] Praepositione non significari locum, nec recte Herzogium composita *praemunire*, *praecludere* et his similia cum hoc comparasse facile intelligitur; nisi forte metum imperatoris pro munimento obiectum hostibus ipsius milites texisse putamus. Non magis augendi significationem cum Fr. Wagnero et Seyfferto tribuere praepositioni possumus, cum participium h. l. non adiectivi, sed verbi vi praeditum sit. Itaque tempus ea significari statuendum est; quod, etsi metus omnis malum, quod metuitur, praecedit, tamen ubi periculum non praesens est, ibi praepositione quoque sine tautologia demonstratur.

gressus, ubi constiterat, eventum pugnae exspectabat.
50. Cum acerrime comminus pugnaretur, hostes loco et
numero, nostri virtute confiderent, subito sunt Haedui
visi ab latere nostris aperto, quos Caesar ab dextra
parte alio ascensu manus distinendae causa miserat.
Hi similitudine armorum vehementer nostros perterrue- 2
runt; ac tametsi dextris humeris exertis animadverte-

constiterat] *constituerat* Vind. AI. Vrat. B. Frell.
Cap. 50. §. 1 pugnaretur] om. Bong. A. Voss. ABC. Egm. Gott. Leid. C. Par. A. Dr. A a m. pr. Vrat. B et a m. pr. A. Hamb. Gu. Vind. B. Inc. (*pugnareretur* Dr. B. *pugnaret* Ven. cde et puncto adiecto b.) Dübnerus *comminus* ex coniectura mutare in *commissi* idque interpretari *se battant*, quam *pugnaretur* pro genuino agnoscere scriptorisque usum respicere maluit.

Cf. Lucret. 3, 1019: *Quae tamen etsi absunt, at mens sibi conscia factis Praemetuens adhibet stimulos.* Phaedr. 1, 16: *Ovem rogabat cervus modium tritici Lupo sponsore. At illa praemetuens dolum* etc.

§. 2 ubi constiterat] Verborum collocatio ea est, ut loco, ex quo cum legione progressus sit Caesar, demonstrando plus momenti tribuatur, quam ipsi progressui, qui rursus maiore, quam locus, pondere praeditus videretur, si ordo verborum hic esset: *ipse paulum ex eo loco, ubi constiterat, cum legione progressus.* Erat autem nec per se nullius momenti, quod fuerat locus ubi Caesar constitisset, neo nihil lectoris intererat disertis verbis et certins, quam c. 47 §. 1 factum est, id ipsum doceri. Ceterum *cum legione* Caesarem constitisse in hoc verborum ordine non minus perspicuum est, quam in altero usitatiore; sed ad ipsam legionem referri verbum *constiterat* eaque insolentioris ordinis causa videri vix potest. Cf. adn. ad c. 59 §. 2.

Cap. 50. §. 1 ab latere nostris aperto] Cf. adn. ad 5, 35 §. 2. Pronomen, etsi ita collocatum est, ut ex nomine pendere videatur, tamen referri debet ad verba *subito sunt Haedui visi*, quibus loci, in quo visi sint, haec addita est significatio, eum locum Romanis a latere eoque aperto fuisse; quo in loco esse visi eadem brevitate *ab latere Romanis visi* dicuntur, qua paulo post qui exertis humeris esse animadvertebantur, *exertis humeris animadverti* dicuntur. Cf. Plauti Aul. 4, 3 v. 1: *Non temere est quod corvos cantat mihi nunc ab laeva manu.* Vis dativi non fugit Sincerum, qui vertit den unsern zur Seite, neglecta illa a Moro, cuius verba his adscripta „ubi ad nostros adiri poterat“ repetere satis habuit Heldius, nec recte declarata a Baumstarkio, qui dativum incommodi dicit, aut a Seyfferto et Kranero, qui interpretantur „ubi latus nostris apertum erat.“

manus distinendae causa] Hoc supplementum eorum, quae c. 45 extr. dicta sunt, dubitari potest an non solum ad Caesaris consilium explicandum, sed etiam ad accusandos Haeduos spectet, qui, cum diversam in partem missi essent a Caesare, subito alibi visi non auxilium Romanis, sed terrorem attulerint.

§. 2 dextris humeris exertis animadvertebantur] De brevitate in ablativo conspicua et paulo ante monitum et pluribus supra

bantur, quod insigne pacatum esse consuerat, tamen id ipsum sui fallendi causa milites ab hostibus factum
3 existimabant. Eodem tempore Lucius Fabius centurio quique una murum ascenderant, circumventi atque in-

§. 2 pacatum] *pacatū* ex Bong. A. refert Pl. duobus interrogandi signis ad lineam *m* litteram indicantem adiectis. *paccatum* Voss. A. Fabr. Hamb. Vind. D. *peccatum* Vind. 1. *pacatis* Ald. et sqq. „Sic ut videtur, exhibent MSS. Cuiac. Vrsin. And. Scal. Oxon. ex quibus nihil varietatis adnotatum est. Sed reliqui mei omnes cum Carr. et Edd. primis dant *pacatum*. quasi pro *pacatorum; φίλων σημεῖον* Gr." De And. et Ox. id, quod res est, Oud. coniecisse, certe Aldus non sine codice edidisse *pacatis* videtur: de reliquis tribus minus probabilis eius coniectura est, cum Leid. A. Par. B. Hav. A. Vind. A. teneant *pacatum;* quod ipsum, etsi paulo insolentius, tamen satis bonum et alteri etiam propter codices praeferendum est. — In inc. teste Elb. *pacatum* omissum et pro *insigne* scriptum est *in signis*.

consuerat] „MSS. tantum non omnes, certe vetustissimi plures" inc. sec. Elb. *consueverat* cod. Turr. Hamb. Vind. C. edd. ante Oud. Cf. adn. cr. ad 4, 24 §. 4.

dictum est ad 1, 28 §. 4, ubi de Boiis legimus *quod egregia virtute erant cogniti*. Quod ad rem his verbis traditam attinet, Lipsio ad Tac. Hist. 1, 54 eam suspectam sibi ostendenti et de humeris et quomodo exeri ii potuerint nec capere se nec legisse fatenti recentiores interpretes nequaquam ita responderunt, ut quod ille ignorabat, docuisse aut dubitandi causam nullam reliquisse videantur. Scilicet aliter vestitos aliter humerum vel humeros exerere consentaneum est. Et Gallos quidem ita ut Romanos sagis usos esse ad 5, 42 §. 3 vidimus, quo loco sagulis terram exhaurire dicuntur. Sagum autem simile fuisse chlamydi constat, quam Müllerus Handbuch der Archaeologie der Kunst §. 337, 6 his verbis describit: ein Mantelkragen, der mit einer Schnalle oder Spange (περόνη, πόρπη) über der rechten Schulter befestigt wurde, und mit zwei verlängerten Zipfeln längst der Schenkel herabfiel. Cf. ib. §. 341, 5 et Winckelmanni Gesch. d. K. 6, 3 §. 9. (T. IV. p. 409. Eis.) Soluta igitur fibula dextrum humerum exeri et remota qua tectus fuerat, sagi parte nudari necesse erat, idque non minus facile fieri, etiam in itinere, si occasio ferret, quam infectum reddi poterat. Paulo operosior res erat in cinctu Gabino, quem a Tertulliano De pallio c. 3 extr., ubi Cato *iuridicinae suae in tempore humerum exertus* vocatur, significatum statuit Salmasius in adn. p. 254. (ed. Lugd. Bat. a. 1656.) quocum comparari potest is, quo Cethegi uti consuevisse traduntur a Silio It. 8, 587: *Ipse humero exertus gentili more parentum.* Cf. Lucan. 2, 543. Horat. Arte poët. 50. Eorum vero, qui ad pugnam exerere *humeros* dicuntur, ut milites Sertoriani apud Frontinum Strat. 2, 1 §. 3, constans quidem et proprius nudandorum modus non magis fuisse credendus est, quam Naidum illarum, de quibus canit Ovidius Fast. 1, 409: *Exerit haec humeros, vestem trahit illa per herbam: Impediunt teneros vincula nulla pedes.*

quod insigne pacatum esse consuerat] *Pacatum* per syncopen

terfecti de muro praecipitantur. Marcus Petronius, 4 eiusdem legionis centurio, cum portas excidere conatus

§. 3 de muro] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. Reliqui cum edd. ante Ald. omittunt *de*, quod negligentia factum esse magis, quam in iis libris, qui habent praepositionem, ex interpolatione eam additam esse verisimile videtur. Cf. Alex. 31, 4: *quod periculum plerique Alexandrini fugientes acervatim se de vallo praecipitaverunt in eam partem, quae flumini erat adiuncta.* ubi unus Leid. B. *de* omittit. Contra Civ. 2, 11 §. 1, quo loco usus est Oud., in verbis *saxa — vectibus promovent praecipitataque muro in musculum devolvunt* ablativus propter verbum *devolvunt* sine praepositione sufficere scriptori potuit, neque in ullo codice addita legitur.

praecipitantur] *praecipitabantur* exceptis iis, qui *de muro* exhibent, et Dorv. reliqui Oud., Voss. A. Gott. Egm. Lov. Fabr., Pet. Conti. Bong. A. Pl. Par. A. Hav. A. Dr. A. Vrat. AB. Hamb. Gu. Vind. I. inc. sec. Elb. Cl. „adstipulantibus ei Edd. quibusdam.“ Non recte a Clarkio imperfectum praelatum est. Sive enim rem per tempus illud, quo Haedui subito visi Romanos perterruerunt, continuatam, sive solam per se tempus aliquod explentem demonstrat, nulla causa apparet, cur scriptor rem breviori tempore perfectam diuturniori tamquam comitem adiungere alteramque cum altera componere, aut quod temporis puncto totum acciderat singulis, id de cunctis referens quasi in partes divisum referre voluerit.

§. 4 Petronius] Ita plerique codices Oud., Voss. A. Lov. Fabr., Pet. Bong. C. Pal. Conti., cod. Hotom. Steph. Brant. Bong. A. Pl. Par. A. Gott. Wh. Dr. B et a m. s. A. Vrat. BC. Goth. B. Hamb. Vind. BCDEFI. cod. Turr. Petr. Hist. 18, 8. edd. ante Ald. *Petronus* Ort. Fabr. *patronus* Dr. A a m. pr. *Patronius* margo Frell. *e petronius* Vrat. A. *et Petronius* Egm. *Preterea* (omisso praenomine) Vind. A. *praetor* Leid. A. *prae . . .* Par. B. *Petreius* And. Ox. Cu. Hav. A. Ald. sqq. *Πετρέϊος* (non *Πετρήϊος*,

factum esse recte negat Nipperdeius; sed quod etiam remoto illo artificio *pacatum insigne* recte dictum demonstrari ait iis, quae Cicero scripserit Pro Sext. c. 43 (§. 93) *haurire cotidie ex pacatissimis atque opulentissimis Syriae gazis innumerabile pondus auri*, nescio, quomodo *Syriae gazas pacatissimas* interpretandas statuat: mihi *insigne pacatum* ita dixisse Caesar videtur, ut Cicero Pro Clu. c. 5 (§. 12) *quo enim ipsum nomen amantius indulgentiusque maternum (hoc illius — matris scelus maiore odio dignum esse ducetis)* dixit, quem locum in Additamentis ad Platonis Civitatem p. 40 adieci ad illustrandas Platonis dictiones ὀνόματα οἰκεῖα et πρόσρημα θρεπτικὸν vocantis nomina, quibus propinqui et nutricii appellantur. Quemadmodum enim Cicero *nomen*, quod matrem significat, praedicatis matri convenientibus ornat, ita Caesar *insigne*, quod significat conditionem pacatorum, ipsum *pacatum* appellat. Praeterea cf. adn. ad 1, 36 §. 5. Ceterum hoc insigne nisi in expeditionibus et a sociis Romanorum usurpatum non fuisse cum per se verisimile est, tum ex verbi *consuerat* tempore his demum belli Gallici annis usu receptum esse intelligitur.

esset, a multitudine oppressus ac sibi desperans multis iam vulneribus acceptis manipularibus suis, qui illum secuti erant, Quoniam, inquit, me una vobiscum servare non possum, vestrae quidem certe vitae prospiciam, quos cupiditate gloriae adductus in periculum deduxi.
5 Vos data facultate vobis consulite. Simul in medios hostes inrupit duobusque interfectis reliquos a porta
6 paulum summovit. Conantibus auxiliari suis Frustra, inquit, meae vitae subvenire conamini, quem iam sanguis viresque deficiunt. Proinde abite, dum est facultas, vosque ad legionem recipite. Ita pugnans post

ut tacite scripsit Baumstarkius) Met. de cuius auctoritate cf. Praef. Vol. I. p. XLIX, et adn. cr. ad 6, 32 §. 3. *Petreius* nomen facilius in *Petronius* mutari, quam ex hoc originem ducere potuit, neque illud prorsus a vero abhorret, ab ipso scriptore alterum in Ephemeridibus, alterum in Commentariis positum fuisse. Minus probabiliter Orellius in Onomastico Tulliano hunc centurionem fortasse M. Petreii, qui in bello civili legatus Pompeii in Hispania erat, filium fuisse dicit.

sibi] *sui* R. N. Voss. Cl. Bong. A. Voss. ABC. Carr. cod. Turr. Pet. Egm. Lov. „5 recentiores" Gott. Brant. Par. A. Bong. C. Pal. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BCF. edd. ante Ald. *si* Vrat. A. *suis* Vind. I. „Vi participialis nominis genitivus satis se defendere posset, nam non solum *desperare aliquam rem*, sed et *aliquem* occurrit. V. ad Front. 4, 5 §. 6." Ibi unum exemplum attulit Oud. ex Lentuli ad Cic. epistola, Fam. 12, 14 §. 3: *Rhodii nos et rem publicam quam valde desperaverint, ex litteris, quas publice misi, cognosces.* Nec deest alterum ipsius Ciceronis ad Q. Fr. 1, 3 §. 7: *sive enim restituimur sive desperamur, nihil amplius opus est.* Itaque *sui desperans* dici fortasse potest is, qui nihil sibi sperare solet, sicut *sui despiciens* apud Cic. De or. 2, 89 (§. 364) is dicitur, qui non magnam de se opinionem habet; atque id ipsum docere voluisse videtur Reisigius in Scholis gramm. p. 639 *desperans sui* ab Oud. ad h. l. defensum commemorans; sed de illo centurione id praedicari minime potuit. Cf. Ramshornii Gramm. p. 320.

§. 5 hostes] *hosteis* Ald. a. Gr. a. Turr. *hostis* Voss. B et sec. Oud. A. Egm. Par. A. Vrat. A. Oud.

inrupit] Voss. A. Fabr. (Bong. A. Par. A.) et, qui *inrumpit*, Vrat. A. non *irr.* (*irrumpit* Carr. cod. Turr. *erupit* Leid. A. Bong. C. *prorupit* Leid. C. Voss. C. Gott. Fabr. et Wh. Gn. Vrat. B. inc. Verbum ante *in med. host.* positum est in Carr. cod. Turr. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. et edd. ante Ond. praeter Ven. f. St. Gr. omnibus.)

summovit] Bong. A. Par. A. Vrat. ABC. Egm. Pet. Pal. Goth. B. Vind. AB. Ber. non *subm.*

§. 4 sibi desperans] Cf. adn. ad 3, 12 §. 3.

§. 6 suis] Cf. adn. cr. ad 2, 21 §. 5.

paulum concidit ac suis saluti fuit. 51. Nostri, cum
undique premerentur, XLVI. centurionibus amissis de-
iecti sunt loco; sed intolerantius Gallos insequentes
legio decima tardavit, quae pro subsidio paulo aequiore
loco constiterat. Hanc rursus XIII. legionis cohortes 2
exceperunt, quae ex castris minoribus eductae cum Tito
Sextio legato ceperant locum superiorem. Legiones, 3
ubi primum planitiem attigerunt, infestis contra hostes
signis constiterunt. Vercingetorix ab radicibus collis 4

§. 6 abite] *habite* Vind. A. *hinc abire* Dr. B. *hinc abite* And. Ox. Cu. Dorv. Pal. Vrat. C. Goth. B. cum edd. praeter inc. Ven. f. St.

paulum] *paululum* Carr. cod. Turr. Ox. Duk. Leid. AB. Voss. B. S. Vind. ACl. St. Oud.

Cap. 51. §. 2 ceperant locum] *l. c.* Leid. A. Ox. Hav. A. Vind. A. Oud. quo verbi vis debilitatur. Ceperant illae locum, quem capere eas Caesar voluerat. Cf. c. 49 §. 1.

deficiunt] Cf. adn. cr. ad 6, 16 §. 5.

concidit] Cf. adn. ad 6, 40 §. 7.

Cap. 51. §. 1 intolerantius] Hoc qui passive dictum interpretantur, Dukerus ad Flor. 4, 12 §. 36 (ubi *nihil insultatione barbarorum intolerantius* legitur) Hausius (zu frech und zu stolz, als dass es Römer ertragen konnten) Baumstarkius (unerträglich stark, heftig) Dübnerus (ita, ut tolerari non posset) cum sententiam efficiunt parum probabilem nec satis iis, quae sequuntur, convenientem, tum linguae usum si minus omnis, certe illius aetatis adversantem habent. Ii vero, qui active dictum statuunt, Dion. Vossius, Moebius, Heldius, Herzogius, *immoderate*, *immodice*, *impotenter* significari docentes notionem adverbio tribuunt alienam. *Intolerans* enim non temperare sibi aut modum statuere, sed ferre aliquid negatur, quod quid sit, ex eo, quod intoleranter facere dicitur, colligendum est. Qui *intoleranter dolet* (Cic. Tusc. 2, 9 §. 22) dolorem non fert: *intoleranter se iactans* (Cic. De or. 2, 52 §. 209) vel *glorians* (Cic. In Vatin. 12 §. 29) parem sibi dignitate vel gloria neminem fert. Similiter insequens, qui id agit, ut assequatur et capiat, si moram quo minus assequatur impedientem non fert, *intoleranter insequens* dici potest, ein hastig nachsetzender; eique convenit quod sequitur verbum *tardavit*.

§. 2 exceperunt] Tempus historicum verbi activi aliquid fecisse cohortes demonstrat et re et tempore diversum ab eo, quod *ceperant* plusquamperfecto demonstratum est. Ac tale est quod exhibent Sincerus et Wagneri, unterstützen interpretantes, quae tamen significatio in verbo non inest. Rectius Oehlerus in Lexico componit hoc cum c. 88 §. 2, ubi sublato clamore *excipere rursus* clamor dicitur, et primum ac proprie significatum statuit in die Reihe aufnehmen, deinde folgen; sed quid fecisse videantur cohortes non ostendit. Scilicet non successisse propius ad legionem decimam utque continua cohortium viginti series existeret, effecisse, sed locum superiorem, quem ceperant, tenentes eodem modo,

suos intra munitiones reduxit. Eo die milites sunt paulo minus septingenti desiderati. 52. Postero die Caesar concione advocata temeritatem cupiditatemque militum reprehendit, quod sibi ipsi iudicavissent, quo procedendum aut quid agendum videretur, neque signo recipiendi dato constitissent neque ab tribunis militum
2 legatisque retineri potuissent exposito, quid iniquitas

Cap. 52. §. 1 exposito] And. Ox. Leid. A. Par. B. Hav. A. Viud. A. Dav. Ci. Ond. *exposuit* reiiqui codd. et edd. ante Dav. qnod tam oratore, quam scriptore Caesare indignnm est. Quid iuiquitas loci posset, milites ipsi iam satis erperti erant nec siue sarcasmo postridie eins diei, qno erant experti, doceri poterant. Qui si tamen docendi erant, alio loco poni doctrina, nou excipere reprehensionem et desinere iu eandem debebat. Et cur omuino reprehenderet eos, qui rerum naturae et ducis voinntatis igoorantia pntius, quam temeritate et cnpiditate aut licentia et arrogantia peccassent? quod quidem existimari deberet de iis, qnibus illa etiamunm expnuenda essent. In legendo autem quem non offenderit post verbum finitom *reprehendit* et *exposuit* ad tertiam scilicet partem adhibitus infinitivos *reprehendere* et *desiderare?* Neque prouominis *ipse* in verbis *quid ipse ad Avaricum sensisset* ratio satis coustat. Loci enim iniquitati se ipsnm opponere Caesar certe noluit; sed ne militum quidem suorum, qui saue aliter senserant, sententiae suam qnasi paris aiicnius digne oppouere potoit: was er bei Avaricum gedacht habe, vel was s e i n e Ansicht gewesen sei.

quo iegio decima, tardasse Galios cupidius insequentes atque ita illius vices, ut ioquitor Iustinus 11, 5 §. 7, excepisse et operam ab iila praestitam coutiuuasse potandae snnt.

Cap. 52. §. 1 quod sibi ipsi iudicavissent] Cf. adn. ad 1, 3 §. 3, cui ad confirmandam codicnm iectionem (*sibi suscepit*) adiicio Cic. Fam. 5. 8 §. 1: *suscepique mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis.*

ueqne signo recipiendi dato constitissent] Hoc ne ininste reprehendi videatur in iis, qui signum iliud nou exaudissent (c. 47 §. 2), ipsorum culpa factum esse iudicaudum est ut exaudire non possent, quod temere iongius ab imperatore processissent.

exposito] Pierique eorum, qui hanc lectionem a Grouovio primum ad Liv. 1, 41 §. 6 proiatam et commendatam sequnntur, interpunctione post *potuissent*, aiii maiore, alii minore posita participium ad verbum *reprehendit* referunt, nt Caesar, postquam exposuerit, quid iniquitas ioci posset, milites reprehendisse et ab iila expositione ad reprehensiouem transisse dicatur. Itaque Ramshornius Gramm. p. 683 haec quasi a Caesare scripta proponens: *Caesar temeritatem cupiditatemque militum reprehendit, exposito, quid iniquitas loci posset.* interpretatur nachdem er ihnen auseinander gesetzt hatte. Cui rationi et iuteriectorum ambitns et maxima pars eorum obstat, quae iectionem *exposuit* incommoda sequuntur. Ea omnia felici imperitia vitavit Ad. Wagnerus, qui vertit dargethan sei worden. *Exposito* referendum est ad proxime praecedens *neque re-*

loci posset, quid ipse ad Avaricum sensisset, cum sine duce et sine equitatu deprehensis hostibus exploratam victoriam dimisisset, ne parvum modo detrimentum in contentione propter iniquitatem loci accideret. Quanto 3

§. 2 accideret] *acciderit* Dr. A. *acciperet* Hav. A. Vind. A. Ald. et excepta St. sequentes usque ad Oud. qui *accideret* restituit, quod „Bong. Vossiani, Leidenses, Scalig. Petav. Lovan. Egmund. Duk. Carr. Gott. cum Edd. multis vetustissimis et R. Stephani" exhibent. In Fabr. *accideret* ex Voss. A. Pet. Egm. Gott. Lbb., in Confl. ex Pet. Boug. C. neque aliud ex Bong. A. a Pl. aut ex Par. A. a Beyerlio refertur. Potest id eodem errore factum esse in his codicibus, quo in S. et Leid. A. factum videtur; et quod ad dictionem attinet, *acciperet* nullam offensionem habet, *accideret* inusitatum est. *Incommodum* quidem non solum *accipi* dicitur (5, 10 §. 2. 7, 14 §. 1. 29, 4. 30, 1. 3. Civ. 3, 10 §. 4. 73, 5. 77, 2. Alex. 40, 5. 42, 1. 43, 2.) sed etiam *accidere* (8, 24 §. 3. Civ. 1, 48 §. 1. quibus locis Oud. lectionem suam tuetur) *detrineri potuissent* et militibus tum, cum retineri non possent, expositum iam fuisse ostendit quod ad retinendos eos et ad temeritatem et cupiditatem eorum compescendam et refrenandam satis esse debuisset: primum, *quid iniquitas loci posset*, quod c. 45 §. 9 ab ipso Caesare propositum accepimus et in concione militibus expositum c. 47 §. 1 significari vidimus; deinde, *quid ipse ad Avaricum sensisset*, cuius mentionem ab eo eadem in concione factam hic demum accipimus, cum ipse eam a tribunis legatisque apud singulas legiones retinendi causa iteratam postea demum accepisset. Ac tribunorum legatorumque ex ore missum *ipse* pronomen quid sibi velit, apparet. Neque obscurum est sententiam oratoris, si ea fuit, quam Germanice enuntles da ihnen doch vorgestellt worden sei, brevius simul et significantius enuntiari non potuisse, quam hoc participii ablativo, cuius usum uno certe Ciceronis in loco obtinentem (De off. 2, 12 §. 42) scriptoribus autem post Caesarem omnibus valde familiarem a Caesare abiudicare eo magis inconsultum videtur, quo facilius eo admisso Civ. 2, 10 §. 5 verba *fastigato atque ordinatim structo* explicari possunt. Sed Civ. 1, 39 (§. 5) et Reisigium Schol. p. 762 memoria fefellit, si *audito Pompeium adesse* legi putavit, neque verum est quod ibidem intra cancellos additum est: wo die Lesart schwankt zwischen *audito* und *audierat*. *Profecto* autem Civ. 1, 30 §. 3, quod nonnullis simile huic *exposito* videbatur, alius generis esse recte monuit Heldius. Denique *errato* et *recte facto* apud Cic. De lege agr. 2, 2 (§. 5) etiam si *cui* verum sit, dativi sunt, non ablativi.

§. 2 exploratam victoriam] Hoc ad hyperbolen rhetoricam spectare visum est Kranero, quia ex c. 19 §. 4 dictis victoriam non tam facilem et certam fuisse appareat. Sed facilem eam Caesar ne hic quidem appellat: exploratam et certam appellat, quia sine duce et sine equitatu deprehensi essent hostes; dubitare autem de ea ne in illis quidem videtur, quae c. 19 milites edocet: cruentam fore praevidet ideoque a pugna abstinet.

parvum modo detrimentum] Cf. 6, 35 §. 3: *manus erat nulla*,

opere eorum animi magnitudinem admiraretur, quos non castrorum munitiones, non altitudo montis, non murus oppidi tardare potuisset, tanto opere licentiam arrogantiamque reprehendere, quod plus se, quam imperatorem de victoria atque exitu rerum sentire existimarent;
4 nec minus se ab milite modestiam et continentiam, quam

mentum vero non item. Cf. 5, 22 §. 3. 52, 6. 6, 1 §. 3. 8, 18 §. 4. 19, 3. Civ. 1, 45 §. 2. 59, 3. 67, 5. 71, 1. 2, 31 §. 3. 3, 31 §. 1. 72, 3. 73, 4. Alex. 11, 3. Tamen analogiae ab Oud. monstratae aliquid tribuendum est, et sensum meliorem praebet *accideret*, quippe quod rei communi magis, quam sibi suoque commodo prospicientem et consulentem significat.

§. 4 ab milite] *in milite* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. margo Goth. B. Ald. sqq. (etiam Vasc. teste Brantio) et Oud. qui auctoritatem addit „Vrs." Is enim in Emend. lemmati *Nec minus se in milite* subscribit „*Non minus* etc. Vaticanus liber, et meus." in Notis autem haec habet: „sic habetur in V. C. *Non minus se in milite*, etc. pro *Nec minus* etc." (*non* pro *nec* etiam in Hav. A. Vind. A. et in R. legitur, ex quo temere receptum est a Cl.) Reliquos codices cum Edd. pp. Oud. pro *in* habere *ab* vel *a* testatur, quorum posterius Brantius ex Ber. refert, ego in una Ven. f. inveni: *ab milite* consensu exhibent Bong. A. Pet. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Lbb. Fabr. Pet. et Pal. Confl. cod. Brant. Bong. A. Pi. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. DEF. cum edd. ante Ven. f. Si Caesar *in milite* scripsit, *desiderare* eo sensu posuit, quo nos dicimus vermiffen, et modestiae continentiaeque defectum in milite non minus aegre se ferre demonstrat, quam virtutis et animi magnitudinis absentiam, eoque dicto coeptam reprehensionem absolvit. Cf. Cic. Pro Quint. c. 17 (§. 55): *Quid ad haec Naevius? Ridet scilicet nostram amentiam, qui in vita sua rationem summi officii desideremus et instituta bonorum virorum requiramus.* Id. Brut. c. 31 (§. 118): *unum excipio Catonem, in quo perfectissimo Stoico summam eloquentiam non desiderem, quam exiguam in Fannio, ne in Rutilio quidem magnam, in Tuberone nullam video fuisse.* Sin *ab milite*, verbo significationem tribuit eandem, quam nostrum habet verlangen, et propius iam ad extremae orationis lenitatem accedit. Cf. supra c. 20 §. 7: *Imperium se ab Caesare per proditionem nullum desiderare, quod habere victoria posset.* Quintil. 6, 2 §. 13: ἦθος, *quod intelligimus quodque a dicentibus desideramus, id est, quod ante omnia bonitate commendabitur.*

et continentiam] om. And. Ox. Cu. Leid. A. Hav. A. Vind. A. quod, si solum *virtutem* aut *animi magnitudinem* sequeretur, *quae parvam modo causam timoris adferret.* et adn. ad 4, 25 §. 2 cum Handii Turs. 3, 638. Ceterum hoc quoque notandum putavit Kranerus ut discrepans ab eo, quod c. 19 significatum sit verbis *quanto detrimento et quot virorum fortium morte necesse sit constare victoriam;* quae tamen discrepantia nullam offensionem habet. Illic enim Caesar de interitu viris fortibus suique studiosissimis loquitur, quorum numerum, quantuluscunque

virtutem atque animi magnitudinem desiderare. 53. Hac habita concione et ad extremum oratione confirmatis militibus, ne ob hanc causam animo permoverentur, neu quod iniquitas loci attulisset, id virtuti hostium tribuerent, eadem de profectione cogitans, quae ante senserat, legiones ex castris eduxit aciemque idoneo loco constituit. Cum Vercingetorix nihilo magis in 2

haud dubie probandum esset. Atque ita Tacitus Ann. 4, 4: *nam voluntarium militem deesse, ac si suppeditet, non eadem virtute ac modestia agere, quia plerumque inopes ac vagi sponte militiam sumant.* Sed *virtutem* et *animi magnitudinem* codices consensu tuentur (in uno Leid. A. deest *atque*, et Vrat. A. pro eo habet *et*, et *multitudinem* pro *magnitudinem* Dr. A.) et alio in genere Caesarem duo nomina, Tacitum unum ponere in adn. ad 2, 19 §. 1 demonstratum est.

Cap. 53. §. 1 concione et ad extremum oratione] *oratione* (omissis quattuor prioribus) Lov. sec. Oud. *concione* (omissis quattuor posterioribus) idem sec. Heins. et Torr. Fabr. *oratione et* Hamb. *concione et ad extremum* B. Dr. B. Cl. *c. et extrema oratione* „Aicand. correxit" *c. et ad extremam oratione* Gu. *c. et ad extremam orationem* N. Voss. Clarkii, Boug. A. Voss. A. Pet. Egm. „quinque recentiores", Par. A. Gott. Wh. Dr. A. Vrat. AB. Vind. B. inc. Oud. 2. Id quamvis commendatum a codicibus ob dictionis insolentiam reprobandum est, cum ne illud quidem, pro quo positum hoc Oud. existimabat, *ad orationis finem*, usitatum fuisse videatur. *Ad extremum*, omisso vocabulo *oratione*, quam lectionem cum Clarkio probat Handius Turs. 1, 132, reprehendi non potest. Cf. 4, 4 §. 2: *qui complures annos Suevorum vim sustinuerunt; ad extremum tamen agris expulsi* etc. Afr. 90, 2: *cives autem Romanos — multis verbis accusatos et de eorum sceleribus longiore habita oratione ad extremum ut sine metu prodirent, edicit.* Sed a codicibus parum id firmum est. Addito vero *oratione*, quod adduut And. Ox. Cn. S. Leid. A. Duk. Dorv. et ut Oud. ait, Vrs. et Carr., item Hav. A. Vind. A. Vrat. C. Goth. B. et cum reliquis edd. Oud. 1, lectio et per se probabilis existit similisque illi 1, 33 §. 1: *His rebus cognitis Caesar Gallorum animos verbis confirmavit*, et ea, ex qua discrepantium origo facilius, quam ex reliquis derivari possit. (*contione* Par. A. Vind. A. Rom. a. Med. a. Ven. bcdef. — *et ab extr.* — Turr.)

§. 2 Cum] *Tum* Lov. Voss. C. Gott. Wh. Gu. Hamb.

magis] Vasc. St. Gr. b. (Frel.)Lips. sqq. neque aliud ex Vind. C. relatum accepi. *mius* Hav. A. Gott. Wh. *minus* „Boug. Vossiani, Leidenses, And. Oxon. Egmond. Lovan. Duker. Dorv. Gott. et reliqui, ut puto cum Edd. primis, item Aldi, Gryphii, Plautini."

futurus esset, non poterat non magnum existimare; hic vero ne omnino aliquis suorum propter iniquitatem loci interiret, se praecavendum sibi existimasse ostendit.

Cap. 53. §. 1 eadem — senserat] i. e. profectionem necessariam putans et in animo habens, sed eam, quae non posset nata ab timore similisque fugae videri. Cf. c. 43 extr.

aequum locum descenderet, levi facto equestri proelio
3 atque eo secundo in castra exercitum reduxit. Cum
hoc idem postero die fecisset, satis ad Gallicam ostentationem minuendam militumque animos confirmandos
4 factum existimans in Haeduos movit castra. Ne tum
quidem insecutis hostibus tertio die ad flumen Elaver

Egm. Lov. sec. Heins. Fabr. Parisienses sec. Acbaintrium omnes, Par. A. sec. Beyerl. Bong. A. Pl. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. (Gu.) Vind. ABDEFI. Rum. a. Med. a. Ven. bcdef. Ber. Ald. ab. Gr. a. P. Mau. Turr. Idem legit Petrarcha Hist. 18, 16: *Vercingetorix, cui multum animi et plus erat virium, contemplatus abeuntem ipse etiam in plana descendit.* Contra Metaphrastes secundum St., ut opinor, *ἐπειδὴ οἱ πολέμιοι οὐκ ἀντεξῆεσαν* posuit, quam sententiam sequentia efflagitant. Nec videtur ea leniore mutatione, quam quae Vascosano placuit, effici posse. Certe *nihil minus*, in quod incidit Herzogius, quod *nequaquam* significet, ferri nequit. Id enim addita tantum vel audita *quam* particula illam significationem recipit, nihil minus autem quam in aequum locum descendisse Vercingetorix nisi ab inepto, nihil minus descendisse vero nisi ab infante dici non poterat.

aequum] *eum* Bong. C. Cous.

descenderet] *descenderit* Hav. A. *descendit et* Lov. Fabr. *defenderet* Ven. cd. *descenderent* Ven. f.

atque eo] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. *eo* om. reliqui et edd. ante Ald. Cf. Civ. 1, 27 §. 4: *aditus — maximis defixis trabibus atque eis praeacutis praesepit.* et adn. ad 5, 15 §. 3; et *eo* hic si minus necessarium, at aptissimum esse apparebit. Codicibus autem iis, quibus deest pronomen, tot alia non modo apta, sed etiam necessaria in hoc praesertim libro desunt, ut fides eis h. l. haberi sine scriptoris iniuria vix possit.

§. 3 movit castra] „MSS. plerique" Voss. A. Egm. Gott. Bong. A. Par. A. Hav. A. Dr. A. Vrat. AB. Hamb. Gu. Vind. ABC. Ven. f. Cl. *c. m.* Dr. B. Vrat. C. Goth. B. et cum reliquis edd. Oud. (In Vind. A. Hamb. St. Gr. b. Frell. non hic, sed post *hostibus* punctum positum eamque distinctionem Metaphrastes secutus est.)

§. 4 Ne] om. Leid. A. S. Vind. A.

§. 4 tertio die] ab eo, ut opinor, quo habita concione legiones ex castris eduxit, cuius postridie cum idem fecisset, castra in Haeduos movit. Postero enim die movisse castra etsi disertis verbis non dicitur, acsi omnia eadem, quae pridie, fecerat, paulum modo temporis ad iter faciendum reliquum habuit, tamen, quia aliud eius rei tempus significatum non est, existimari debet. Alii, ut Petrarcha (*tertio ergo profectionis die simul illum adeunt*, sc. Eporedorix et Viridomarus. Hist. 18, 17.) et Metaphrastes (*τριταῖος δὲ πρὸς τὸν Ἐλάβερα ποταμὸν παραγενόμενος*) et Ukertus hunc locum ad situm Gergoviae definiendum adhibens (Cäsar gebraucht zwei bis drei Tage, um an den Elaver von dort mit seinem Heere zu kommen. Gall. p. 400.) tertium a motis castris diem interpretantur;

pontem reficit eoque exercitum traducit. 54. Ibi a

pontem] And. Ox. Cu. S. Leid. A. duo Vrsini („Vaticanus et meus“ Vrs. Emend.) Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. sqq. *pontes* „reliqui cum Edd. Vett.“ Lbb. Bong. A. Pl; Par. A. Pet. Bong. C. Pal. Gott. Wh. Dr. B et a m. s. A (a m. pr. *potens*). Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. CF. edd. ante Ald. St. Gr. b. Frell. (In Fabr. verbis *ad flumen Elaver* in margine adscripta sunt haec: *Laber. Pontes.* Pet. *Elauerpontes* G. V. E. (i. e. Gott. Voss. A. Egm.) *Laber pontem* Bo. l. (Bong. A.) et *Laber* etiam Oud. ex Bong. A. et Pet., sed Pl. ex illo *Lauer* refert, quod idem in Vind. A. inveni.) Ad pluralem Oud. ipse singularem teneus videre nos iubet c. 35 et 56, quorum alterum unum pontem a Vercingetorige rescissum (§. 2) a Caesare refectum eoque traductas legiones (§. 4 et 5) ostendit, alterum, §. 1 de pontibus in Ligere perficiendis, in quibus forte periclitandum esset, cogitasse Caesarem demonstrat. Quibus locis conferendis Oud. si hoc docere voluit, non minus hic, quam c. 35, unum pontem a scriptore significatum videri, plurium mentionem illic, ubi numerus instituendorum incertus esset, aptam fuisse, plane assentior. Neque enim aut frustra satis egisse Caesarem, aut si plures ei pontes reduceuti legiones, quam adduceuti opus fuerunt, nullam eius rei causam commemorasse credibile est. Qua vero mente Nipperdeius, qui pluralem recepit, c. 34, 3 et 35, 2 et 56, 1 conferri iusserit, non assequor, nisi forte omnes pontes a Vercingetorige interruptos a Caesare uno die refectos et hanc Caesaris consuetudinem fuisse putavit, ut plures pontes faceret.

reficit] *efficit* Voss. B. *fecit* Leid. A. Vind. A. *effecit* Ox. Hav. A. *refecit* And. Cu. duo Vrsini et edd. praeter inc. Ven. f. St. Gr. b. Frell. (*refefecit* Ven. cde. *refficit* Hamb.)

eoque exercitum] „Bong. A. Voss. A. et 4 alii cum Ed. Inc.“ Bong. A. Voss. A. Gott. Fabr. Pet. Bong. C. Confl. Par. A. Dr. A. Vrat. AB. Vind. I. Ven. f. *exercitumque* duo Vrsini, Leid. A. Vind. A. *atque exercitum* reliqui codices et cdd. tacente Pl. (*exerc.* Vrat. A.)

traducit] *traduxit* Hav. A. Vind. A. And. Ox. Cu. S. Leid. A. duo Vrsini. P. Man. Ald. b. Lips. sqq. tacente de Par. A. Beyerlio. (*transduxit* Ald. b. Lips. sqq.) P. Manutio in lectione a patre vulgata *refecit — traducit* temporum diversitatem non ferenti perfectum magis, quam praesens placuisse videtur propterea, quod *castra movit* praecessisse videret; neque id immerito. Nam magis haec *Ne tum quidem* etc. ad praecedentia, quam ad sequentia, quae si scriptoris sententia fuisset, aliquo modo cavere debuisset, ne *tertius* hic a *postero* illo proximus intelligeretur, sicut c. 11 §. 1 *biduo* interposito cautum est, ne quod §. 2 *tertio die* factum dicitur, proximo ab *altero*, qui §. 1 dictus est, factum intelligatur.

ad flumen Elaver] Cf. Civ. 1, 61 §. 4: *ad eum locum fluminis navibus iunctis pontem imperat fieri.* Hisp. 36, 2: *naves, quae ad Baetim flumen fuissent.* In his dictionibus de motu quietem praegresso cogitasse Latini non videntur. Cf. adn. cr. ad 6, 38 §. 1.

pontem reficit] unum ex iis, quos Vercingetorix interruperat, qui interruperat omnes. Hunc

Viridomaro atque Eporedorige Haeduis appellatus discit cum omni equitatu Litavicum ad sollicitandos Haeduos profectum: opus esse et ipsos antecedere ad con-

quae praesens, habent spectant. Sed tamen neque temporum diversitas illa minus erat fereuda, quam quae 4, 18 §. 3 (*respondit obsidesque ad se adduci iubet*) et Civ. 1, 87 §. 4 (*iussit eique negotio praeficit*) obtinet, neque ad praesens adiuncti temporis praeteriti exempla desunt, secundum quae etiam *reficit — traduxit* genuinum videri potest. Cf. 1, 24 §. 1: *Postquam id animum advertit, copias suas Caesar in proximum collem subducit equitatumque, qui sustineret hostium impetum, misit.* Civ. 2, 35 §. 2: *humerum apertum gladio appetit paulumque afuit quin Varum interficeret.* Et lectionis quoque discrepantia omnis, quae incognita erat Manutio, facillime explicari potest, si scriptor utroque tempore historico usus est. Nihilo tamen minus alterutrum utroque loco praeferre iubentibus libris praetuli praesens, ad quod scriptor ipse quasi transitum parasse videtur eo, quod *movit castra*, non *castra movit*, posuit, quod paulo commotiorem et ulterius tendentem orationem reddit. Secundum eosdem codices *atque* mutavi in *eoque* partim inconstantia motus eius generis codicum, quod non habet *eoque*, maxime vero quod qui habent, simul *pontes* habent, quocum pugnans *eoque* tamen servantes non critici alicuius iudicio factum, sed fideliter ex archetypo repetitum exhibere iudicandi sunt. Nam quae structura Nipperdeio in mentem venit, qui *eoque* et *pontes* conciliaturus illud ad flumen Elaver refert, quo Caesar traduxisse exercitum dicatur, ut 8, 27 §. 2 *nisi flumine Ligeri copias traduxisset* et Hisp. 6, 1 *copiis flumine traductis*, ea scriptor, si tam usitata ei fuisset, quam fuit inusitata (cf. 1, 12 §. 2. 31, 16. 2, 4 §. 2. 5, 4. 10, 1. 7, 11 §. 9. Civ. 1, 65 §. 4. 3, 76 §. 1.) hic certe abstinuisset, ne pontes animi causa refecisse, non exercitum iis traduxisse videretur.

Cap. 54. §. 1 discit] *dicit* Hav. A. Med. a. Ven. bc. *didicit* Carr. cod. Turr. Dnk. Bong. C. Vind. C. (*dixit* Hamb.)

et ipsos] And. Ox. Cn. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Lips. sqq. ipsum Gott. Voss. C. Vrat. B. Gu. inc. *ipsos* reliqui codices cum edd. ante Ald. et St. Gr. b. Frell. Turr. Omisso *et* sonoque in *antecedere* verbum collato sensus efficitur is, quem Petrarchae Hist. 18, 17 sic amplificavit: *et necessarium esse ipsos praevenire, ut consiliis atque conatibus eius occurrerent.* Metaphrastes autem alio modo auxit: *δεῖν τε — πρότερον τοῦ Λιταβίκου σφᾶς σὺν τῇ πεζικῇ δυνάμει τὴν πόλιν προκαταλαβεῖν.* Maiore vero ad pronomen pondere addito sese opponunt Litavico, quasi dicant: cum ille ad sollicitandos Haeduos profectus sit, nos ad confirmandam civitatem antecedere opus est. In qua oratione

pontem, si *tertium diem* recte interpretati sumus, non longius unius diei itinere afuisse a Gergovia necesse est. Neque vero sine causa Caesar in Haeduos contendens, cum primum per hostes liceret, traicere flumen, quod inter ipsum et Haeduos intercederet, maturavit.

Cap. 54. §. 1 Litavicum — profectum] sc. Gergovia, quo cum clientibus suis profugerat. Vid. c. 40 extr. Equitatum a Vercingetorige accepisse putandus est.

firmandam civitatem. Etsi multis iam rebus perfidiam 2
Haeduorum perspectam habebat atque horum discessu ad-

non liquet, cur antecedere potius, quam proficisci, et cur ipsos potius, quam alios antecedere opus esse dicant. Contra adiectum *et* nullam dubitationem relinquit, quin sonus in *ipsos* conferendus, profectus autem cum omni equitatu Litavicus ita dictus sit, ut qui agmen Vercingetorigis antecessisset; cuius rei significationem scriptor suo more (cf. adn. ad c. 47 §. 1) supplet, dum illos id ostendisse demonstrat, quod Germanice dicitur sie müßten ebenfalls vorausgehen. Nam ita *et ipse* non solum a Livio et recentioribus, sed etiam a Cicerone usurpatum est Pro Cluent. c. 51 §. 141): *deinde — tres et ipse excitavit recitatores*, sc. eodem conturbandi adversarii consilio, quo adversarius duobus recitatoribus constitutis ex duabus eius orationibus capita alterna inter se contraria recitanda curaverat; quo loco Zumptius Gramm. §. 698 sine idonea ratione *et* expungi iubet. Nec multo aliter pro Caecina c. 20 (§. 58): *Etiam — si tuus servus nullus fuerit, sed omnes alieni ac mercenarii, tamen et ipsi tuae familiae genere et nomine continebuntur.* quod respondet nostro auch sie. et quem Handius Turs. 2, 513 tertium his adiungit locum De or. 1, 46 (§. 202): *eius artis — cuius cum ipsa natura magnam homini facultatem daret, tamen esse deus putatur, ut et ipsum, quod erat hominis proprium, non partum per nos, sed divinitus ad nos delatum videretur.* quibus verbis ex eo, quod artis oratoriae esse deus putatur, non solum facultatem eius artis, sed etiam artem ipsam divinitus ad homines perlatam, non, id quod res erat, per homines partam esse visam colligitur.

antecedere] *procedere* Vind. D. *praecedere* Vrat. C. Goth. B. (Vind. E. Pal. Lov. Fabr.) et edd. praeter Ven. f. Vasc. St. Gr. b. (Frell.) Cl. omnes, etiam Oud. 1, qui in adn. *antecedere*, quod in Bong. A. Voss. A. Leid. A. S. Egm. Duk. et sex aliis legatur, probat et merito in ed. 2 recepit.

§. 2 Etsi] *Caesar etsi* „nonnulli" St. *Ὁ δὲ Καῖσαρ καίπερ* Met. Nomen *Caesar* „alii" ut Ber. ante *perfidiam*, Vind. C. et a m. s. Dr. A. post *perfidiam*, „vulgo" inde ab Ald. a. ante *perspectam* inserunt, quo loco etiam in Hav. A. Vind. A. legitur, qui praeterea *Haeduorum perfidiam* exhibent. In reliquis codd. et edd. ante Ber. item in inc. omissum et ab Oud. ut par erat, eiectum est.

admaturari] *ad mat.* Gott. Wh. *ut mat.* Dr. B. *admutarari* Hamb. *ad naturalem* Pet. sec. Fabr. et Oud. *naturalem* sec. Cons.

§. 2 Etsi] De asyndeto cf. adn. ad 5, 34 §. 2.

admaturari] De significatione huius verbi, cuius alterum exemplum exstare non videtur, interpretes alii aliter statuunt. Moebius *admodum maturari* intelligit; Herzogius verbis *adamare, addubitare, adiurare, advigilare* tamquam analogis commemoratis praepositioni in quibusdam aliquam, in aliis nullam vim tribuit, hoc autem significari docet es werde *beigetragen* zur Beschleunigung des Abfalls; Freudius vertit zum Reifen einer Sache beitragen, etwas zur völligen Reife bringen. His igitur *ad* praepositio alias ad aliam, sed omnibus ad verbi simplicis notionem spectare

maturari defectionem civitatis existimabat, tamen eos retinendos non censuit, ne aut inferre iniuriam videre-

maturari Ox. Hav. A. Vind. A. *maturandi* Leid. A. S. „Fuitne *discessum maturandi* scilicet *caussa?* Vide ad l. IV. c. 1. Certe latere quid videtur." Oud. Is igitur non tantum *causa*, sed etiam *fieri*, forsitan *esse*, omitti potuisse vel talem ellipsin iis, qui *maturandi* scribebant, placuisse putabat. Mihi omnis h. l. scripturae varietas ab errore potius, quam iudicio originem ducere, illud autem, quod Oud. fuisse suspicatur, neque a Caesare neque a Tacito, de quo cf. adn. cr. ad 4, 1 §. 4, scribi potuisse videtur.

civitatis] *civitati* St. *civitatibus* Turr.

retinendos] *pertinendos* And. Ox. Hav. A. „quod notaret, *pertinaciter eos retinendos*. Hinc certe derivatur *pertinax;* nec temere spernendum videtur." Oud. Fuisse tempus cum Latinis *pertinere* verbum transitivum esse et tenendi actionem intentam (festhalten) vel perseverantem (aushalten) significare videretur, probabiliter colligas ex adiectivo *pertinax*, quod recte Oud. derivat a verbo, quocum ita coniunctum est, ut *abstinax*, *retinax*, *persequax*, *pervicax* adiectiva sunt cum verbis *abstinere*, *retinere*, *persequi*, *pervincere* coniuncta. Compositioni enim, qualis in *perpugnax* et *percontumax* cernitur, partim vocalis obstat, quam in composito integram servari oportebat, ut in *persapiens*, partim comparativi usus et substantivum *pertinacia*. Atque significationis non aliunde, quam a verbo transitivo repetitae fidem faciunt dictiones Valerii Max. et Appuleii a Forcellino commemoratae, quorum alter 6, 3 §. 3 (p. 485, 4 Kempf.) *irae*, alter *iustitiae pertinacem* eum dicit, qui iram, iustitiam usque tenet. Quid quod Appuleii altero loco in lexicis citato, ubi corvus laudatur, etiam casus instrumenti tamquam verbo apponitur: *unguibus pertinax*, mit den Krallen festhaltend. Plautini autem loci Capt. 2, 2 v. 39 *Quid tu ais? tenaxne pater est eius? PH. Immo edepol pertinax* interpretatio facillima est, si interroganti *tenetne* etiam responderi potuisse sumas *immo pertinet*. Sed ea significatione praeditum verbum, si unquam in usu fuit, a Caesaris quidem usu certe alienum, hoc vero loco, cum illi non vehementer ut dimitterentur, contendissent, ne aptum quidem erat. *Pertinendos* simili errore atque antea *maturari* in codices illatum videtur.

censuit] *sensuit constituit* Hav. A. *constituit* „Carr. et 10 mei cum Edd. pp." cod. Turr. „veteres nostri omnes" Hot. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Lbb. Pet. Bong. C. Pal. Bong. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. BCDEF. Gu. edd. ante Ald. Cur

et *admaturare* vel maturandi actionem quasi addendo augere et intendere, vel aliquid ad eam perficiendam conferre, vel ad maturitatem perducere significare videbatur. Sed tamen in plerisque praepositio illa ad rem ab actione diversam spectare, in iis vero, quae actionem cum motu coniunctam significant, loci alicuius vel rei, quae loci instar sit, quo vel subiectum vel obiectum actionis tendat, admonere, locus ipse vel nominatim demonstrari vel ut ex reliqua oratione vel ex ipsa re colligendus taceri solet. Itaque *maturare* verbum actionem significans cum motu coniunctam, quippe quae faciat, ut aliquid celerius fiat, praepo-

tur, aut daret timoris aliquam suspicionem. Disceden- 3
tibus his breviter sua in Haeduos merita exposuit: quos
et quam humiles accepisset, conpulsos in oppida, mul- 4
tatos agris, omnibus ereptis copiis, inposito stipendio, obsidibus summa cum contumelia extortis, et quam in fortunam quamque in amplitudinem deduxisset, ut non solum in pristinum statum redissent, sed omnium temporum dignitatem et gratiam antecessisse viderentur. His datis mandatis eos ab se dimisit. 55. Noviodunum

Aldus et id genus codices potius, quam Bong. A. etc. sequendi fuerint, ex adn. ad 4, 6 §. 5 intelligi potest.

daret] V. C. Vrs. Not. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ven. f. et teste in Emend. Vrsino Faërnus. Vulgo *dare* legitur; quod si probamus, aut *suspicionem* causam suspicandi, aut *dare* admittere in se interpretari debemus. Nam eo sensu, quo c. 62 §. 4 *nec dubat suspicionem fugae quisquam* et 6, 7 §. 8 *quo facilius hostibus timoris det suspicionem* legimus, h. l. legere illud non possumus, quin Caesarem non ne timere, sed ne timoris suspicionem aliquam inferre videretur, cavisse statuamus. Quod cum ineptum sit, illud autem interpretandi remedium usui linguae repugnet, cum Faërno legendum est *daret*, quod etiam Baumstarkius recepit.

§. 3 exposuit] *et posuit* Pet. Fabr. *proposuit* idem Cond. *exponit* Lov. Dorv. Pal. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. EF. Rom. a. Med. a. Ven. bcde. Ber. Oud.

§. 4 conpulsos] Egm. Bong. A. Par. A. non *comp.*

inposito] Voss. A. Egm. (Boug. A.) Vrat. A. Par. A. non *imp.* (*impenso* Vind. C.)

dimisit] *dimittit* Carr. cod. Torr. Leid. A. Ox. Hav. A. Vind. A. Duk. Bong. C. Goth. B. Vind. C. Oud. tacente Pl.

sitione auctum significare videtur maturando efficere, ut celerius adsit et in conspectum prodeat id, quod *admaturari* dicitur. Eadem ratio et vis est verborum *accelerare* et *approperare*, in quibus praepositio quid sibi velit, ex intransitiva eorum significatione facilius perspicitur. — De infinitivo cf. Vol. 1. p. 154 inf. et adn. ad 3, 23 §. 7.

§. 4 omnibus ereptis copiis] *Copiae* h. l. non aliter dictae sunt, quam 1, 3 §. 5 et duobus ibi citatis, quibus quintus addatur 5, 27 §. 4: *quod non adeo sit imperitus rerum, ut suis copiis populum Romanorum superari posse confidat.* De militibus et verbum *ereptis* et ordo rerum cogitari minus patitur. Cf. 1, 31 §. 6 et 7. 6, 12 §. 3.

His datis mandatis] Quae supra discedentibus Eporedorigi et Viridomaro exposuisse Caesar dictus est, ea nunc simul perferenda ad Haeduos et in memoriam civitati revocanda eis mandasse demonstratur simili brevitate atque illa, qua 2, 5 §. 3 postquam Divitiacum docuit, quo modo distineri manus hostium possent, *his mandatis* eum ab se dimisisse dicitur. Alium eiusdem formulae usum eumque magis vulgarem c. Civ. 1, 25 §. 1.

Cap. 55. §. 1 Noviodunum erat oppidum Haeduorum] diversum ab eo, quod Biturigum vocatur c. 12 §. 1, ubi cf. adn. crit. et int.

erat oppidum Haeduorum ad ripas Ligeris opportuno
2 loco positum. Huc Caesar omnes obsides Galliae, fru-
mentum, pecuniam publicam, suorum atque exercitus
3 impedimentorum magnam partem contulerat: huc ma-
gnum numerum equorum huius belli causa in Italia
4 atque Hispania coëmptum miserat. Eo cum Eporedorix
Viridomarusque venissent et de statu civitatis cogno-
vissent, Litavicum Bibracti ab Haeduis receptum, quod
est oppidum apud eos maximae auctoritatis, Convicto-

Cap. 55. §. 4 Bibracti] „Bong. pr. Petav. Voss. pr. Egmund. et septem alii cum Ed. Iuc. *Bibracti*, quo ab Accusativo distinguatur. Sed *a Bibracte* tamen retinent MSS. omnes l. I. c. 23 et c. 90. infra *Bibracte hiemare*, praeter Dorvill. l. VIII. c. 1 (2.) *ab oppido Bibracte*, ubi nulla est varietas.“ Oud. ipse tenens cum reliquis edd. *Bibracte* (ante Ven. f. erat *Libracte*) quod legitur in Hav. A. et Vind. A. Reliqui mei et Par. A. Gott. cod. Turr. Pal. alteram terminationem habent (*Hibracti* Vind. C. *Bibrati* Hamb. *Broratti* Bong. C.) quam scriptor h. l. vitandae ambiguitatis causa videtur praetulisse. Cf. infra c. 71 §. 8 cum c. 78 §. 3. *Sauracti* pro *Soracte* ex Varrone affert Schneiderus Gramm. 2 p. 221.

Convictolitavim] „rursus MSS. *C. tabim*, *C. tavim*, *C. tavem*“ —*vim* Voss. A. —*bim* Bong. A. Pet. Gott. Par. A. (hic *n* a m. s. super *b*) Dr. A. Gu. —*vem* Egm. Pal. Dr. B. Vind. AF. Ven. f. —*veni* Goth. B. Rom. a. Ber. —*ven*. Med. a. Ven. b. —*nem* Hav. A. Vrat. AC. Vind. I. Ven. cde. Ald. sqq. (*Convinct*. Dr. A. Vrat. B. *Coniunct*. Vind. I. *Convit*. Pal. *contucto littamen* Hamb.) Cf. adn. cr. ad c. 32 §. 4, quo loco codices alteram formam commendant, et ad c. 67 §. 7, ubi eandem in ablativo, quam hic in accusativo vocalem tuentur.

ad ripas Ligeris] Non ad utramque fluminis ripam, sed ad dextram positum oppidum tamen pluribus ex partibus eam contingens et secundum Ligerem porrectum ad eius *ripas* positum dicitur. Cf. 6, 29 §. 2: *partem ultimam pontis, quae ripas Vbiorum contingebat*.

opportuno loco] Opportunitatem sequentia declarant, ex quibus apparet, cui usui oppidum fuerit Romanis. Similem usum tertio ante hoc bellum anno praebuerat Samarobriva 5, 47 §. 2.

§. 2 omnes obsides Galliae] non solum centum illos a Senonibus datos, quos ex l. 6 initio (c. 4 §. 4) citat Rhellicanus, quos tum Haeduis custodiendos tradiderat Caesar, sed etiam eos, quos Samarobrivae tenuerat, et quos postea Carnutes ib. §. 5 et Menapii ib. c. 6 §. 3 et Vellaunodunenses Senones 7, 11 §. 3 et Noviodunenses Bituriges ib. c. 12 §. 3 dederant.

frumentum, pecuniam publicam] Metaphrastes *πάντα τὰ δημόσια χρήματα καὶ πάντα τὸν σῖτον* et in eandem sententiam Franc. Wagnerus die Lebensmittel, die Kriegskasse vertit. Sed frumentum omne, quod ad huius anni expeditionem suffecturum videretur (neque enim aliter *omne* recte et non otiose dici potuit) a Caesare iam tum collatum et unum in oppidum illud collatum fuisse

litavim magistratum magnamque partem senatus ad eum convenisse, legatos ad Vercingetorigem de pace et amicitia conciliauda publice missos, non praetermittendum tantum commodum existimaverunt. Itaque interfectis 5
Novioduni custodibus quique eo negotiandi aut itineris causa convenerant, pecuniam atque equos inter se partiti sunt; obsides civitatum Bibracte ad magistratum dedu- 6
cendos curaverunt; oppidum, quod a se teneri non posse 7
iudicabant, ne cui esset usui Romanis, incenderunt;

§. 5 aut itineris] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. cum uno Ciacconii codice et margine Pet. Fabr. In ceteris et in edd. ante Aldum, item in Vasc. St. Gr. b. (Frell.) Turr. utrumque omissum est. Id Wassius eo factum suspicabatur, quod *aut iteris* a scriptore positum a librariis intellectum non esset. Cui suspicioni quod Oud. firmandae, ut videtur, adscripsit, certe sic *ex itere* 2, 29 in Boug. A. inveniri, id potius ad infirmandam valet. Sed quacunque de causa facta est praetermissio, errore factam esse verisimilius est, quam interpolationi additamentum deberi.

§. 7 a se] „MSS. plerique et Edd. qdd.“ Bong. A. Pet. Voss. A. Egm. Gott. Bong. C. Pal. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B et, cuius ob detruncationem inde a 6, 10 §. 5 usus nullus fuit, A. Hamb. Gu. Vind. CDEFI. edd. ante Ald. St. Gr. b. Frell. *ab se* Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. sqq.

cui] *quod* Leid. B. *quo* Pet. Voss. A. Lov. Egm. Carr. „5 alii“ cod. Turr. Lbb. Bong. C. Pal. Par. A. Gott. Wb. Dr. AB. Vrat. AC. et a m. pr. B. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BCDEF. Rom. a. Ven. 1471 sec. Elb. inc. Ber. *quando* Petrarch. Hist. 18, 21. *Quo* Oud. in adn. non dubitat quin corrupte positum sit pro *quoi*, de

pariter a vero abhorret atque omnem pecuniam publicam eodem fuisse collatam. Nec sine causa scriptor simpliciter *frumentum*, *pecuniam publicam*, Getreide, öffentliches Geld, posuit, si hoc ostendere voluit, quod frumenti ex illis partibus colligi potuisset, id Noviodunum, unde propter loci opportunitatem exercitui subveheretur, comportatum idque negotium certis hominibus datum et ad eam potissimum rem opus fuisse pecunia publica ob id ipsum eodem collata.

§. 4 publice] Cf. adn. ad 1, 16 §. 1.

tantum commodum] *Commodum* etsi tam rei publicae, quam familiaris intelligi potest, atque illi hoc tantum commodum non praetermittendum existimantes antea de statu civitatis dicuntur cognovisse, tamen secundum ea, quae postea proxime fecisse narrantur, sui privatim commodi magis, quam rei publicae rationem habuisse putandi sunt. Itaque ab re non minus, quam ab usu linguae aliena est et Petrarchae horum verborum declaratio Hist. 18, 20: *sibi tempus audendi aliquid advenisse rati*. et Graeci metaphrasis: *οὐκ ἀμελητέον εἶναι σφίσιν τοσαύτης ἀφορμῆς ἔγνωσαν*, et nostrorum interpretatio qui reddunt eine gute Gelegenheit. Rectius Ad. Waguerus posuit Vortheil.

§. 5 aut itineris causa] Hi cuius generis fuerint, ex c. 42

8 **frumenti quod subito potuerunt, navibus avexerunt, reli-**
9 **quum flumine atque incendio corruperunt; ipsi ex finitimis regionibus copias cogere, praesidia custodiasque ad ripas Ligeris disponere equitatumque omnibus locis iniiciendi timoris causa ostentare coeperunt, si ab re**
10 **frumentaria Romanos excludere possent. Quam ad spem**

quo et l. II. c. 30. conferri iubet, et alibi *quoivis* pro *cuivis* in MSS. esse dicit. Atque in adn. ad locum libri secundi, quo ipso *quod* sine idonea ratione a Scaligero in *quo* mutatum est, Oud. hunc nostrum citans *quoi esset usui* scripsit, sed in ed. utraque, ut par erat, tenuit *cui*.

§. 9 finitimis] *finitumis* Oud. 2.

regionibus] *civitatibus* Leid. A. quae temeraria est mutatio. Finitimae regiones etiam civitatum finitimarum esse possunt, sed copias illi cogentes extra fines Haeduorum egressi esse non videntur.

cogere] *cogitare* Vind. C. *quaerere cogere* Goth. B. Vind. D. edd. ante Ven. f. *cogere quaerere* cod. Turr. et *quaerere* iterum in marg. addit Goth. B. Ineptum additamentum dubitari potest utrum exaequandi verborum et nominum numeri causa illatum, an ad explicandum verbum *cogere* adscriptum sit.

equitatumque] *e. omnem* Hamb. Hoc qui addidit *omnibus locis* non, ut debebat, cum *ostentare* verbo, sed cum proximis *iniiciendi timoris causa* construxisse videtur.

iniiciendi timoris] „Locutio bona et nota, et a nostro aliquoties adhibita. Monendum tamen in Dukeriano exarari *inmittendi*. quasi iam immitteret equitatum ipsum, vel telum in eos: quibus in rebus *inmittere* proprium esse, sciunt docti, et alibi monendum habuimus.“ *mittendi* etiam Bong. C. et Vind. C. habent, sed non sine *timoris*, quod secundum Oudendorpii iudicium deesse Dukeriano videtur, omissum fortasse propterea, quod non appareret, cui timorem iniiceret equitatus. (*inic.* Voss. A. Egm. Gott. Pet. Bong. A. Goth. B. Hamb. Vind. A. *init.* Par. A. Pal.)

coeperunt] *c. aut re* Hav. A. „Voluit fortasse *coeperunt aut coepere*“ Wh. nisi potius ad sequentia spectat, in quibus pro *ab re* alia lectio est *aut re*.

si ab re] *ut ab re* And. Ox. Cu. margo Goth. B. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. *si aut re* V. C. Urs. Lips. lu. Gr. Dav. Cl. *si a re* Vind. D. Vasc. St. Gr. b. (Frell.) *si re* V. C. Dion. Voss. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Cf. adn. cr. ad 5, 23 §. 5.

excludere] om. V. C. Dion. Voss. Quae post hoc in codicibus et editionibus leguntur, *aut* (*atque* Dorv.) *adductos* (*aductos* Hamb. *eductos* Dr. A.) *inopia* (*inoppia* Par. A. *in inopia* Vind. I. *in inopiam* Bong. C.) *ex* (om. And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav.

§. 5 colligi potest, ubi tribunus militum iter ad legionem faciens in alio Haeduorum oppido fuisse traditur.

§. 8 frumenti quod] Cf. adn. ad 3, 16 §. 2.

§. 9 ipsi] De pronominis significatione v. ad c. 43 §. 5 adscripta.

omnibus locis iniiciendi timoris causa ostentare] Timorem equitatus iste nec legionibus longius

multum eos adiuvabat, quod Liges ex nivibus creverat, ut omnino vado non posse transiri videretur. 56. Qui-

A. Vind. A.) *provincia expellerę* (*pellere* Dnk. a m. pr. *excludere* Cu. S. Leid. A. Ox. „fors. et And." V. C. Dion. Voss. Hav. A. Vind. A. Oud.) ea neque tolerabilem sensum praebent neque probabilem admittunt emendationem. Ad provinciam enim, quam dicere scriptor solet, earum rerum, quas Eporedorix et Viridomarus fecerant, nulla pertinebat ita, ut aut expellere ex ea aut excludere Romanos voluisse videri possent. Ac de expulsione res aperta est, ut mirum sit lectionem ante Oud. vulgatam non modo a Wagneris redditam, sed etiam a Dübnero esse reductam. Exclusionem vero, de qua Dion. Vossius c. 65 §. 4 inductus et, cui Vossii interpretatio placuisse videtur, Oudendorpius et Herzogius, Moebius, Lippertus cogitandum esse putarunt, Eporedorix et Viridomarus nulla ratione efficere poterant, et si qua adiuvare potuissent, impedire potius, quam adiuvare debuissent, ut quibus nihil optatius esse poterat, quam ut Romani reliqua Gallia dimissa in provinciam se reciperent. Accedit quod haec altera ex provincia exclusio quippe rei frumentariae inopia effecta alteri ab eadem re frumentaria exclusioni non *aut* particula diversitatis indice opponi, sed copula coniungi cum ea debebat. Deinde qui inopia *adducti* dicuntur, eos non pati, sed facere aliquid exspectatur, adduci vero, ut *excludatur*, inopia nemo potest. Denique repetitio verbi *excludere* eo maiorem habet offensionem, quod nonnihil mutata cum obiecto significatione iteratum est tamen, quasi aliud verbum in lingua nullum inveniri potuisset. Non magis probari possunt emendationes, quae a criticis tentatae sunt; ex quibus ea, quae a Nicasio Eilebodio Casletano proposita et ab Hotomanno, Lipsio (teste Fabr.), Davisio, Iurinio, Heldio, Nipperdeio eiusque assectis approbata est, qui omnes pro *ex provincia* scribunt *in provinciam*, *expellere* autem plerique tenent, Davisius in *repellere*, Iurinius in *compellere* mutant, cum lectione Andina et Oudendorpiana commune vitium hoc habet, quod ne illud quidem, ut in provinciam se reciperent Romani, Eporedorix et Viridomarus, quamvis stulta spe inflati, iis, quae fecisse dicuntur, effecturos sese sperare poterant, neque vero eo consilio illa fecerant. Praesidia enim custodiasque ad ripas Ligeris disposuerant, scilicet ut Romanos transitu prohiberent, equitatum autem omnibus locis ostentare coeperant *iniciendi timoris causa*, quo timore nihil aliud nisi frumenti subvectionem impedire poterant, legiones quidem retardatum iri tantum aberat ut sperarent, ut ne Noviodunum quidem oppidum teneri a se posse iudicarent. Paulo propius ad verum accessit Nicasius altera coniectura, qua *ex provincia* verba eiicienda suspicatur, nec reliquis ulceribus desunt emplastra, siquidem pro *aut*, quod Davisius in *et* mutabat, cum Dorv. remotis illis nec frumentatoribus eorum, qui nondum illo adissent, inicere ullum poterat eos, qui ex illis partibus terrere poterat frumentum, quod antea Noviodunum comportare soliti essent, incenso oppido aliis vilis subvehere Romanis conarentur. Atque ad eas partes viasque referenda sunt *omnibus locis* verba, quorum significatio relativa esse consuevit. Cf. c. 25 §. 1. 45, 1.

bus rebus cognitis Caesar maturandum sibi censuit, si esset in perficiendis pontibus periclitandum, ut prius,
2 quam essent maiores eo coactae copiae, dimicaret. Nam ut commutato consilio iter in provinciam converteret, ut

atque, pro *inopia* cum Bong. C. *in inopiam*, vel pro *adductos* cum Dr. A. *eductos* vel secundum Hamb. una litterula correcta scribi potest *adactos*: nihilo tamen minus manet gravissima offensio, quod de expellendis quacunque ex parte quemcunque in locum Romanis et omnino de futuris eorum incommodis Eporedorix et Viridomarus, quales et ipsos descriptos et res ab iis gestas relatas videmus, cogitasse non videntur. Itaque restat ut omnia haec pro glossematis habeamus, quorum qui primus suspicionem movit, idem originem probabiliter demonstravit Morus his verbis: cum aliquis lector, non satis attentus, explicare vellet verba Caesaris, *re frumentaria:*' adscripsit margini, *inopia coactos*, quasi sensus esset, per rem frumentariam, per eius inopiam. Cum deinde vellet ostendere, unde excludere voluerint, addidit, *e provincia*. His immissis in contextum verborum, duplicatum est *excludere*, additumque est *aut*." Cui ita assentior, ut *adductos* glossematis auctori relinquendum et *provinciam* Galliam omnem vel eam partem, in qua Caesar tum versabatur, dictam esse putem. Morum cum aliis secutus est Whittius propter ea, quae sequuntur, *quam ad spem* etc., quae sane eiectis illis planiora et commodiora fiunt, sed tamen, si illa recte haberent, toleranda et ad duplicis consilii partem priorem referenda essent.

Cap. 56. §. 2 Nam] *non* Hamb.
commutato] *commuto* Gott. Fabr. Wb. *coniuncto* Vrat. B. a m. pr.
provinciam] *provincia* Dr. A.
ut] N. Bong. A. Voss. A. Egm. Pet. Gott. Lov. „tres alii" Vrsini liber (Emend.) Ox. Hav. A. Vind. A. Par. A *et* a m. sec. B.

§. 10 Quam ad spem] De praepositione cf. adn. ad 5, 1 §. 3.
omnino] V. adn. ad 4, 2 §. 6.
Cap. 56. §. 1 maturandum sibi censuit] Cum dimissis Eporedorige et Viridomaro Caesar ab eo loco, ubi eos dimiserat, discessisse nondum dictus sit, per eos dies, quibus res capite superiore expositae gerebantur, ibi constitisse et quae ab illis et ab Haeduis agerentur, exspectasse iisque cognitis ad Ligerim properandum sibi censuisse et castra movisse statuendus est. Cf. 1, 37 §. 4: *Quibus rebus Caesar vehementer commotus maturandum sibi existimavit, ne, si nova manus Suevorum cum veteribus copiis Ariovisti sese coniunxisset, minus facile resisti posset. Itaque re frumentaria quam celerrime potuit comparata magnis itineribus ad Ariovistum contendit.* Civ. 3, 78 §. 6: *Pompeius — ad Scipionem properandum sibi existimabat, si Caesar iter illo haberet, ut Scipioni subsidium ferret; si ab ora maritima Oricianue* (ita Dr. A. et Vind. B. — 'Ωρικία ἡ χώρα καὶ ἡ γυνή. Stephanus Byz.) *discedere nollet, quod legiones equitatumque ex Italia exspectaret, ipse ut omnibus copiis Domitium aggrederetur.*
§. 2 ut — iter in provinciam converteret] Recte Lippertus his verbis periphrasin fieri statuit

[non]nemo tunc quidem necessario faciundum existima-

Dr. A. Vrat. AC. Goth. B. Hamb. inc. *id* reliqui Oud. V. C. Dion. Voss. Bong. C. Dr. B. Vrat. B. Goth. A. Vind. C. edd. ante Oud. Deinde *nemo tunc quidem* Vrs. Ox. Hav. A. Viud. A. *ne quidem* Vind. F. *ne tum quidem* Ald. et sqq. usque ad Oud. *ne metu quidem* edd. ante Ald. et margo Vasc. (m. Frell.) cum Par. B a m. sec. et reliquis codicibus, quamquam de Bong. A. dubitat Pl. *nemotu q.* an *nemetu q.* exhibeat. Aldinae lectioni Ciacconius hanc adnotationem adiecit: Forte, *quod illi tum quidam necessario faciendum existimabant*, vel, *quoniam*. V. C. habet, *ut nemo tunc.* ut, *nemo non*, vel, *non nemo*, legendum videatur. Ciacconium secutus Oud. *non*, quod ante *tum* excidere facile potuerit, post *nemo* inserto *ut nemo non tum quidem* edidit. Contra Davisius *id* cum prioribus tenens et maiorem post *impediebat*, quam post *existimabat* interpunctionem adhibens in Curis sec. *id minime tum quidem nec. fac. exist.* scripsisse Caesarem iudicat, in qua scriptura *cum*, quod sequitur, non ad inferius *tum* ante *maxime* positum, sed ad superius anto *quidem* referendum est, quasi Germanice dicas das glaubte er keineswegs zu einer Zeit nothwendig thun zu müssen, wo die Schande — es verbot. Atque eo sensu Daehnius etiam cum codicibus *id nemo hunc quidem* scribere potuit, cui Elberlingius nullum sensum inesse putabat, Dübnerus vero item codices sequens *id ne metu quidem* scripsit et *necessario* dans le cas ie plus urgent, *cum* daus un temps où interpretatus Caesarem ne metu quidem ut iter in provinciam converteret, adductum fecit. Davisii rationi praeter usum *cum* particulae non solum *necessario* adverbium, sed etiam hoc obstat, quod non intelligitur, quam ob causam consilii commutatio et itineris in provinciam conversio cum omnino commemorata a scriptore, tum non simpliciter, sed per circuitum sit enuntiata. Praeterea codicum auctoritas *ut* servari iubet, quo facto negationem deesse patet. Itaque cum Oud. Ciacconium secutus *non*, sed id ante *nemo* inserui propterea, quod nonnullis eorum, quibuscum Caesar communicare consilia soleret, id, quod ipsi infamiam et indignitatem et magnam difficultatem habere videretur, necessario faciendum visum esse verisimilius est, quam omnibus. Similiter auctor b. Afr. ab Oud. citatus c. 3 §. 4: *Nonnemo culpae eius inprudentiaeque adsignabat*, *quod neque* etc. Deinde *tunc* ex iis codicibus recepi, qui *nemo* integrum praebent. Cf. adn. cr. ad c. 11 §. 4 et Alex. 67, 1; ubi *tunc quidem* vulgo legitur. *Ne tum quidem* certum locum habet 1, 50 §. 2 et 7, 53 §. 4. *Non nemo et tunc* etiam Herzogius praetulit.

faciundum] Ita Oud. „auctoritate Bong. pr. Voss. pr. Lovan. Petav. Egm. et multorum aliorum ac Edd. primarum, Vascos.

eius rei, quam infamia et reliqnae causae impedire dicuntur, dissentitque ab *iis*, qui *ut* h. l. concedentis esse posse putant, ut Baumstarkius et Heldius, quorum alter, qui interpretatur Denn *gesetzt dass*, *für den Fall dass* er seinen Marsch zurück nach der römischen Provinz richten *wollte*, so standen ihm etc. im Wege, non *ut*, sed *si* interpretatur, imperfecto coniunctivi autem vim tribuens futuri eos locos comparat, secundum quos non *dass er*

bat, cum infamia atque indignitas rei et oppositus mons Cevenna viarumque difficultas impediebat, tum maxime,

Steph. et plurium" rescripsit pro *faciendum*, quod in Bong. A. Pl. *e* super *u* posita et sine correctione legitur in Hav. A. Vind. A. Goth. A. Hamb. Ven. ef. Io. Gr. Dav. Cl. *facundum* habet Gott., *fecundum* Dr. A., *secundum* Vind. B. Cf. adn. cr. ad 5, 54 §. 2.

existimabat] om. Gott. „ad finem versus" Wh. in m. pro v. l. habet sec. Fabr. *existimabant* Cl. (*extim.* Dr. B.)

cum] *cum quòd* St. Etiam recentiores nonnulli, ut Heldius et Whittius, supra cum Davisio hoc dici putantes, Caesarem ut in provinciam iret, non faciendum existimasse, sed *cum* ad sequens *tum* referendum esse sentientes, *quod* coniunctionem inseruerunt, cui post *cum* certe apud Caesarem locus non magis est, quam alii. Cf. adn. cr. ad 5, 4 §. 3.

impediebat] *impediret* Vind. F. (*inp.* Par. A.)

— richten *wollte* dicere debebat, sed dass er richten *würde*, cuius dictionis vitium admonere eum erroris sui poterat; Heldius vero, qui vertit gesetzt auch, er wollte seinen Marsch nach der Provinz wenden, so hinderte ihn daran theils etc., sive iter convertentem Caesarem sive convertere volentem ponit, idem enm et facere ponit et quo minus faciat, impediri dicit, sed repugnantiam occulit eo, quod pro uno verbo, *converteret*, exhibet duo, er wollte wenden, quarum actionum alteram impediri dicens non contraria dicere videtur. Reiecta igitur hac, qua 3, 9 §. 5 et Civ. 3, 17 §. 4 utendum est, *ut* coniunctionis interpretatione ad h. l. adhibemus eam, quam plures loci requirunt, quibus *ut* cum verbo positum vel subiecto vel obiecto ita declarando inservit, ut id sola cogitatione contineri, sed non solum et per se constans cogitari appareat. Sic 1, 4 §. 1 *damnatum poenam sequi oportebat, ut igni cremaretur.* Ib. 13, 2 *cum id, quod ipsi diebus XX. aegerrime confecerunt, ut flumen transirent, illum uno die fecisse intellegerent.* Civ. 1, 7 §. 2 *novum in re publica introductum exemplum queritur, ut tribunicia intercessio armis notaretur.* Ib. 85, 8 *in se novi generis imperia constitui, ut idem ad portas urbanis praesidia rebus et duas bellicosissimas provincias — obtineat.* Neque vero ipsum ac totum verbi obiectum his significatum statuimus ita, ut si scriptum esset *infamia — impediebat, ut — converteret.* Quam quam ne id quidem idonea auctoritate destitutum vel a Caesaris dicendi consuetudine magis alienum esset, quam *impediebat ne*, aut *quo minus converteret.* Nam ita Cicero dixit Pro Roscio Am. c. 52 (§. 151) *dii prohibeant, iudices, ut hoc, quod maiores consilium publicum vocari voluerunt, praesidium sectorum existimetur.* Caesar vero ad verbum *impedire* nullam omnino coniunctionem adhibere, sed aut absolute id ponere, aut cum praepositione *ad* vel *in*, aut cum accusativo personae vel rei concretae vei, quod longe ei usitatissimum est, rei abstractae construere solet: *quo minus* Afr. 18, 2 et 35, 4 et Hisp. 30, 4 adhibitum legitur. Sed verborum collocationem et ea, quae proxime sequuntur, et inprimis locum 1, 13 respicientes *ut* scribentis animo pronomen demonstrativum vel

quod abiuncto Labieno atque iis legionibus, quas
una miserat, vehementer timebat. Itaque admodum ma- 3
gnis diurnis nocturnisque itineribus confectis contra
omnium opinionem ad Ligerim venit vadoque per equi- 4
tes invento pro rei necessitate opportuno, ut brachia
modo atque humeri ad sustinenda arma liberi ab aqua

abiuncto] S. Cu. Leid. A. Vind. A. Rom. a. m. Vasc. St. (m. Frell.) *abiuncto T.* Ven. 1471 sec. Elb. *adiuncto* „MSS. decem“ Pet. Voss. A. Egm. Lov. Lbb. Brant. Carr. cod. Turr. Bong. A. Par. A. Hav. A. Dr. AB. Vrat. A et a m. s. B. Goth. A. Hamb. Vind. BDEF. Med. a. Ven. bcde. *aduicto* Dorv. *adiucto* Vrat. C. Goth. B. *adducto* Pal. *adiungi* (Gu.) Ald. ab. Gr. ab. Vasc. P. Man. (Frell.) Turr. Lips. Iu. Gr. Dav. Cl. *Tito* Duk. Vind. Cl. Flor. (Ven. f.) *T.* Bong. C. Ber. *a* Voss. C. *ad*... Gott. Fabr. „et vac. spat.“ Wh. (Oud. *ad Labienum* ex eo refert) *Agedinium* Leid. C. et a m. pr. Vrat. B. inc. *Agendico* Oud. 1. *Agedico* Oud. 2. quemadmodum a Caesare scriptum esse male coniecerat Ciacconius.

una] om. Ond. 2.

timebat] *timabat* Ox. *detinebat* Vind. A. *cupiebat* edd. eaedem, quae *adiungi*.

§. 3 nocturnisque] Hoc ab Oud. tantum ex cod. Brant. et Duk. et ed. inc. relatum etiam in V. C. Vrs. (Not.) Pet. Voss. A. Gott. Egm. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Hav. A. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. Hamb. Gu. Vind. A. Vasc. St. Gr. b. (Frell.) Cl. scriptum exstat pro *atque nocturnis*, quae lectio est codicum Dr. B. Vrat. C. Goth. B. et editionum reliquarum male servata ab Oud.

Ligerim] *Ligerem* Bong. A. et a m. pr. Par. A. quao forma c. 11 §. 9 tutior est. *Ligerim* c. 5 §. 4 teneut omnes.

venit] „MSS. longe plurimi Edd qdd.“ Pet. Voss. A. Egm. Gott. Bong. AC. Par. A. Hav. A. Dr. AB. Vrat. AB. Goth. A. Hamb. Gu. Vind. ABCEFI. Ven. f. St. Gr. b. Frell. *pervenit* Vrat. C. Goth. B. (Pal. Vind. D.) et cum reliquis edd. Oud.

solum vel cum *facere* verbo coniungendum obversatum esse putamus, quod deinde post *existimabat* inserere brevitatis studio neglexerit.

abiuncto Labieno] Quod huic uni pariter atque legionibus, quae cum eo erant, et *abiuncto* tamquam sodali vel fratri timere se dicit, amoris significationem habet, qua eum sibi devincire voluisse videtur.

§. 3 admodum] Cf. adn. ad 5, 40 §. 2.

contra omnium opinionem] Ad Ligerim venturum esse Caesarem secundum ea, quae capite superiore narrata sunt, haud dubie exspectaverant, sed opinionem eorum cum celeritas eius adventus, quam proxime praecedentia demonstrant, tum locus, ad quem venit, fefellisse videtur, fortasse longius ille a Novioduno remotus, certe parum praesidiis custodiisque eorum firmatus, siquidem primo Romanorum aspectu perturbati neque transitu eos prohibere neque loca trans flumen utcunque tueri conati sunt.

§. 4 rei] Cf. adn. ad 5, 45 §. 1.

ut brachia modo — possent] In his, quae ad opportunitatem

esse possent, disposito equitatu, qui vim fluminis refringeret, atque hostibus primo aspectu perturbatis incolumem exercitum traduxit frumentumque in agris et pecoris copiam nactus repleto his rebus exercitu iter in Senones facere instituit.

57. Dum haec apud Caesarem geruntur, Labienus eo supplemento, quod nuper ex Italia venerat, relicto Agedinci, ut esset impedimentis praesidio, cum IIII.

§. 5 his] Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. A. Goth. A. Gu. Vind. ABCFI. edd. ante P. Man. Freli. Turr. *hiis* Voss. A. Fabr. Vrat. BC. Hamb. *iis* Goth. B. P. Man. Ald. b. Lips. sqq. tacente Fabr. et Wh.

Senones] *Xenones* Dr. A. Vind. B. *Senonas* S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Oud. Idem 6, 3 §. 4 in Ox. Hav. A. Vind. A., 6, 2 §. 3 in Hav. A. Vind. A., 6, 3 §. 6 et 7, 34 §. 2 in Vind. A., sed Latina terminatione *Senones* 5, 56 §. 1 et 7, 4 §. 6 in omnibus codicibus legitur.

instituit] *cepit* Leid. C. et a m. pr. Vrat. B. Cf. adn. cr. ad c. 32 §. 2.

Cap. 57. §. 1 Agedinci] „MSS. plerique" Pet. Gott. Lov. Lbb. Fabr. Boug. A. Pl. Par. A. Vind. A. Ven. f. *Agendici* Dr. B. Vrat. C. Goth. AB. Hamb. (Bong. C. Pal.) et edd. reliquae (*agendnici* Ber.) usque ad Oud. 2, in qua ex Voss. B. receptum est *Agedici*. *Agedini* Duk. Vind. I. et cum *ci* super *i* Voss. A. Fabr. *agedim* Vind. C. *Agedingi* Voss. C. *Agediuni* Vrat. B. a m. pr. *Agondinci* Dr. A. *Egedinci* Hav. A. *Agednici* Gu. *Agetnici* Pet. Conf. *Agedincum* Egm. *ageduncum* Vrat. A. Petrarchae cod. Hamb. 18, 26 *Agreduicum*. 29 *Ageduicum*, ed. pr. 26 *Agidvicum*, 29 *Agediacum* habet. Cf. adn. cr. ad 6, 44 §. 3.

ut esset] *in civitate sed* Egm. Vrat. A. (*ut esse* a m. pr. Dr. A. In Vind. D. et edd. ante Ven. f. utrumque cum duobus sequentibus vocabulis deest.)

inpedimentis] Par. A. (Bong. A.) non *imp*.

IIII] Bong. A. Pi. Voss. A. Egm. Gott. Fabr. Iu. *IIII*^or Vind. AI. *quattuor* Dr. B. Goth. B. Rom. a. Med. a. Ven. cdef. Ber.

vadi declarandam pertinent, *modo* non idem significare atque *tantummodo* Civ. 1, 62 §. 2, ubi pedites *tantummodo humeris ac summo pectore exstare* potuisse dicuntur, nec verti posse nur apertum est. Non inepte dixeris wenigstens, ut vertit Oehlerus; aptius etiam eben, quam Handius Turs. 3, 630, etsi exempla desint, propriam adverbii vim esse statuit; aptissime gerade noch; ac potest horum unumquodque ad principalem vocabuli significationem revocari. Tamen tutius videtur propter scriptoris usum, de quo cf. adn. ad c. 52 §. 2, interpretari wenn auch nur die Arme.

Cap. 57. §. 1 eo supplemento, quod nuper ex Italia venerat] Hoc si idem est, quod ab ipso Caesare secundum c. 7 §. 5 ex Italia adductum in Helvios convenire iussum erat, cuius deinde cogendi causa Caesar c. 9 §. 1 ab exercitu discessisse dicitur, mentionem eius in copiis Labieno traditis c. 34 §. 2 praetermissam

**legionibus Lutetiam proficiscitur. Id est oppidum Pa-
risiorum, quod positum est in insula fluminis Sequanae.
Cuius adventu ab hostibus cognito magnae ex finitimis 2
civitatibus copiae convenerunt. Summa imperii traditur 3
Camulogeno Aulerco, qui prope confectus aetate tamen
propter singularem scientiam rei militaris ad eum est
honorem evocatus. Is cum animadvertisset perpetuam 4
esse paludem, quae influeret in Sequanam atque illum
omnem locum magnopere inpediret, hic conse-
dit nostrosque transitu prohibere instituit. 58. La-**

quatuor Dr. A. in m. Vrat. ABC. Goth. A. Hamb. Vind. EF. Ven. b. Ald. a. Gr. ab. St. P. Mau. Frell. Turr. *IV* (Par. A.) Ald. b. Lips. Gr. et sqq.

quod positum est] *quod est positum* Hamb. *positum* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. ut c. 58 §. 3: *id est oppidum Senonum in insula Sequanae positum.* Participio alterum praedicatum tamquam pars prioris ad perficiendam descriptionem adiicitur: *quod positum est* magis utrumque per se constans cogitari patitur. Lutetiam Parisiorum esse iam 6, 3 §. 4 dictum est: in insula Sequanae positum esse nunc docetur, ideoque distingui hoc ab illo potuit.

§. 2 finitimis] *finitumis* Oud. 2. tacente Pl.

§. 4 animadvertisset] *animum advertisset* And. Ox. Hav. A. Oud. Cf. adu. cr. ad c. 25 §. 1.

magnopere inpediret] *magno opere imp.* Hamb. *magno imp. opere* cod. Turr. Hav. A. margo Goth. B. margo Gr. a. Cf. adn. cr. ad 1, 13 §. 4. — *inp.* Par. A. (Bong. A.) non *imp.* (*m. mped.* Ven. c.)

a scriptore statuere debemus: sin aliud est, dubium reliquit, quo id duce et quo itinere Agedincum pervenerit. Superest ut supplementum c. 7 et 9 commemoratum, a Caesare inter quattuor legiones, quas Labieno in Senones Parisiosque ducendas dedit, distributum, a Labieno postea rursus ab eis seiunctum et has, quibuscum Lutetiam proficiscebatur, legiones quattuor minus plenas, quam quas a Caesare ducendas acceperat, fuisse putemus.

§. 3 Camulogeno] Hoc nomen, cuius penultimam Baumstarkius sine ratione longam facit, Beckerus, conrector Hadamarensis, in Annalibus *Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft* inscriptis (1851, fasc. 2, n. 15, p. 120) a Camulo, Celtarum *deo magno*, ipsorum lingua *Comhal* vocato, ductum esse docet, qui Marti comparandus cum alibi, tum maxime apud Remos et Veromanduos et Arvernos in honore fuisse videatur. Cf. Zeuss *die Deutschen und die Nachbarstämme* p. 33.

§. 4 perpetuam esse paludem] non intermissam locis solidis, quibus transiri facilius posset. Cf. c. 26 §. 2: *palus, quae perpetua intercedebat, Romanos ad insequendum tardabat.*

quae influeret in Sequanam] ut lacus Lemannus in flumen Rhodanum influere dicitur 1, 8 §. 1. Tamen his potissimum ver-

bienus primo vineas agere, cratibus atque aggere palu-
2 dem explere atque iter munire conabatur: postquam id
difficilius confieri animadvertit, silentio e castris tertia
vigilia egressus eodem, quo venerat, itinere Metiosedum

Cap. 58. §. 1 cratibus] *cratibusque* Dr. A. Cf. adn. ad c. 40 §. 6.

§. 2 confieri] *cumfieri* Par. A. *cum fieri* Gott. Dr. A. Gu. Vind. BC. *fieri* Carr. cod. Turr. Brant. „8 mei" Pet. Egm. Lov. Bong. C. Pal. Dr. B. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. EFl. edd. ante Ald. margo Frell. *Confieri*, pro quo Lindenbrogius in schedis Hamburgi asservatis *confici* scribebat, agnoscit Bentleius ad Terent. And. 2, 1 v. 5 satisque tuentur exempla a Forcellino collecta, quibus addatur Taciti Ann. 15, 59 *multa experiendo confieri, quae segnibus ardua videantur.*

tertia] *de t.* Goth A. Cf. adn. ad 5, 9 §. 1.

Metiosedum] Cum non solum h. l. et §. 6 et c. 60 §. 1, quibus locis Dav. Cl. Oud. cum Aldo et sqq. usque ad Scal. *Melodunum* et *Meloduno* scripserunt, sed etiam c. 61 §. 5, ubi cum Aldo et sqq. omnibus *Metiosedum* exhibent; unum idemque oppidum a scriptore significatum esse probabile sit, qua de re cf. adn. ad c. 61, omnibus his locis unum idemque nomen ab eo positum esse consentaneum est, idque secundum codices non *Melodunum*, sed *Metiosedum* videtur fuisse, quemadmodum Scaliger et Graevius ubique scripserunt. Ita legitur h. l. in Ox. Par. B. Vind. A. (in hoc *Meci*) et §. 6 in Ox. Leid. A. S. Cu. Pet. Hav. A. Vind. A. et 60, 1 in Bong. A. (*metio sedo* Pl.) And. Ox. Leid. A. S. Cu. Par. B Hav. A. (*mediosedo* Wh.) Vind. A. marg. Pet. et 61, 5 in Bong. A. And. Ox. Leid. A. S. Cu. Pet. Hav. A. Vind. A. Dr. A. (in hoc *Meti* inter versus.) Atque hoc extremo loco ceterorum lectiones eodem spectant: „alii *Ettosedum*. *Eliosedum* et *Glosedum*. Al. *Iosedum*." *Mellosedum* Par. A. *Medosedum* Ort. *Ettosedum* cum *i* super o Voss. A. *et losedum* Egm. Vrat. A. *et iosedum* Lov. Pal. Vrat. C. Goth. B. Vind. E. *et Iosedum* Vind. D. Rom. a. Med. a. Ven. b. Ber. *et liosedum* Hamb. *et Iosdem* Ven. cde. *Iosedum* „Cu. sed delevit ipsemet" Fabr. Brant. Ven. f. margo Gr. a. et Vasc. (et Frell.) *Elescedum* Dr. B. *Elesedum* Goth. A. Vind. F. *Edosedum* Gott. Vrat. B. Gu *Glosedum* Bong. C. Vind. Cl. *osedum* Vind B. Sed 60, 1 Oud. de reliquis praeter septem illos tacet, *Medodone* habent Voss. A. (Fabr.) Par. A. Dr. B. *Mellodone* Gott. Lov. sec. Heins. Dr. A. Vrat. B. Gu. Vind. B. *Melo-*

bis inductus Reichardus in libello *Geographische Nachweisungen* etc. inscripto p. 10 sq. hanc paludem Matronam flumen fuisse statuit, quaedam pro certis ponens quae vel falsa vel incerta sunt, ut Labienum a dextra Sequanae parte iter fecisse, qua de re cf. adn. ad c. 59. §. 5, inter Matronam autem et Sequanam confluentes atque Lutetiam paludes nullas fuisse, alia incredibilia pro verisimilibus habens, ut Labieno Matronam flumen propter lenitatem, qua flueret, vel re vera esse paludem vel interim eo nomine appellandum esse visum, Caesarem vero haud dubie flumen agniturum fuisse.

pervenit. Id est oppidum Senonum in insula Sequanae

done Lov. sec. Torr. Hamb. Vind. FI. *Melledone*, a m. sec. o super *ed*, Goth. A. *Meodone* Bong. C. Vind. C. *Melidune* Egm. Vrat. A. *Meledohe* Pal. *Meleduno* Goth. B. Vind. E. edd. ante Ald. *Meluduno* Vrat. C. *Molleduno* a m. sec. margo Vrat. B. *Melloduno* Pet. *Meloduno* Ald. et sqq. exceptis In. et Gr. Et 58, 6 „pro *Meloduno* habent aliqui *Melodone* et *Medodone*" *Melodone* Lov. sec. Torr. (Fabr.) Bong. C. Vind. Cl. *Meleodone* Lov. sec. Heins. *Maludone* Hamb. *Medodone* Voss. A. Vrat. C. Goth. B. *m dodone*, a m. sec. *e* super lacuna, Par. A. *Medoddone* Pal. *dodone* Gott. *Camulogeno* Dr. B. Goth. A. Vind. F. *Camulogiuno* a m. sec. margo Dr. A. *Melliduno* Egm. Vrat. A. *meleduno* Rom. a. Med. a. Ven. bf. Ber. *Meduno* Ven. cde. *Melloduno* Bong. A. Dr. A. Vrat. B. Vind. B. *Meloduno* edd. eaedem, quae 60, 1. Hac autem §. 2 Oud. praeter Ox. unum Leid. A. nominatim citat, qui *Meodunum sedum* habeat, de ceteris rursus in universum „MSS. *Mellodunum*, *Meledunum*, *Miladunum* etc." refert. Et *Mellodunum* habent Ort. (Fabr.) Bong. A. Par. A. Hav. A. Vrat. B. et a m. sec. Voss. A. et Dr. A. et ed. Inc. *Melledunum* Pet. Gott. Goth. A. Gu. Vind. B. et a m. pr. Voss. A. et Dr. A. *Mellidunum* Egm. Vrat. A. *Meledunum* Lov. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. EF. edd. ante Ald. *Melodunum* Ald. etc. *Meledunam* Hamb. *Meledunium* Pal. *Vellodunum* Bong. C. Vind. C. *Veledunum* Vind. I. Denique Petrarcha, qui semel (18, 24) nomen oppidi memorat, secundum cod. Hamb. *Moledunum*, secundum ed. pr. *Melodunum*, Metaphrastes autem h. l. *Νοβιόδουνον*, reliquis locis *Μελοδούνου*, *Μελοδούνῳ*, *Μετιόσηδον* posuit. Quae cum ita sint, si tantum secundum codices agendum putamus, h. l. et §. 6 *Mellodunum* et *Melloduno*, c. 60 et 61 *Metiosedo* et *Metiosedum* scribere debemus: si simul probabilitatis rationem habemus, eos libros sequemur, qui omnibus locis eandem scripturam exhibent et in quam secundo totum genus, tertio etiam alterius generis principem, quartu pene omnes simili ad verum progressu atque 1, 5 §. 3 et 6, 4 §. 1 notavimus, consentire videmus, et quam a librariis in alteram mutatam esse multo magis, quam ipsam ex altera originem ducere verisimile est. Nam *Metiosedum* nomen nusquam alibi occurrit, *Meledunum*, *Milidunum*, *Meglidunum* et his similia ab Hadr. Valesio Notit. Galliar. p. 334 congesta recentioris aetatis nomina sunt eius oppidi, quod hodie *Melun* vocatur, quod positum in insula Sequanae mirum non est si librariis et a Caesare significatum et aliquo eiusmodi nomine appellatum esse videbatur. Longissime vero a codicibus pariter atque a probabilitate aberrabimus, si omnibus locis *Melodunum* scribemus, quod Vkerto Gall. p. 477 do codicibus omnino a Davisio, Clarkio, Oudendorpio non satis edocto et Nipperdeio falsa de interpolatis opinione imbuto placuit.

Cap. 58. §. 1 vineas agere] Cf. adn. ad 2, 12 §. 3 et 5. Perperam Hausius genus aliquod fossarum interpretatur, quibus aquae ex palude deducantur.

conabatur: postquam] Cf. 5, 6 §. 4.

4 positum, ut paulo ante de Lutetia diximus. Deprehensis navibus circiter quinquaginta celeriterque coniunctis atque eo militibus iniectis et rei novitate perterritis oppidanis, quorum magna pars erat ad bellum evocata,
5 sine contentione oppido potitur. Refecto ponte, quem superioribus diebus hostes resciderant, exercitum traducit et secundo flumine ad Lutetiam iter facere coepit.

§. 3 de Lutetia] *Lutetiam* And. Ox. Ald. et sqq. exceptis Vasc. St. Gr. b. (Frell.) in quo praeter codicum auctoritatem nihil desiderandum videtur.

§. 4 Deprehensis] *deprensis* Voss. AC. Egm. Gott. Par. A. Vrat. AB. Gu. inc. et sec. Oud. Bong. A. de quo Pl. tacet. Cf. 5, 45 §. 1. 58 §. 5. 7, 52 §. 2. *depressis* Ox. (*depraeh.* Med. a. Ven. bede.)

iniectis] *ineiectis* Leid. C. *inrectis* V. C. Vrs. „ut fortasse *traiectis* legendum sit" Vrs. Not. *impositis* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. In Hamb. a m. sec. *al. re* super *in* scriptum est. *Impositis* usitatius, sed idem ieiunius est. *Iniectis* probabat Lindenbrogius.

erat ad bellum] *ad b. er.* Ox. Leid. A. Pet. Hav. A. Vind. A. Oud. tacente Pl. Id cur Oud. praetulerit, nescio: mihi *ad bellum evocata* rectissime coniungi videntur.

§. 5 secundo flumine] *secundum flumen* N. testante ad c. 60 §. 1 Davisio.

§. 4 coniunctis] Cf. adn. ad 4, 17 §. 9. Scilicet diversis, etsi forte non multum distantibus inter se locis deprehensae erant.

rei novitate] Vel quod paulo ante secundo flumine Romanos ad septentrionem versus proficisci et se suumque oppidum praeterire vidissent, vel, si plures intercesserant dies, quod ad Lutetiam bellum cum eis geri existimarent. Nam noctu ad eos venisse Labienus non videtur, omnino autem ad se veniri aut navibus se peti novum et praeter exspectationem accidere non poterat iis, qui ad bellum essent evocati pontemque rescidissent. Cf. 6, 39 §. 3: *Nemo est tam fortis, quin rei novitate perturbetur.*

§. 5 Refecto ponte] Metiosedum item, ut Lutetiam, duo vel plures pontes habuisse verisimile est, sed unus tantummodo ad eam ripam qua ierat redieratque Labienus, pertinens ab oppidanis rescissus a Labieno per milites in naves iniectos oppido potito refectus videtur.

secundo flumine] ita, ut flumen eandem secum regionem petens suique itineris quasi comitem haberet. Quod ipsum terrestre fuisse consentaneum est. Aliter Petrarcha 18, 25: *Inde super amnem refecto ponte copias transfert atque illis terrestre iter agentibus ipse secundo fluminis alveo Lucetiam repetit.* Sic sane *naves* c. 60 §. 1 *secundo flumine progredi* dicuntur; sed hoc de Labieno dictum ita accipiendum, ut illud c. 61 §. 3: *magnum ire agmen adverso flumine.* Neque omnino verum est, quod Hotomannus putat, planius fuisse *secundum flumen.* Ita enim iter facere dicitur is, qui ipse flumen sive secundum sive adversum sequitur et ab eo non discedit. Cf. c. 34 §. 2: *sex* (legiones) *ipse*

Hostes re cognita ab iis, qui Metiosedo profugerant, Lutetiam incendi pontesque eius oppidi rescindi iubent; ipsi profecti a palude ad ripas Sequanae e regione 6

§. 6 iis] *hiis* Gott. Vrat. ABC. Hamh. *his* Voss. A. Fabr. Par. A. Hav. A. Dr. AB. Gu. Vind. ABCFI. Ven. cdef.

qui] Bong. A. Voss. A. Leid. A. „aliique“ Pet. Consl. Hav. A. Dr. A. Vind. AB. St. Eius loco in Gott. vacuum est spatium, *qui de* Vrat. B. *quia* reliqui et edd. praeter St. omnes. Ferri id quoque potest, sed secundum codices pro glossemate habendum est.

Metiosedo] Cf. adn. ad §. 2.

profugerant] Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. *profugerunt* Pet. Consl. *fugerant* „MSS. plerique“ Voss. A. Gott. Egm. Lbb. Bong. AC. Pal. Carr. cod. Turr. Par. A a m. sec. (*fugerent* a m. pr.) Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. BCEI. edd. ante Ald. Cf. adn. cr. ad c. 40 §. 3.

incendi] *incendunt* Pet. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Oud. 2. cui sequens *ipsi* obstat.

profecti a] Cu. S. Pet. Leid. A. Par. B. Vind. A. Vasc. St. Gr. b. (Frell.) *p. ab* Hav. A. Gr. a. Turr. *profecti* And. Ox. Ald. ab. P. Man. Lips. Iu. Gr. Dav. Cl. *perspecta* „duo alii“ cod. D. Voss. Carr. Brant. cod. Turr. Gott. Fabr. Lbb. *prospecta* „reliqui“ Voss. A. Egm. Lov. Bong. AC. Pal. Par. A. Gott. Wh. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. BCDEFI. edd. ante Ald.

ad ripas] „mei MSS. Bong. Vossiani, Lovan. et 5 alii“ cod. Ciacc. Brant. Bong. C. Pal. Par. A. Gott. Wh. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. BCDE. edd. ante Ald. Turr. *in ripas* Hav. A. Vind. AF. *in ripa* Leid. A. *in ripis* Ald. et sqq. excepta Turr. Male Ciacconius legendum putabat *protecti palude ac ripis*. Ripis enim protegi Galli omnino non poterant. Non magis iis palus illa, cuius transitu prohibuerant Romanos, cum hi in alteram Sequanae ripam transissent, munimentum praebere poterat, neque de alia sermo fuit. Tamen *protecti palude* etiam Vossio et Oudendorpio non improbabile visum est, eandemque in sententiam, sed aliquanto durius, Thomas Bentleius *obiecta palude* scribendum censuit, Nipperdeius vero *proiecta palude* scripsit, quasi paludem Galli sicut aggerem aut crates secum duxerint. Considebant enim, inquit, post paludem, ut et Sequana et palude defenderentur. Quod quomodo fieri potuerit, ut iidem *post* paludem et ad Sequanae ripas *contra* Labieni castra considerent, non apparet. Sed omnis eius disputatio talis est, ut dubium sit, utrum serio, an aliter loquatur. Non recte *profecti a palude* edi ait. „Nam ex iis, quae c. 57 et paulo ante narrantur, apparet paludem, quae hic commemoratur, aut in utraque ripa Sequanae fuisse aut in ea tantum, quae Lutetiae erat contraria.“ In utraque ripa palus neque propterea, quod perpetua dicitur, neque aliam ob rem, quae

in Arvernos ad oppidum Gergoviam secundum flumen Elaver duxit. Si igitur h. l. scriptum esset *secundum flumen*, ei quidem errori, in quem incidit Petrarcha, occursum, sed minus cautum esset, ne Metiosedum Labienus non secundum flumen iter fecisse, sed alia via pervenisse videretur.

Lutetiae contra Labieni castra considunt. 59. Iam Caesar a Gergovia discessisse audiebatur; iam de Haeduorum defectione et secundo Galliae motu rumores ad-

supra commemorata sit, fuisse videri potest, sed fuit haud dubie in ea, qua primum iverat Labienus. Lutetiae autem oppido in *insula* Sequanae posito utraque fluminis ripa pariter erat contraria. „Vtrum igitur verum est, id constat, hostes, cum a Lutetia in adversam ripam transirent, a palude non esse profectos. Sive enim palus in adversa ripa erat, ad paludem potius proficiscebantur, sive in utraque, a palude non discedebant" Hostes in adversam ripam transisse nusquam dicuntur, sed contra Romanos, qui transierant, ad ripas Sequanae e regione Lutetiae consedisse. Quem locum pariter atque eum, in quo postea proelium commissum est, in eadem fluminis parte atque paludem fuisse liquet. Iterum enim Sequanam transgressi Romani et eandem in partem, quam propter paludem cum altera commutaverant, reversi obvios hostes habuerunt. V. c. 62 §. 1. Hos igitur Nipperdeius et ipsos bis Sequanam transisse et scriptorem utrumque transitum silentio praeterisse credidit. Et tamen ex hoc, quod temere posuit, concludi id, quod voluit, nisi sublato inter paludem, quae in ripa est, et ripam, in qua est palus, discrimine non potest. Tam futilibus argumentis impugnatam scripturam eo magis mirum est Seyfferto, Doberenzio, Kranero, deserendam et secundum Nipperdeium mutandam esse visam, quo aptiorem illa et planiorem sensum praebet. Quam qui exhibent libri, si interpolati sunt, certe non sunt absurde interpolati. Ac Doberenzio quidem, qui de alia palude cogitasse videtur (vertit enim *da ein Sumpf zu ihrem Schutze vorlag*, cum Seyffertus posuerit *so dass sie den Sumpf vor sich haben, der sie schützt*, Kranerus *so dass sie den Sumpf als einen Schutz vor sich hatten*) ipsam codicis optimi scripturam tenere licebat hac adhibita interpretatione: *da sie einen Sumpf vor sich sahen*, vel hac: *da sie für einen Sumpf gesorgt hatten*. Et re vera Lindenbrogius *prospecta palude ad ripas* legit. Ceterum quod Oud. *in ripis* contra codices tenens idem esse dicit, quod *ad ripas* „uti saepissime *in undis* pro *ad undas*" hoc qua mente dixerit, ex eius adn. ad Lucani 8, 862 colligi potest: parum accurate dictum esse Handius docuit Turs. 3, 251.

Labieni castra] *L. contra* Bong. A. Pl. *Labienum* Ox.

Cap. 59. §. 1 a] om. Leid. A. Pet. Hav. A. Vind. A.

Gergovia] *Gergobia* „MSS. multi" Voss. A. Egm. Gott. Bong. A. Par. A. Vind. B. et ante corr. ut videtur, Dr. A. Gr. b. *Gargobia* Vrat. A. *Gergonia* Bong. C. Vind. C. et a m. pr. Vrat. B. et Goth. A. Ber. Ven. f. *gorgouia* Rom. a. *Gorgonia* Vind. I. et a m. sec. Vrat. B. Med. a. Ven. bcde. Cf. adn. cr. ad c. 4 §. 2.

§. 6 contra Labieni castra] Labienum, qui modo iter ad Lutetiam facere coepisse dictus est, et pervenisse eo, quo tendebat, et castra e regione Lutetiae posuisse his verbis scriptor ita docet, ut manum festinantem et a legato ad imperatorem relata corripientem non possis non agnoscere.

Cap. 59. §. 1 et secundo Galliae motu] Recte Hotomannus Nunc

ferebantur, Gallique in conloquiis interclusum itinere et Ligere Caesarem inopia frumenti coactum in provinciam contendisse confirmabant. Bellovaci autem defe- 2
ctione Haeduorum cognita, qui ante erant per se infi-

ndferebantor] . . . Fabr. Par. A. (Bong. A.) Vrat. A. non *aff.* (*afferreb.* Hamb.)

couloquiis] Voss. A. Egm. Gott. Par. A. (Bong. A.) Vrat. A. non *coll. colloqui est* Vind. A.

Ligere] Boug. A. Pl. Hav. A. Vind. A. Vrat. B. cod. Petr. 18, 26. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Lips. In. Gr. Dav. Cl. *Ligeris* Hamb. *legeri* Gott. Wh. *Ligi* Vind. F. *Ligeri* „Voss. A. Egm. 6 alii" (Par. A.) Confl. Gn. Vind. E. cnm reliqnis a me coliatis, ed. pr. Petr. edd. reli. Cf. adn. cr. ad 3, 9 §. 1.

§. 2 autem] om. Ox. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A.

qui] *quia* „Voss. A a m. pr. Egm. Lov. qnatnor alii" Gott. Egm. Fabr. (taceus de Voss. A.) Pal. Par. A. Dr. B. Vrat. AC. et a m. pr. B. Goth. B. Hamb. Gn. Vind. E. „*qui quia* leg. *qui*

secnndnm, inqnit, motom Galliae dicere videtur, non nnmero et ordine: sed eventu et successn. Sed quod argnmenti loco addit „Nam multo plures Galliae motns, et rebelliones fnerant" nihil ad rem facit. Etiam si re vera numero secnndns fuisset (et poterat alicni initio anni motnm a Vercingetorige bellum primns, defectio Haeduorum secundns hnins anni motns Galliae videri), tamen non eo nomine appellari, sed antecedentis ratione habita *novus* vel *auctus*, ut c. 63 §. 1 defectione Haeduorum cognita bellum *augeri* dicitnr, dici debuisset. *Secundum* autem eo sensu, quem vidit Hotomannus, qno proelia saepins, rernm proventus supra c. 29 §. 3 *secundi* vocantur, Galliae motum dicens scriptor non suum de eo iudicinm pronnntiat, sed qualem rumores ad Labienum allati tnlerint, ostendit.

in conloqniis] qnae Romani certins de rnmoribns cognituri cnm pacatis institnerent. Aliter Franc. Wagnerus: Auch versicherten die Gallier die, welchen sie von den Unsrigen begegneten, daß Cäsar etc. Nec melius Lippertus: dies war das allgemeine Gespräch, man versicherte allgemein.

interclnsum itinere et Ligere Caesarem] Cum in provinciam contendisse Caesar diceretur, non *omni itinere*, ut Varro Civ. 2, 20 §. 7, *interclusus* dici poterat, sed eo, quo ad Labiennm pervenire posset, in quo Liger erat transeundns. Itaque Kranerus *et Ligere* ad definiendnm iter additum putare et hnnc locum comparare cum 2, 22 §. 1 et similibns potnit. Sed tamen in concisa hnius loci brevitate amplins quid significatum et, quoniam *itinere interclusus* incertnm est, ntrnm ingrediendi, an conficiendi itineris facultate privatns sit, *Ligere interclusus* antem haud dubie is est, qui adire ad Ligerem enmque transire nequit, additum hoc eo consilio videtur, nt Caesar a Gergovia discedens iter ad Labienum ingressns ad Ligerem pervenire non potnisse demonstraretur. Simnl Ligeris commemoratio ndmonet eornm, quae c. 55 §. 9 et 10 de exclndendis ab re frumentaria Romanis dicta sunt, nt etiam *inopiae frumenti*, qua Caesar coactns in provinciam contenderit, ratio hoc addito reddi videatnr.

deles, manus cogere atque aperte bellum parare coe-
3 perunt. Tum Labienus tanta rerum commutatione longe
aliud sibi capiendum consilium atque antea senserat,
4 intellegebat neque iam ut aliquid adquireret proelioque
hostes lacesseret, sed ut incolumem exercitum Agedin-
5 cum reduceret, cogitabat. Namque altera ex parte Bel-

iam H“ Fabr. „unde recte Ill. Heinsius coniecit *qui iam ante*, quomodo saepe alibi Caesar scribit cum ceteris auctoribus“. Oud. Huc tamen loco *quia*, si errore factum est, ex sequenti *ante*, aut a critico pronomen moleste ferente, quod simili de causa 8, 4 §. 1 in *quia* mutatum est, originem ducere verisimilius videtur; et recte Oud. Heinsii coniecturam quamvis hominis causa, ut opinor, laudatam secutus non est.

§. 3 Tum] *cum* „MSS. 10“ Voss. A. Egm. Gott. Lov. Bong. AC. Par. A. Pal. Dr. B. Vrat. AC. Goth. AB. Hamb. Vind. CEFI. Et Vind. F. etiam in margine *al. cum* habet. Eodem errore §. 5 „MSS. 8“ Voss. A. Egm. Gott. Lov. Bong. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. A. Hamb. Gu. et a m. sec. Goth. A. pro *tum* exhibent *cum*, quod etiam Lindenbrogius utroque loco legit.

§. 4 adquireret] Egm. Fabr. (Bong. A.) Par. A. non *acq. aquir.* Vind. B.

ut] om. Dr. B.

Agedincum] „MSS.“ Bong. A. Pet. Fabr. Ven. f. *Agednicum* Pet. Cousl. *agendnicum* Ber. *agedu cum* Vind. A. *Agendicum* Ald. et sqq. et cum *e* super *a* Goth. A. *Agedicum* Oud. 2. *Egen-*

§. 2 qui ante erant per se infideles] De verbi modo et tempore cf. adn. ad c. 1 §. 3 et ad c. 44 §. 1. Pronomen autem relativum non ad Haeduos, qui proxime nominati sunt, sed ad Bellovacos pertinens quam habeat rationem, cum ex iis, quae ad 5, 1 §. 1 et ad 7, 44 §. 2 notavimus, tum his ex locis intelligi potest: Civ. 3, 94 §. 1: *Eodem tempore tertiam aciem Caesar, quae quieta fuerat et se ad id tempus loco tenuerat, procurrere iussit.* Ib. 2, 25 §. 6: *Interim adventu longarum navium Curio pronuntiare onerariis navibus iubet, quae stabant ad Vticam numero circiter CC., se in hostium habiturum loco qui* etc. Ib. 3, 3 §. 1: *Pompeius vacuum spatium ad comparandas copias nactus, quod vacuum a bello atque ab hoste otiosum fuerat, magnam — classem coëgerat.* Afr. 63, 1: *Caesar interim celeriter per nuntios in castris, cum opera circumiret, certior factus, quae aberant a portu milia passuum VI., equo admisso — pervenit Leptim.* Denique, qui proxime ad hunc accedit, Gall. 8, 4 §. 1: *Caesar militibus pro tanto labore ac patientia, qui brumalibus diebus — studiosissime permanserant in labore, ducenos sestertios — pollicetur.* Atque ipso hoc loco verti potest sie, die vorher auf eigne Hand ungetreu waren. Cf. Drakenb. ad Liv. 4, 58 §. 4.

§. 4 ut aliquid adquireret — cogitabat] *Vt* h. l. non solum adverbium, sed coniunctionis vi praeditum esse ex 5, 57 §. 1 colligi potest, ubi de eodem Labieno sermo est: *de suo ac legionis periculo nihil timebat; ne quam occasionem rei bene gerendae dimitteret, cogitabat.*

lovaci, quae civitas in Gallia maximam habet opinionem virtutis, instabant, alteram Camulogenus parato atque instructo exercitu tenebat; tum legiones a praesidio at-

dicum Dorv. et Gott. sec. Oud. Voss. A. et Gott. sec. Fabr. Med. a. Ven. bcde. *egendnicum* Vind. D. Rom. a. *egendincum* Dr. A. *egedincum* Par. A. Hav. A. Gott. Wb. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Gu. *egednicum* Pal. *egedicum* Vind. F. *egediucum* Vind. I. et a m. pr. Vrat. B. *egiduncum* Dr. B. *Egedrugum* Duk. Vind. C. *et integrum* Egm. Vrat. A. Cf. adn. cr. ad 6, 44 §. 3.

reduceret] *reducere* Pet. Coufl. Hav. A. Goth. A. *reduceret* cum reliquis Egm. Fabr. ex quo codice Oud. *lacesseret* refert deceptus adscripto in Fabr. *lacesceret*, quae non huius, sed proxime praecedentis verbi *lacesseret* varietas est communis codici illi cum Dr. A.

§. 5 instabant] *instabat* „MSS. 8" Voss. A. Egm. Gott. Par. A. Pet. Bong. C. Pal. Coufl. Hav. A. Dr. B. Vrat. AC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. ACE. Rom. a. Med. a. Ven. bf. et ante corr. Ald. a. Singularem Caesari vitiosum non esse visum ostendit Civ. 2, 19 §. 5: *Iisdem diebus Carmonenses, quae est longe firmissima totius provinciae civitas, deductis tribus in arcem oppidi cohortibus a Varrone praesidio per se cohortes eiecit portasque praeclusit.* Sed cum per codices liceat, hic rectius posuisse iudicandus est.

tum] *et* Leid. B. De aliis cf. ad §. 3 adscripta.

§. 5 alteram Camulogenus etc.] Medium igitur inter hunc et Bellovacos tum locum tenebat Labienus ita, ut ad septentrionem spectans a dextra Bellovacos, a sinistra Camulogenum sibi imminentes haberet. Ex quo secundum ea, quae in adn. crit. ad c. 58 §. 4 disputata sunt, efficitur ipsum in dextra Sequanae parte castra habuisse, Camulogenum in sinistra contra eum consedisse, primum Lutetiam petentes Romanos in sinistra fluminis ripa iter fecisse falsaque esse quae de palude c. 57 §. 4 statuit Reichardus.

parato atque instructo exercitu] Frustra Lippertus h. l. docet, quid sit *exercitum parare* et *exercitum instruere*. Nam haec participia instar adiectivorum et ablativi non absoluti sunt, sed instrumentum significant, ut apud Livium 8, 30 §. 4: *exercitu instructo paratoque profectus ad Imbrinium (ita vocant locum) acie cum Samnitibus conflixit*. Ad quid paratus et quo instructus exercitus fuerit, res ipsa indicat, nec minus perspicua haec, sed breviora tantum sunt, quam illud 5, 5 §. 2: *reliquas* (naves) *paratas ad navigandum atque omnibus rebus instructas invenit.* Cf. 3, 14 §. 2: *circiter CCXX. naves eorum paratissimae atque omni genere armorum ornatissimae.*

a praesidio] Hoc alii supplementum, quod nuper ex Italia venerat, Agedinci impedimentis praesidio relictum a Labieno (c. 57 §. 1), alii Agedincum ipsum interpretantur. Ac de militibus ut cogitemus, legionum, quae in expeditione erant, commemoratio suadere additumque *atque impedimentis* demonstrare, quo pertineat praesidium, videtur. Sed Agedincum quoque paulo ante commemoratum est, et a flumine obiecta difficultas aptius significatur, si ab hoc ipso, quam si a

que impedimentis interclusas maximum flumen distine-
6 bat. Tantis subito difficultatibus obiectis ab animi virtute auxilium petendum videbat. 60. Itaque sub vesperum consilio convocato cohortatus, ut ea, quae imperasset, diligenter industrieque administrarent, naves, quas Metiosedo deduxerat, singulas equitibus Romanis attribuit et prima confecta vigilia IIII. milia passuum secundo flumine silentio progredi ibique se exspectari

Cap. 60. §. 1 Itaque] And. Ox. Cn. S. Pet. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. om. „reliqui“ Voss. A. Egm. Gott. Lbb. Pet. Boug. C. Pal. Confl. Bong. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gn. Vind. BCDEF. edd. aute Ald. Paulo minus aegre id desideraretur, si sequentium verborum alins ordo et *convocato* participium aute *sub vesperum* positum esset: — *videbat. Sub vesperum* etc. edi a Caesare potuisse non videtur.

consilio] „Boug. A. Voss. A. Egm. Lov. et 5 alii“ Lov. et Gott. sec. Fabr., quod de Voss. A. et Egm. tacet, Pet. et Pal. sec. Confl. Hav. A. (Par. A. et Gott. Wh.) Vind. F. et plerique a me collati. *concilio* Goth. A. Vind. A. inc. sec. Elb. Ald. et sqq. usque ad Oud. excepta Gr. Idem legisse videtur Met. *ἐκκλησίαν ὑπὸ τὴν νύκτα ἐποιήσατο* interpretatus. Cf. adn. cr. ad 1, 40 §. 1 et ad 2, 10 §. 4.

militibus quibusdam interclusae distineri legiones dicuntur.

maximum flumen] Spencerus, Americanus a 1850 Commentariorum de bello Gall. editor, flumen illo tempore ex nivibus crevisse dicit, idque Sequanae haud dubie item, ut Ligeri (c. 55 §. 10) accidere potuit. Sed tamen per se quoque *maximum flumen* vocari Sequana eadem ratione potuit, qua Rhenus 1, 2 §. 2 agrum Helvetium a Germanis dividens *latissimus atque altissimus* vocatur.

Cap. 60. §. 1 Itaque] Hoc non tam ad verbum finitum *attribuit*, quam ad *cohortatus* participium spectat et unde profecta sit cohortatio, demonstrat. Cf. 3, 20 §. 2: *P. Crassus — non mediocrem sibi diligentiam adhibendam intellegebat. Itaque re frumentaria provisa auxiliis equitatuque comparato, multis praeterea viris fortibus — evocatis in Sontiatum fines exercitum introduxit.*

sub vesperum] Cf. adn. crit. ad 2, 33 §. 1. Non temere Labienus sub vesperum demum et paulo ante, quam facienda essent quae fieri vellet, consilium convocasse ineoque naves equitibus attribuisse et reliqua constituisse atque imperasse dicitur. Cavebat enim quantum poterat, ne quid consilii sui hostibus enuntiaretur.

singulas equitibus Romanis attribuit] *Singulas* non cum Sincero ſammt und ſonders, aut cum Fr. Wagnero interpretandum esse alle manifestum, illud vero dubium est, num distributivum ad *naves* appositum cum *equitibus* sit communicandum, ut Heldius et Oehlerus volunt, quorum alter vertit er theilt jedes Schiff Einem eques Romanus zu, alter ante *equitibus* audiri iubet *singulis*. Quibus enim locis semel positum illud bis cogitari debet, ii fere nullam dubitationem admittunt, quin ita intellegendi sint; ut infra c. 89 §. 5: *ex reliquis captivis toto exerci-*

**iubet. Quinque cohortes, quas minime firmas ad dimi- 2
candum esse existimabat, castris praesidio relinquit;
quinque eiusdem legionis reliquas de media nocte cum 3
omnibus impedimentis adverso flumine magno tumultu
proficisci imperat. Conquirit etiam lintres: has magno 4
sonitu remorum incitatas in eandem partem mittit. Ipse
post paulo silentio egressus cum tribus legionibus eum
locum petit, quo naves appelli iusserat. 61. Eo cum**

quas] *qui* Vind. C. Vulgo additam *a* praepositionem (in Gr. sine auctoritate *è* scriptum est) secundum Bong. A. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. St. („Edd. qdd." Oud.) eadem ratione, qua c. 58 §. 6, delendam putavi.

Metiosedo] Cf. adn. cr. ad c. 58 §. 2.

singulas] *singulas singulis* Hamb.

exspectari] *exspectare* Vind. A. Turr. Cl (*exportari* Voss. B. *exp.* Bong. A. Pi. Par. A. et corr. Vrat. B.)

§. 3 imperat] *iubet* Dr. B. Goth. A. Vind. F.

§. 4 post paulo] *paulo post* Vind. A. Leid. A. Goth. A. et corr. (*pōst páulo*) Hav. A. *post paulum* Lov. „et 3 alii cum Edd. pp. male." Pal. Dr. A. Vrat. BC, Goth. B. Hamb. Gu. Vind. D. edd. ante Ald. *primo paulum* Gott. *primum paulum* Leid. C. Hoc *paulum* neque adeo contemni ab Oud. neque vero praeferri et in ordi-

tui capita singula praedae nomine distribuit. et quos Gronovius ad Liv. 39, 19 §. 4 citavit. Hoc vero loco mihi obstat, quo minus naves Labienus non cunctas uni tamquam classis duci aut pluribus pari in omnes imperio tradidisse, sed singulas equitibus Romanis vel singulis vel pluribus attribuisse putetur. Cf. 3, 14 §. 3: *neque satis Bruto, qui classi praeerat, vel tribunis militum centurionibusque, quibus singulae naves erant attributae, constabat, quid agerent, aut quam rationem pugnae insisterent.* quo loco non magis in *quibus*, quam hoc in *equitibus*, audiri necesse est *singulis*. Praeterea cf. adn. ad c. 61 §. 2. Ceterum ut a Bruto tribunos centurionesque, ita a Labieno equites Romanos navibus praefectos etiam ad consilium adhibitos eumque honorem ordini haberi solitum esse verisimile est in iis equitibus, quibus certae rerum gerendarum partes obvenissent, ut Arpineio 5, 27, Trebonio 6, 40 §. 4.

§. 2 relinquit] Cf. adn. cr. ad 5, 2 §. 4, ex qua hoc quoque in consilio fieri potuisse a Labieno intelligi potest.

§. 3 reliquas — proficisci imperat] Infinitivum activa significatione praeditum non aliter nisi passivam formam haberet, Caesari in accusativo cum infinitivo ad *imperat* verbum relato ponere licuisse statuit Madvigius probantibus in adn. ad 8, 27 §. 4 Nipperdeio et hunc ad locum Kranero. Sed formae et auribus scriptorem, qui saperet, aliquid tribuisse, quod significationi non convenire intelligeret, minime credibile est. Nec desunt activae formae in his commentariis exempla, quae ipse Nipp. affert, sed vel emendanda vel negligentiae condonanda putat.

§. 4 Conquirit etiam lintres: has — mittit] Utrumque iam non

esset ventum, exploratores hostium, ut omni fluminis parte erant dispositi, inopinantes, quod magna subito
2 erat coorta tempestas, ab nostris opprimuntur; exercitus equitatusque equitibus Romanis administrantibus, quos ei negotio praefecerat, celeriter transmittitur.
3 Uno fere tempore sub lucem hostibus nuntiatur in castris Romanorum praeter consuetudinem tumultuari et magnum ire agmen adverso flumine sonitumque remorum in eadem parte exaudiri et paulo infra milites na-
4 vibus transportari. Quibus rebus auditis, quod existimabant tribus locis transire legiones atque omnes perturbatos defectione Haeduorum fugam parare, suas quo-

nem recipi debebat ab Whittio. Nam in adn. ad c. 45 §. 5, quo *paulum* damnans Oud. lectorem ablegat, ipse *post paullo* et *post paullum* pariter probat; 50, 6 vero, quem locum conferri iubet Wh., *post paulum* codicum causa pro *post paululum* scribendum fuit, quod huius ad loci scripturam constituendam nihil momenti habet. *Post paulo* recte tuetur Haudios Turs. 4, 495 sq.

Cap. 61. §. 4 tres] *treis* Ald. a. Gr. a. Torr. *tris* Bong. C. Coufl. Oud. sine ado. cf. adn. cr. ad 6, 32 §. 3. (In Dr. B. *in tres partes* desunt.)

in consilio, sed illud, cum primum dimissum esset, hoc de media nocte factum a Labieno videtur.

Cap. 61. §. 1 ut] Cf. adn. ad 2, 23 §. 1.

omni fluminis parte] Cf. adn. ad 5, 15 §. 1. *Partes fluminis* intelligi possunt vel naturales eius divisiones et amfractus vel ab hominibus definitae et descriptae regiones, quarum si in unaquaque exploratores sunt sive in ripis sive in navibus stationem habentes, *omni fluminis parte* dispositi vocari possunt: an allen Theilen des Flusses. Neque vero opus est, ut cum Heldio hos exploratores in altera Sequanae parte, qua venerant legiones, versatos esse statuamus. Opprimi enim etiam sua in parte potuerunt, cum per tempestatem appropinquantes Romanos et navibus transitum tentantes animadvertere non potuissent.

§. 2 equitatusque] Huius mentionem post c. 34 §. 2 nusquam iteratam scriptor h. l. iniecisse videtur partim datae ab equitibus Romanis operae illustrandae, partim ob ipsius usum, quem infra c. 62 §. 9 praestitisse narratur.

quos ei negotio praefecerat] Haec verba in adn. ad 5, 1 §. 1 ita collocata esse docui, ut non impediant, quo minus equites illos Romanos non partem tantum eorum, qui in illo exercitu equestris ordinis essent, sed eos omnes fuisse et praeter eos Labienum nullos eidem ordini adscriptos secum habuisse statuamus. Eo minus superioris capitis §. 1 ante *equitibus* audiendum videtur *singulis*.

§. 3 paulo infra] sc. castra Gallorum sive eum locum, ubi secundum c. 58 extr. consederant, quo tertius hic nuntius *uno tempore* et simul cum reliquis duobus afferebatur ab exploratoribus, quos ipsos ex numero eorum fuisse, qui §. 1 *oppressi* a Romanis dicuntur, in huius verbi ambiguitate suspicari licet.

que copias in tres partes distribuerunt. Nam et praesidio e regione castrorum relicto et parva manu Metiosedum versus missa, quae tantum progrediatur, quantum naves processissent, reliquas copias contra Labienum duxerunt. **62.** Prima luce et nostri omnes erant

§. 5 Nam et] And. Ox. Cu. S. Ald. sqq. excepta Ci. *et* om. reliqui cum edd. ante Ald. et Ci. Eo omisso tripartitae distributionis ratio, quam exspectari *nam* iubet, obscuratur. Etenim *praesidio e regione castrorum relicto et parva manu Metiosedum versus missa reliquas copias contra Labienum duxisse* dici poterant etiam ii, qui in duas partes copias suas distribuissent, quarum in una praesidii causa relicta parva manus illa inesset: nachdem sie eine Besatzung dem Lager gegenüber zurückgelassen und eine kleine Schaar (davon) nach M. hin abgeschickt hatten. Contra *et* praepositi vis ea est, ut praesidium relictum pari atque parvam manum loco habendum esse demonstret, ut iam non possit dubitari, quin duae hae partes distributarum copiarum existimandae sint. Atque hanc Caesaris consuetudinem esse, ut rationem plus quam simplicem redditurus ad ipsum praedoceat, significasse Oud. videtur praetermissione *et* particulae commemorata verbo monens „Sed aliter solet Caesar." Cf. 4, 25 §. 2: *Nam et navium figura* etc. Ib. 31, 2: *Itaque ad omnes casus subsidia comparabat. Nam et frumentum — conferebat et quae gravissime adflictae erant naves, earum materia — utebatur et quae ad eas res erant usui, ex continenti comportari iubebat.* 5, 33 §. 5: *quod — tamen incommode accidit; nam et nostris militibus spem minuit et hostes ad pugnam alacriores effecit.* 6, 34 §. 4: *Nam et praedae cupiditas* etc. 7, 22 §. 2: *Nam et taqueis* etc. Civ. 2, 5 §. 4: *Nam et honesti* etc. 3, 67 §. 4: *Nam et pervenit prius* etc. Ib. 93, 2: *Nam et tela missa exceperunt* etc. 8, 10 §. 1: *Huius munitionis duplex erat consilium. Namque et operum magnitudinem* etc. Alex. 42, 3: *Namque et castella* etc. Hisp. 28, 4: *Etenim et natura loci* etc.

progrediatur] „B. pr. V. pr. Pet. Egm. Lov. Carr. et 4 alii. quod non displicet. (Par. A. Bong. C. Pal. Dr. B. Vrat. AC. Goth. AB. Hamb. Vind. CEI.) *progrediebatur* MSS. 3. Ed. Inc." Gott. Dr. A. Vrat. B. Gu. Vind. F. *progrederetur* Hav. A. Vind. A. et edd. praeter inc. omnes. (*progrederetur* Ven. d.) Cf. adn. cr. ad 5, 58 §. 4.

§. 5 parva manu Metiosedum versus missa] Hanc manum non secundo, sed adverso flumine missam esse cum ex eo intelligitur, quod ita tantum res, quas Galli fecisse dicuntur, ordine respondent iis, quae §. 3 nuntiata hostibus et quae c. 60 §. 2—4 facta a Romanis narrantur, tum ex ipsa re apparet, quod tantum iubetur *progredi*, quantum *processissent naves*, quae aliae esse nequeunt nisi eae, quarum sonitus remorum exaudiri supra relatus est. Quas enim Cellarius Geogr. 1, 167 significari putabat, quattuor milia passuum secundo flumine progredi a Labieno c. 60 §. 1 iussas, eas Galli neque praemissas audiverant neque, si audivissent, copias suas tantum *progredi*, quantum illae *proces-*

2 **transportati, et hostium acies cernebatur. Labienus milites cohortatus, ut suae pristinae virtutis et tot secundissimorum proeliorum retinerent memoriam atque ipsum Caesarem, cuius ductu saepenumero hostes superassent, praesentem adesse existimarent, dat signum**
3 **proelii. Primo concursu ab dextro cornu, ubi septima**

Cap. 62. §. 2 tot] Ita And. Ox. Cn. S. Pet. Leid. A. Hav. A. Vind. A. et, si Plüschkii silentio aliquid tribuendum est, Bong. A. cum Ald. et sqq. Reliquis codicibus Oudendorpii et Parisiensi A. et quindecim meis et editis ante Aldum deest perincommode. Quam enim vim habere poterat secundissimorum proeliorum memoria, si totidem vel plura minus secunda fecerant, quod detracto adverbio confiteri videtur orator?

secundissimorum] *secundis sumorum* Vind. A. *seculis summorum* Pet. sec. Fabr. et Oud. *seculis secundissimorum* idem sec. Confl. Cf. adn. cr. ad c. 3 §. 2.

retinerent memoriam] *tenerent m.* Vrat. C. Goth. B. Vind. I. edd. ante Ven. f. *m. tenerent* Vind. D. Ald. ab. Gr. ab. Vasc. P. Man. (Frell.) Turr. Lips. In. Gr. Dav. Cl. *m. retinerent* Oud. qui sic vel inverso ordine scriptum esse dicit in cod. Vrs. Brant. Boug. A. Voss. ABC. Leid. ABC. And. Ox. S. Lov. Egm. Duk. Gott. inc. Inversum ordinem praebent Brant. Voss. A. Egm. Gott. Lov. et Pet. sec. Fabr. item Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. AB. Goth.

sissent, sed eum locum, quo appulissent, petere vel eo properare iussissent. Quod autem *parvam* manum misisse in eam partem, in qua *magnum* ire agmen nuntiatum esset, et quod *contra Labienum* reliquas copias duxisse dicuntur, eodem pertinet. Non enim adeo eos Labieni consilium fefellerat, ut etiam tum ignorarent agmen illud magnum maximam partem impedimentis constare, Labienum cum legionibus infra Lutetiam flumen navibus transire coepisse. Nam quod Reichardus, de quo ad c. 57 extr. dictum est, qui *naves* easdem, quas Cellarius, interpretatur, *contra Labienum* copias duxisse Gallos ironice dici statuit, cum re vera adverso flumine contra magnum scilicet agmen duxissent, id homini non inepto et ei, qui initium capitis sequentis ante oculos haberet, in mentem venisse mirum est. Iam vero adverso etiam flumine manus versus oppidum nondum supra nominatum mitti a scriptore potuit; qui si c. 58 et 60 in *Mellodunum*, hic autem in *Metiosedum* codices consentirent, hoc Metiosedum iudicari deberet inter Lutetiam et Mellodunum a lectore quamvis non monito collocatum iri sperasse, etsi rectius haud dubie facturus fuisset, si de Metiosedo tacuisset et tenuisset Mellodunum, cuius situm iam demonstrasset, quodque eadem in parte supra Lutetiam positum dubitationem de regione, quā manus illa missa esset, nullam reliquisset. Quoniam vero per codices, ut ad c. 58 docui, licet, hoc ipsum, quod rectius erat, fecisse et ubique unum atque idem oppidum significasse credendus est.

Cap. 62. §. 2 ipsum Caesarem etc.] Cf. 6, 8 §. 4.

§. 3 Primo concursu] Cf. adn. ad 1, 22 §. 1.

ab dextro cornu] Coniuncta verba *ubi septima legio consti-*

legio constiterat, hostes pelluntur atque in fugam con-
iiciuntur: ab sinistro, quem locum duodecima legio te- 4
nebat, cum primi ordines hostium transfixi pilis conci-
dissent, tamen acerrime reliqui resistebant, nec dabat
suspicionem fugae quisquam. Ipse dux hostium Camu- 5
logenus suis aderat atque eos cohortabatur. Incerto 6
etiam nunc exitu victoriae, cum septimae legionis tri-

A. Hamb. Gu. Vind. F. Ven. f., alterum, quem praetulit Oud., Boug. C. et Pet. sec. Confl. V. C. Vrs. Not. Hav. A. Vind. A. St., quae auctoritas sufficere non videtur.

§. 4 duodecima] Bong. A. Pl. Ald. a. Gr. ab. P. Man. Frell. Turr. *XII* „B. pr. Cui. Pet. And. Oxon." Hav. A. Vind. A. Ald. b. Lips. sqq. *V* Duk. *quinta* Bong. C. Vind. Cl. „Reliqui *XV* vel *quinta decima* cum Metaphr. et Edd. pp. Vasc. Steph. aliisque." *XV* Brant. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. F. St. *XV*[a] Lov. Lbb. Vind. E. *quinta decima* Voss. A. Egm. Gott. Par. A. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. Hamb. Vind. BD. *quincta decima* Gu. *quintadecima* edd. ante Ald. et margo Frell. quae cum in ordine verborum habeat *duodecima*, idem Vascosanam habere et Oudendorpium Vasc. pro margino Vasc. posuisse puto. *πεντεκαιδέκατον* Met. Legionem XV. Caesaris in exercitu fuisse Hirtius 8, 54 docet; sed ex iis, quae 6, 32 §. 5 leguntur, Labienum apud eam illa cohortatione, quae §. 2 relata est, uti non potuisse verisimile fit. Itaque tenenda est *duodecima*, de qua cf. adn. ad 3, 1 §. 1.

pilis] And. Ox. Cu. S. Pet. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. *telis* reliqui codices et edd. ante Ald. (*taelis* Goth. A. Med. a. Ven. cdef.) item St. et margo Frell. *βέλεσι* Met. Quod si a Caesare scriptum putamas, aut minus eum accurate, quam alibi, velut 1, 25 §. 3. 52, 2. 2, 23 §. 1. 6, 8 §. 6, scripsisse, aut iaculis quoque, sagittis, tormentis usos esse in acie pugnantes milites legionarios significare voluisse putare debemus. Quorum alterum durum, alterum ineptum est.

§. 6 Incerto etiam nunc] Vulgatam sua aetate Oudendorpius

terat legenti vix dubium esse potest, quin dextrum hoc cornu Romanorum, non hostium intelligendum sit. Accedit quod §. 6 *in sinistro cornu* haec eadem, quae §. 4 *ab sinistro*, geri dicuntur, ut iam dubitationis de loco, quem *ab* significet, reliqui nihil videatur. Ceterum cf. adn. ad 1, 52 §. 5.

§. 4 concidissent] tamquam totidem corpora singularia. Cf. ad 6, 40 §. 7 adscripta.

§. 5 suis aderat] Non videtur Caesar hoc uno loco *adesse* aliter, quam reliquis dixisse. Nam quod *suis* additum est, ex quo illud colligit Kranerus, neque dativus neque pronomen de alia significatione verbi cogitari iubet. Cf. Alex. 26, 3: *auctoritate ea, quae plerumque adest victori.* Pronomen autem ad locum, in quo tum praesens esset Camulogenus, ostendendum necessarium, ipsa vero ducis praesentia non minoris momenti, immo magis memorabilis erat, quam data ab eo opera, quae praesentiam sua sponte sequebatur, quamque deinde declarant verba *atque eos cohortabatur.*

§. 6 Incerto etiam nunc exitu victoriae] *Exitu victoriae* inso-

bunis esset nuntiatum, quae in sinistro cornu gererentur, post tergum hostium legionem ostenderunt signa-
7 que intulerunt. Ne eo quidem tempore quisquam loco
8 cessit, sed circumventi omnes interfectique sunt. Ean-

scripturam *At incerto etiam nunc* tenens *at* deesse MSS. plerisque et Edd. pp. Vasc. Steph. aliisque, *nunc etiam* iisdem in codd. legi, *nunc* abesse a Pet. testatur. Ex Bong. A. Plüschkius nihil h. l. a vulgata discrepans affert, sed deest *at* Pet. Voss. A. Egm. Gott. Bong. C. Pal. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. CDF. edd. ante Ald. St. Gr. b. (Frell.), in Gr. a. Ald. b. Turr. *ac* legitur, *at* habent Hav. A. Vind. A. Ald. a. P. Man. Lips. sqq. Iidem et praeter eos Dr. A. Goth. A. Ven. f. Ald. b. habent *etiam nunc*, Gr. ab St. Frell. Turr. *etiamnum*, Voss. A. Egm. Gott. et, ut videtur, Lov. et Lbb., item Bong. C. Pal. Par. A. Dr. B. Vrat. ABC. Goth B. Gu. Vind. BCE. edd. ante Ven. f. *nunc etiam*: Pet. Fabr. solum *etiam*, Vind. F. solum *nunc* exhibet. *Nunc etiam* ea significatione, quam Handius Turs. 2. 580 non exemplis probatam, sed per se probabilem statuit, *hoc ipso etiam tempore*, non magis h. l. convenit, quam ea, quae a Seyfferto tamquam in vulgus nota proponitur, ſelbſt jetzt noch; quam sive ipsam teneas sive in ſelbſt dann noch mutes, frustra tempus, quod designatum sit, quaeras. Una apta est continuationis significatio, quae non recepta in *etiam nunc* ne ab inversis quidem vocabulis abiudicanda videtur. Sed inversionem inusitatam Caesari placuisse codices non evincunt, ut tutius sit vulgatam hac in parte sequi. Etiam *at* genuinum videri potest, si antecedentium ratio habetur, in quibus demonstratae rerum conditioni id, quod tribuni fecerunt, adversarium et lentius dictum esse et *exitu* potius *proelii* exspectandum fuisse arbitrantes Heldius et Kranerus, rationem dicti alter hanc reddit: Die von Cäsar gewählte ungewöhnliche Ausdrucksweise hat ihren Grund darin, dass der *exitus proelii* eben gerade in dem Siege besteht, welchen die Eine der beiden kämpfenden Parteien gewinnt. Alter interpretatur: wohin der Sieg, der auf einer von beiden Seiten sich ergeben musste, sich neigen würde. Heldius igitur genitivi significationem statuit similem atque c. 65 §. 1, ubi *praesidia cohortium* dicuntur, quae cohortibus constabant, et *exitum* intelligit *exitum proelii*. Non magis id verum, quam si quis c. 28 §. 3 in *angusto exitu portarum* non de extrema portarum parte, sed de oppidi exitu portis constante cogitaret. Et quis nescit multorum proeliorum exitus ancipites fuisse? quod idem obstat Kranero, qui praeterea parum probabiliter victoriam nunc huc, nunc illuc euntem et exitum quaerentem facit, aut verbi notionem eam, qua Horatio *urceus exire* dicitur, contra loquendi usum impertit nomini. Neque vero opus est, ut insolentius locutum Caesarem putemus. Initium victoriae, qua dictione ipse Civ. 3, 94 §. 3 et Hirtius Alex. 76, 1 utuntur, primo concursu ab dextro cornu certum fecerant Romani. Eius deinde progressum ab sinistro interpellaverat hostium virtus. Itaque exitus eius etiam nunc incertus eo sensu dicitur, quo nos dicimus noch immer war es ungewiß, ob ſie auch zuletzt ſiegen würden, vel, quod eodem redit, wer zuletzt ſiegen würde.

dem fortunam tulit Camulogenus. At ii, qui praesidio contra castra Labieni erant relicti, cum proelium commissum audissent, subsidio suis ierunt collemque ceperunt neque nostrorum militum victorum impetum sustinere potuerunt. Sic cum suis fugientibus permixti, 9
quos non silvae montesque texerunt, ab equitatu sunt interfecti. Hoc negotio confecto Labienus revertitur 10
Agedincum, ubi inpedimenta totius exercitus relicta erant. Inde cum omnibus copiis ad Caesarem pervenit.

tale erat, ut in contrariam partem momentum facere posset. Nec proxime sequentia discrepant: *incerto etiam nunc exitu victoriae.* Reddunt enim facti a tribunis rationem. Cf. 2, 23 §. 4: *At totis fere a fronte et ab sinistra parte nudatis castris* etc. At discrepant quae deinde leguntur: *Ne eo quidem tempore quisquam loco cessit.* Quae si *sed* vel *tamen* particulam praefixam haberent, a re diversa transitum ad diversam facere viderentur: nunc verbis *ab sinistro, quem locum* describi coeptam rerum conditionem ita absolvunt, ut nulla contrariam in partem facta significatio praecessisse videatur. Itaque *at* melius abest.

§. 10 Agediucum] „MSS. plerique" Pet. Egm. Lov. sec. Heins. Gott. Fabr. Boug. A. Pl. Par. A. Dr. B et a m. pr. A. Vrat. AC. Goth. B. Vind. B. *Agedincun* cum *m* super ultima Voss. A. Fabr. *agendincum* Dr. A. a m. sec. *agendiucum* Vrat. Ba m. pr. *Agednicum* Pet. Confl. Gu. *Adgedincum* Leid. A. Lov. sec. Oud. Vind. A. *agendnicum* Ber. *agendinum* Vind. C. *Agendicum* Goth. A. Ald. a. sqq. *agedinum* Boug. C. Vind. I. *Agedicum* Oud. 2. *egedincum* Vind. DF. Rom. a. *egedinicum* Vind. E. *egenticum* Med. a. Ven. be. *genticum* Veu. cd. *egednicum* Pal. *Egendin* Dorv. *Eggidicum* Hamb. *geunium* Leid. B. Cf. adn. cr. ad 6, 44 §. 3. inpedimenta] . . . Fabr. (Boug. A.) Par. A. non *imp.*

§. 8 Eandem fortunam tulit Camulogenus] Quemadmodum in aliis loquendi formulis, de quibus ad 4, 32 §. 1 dixi, *ferre* verbum ambiguam significationem habet, ita *fortunam ferre* vel idem, quod pati, tolerare, vel quod consequi, accipere, reportare videri potest. Illud, quod Baumstarkio placuit, tales commendant loci, quails est 3, 22 §. 2, ubi soldurioram haec esse dicitur conditio, ut omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum se amicitiae dediderint: si quid his per vim accidat, aut *eundem casum una ferant*, aut sibi mortem consciscant. 6, 40 §. 3: ut in iugo consistant atque *eundem omnes ferant casum.* Civ. 1, 75 §. 1: ut, quicunque accidisset *casus*, *hunc quieto et aequo animo ferret.* Gall. 3, 8 §. 3: inter se coniurant nihil, nisi communi consilio acturos *eundemque omnis fortunae exitum esse laturos.* Ovid. Fast. 1, 480: *fortuna viriliter — ista ferenda tibi est.* Attamen de Camulogeno ea supra relata sunt, ubi subisse eum eandem cum reliquis fortunam nec sese fugae mandasse aut vivum tradidisse Romanis vix commemorandum, sed aut luculentius aliquid de eius morte dicendum, aut simpliciter, quem ille exitum habuerit, ostendendum fuerit. Itaque re-

63. Defectione Haeduorum cognita bellum auge-
2 tur. Legationes in omnes partes circummittuntur: quan-
tum gratia, auctoritate, pecunia valent, ad sollicitandas
3 civitates nituntur. Nacti obsides, quos Caesar apud
eos deposuerat, horum supplicio dubitantes territant.
4 Petunt a Vercingetorige Haedui, ut ad se veniat ratio-

Cap. 63. §. 4 ut] om. Pet. sec. Oud. (tacente Fabr. et Consl.) Lov. Gott. Voss. C. Dorv. Lbb. Pal. Gu. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. (Viad. BDEFI.) edd. ante Ven. f. Turr. Oud. Omitti coniunctionem recte potuisse Oud. docuit ad 4, 16 §. 3, sed h. l. non omissam a scriptore esse codices quam possunt, fidem faciunt.

ctius Forcellinus hunc locum inter eos refert, quibus altera verbi significatio obtinet, et Seyffertus 1, 14 §. 3 respici iubet, ubi *impune tulisse* legitur. Eodem pertinent dictiones 6, 4 §. 5 *eadem ferunt responsa.* ib. 21, 4 *maximam inter suos ferunt laudem.* Alex. 32, 2 *dignum adveniens fructum virtutis et animi magnitudinis tulit.* Ovidii Fast. 1, 60: *illis nam Roma diebus Damna sub adverso tristia Marte tulit.* et quae similem atque haec dubitationem admittant, Civ. 1, 84 §. 3 *satisque supplicii tulisse.* ib. 2, 21 §. 2 bona restituit iis, quos liberius locutos *hanc poenam tulisse* cognoverat.

Cap. 63. §. 2 ad sollicitandas civitates] Verborum dispositio et membrorum aequabilitas postulat, ut haec ad *nituntur* potius, quam ad *valent* referantur, etsi *valere* 6, 30 §. 4 et 7, 84 §. 4, *niti* nusquam cum *ad* praepositione sic constructum a Caesare reperitur. Sed ab Hirtio non solum *valere* 8, 29 §. 3, verum etiam *niti* ita dictum est Alex. 20, 7: *animo ad conandum nisi.* Conferas ad 1, 13 §. 4 et ad 4, 24 §. 4 adscripta et vertas das strengen sie an, um die Staaten zu bewegen.

§. 3 apud eos] h. e. eorum in finibus et oppido Novioduno, sed Romanis sub custodibus, quibus interfectis (c. 55 §. 5) *nacti* eos erant Haedui. Verbum *deposuerat* non recte interpretatus est Fr. Wagnerus: die sie vom Cäsar zur Verwahrung bekommen hatten. Rectius dicas die C. bei ihnen gelassen hatte. Cf. 2, 29 §. 3: *impedimentis — citra flumen Rhenum depositis.* 4, 19 §. 2: *liberos, uxores suaque omnia in silvis deponerent.* 6, 41 §. 1: *cum ea praeda, quam in silvis deposuerant.*

horum supplicio] Durum id ac prope incredibile visum Hotomanno „Aeduos in obsides Gallos, ad eorum civitates terrendas, saevisse", Davisio iudice inhumanum quidem, at minime inconveniens barbaris, alii mitigant ita, ut denuntiatum, non sumptum supplicium dici statuant. Eadem sententia erat Petrarchae, quam non perspexerat Davisius, cum id, de quo dubitabat Hotomannus, diserte testari et Iulium Celsum scriberet. „*Novioduni*, inquit, *inventi erant omnium fere obsides populorum quos ibidem Caesar sub Aeduorum fide reliquerat — Horum ergo suppliciis haesitantes terrebant.*" Addit enim (18, 29) *et nunc precando, nunc minando suam in sententiam trahebant.* Verba Caesaris utramque interpretationem admittunt; sed prior, quam in adn. ad 5, 6 §. 4 secuti sumus, magis ad ea accommodata nec minus per se verisimilis videtur, modo

nesque belli gerendi communicet. Re impetrata con- 5
tendunt, ut ipsis summa imperii tradatur, et re in con-
troversiam deducta totius Galliae concilium Bibracte
indicitur. Conveniunt undique frequentes. Multitudi- 6

§. 5 et re in controversiam deducta] *et* om. Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. *et rem in c. deduci* „MSS. 10" Voss. A. Egm. Gott. Lov. Boug. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. BF. luc. *et res in controversia deducitur* Bong. C. ac *deducitur* etiam in Vind. C., *deduci* in Vind. EI., in Pal. vero *reduci*, et *controversia* etiam in Vind. D. Rom. a. Med. a. Ven. bcde. Ald. a. legitur. Vulgata lectio a codicibus non satis certa, sed melior certioribus et talis est, ut acquiescendum in ea videatur. Cf. Civ. 3, 26 §. 2: *naves ex portu educit, et cum iam nostris — appropinquassent* (sc. naves), *idem auster increbuit.* In belli tamen Gallici Commentariis alterum *et* copulae exemplum huiusmodi non invenio.

§. 6 Conveniunt] „Vrs. Cu. Ox." Hav. A. Vind. A. *c. eodem* Leid. A. *eodem c.* cum reliquis codicibus edd. omnes, quod ab optimorum scriptorum et ab Caesaris usu, qualis cum alibi, tum 5, 5 §. 3 et 6, 4 §. 5 cernitur, abhorret. Eundem enim in locum, qui supra demonstratus est, neque in alium alios aut omnes ad concilium vocatos convenisse per se liquet; de aliis autem non vocatis, qui eodem, quo illi, convenerint, in *totius Galliae* concilio indicto cogitari non potest. Neque factorum congruentia loci adverbio potuit significari, in quam sententiam Fr. Wagnerus vertit: — wurden alle gallischen Stände nach Bibracte berufen. Diese fanden sich auch daselbst von allen Orten häuffig ein. Omisso vero adverbio non magis quicquam desideratur, quam 4, 27 §. 7 in verbis *principesque undique convenire—coeperunt.* Et interpolatum videtur ab aliquo, qui *frequentes multitudines*, quas codices deinde exhibent, diversas a principibus ad concilium vocatis putaret. Ceterum in *eodem* offendisse iam Hotomannus videtur, qui ad vulgatam ante Lipsium lectionem *frequentes multitudines. suffragiis* hanc notam

ne obsides omnes sine discrimine obtruncatos putemus, qua re non tam terrorem dubitantibus iniecissent, quam odium in se omnium concitassent. De nonnullis vero et earum civitatium, quas frustra sollicitassent, sumptum supplicium ad terrendos dubitantes omnes haud dubie plus valebat, quam denuntiatum.

§. 4 Haedui] Additi nominis ratio similis est ei, quam in *legati Helvetii* 1, 14 §. 1 fortasse obtinere demonstravimus. Certe non sine ratione ad *nituntur* et *territant* omissa et ad *petunt a Vercingetorige* adiecta est eorundem significatio. Ac possunt haec omnia inde a *petunt* usque ad *communicet* vel orata a legatis vel in litteris publice scripta putari.

rationesque belli gerendi communicet] Comparant hoc cum illo, quod 6, 2 §. 3 legitur, Senones ad imperatum non venire et cum Carnutibus finitumisque civitatibus *consilia communicare*, vertuntque gemeinschaftlich berathen, neque id inepte; sed comparari etiam cum 4, 13 §. 4 *consilio cum legatis et quaestore communicato* et verti potest mittheilen, quod nescio cur minus probet

nis suffragiis res permittitur: ad unum omnes Vercin-
7 getorigem probant imperatorem. Ab hoc concilio Remi,
Lingones, Treviri afuerunt: illi, quod amicitiam Romanorum sequebantur, Treviri, quod aberant longius et ab Germanis premebantur; quae fuit causa, quare toto
8 abessent bello et neutris auxilia mitterent. Magno dolore Haedui ferunt se deiectos principatu, queruntur fortunae commutationem et Caesaris in se indulgentiam requirunt neque tamen suscepto bello suum consilium

adiecit: „Rectissime hunc locum emendavit Vrsinus, ex Faerni lib. Eò conveniunt undique frequentes. Multitudinis suffragiis res permittitur.“ Ipse vero in Emendationibus Vrsinus adverbii, quod in Notis abesse a V. C. Faërni testatus est, ratione non habita ad eadem illa, quae ante Lipsium vulgata erant, adscripsit haec: „Quis non videt hunc locum ita scribendum, atque interpungendum esse, ut in libro Faerni scriptum animadvertimus? Eodem conveniunt undique frequentes. multitudinis suffragiis res permittitur.“ Denique in Fabr. *eodem* a Cuiac. abesse, non abesse tantum a Pet. Gott. Egm. demonstratum est.

frequentes. Multitudinis] V. C. Faërni, And. Ox. *frequentes multitudines*. „libri omnes“ Brant. reliqui Oud. Parisienses sec. Achaintr. Hav. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. (Gu.) Vind. A. Rom. a. Ven. b. sqq. usque ad Lips. *frequentes. multitudines* vel sine omni interpunctione, ut Med. a., Bong. A. Pl. Par. A. Gott. Wh. Vind. CKF.

§. 7 afuerunt] Bong. A. And. Voss. A. Egm. Par. A. Vrat. A. Goth. A. *affuerunt* Hav. A. *aufugerunt* Voss. B. *abfuerunt* reliqui Oud. Dr. B et, in quo *abfuerunt — Treviri* bis deinceps scripta sunt, A. Vrat. BC. Goth. B. Hamb. (Gu.) Vind. AB. edd. ante Oud. Cf. adn. cr. ad 1, 36 §. 5.

§. 8 Caesaris in se indulgentiam requirunt] Ox. Leid. A. Vind. A. *C. in se indulgentia requiritur* Hav. A. In Vind. E. *indulgentiam* omissum, in reliquis et in edd. ante Oud. post *Caesaris* positum est. (Pro *se* Vind. B. *re*, pro *requirunt* Ven. bcd. *requiruntur* habent.) Verborum ordinem ab Oud. receptum propter usum scriptoris tenendum putavi. Cf. 5, 5 §. 3: *perpaucos, quorum in se fidem perspexerat.* Ib. 25, 4: *pro eius virtute atque in se benivolentia.* Ib. 27, 2: *pro Caesaris in se beneficiis.* Civ. 1, 22 §. 3: *Caesarisque in se beneficia exponit.* Ib. 2, 36 §. 1:

Kranerus. *Communicare* enim verbum ad consilia et rationes relatum id, quod nobis dicitur gemeinschaftlich berathen, significare non aliter potest, nisi impertiendi pariter atque accipiendi notione adhibita, quod utrumque coniunctum consiliorum et rationum efficit communionem. Haeduos autem, etiamsi verbis uterentur nihil amplius, quam ut se de rationibus, quibus bellum gesturus esset, certiores faceret, petentibus, tamen sibi quoque consilii et iudicii aliquid reservare facile intelligitur ex eo, quod simul ut ad se veniat, petunt.

§. 8 queruntur] De asyndeto cf. adn. ad c. 40 §. 6.

ab reliquis separare audent. Inviti summae spei adulescentes Eporedorix et Viridomarus Vercingetorigi parent. 9
64. Ille imperat reliquis civitatibus obsides; denique

Uticenses pro quibusdam Caesaris in se beneficiis illi amicissimi. Item Afr. 90, 1: *gratias pro eorum erga se studio agit.* Eodem pertinent 1, 19 §. 2 *summam in se voluntatem.* 5, 4 §. 3 *egregiam in se voluntatem.* Civ. 2, 22 §. 6 *pro meritis in se civitatis.* Nec discrepat 5, 27 §. 3 *suaque esse eiusmodi imperia, ut non minus haberet iuris in se multitudo, quam ipse in multitudinem.* Nam quo *in se* referendum sit, dubium esse nequit. Unus restat locus, qui ordinem verborum ante Oud. vulgato similem habeat, Civ. 1, 7 §. 1: *omnium temporum iniurias inimicorum in se commemorat.* Id in codicum consensu ferendum utique neque vero ad litem eorum diiudicandam adhibendum est.

§. 9 adulescentes] Bong. A. Pl. (cum *o* super *u*) et Vind. C. In Goth. A. .*v* a m. s. super *o* positum, in Par. A. *adulisc.* in Dr. AB. Hamb. *adolosc.* vulgo *adolesc.* legitur.

Cap. 64. §. 1. Ille] Hav. A. Vind. A(C). Ald. sqq. *ipse* „MSS. plerique" Voss. A. Egm. Lov. Gott. Boug. AC. Par. A. Pet. Pal. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. BDEFI. edd. ante Ald. item Petrarcha 18, 32; qui, postquam Eporedorigem et Viridomarum tum agnoscere potuisse dixit, quanto esset honestius sub Caesare, quam sub Vercingetorige adversus Caesarem militare, ita pergit: *Ipse autem pridem factus, nunc refectus, quodque est fortius, contentione reformatus imperator Vercingetorix suo iam de statu certior agit iam cuncta fidentius edicitque omnibus, ut equitum certum numerum conficiant, obtemperatumque illico est.* In his *ipse* recte habet non minus, quam in illis Caesaris 1, 33 §. 5: *ipse autem Ariovistus* etc., quia *autem* particula accedente et nomine proprio subsequente neque nectendae orationi neque demonstrandae personae inservit, sed locum tenet adiectivi. Hic vero pronomen requiritur idque demonstrativum, quo aptius simul atque usitatius scriptori nullum erat, quam *ille.* Cf. supra c. 12 §. 1: *obviam Caesari proficiscitur. Ille oppidum Biturigum — oppugnare instituerat.* 4, 4 §. 4: *Germanos transire prohibebant. Illi, omnia experti — simulaverunt.*

reliquis] *ceteris* Vind. A.

§. 9 summae spei adulescentes] Cf. 8, 8 §. 2: *summae spei delectaeque iuventutis* (legionem) *XI.* Cic. Phil. 2, 18 (§. 46): *adolescentem summa spe et animi et ingenii praeditum.* Idem Fam. 1, 7 extr. *Lentulum, eximia spe summae virtutis adolescentem.* Secundum haec *summae spei* adolescentes sunt, non qui ipsi sibi summa quaeque sperent, id quod humiles quoque et omni facultate destituti, si modo stulti et vani sunt, facere solent, sed iis rebus praediti atque instructi, quae virorum potentiam, dignitatem, gloriam summam futuram esse promittant, hoc est tales, quales Eporedorigem et Viridomarum c. 39 §. 1 descriptos legimus.

Cap. 64. §. 1 denique ei rei constituit diem] „Sic omnes libri. Ego magis ita probarem, siquis liber adiuvaret, Diemque ei rei constituit. Nam vox *Denique* supervacanea videtur." Hotom. Idem

ei rei constituit diem. Huc omnes equites, XV. mi-
2 lia numero, celeriter convenire iubet. Peditatu, quem

ei rei] *rei ei* Vind. C. *rei eius* Goth. A.
constituit] *constituunt* Pal. Goth. B. edd. ante Ven. f.
omnes] *omnis* Bong. C. *omneis* Ald. a. Gr. a. Turr.
equites] *tes* Ven. e.

XV. milia] $\tilde{X}V$ Bong. A. Pl. Dr. A. $\overline{XV}$ Par. B. $\overline{XV}$ Vrat. C. $\overline{XV}$ Vind. A. XV^{m} Dr. B. Vind. El. XV^{c} Vrat. B. *XV* Gott. Pet. Confl. Par. A. Vind. BF. et, *milia* inter versus addito. Voss. A. Fabr. *quindecim* Vrat. A. Hamb. *quindecim milia* Hav. A. Ald. a. Gr. ab. St. P. Mau. Freil. *XV milium* Voss. B. *XX milia* margo Vrat. B. a m. sec. $\overline{XX}$ Goth. B. 20 Pal. *viginti milia* Vind. D. edd. ante Ven. f. *.XL.*[M] Vind. C. *XL...* Goth. A. abscisso etiam *numero* vocabulo.
iubet] om. Vind. C. *iubet. Diemque bello constituit, equites ex sua pecunia ut singulos denarios accipiant, constituit: hos*

placet Nipperdeio *denique* vocem ferri posse neganti propterea, quod una res antea posita sit et eiusmodi, quacum id, quod ea voce adiungatur, coniunctum sit. Tamen ea significatione, qua 2, 33 §. 2, dictum *denique* haud dubie cum illo loco, tum multis aliis uni rei antea positae aliam adiungit, neque apparet, cur quod translata ad cogitationem significatione fieri liceret, id non translata minus liceret. Quod autem ea res, quae *denique* voce adiungitur, cum ante posita coniuncta est, ad ellipticum adverbii usum plane est accommodatum. Pluribus enim Vercingetorigem inter et civitates, quibus obsides imperasset, de his ipsis actum extremumque hoc fuisse statuendum est, ut dies tradendis obsidibus constitueretur. Nec mirum, si supplicio de nonnullis sumpto et Caesari aliis, aliis Vercingetorigi iam datis non statim ea res transigi potuit. Cf. Terent. Andr. 1, 1 v. 120: *Venit Chremes postridie ad me clamitans: Indignum facinus: comperisse Pamphilum Pro uxore habere hanc peregrinam. ego illud sedulo Negare factum. ille instat factum. denique Ita tum discedo ab illo, ut qui se filiam Neget daturum.*

Huc] Id est eum in locum, quo haec acta sunt; quem locum verba faciens demonstrabat Vercingetorix, ex cuius oratione *huc* traductum est in narrationem simili licentia atque Ambiorigi 5, 27 §. 5 in oratione obliqua idem, quod legitimum in recta locum habebat, pronomen demonstrativum tribuitur: *omnibus hibernis Caesaris oppugnandis hunc esse dictum diem.* Praepositi autem adverbii ratio haec videtur, quod obsidibus quidem ad se mittendis tempus certum definiens Vercingetorix locum incertum reliquerat, equitibus vero conventuris locum omnibus huuc constituebat, quo ipse tum versaretur. Itaque tempori opponitur locus, quasi Germanice dicas zuletzt bestimmt er dafür die Zeit. Als Ort, wo sich alle Reiter schleunig zu versammeln hätten, bezeichnet er diesen hier.

XV. milia numero] Hoc non sic simpliciter ab oratore pronuntiatum, sed a scriptore ex iis, quae ad eum relata essent, collectum videtur.

§. 2 quem antea habuerat] Hoc quoque additamentum est scriptoris, sed suo assensu id, quod

antea habuerat, se fore contentum dicit neque fortunam tentaturum aut in acie dimicaturum; sed, quoniam

omnes celeriter iubet convenire. And. Ox. Haec ad illa, quae praecedunt, *Denique — iubet*, quae Aud. et Ox. ita, ut reliqui libri omnes paucis, quae ostendi, exceptis consentientes scripta exhibent, neque a Caesare addi neque illorum explicandorum aut emendandorum aut ornandorum gratia ab homine sano adscribi neque vero librariorum negligentia aut errore ex iis oriri potuisse manifestum est. In Ephemeridibus vero nihil obstat quo minus ea non una cum illis, sed illorum loco posita fuisse indeque ut alia in marginem codicis Commentariorum traducta et ex margine in ordinem recepta esse suspicemur. Certe non absurdum erat reliquis civitatibus simul et obsides imperatos et diem ab imperatore bello constitutam memorare, a qua die sibi quaeque ita, ut Vercingetorigi Arvernisque et Haeduis, bellum cum Romanis gerendum et quae ad eam rem usui essent, in promptu habenda esse sciret. Cf. c. 4 §. 7: *omnibus his civitatibus obsides imperat, certum numerum militum ad se celeriter adduci iubet, armorum quantum quaeque civitas domi quodque ante tempus efficiat, constituit.* Non magis absurdum erat stipendium vel donativum memorare, quo promittendo Vercingetorix equitum adventum accelerare voluisset, quod facere eum potuisse minime a vero abhorrebat. Neque nummus Romanus in Gallorum imperatoris oratione offensionem habet, sive brevitatis causa consueto vocabulo in Ephemeridibus usum scriptorem sive ipsum Vercingetorigem quasi Romanae pecuniae possessorem ita locutum esse statuamus. Notabilis autem haec Ephemeridum discrepantia vel dictionis causa, quae paulo durior est in Commentario, vel propter rem ipsam videri collatori poterat miranti, quidnam scriptorem movisset, ut illic posita partim mutaret, partim induceret. Nec nobis decernere fas est, quid istud fuerit; sed tamen eorum, quae ex Ephemeridibus, cum recipi in Commentarios per horum indolem possent, recepta non sint, alia postmodo falsa vel parum verisimilia, alia minoris momenti cognita et cum verisimilioribus et gravioribus item postmodo cognitis permutata esse probabile videtur.

§. 2 antea habuerat] „MSS. plerique et Edd. pp.“ Lov. Gott. Wb. Bong. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. BC. inc. sec. Eib. Ven. f. *antea habuerit* Gott. et Egm. Fabr. Hav. A. Vind. A. *ante habuerat* Coud. Vrat. A. Goth. AB. Hamb. Vind. CDEFI. edd. ante Ven. f. Turr. *ante habuerit* (reil. Fabr. et Oud. Vind. B. Gu.) Ald. ab. Gr. ab. P. Man. St. Freil. Lips. sqq. De adverbio cf. adn. cr. ad 4, 36 §. 2.

Vercingetorix dixerat, comprobantis. Cf. adn. cr. ad 3, 8 §. 4.

sed] Qui minore ante hoc interpunctione utuntur, ut Nipp. et recentiores, exspectationem movent rei in antecedentis negatae locum substituendae, cui satisfieret, si sequeretur *prohibiturum*: er werde keine Schlacht liefern, sondern die Lebensmittel abschneiden. Sequitur vero affirmatio opposita antecedenti negationi: *perfacile esse factu prohibere*, ut *sed* vertendum sit aber et maiorem interpunctionem requirat. Cf. 1, 14 §. 1 *sed eo deceptum*, 4, 8 §. 3 *sed licere*.

abundet equitatu, perfacile esse factu frumentationibus
3 pabulationibusque Romanos prohibere; aequo modo animo sua ipsi frumenta corrumpant aedificiaque incendant, qua rei familiaris iactura perpetuum imperium
4 libertatemque se consequi videant. His constitutis rebus Haeduis Segusianisque, qui sunt finitimi provinciae, de-

factu] om. Viud. A. *factum* Leid. A. S. Dorv. Cf. adn. cr. ad 4, 30 §. 1.

§. 3 se consequi videant] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Viud. A. Ald. sqq. In reliquis codicibus et in edd. aute Aldum *se* omissum, praeterea in Carr. cod. Turr. Lov. Duk. Voss. B. Dr. B. Goth. A. Vind. CFI. *videantur* pro *videant* scriptum, in Fabr. *videant* rubro notatum, sed varietatis nihil adiectum est. Recte Ond. *se* iu eadem sententia omitti potuisse sentiens (cf. ipsius et nostra ad 2, 31 §. 1 adn.) tamen retinere maluit, „ne *libertas* videatur *consequi*.“ Contra Moebius, quod utravis sententia apta sit, ambiguitatem nullo modo ferendam aequo animo ferens pronomen tamquam interpolatum seclusit.

§ 4. Segusianisque] *Sebusianisque* Vasc. Gr. b. (Frell.) *Secusianisque* St. *καὶ τοῖς Σεκουσιανοῖς* Met. *Segusiavisque* Pet. Voss. A. Gott. Egm. Fabr. (tacentibus Dav. Ond. Coufl. Wh.) Par. A. Vind. F. Idem Bernard in Mémoire sur les origines du Lyonnais Paris. 1846. (cf. Journal des Savaus a. 1847. m. April. p. 250 sq.) in cod. Paris. n. 5766 h. l. et infra c. 75. §. 2 *Segusiavis* legi testatur, quod ibi legitur in Egm. Fabr. Pet. Coufl. Vind. A., et quattuor inscriptiones affert, unam nummi argentei, in quo figurae hominis adscriptum sit SEGVSIAVS, alteram tabulae votivae: NYMPHS | CASSIA | TOVTA | SEGVSIAV | V. S. L. M., tertiam monumenti sepulcralis: | | SEGVSTAVO | |, quartam seculi secundi: | | CIVITAS SEGVSIAVOR | |, quarum auctoritate utroque Caesaris loco *N* mutandum in *V*, libro autem 1, c. 10 §. 5 pro *Segusianos* legendum censet *Sebusianos*, quod nobis propter codicum in hoc libro consensum alteri per Lipsium vulgato postponendum videbatur. Neque nunc dubitamus, quin libro primo scriptor eosdem atque hoc provinciae finitimos designaverit et secundam nominis syllabam *GV* esse voluerit, sed utrum *Segusianos* nominaverit, an *Segusiavos*, incertum esse coepit, postquam inscriptiones a Bernardo prolatae id, quod h. l. septem, infra quattuor codices exhibent, verum esse posse docuerunt. Quamquam enim nummi et lapides minime a vitiis immunes sunt, *Segusianus* autem in nummo a Mionneto (cf. Vkerti Gallia p. 320 n. 7.) memorato exstat, tamen quater in illis *V* perperam pro *N* positum lectumve a Bernardo esse vix credendum videtur, *Segu-*

§. 4 His constitutis rebus] Cf. adn. ad 5, 5 §. 1.

qui sunt finitimi provinciae] Pronomen secundum ea, quae ad 4, 6 §. 4 demonstravi, ad utrosque, qui ante nominati sunt, populos referendum, scriptor autem his verbis non tam situm illorum docere, quam rationem, cur ab his potissimum inferri bellum Allobrogibus, et qua ex parte inferri iusserit Vercingetorix, significare statuendus est.

**cem milia peditum imperat; huc addit equites DCCC.
His praeficit fratrem Eporedorigis bellumque inferri 5
Allobrogibus iubet. Altera ex parte Gabalos proxi- 6
mosque pagos Arvernorum in Helvios, item Rutenos
Cadurcosque ad fines Volcarum Arecomicorum depo-
pulandos mittit. Nihilo minus clandestinis nuntiis lega- 7
tionibusque Allobrogas sollicitat, quorum mentes nondum
ab superiore bello resedisse sperabat. Horum princi- 8
pibus pecunias, civitati autem imperium totius provin-**

siani autem oppidi Segusiae (cf. Vkerti l. c.) incolae a populo *Segusiavorum* diversi esse potuerunt. Nihilo minus non quid scribi debuerit aut potuerit, sed quid scriptum sit a Caesare, indicantibus secundum codices verisimilius videri debet id, quod simul et analogiae convenientius est et a Strabone, Ptolemaeo, Plinio usurpatis nominibus congruit. Cf. Strabonis Vol. 1. p. 290, 4 et 5 et p. 300, 3. Kram. Ptolemaei Vol. 1. p. 105, 1 et 3 et p. 147, 6 Nobb. Plinii Vol. 1. p. 225, 9 Hard. Vol. 1. p. 322 extr. Sill. 1851.

finitimi] *finitumi* Oud. 2.

provinciae] cod. Dion. Vossii, S. Duk. Bong. C. St. In. sqq. *eius p.* Voss. B. Pal. Goth. B. et a m. pr. A. Vind. CD. edd. ante Ven. f. *ei p.* reliqui codd. et edd. inc. sec. Elb. Ven. f. et cet. ante In. cuius interpretandi causa Rhellicanus „scilicet *Heduorum*“ adscripsit. Eadem opinione librarii errorem propagare, occasionem vero dare errori praecedentis nominis litterae extremae potuerunt, si in archetypo exaratum fuit *finitumei* ut 6, 40 §. 7 in Goth. B. a m. pr. fuit *traductei*. Sed Caesarem *finitimei* scripsisse, quod dedit Nipp., minus verisimile videtur. Cf. adn. cr. ad c. 25 §. 4.

§. 5 inferri] *inferre* And. Ox. Cu. S. Pet. Leid. A. Hav. A. Vind. A. (hic post *Allobrogibus*) Ald. sqq. „Scil. *fratrem Ep.*, non *his*, *iubet.*“ Oud. qui non tam *iubet* verbum non esse cum dativo construendum docere, quam prodere offensionem ab activo *inferre* acceptam videtur, quod cum per usum loquendi ad fratrem Eporedorigis equitibus praefectum referendum sit, res ipsa ut ad pedestres pariter atque equestres copias antea dictas referatur, postulat. Passivum vero nullam offensionem habet.

§. 6 Volcarum] cod. Turr. St. Lips. sqq. *Volgarum* „MSS. fere omnes“ (Confl.) Bong. A. Par. A. Hav. A. Gott. Wh. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. CFI. (Gu.) edd. rell. ante Lips. *Volcorum* Lov. Fabr. a Torrentio collatus. *Volgorum* idem collatus ab Heinsio et Hamb. „Manus. Beroal. *ad fines Volgorum acremicorum*“ Brant. *Belgarum* Voss. C. om. Vind. A. Cf. adn. cr. ad 6, 24 §. 2.

§. 5 His] sc. equitibus a Vercingetorige eorum ex numero, quos secum habebat, ad pedites imperatos additis.

§. 6 pagos] Cf. adn. ad 1, 12 §. 2.

§. 7 Allobrogas] Cf. adn. cr. ad 1, 14 §. 2.

ciae pollicetur. 65. Ad hos omnes casus provisa erant praesidia cohortium duarum et viginti, quae ex ipsa coacta provincia ab Lucio Caesare legato ad omnes

Cap. 65. §. 1 viginti] *XX* Voss. A. Gott. Fabr. Boug. A. Pl. Hav. A. Dr. A. Vrat. BC. Goth. B. Vind. F. Cf. adn. cr. ad c. 3 §. 3.
ex] *ab* Vind. A. om. Hamb.
coacta provincia] *p. c.* Vind. A. *coactae P.* Cl. Idem malle se dicit Oud., qui et ipse in ed. 2 cum aliis *P* maiusculum posuit. *coacta* om. „MSS. XVI. et Edd. pp. maie." Voss. A. Pet. Gott. Egm. Lov. Lbb. cod. Turr. Confl. Par. A. Dr. B. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. DFI. edd. ante Ald. Id ferrem, si *quae* pronomen post *provincia* positum esset: *ex ipsa provincia opponi* neque *praesidia* neque quas Nipperdeius, qui *coacta* omittit, Quaest. p. 121 dictas putat *cohortes* dici a Caesare potuisse arbitror. Praeterea incommoda et insolita Caesari existit generis in pronomine ambiguitas.

Cap. 65. §. 1 praesidia] Propriam et maxime usitatam *praesidiorum* significationem tenens Sincerus vertit Auf alle diese Fälle hatte man schon eine Postirung veranstaltet von. Tamen *ad hos omnes casus provisa* eaque nondum opposita, sed quae tum maxime opponerentur, *praesidia* copias ipsas interpretari praestat praesidio futuras, Schutzmannschaften, quo sensu Hirtius Alex. c. 25 §. 1 *magna Caesari praesidia terrestri itinere adduci* scribit, Caesar fere singulari numero utitur, ut 1, 42 §. 5: *ut praesidium quam amicissimum haberet.*

cohortium duarum et viginti] Genitivi ratio eadem est atque 6, 7 §. 3 in verbis *praesidio quinque cohortium impedimentis relicto.* Cohortes ipsas Nipperdeius p. 121 non legionarias, sed auxiliares interpretatur duabus de causis, quod legionum in Gallia ulteriore conscriptarum mentio nusquam exstet, et quod numerus legionum, quas Caesar omnino in bello Gallico habuerit, certus et is sit, qui duarum triumve accessionem non ferat. Priori non multum tribuendum videtur, siquidem statui potest hoc ipso loco fieri mentionem, quam desiderat Nipp., Caesaremque significari initio huius anni ad tuendam provinciam ibi non auxilia cogenda, sed legiones conscribendas curasse, quarum duae confectae, tertia inchoata esset tum, cum impetus fierent. Gravius alterum est, quod harum legionum nullum amplius vestigium occurrit, neque quo numero et nomine fuerint, dici potest, cum cohortes auxiliares ad tempus coactas minime mirandum sit non amplius commemorari. Accedit illud, quo tamen Nipp. uti non potuit, quod harum praesidia cohortium ex ipsa provincia *coacta* dicuntur, quod verbum auxiliis convenit, a legionibus alienum est. Itaque probanda illa interpretatio videtur.

ad omnes partes opponebantur] Ad dictionem cf. Liv. 3, 39 §. 2: *super quam* (navem) *turrim effectam ad ipsum introitum portus opposuit.* Afr. c. 58 §. 4: *eidem autem oppido ad dextrum latus eius* (Caesaris) *cornu erat oppositum.* Ib. 59, 5: *Praeterea Numidas — ad dextram partem suae aciei opposuerat.* Partes autem *omnes* eae intelligendae sunt, quae praesidiis egere legato viderentur.

partes opponebantur. Helvii sua sponte cum finitimis 2
proelio congressi pelluntur et Gaio Valerio Donotauro,
Caburi filio, principe civitatis, conpluribusque aliis
interfectis intra oppida ac muros conpelluntur. Allo- 3
broges crebris ad Rhodanum dispositis praesidiis magna cum cura et diligentia suos fines tuentur. Caesar, 4
quod hostes equitatu superiores esse intellegebat et
interclusis omnibus itineribus nulla re ex provincia at-

§. 2 finitimis] *finitumis* Oud. 2.

Gaio] Gott. Egm. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. A. Vrat. AB. Vind. B. *G.* Hamb. Med. a. Ven. b. *C.* Hav. A. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. (Gu.) edd. reil. *cum* Vind. A.

Donotauro] „*Domnot.* vel *Donnot.* MSS. quidam et Edd. pp. al. *duum viro* Cni.“ *Domnot.* Lov. Pet. Fabr. Vrat. C. *Domno Tauro* Pet. Confl. *Donnot.* Voss. A. Egm. Gott. Fabr. Par. A. Dr. A. Vrat. AB. Vind. B. *Donot.* Gu. Ven. f. *donuot.* Gott. Wh. *doninot.* Vind. E. edd. ante Ven. f. (*doninot.* Ven. d.) *dorinot.* Vind. I. *Domot.* Dr. B. Goth. A. Vind. CF. *Dovino Tauro* Bong. C. Pal. *Douino tauroc* Goth. B. *Domuo tauro* Hamb. *Dun inro,* corr. *auro*, Hav. A. *duum viro* Cu. Fabr.

Caburi filio] *duum uiro* Vind. A. om. Hav. A. *Caburri* — „ al.“ Hamb. *Cabuli* — Leid. A. *Caburci* — Bong. C. Goth. A. Vind. C. In Ber. *doninotaurocaburi* — coniunctim scriptum est. Cf. adn. cr. ad 1, 47 §. 4.

conpluribusque] ... Fabr. Bong. A. Par. A. non *compl. pluribusque* Vind. A. *que* om. Dr. A. a m. pr. Ven. de.

oppida] *oppidi* Vind. A.

ac muros] Oud., qui cum Aldo et sqq. edidit *murosque*, ita in And. Ox. Cu. S., in reliquis et in Edd. pp. *ac* vel *et muros* legi, in Leid. A. a m. pr. et a Metaphraste *murosque* omissum esse docet. *ac muros* habent Voss. A. Pet. Egm. Gott. Lov. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. BF. *et muros* edd. ante Ald. *muros* Vind. A. *murosque* Hav. A.

conpelluntur] ... Fabr. Bong. A. Par. A. non *comp.*

§. 3 cum] om. Bong. A. Pl. cuius collationem in adn. cr. ad 6, 36 §. 1 respicere me fugerat.

fines] Hoc in Gr. temere omissum etiam Oud. in utraque ed. omisit neque usquam eius rei mentionem fecit.

§. 2 sua sponte] Male Sincerus verae interpretationi vor (für) sich selbst adiecit ohne Noth. Cf. adn. ad 1, 9 §. 2. Helvii suis viribus confisi sine cohortibus proelium cum Gabalis Arvernisque commisisse, cohortes ipsae nihil, quod memoria dignum esset, gessisse videntur.

cum finitimis] „ut sunt Gabali, Arverni, Ruteni, Cadurci, Volcae, Aremici.“ Rhellicanus. Hunc de Rutenorum Cadurcorumque eventu silentium scriptoris fefellisse videtur, ut ab illorum, quae c. 64 §. 6 leguntur, sensu tantopere aberraverit.

que Italia sublevari poterat, trans Rhenum in Germaniam mittit ad eas civitates, quas superioribus annis pacaverat equitesque ab his arcessit et levis armaturae pedites, qui inter eos proeliari consuerant. Eorum adventu, quod minus idoneis equis utebantur, a tribunis militum reliquisque, sed et equitibus Romanis atque

§. 4 consuerant] „Boug. A. Voss. A. Egm. et 5 alii" Gott. Par. A. Hav. A. Dr. AB. Vrat. AB. Vind. DFI. Rom. a. Med. a. Ber. Ven. f. *consueverant* cum reliquis Oud. Cf. adn. cr. ad 4, 24 §. 4.

§. 5 adventu] *adventum* Boug. C.

quod] *ut* Hav. A. Vind. A.

minus] *minis* Vrat. B. a m. pr. *nimis* Goth. AB. Rom. a. Ber.

a] int. vers. a m. s. habet Goth. A.

militum] *mil' iterum* Hav. A. (*Mil.* P. Man. Ald. b. Lips. In. Gr. Dav.)

sed et] „Ita est in meo libro." Vrs. Emend. „MS. Cui. et Pet. inter lin. Gott. diserte et Egm. Voss. A." Fabr. „Desunt hae voces in plerisque Codicibus." Cl. „Excusos si intellexit Clarkius, verum dicit, nam in manu exaratis codicibus tantum non omnibus exstat. In Leid. sec. deest *sed.* in Voss. sec. *sederet eq.* in Oxoniensi omnia *sed et equitibus Romanis* non comparent. Scaliger cum Vrsino ex MSto Cod. uti et Carr. primus post Ed. Incertam recepit in textum; at non agnoscit quoque Metaphrastes τῶν τε μυριάρχων καὶ τῶν λοιπῶν Ῥωμαίων ἵππους. Sed et ille non habet *evocatis.* Suspectus tamen est locus, et puto excidisse *praefectis* vel simile." Oud. *sedent* Par. A. sec. Dübnerum, ante correctionem sec. Beyerlinum. om. (Conf.) Dr. B.

§. 5 quod minus idoneis equis utebantur] Nondum igitur effectum habebant id, quod 4, 2 §. 2 Germani omnino efficere cotidiana exercitatione traduntur, ut, quae sunt apud eos nata iumenta, prava atque deformia, haec summi sint laboris.

reliquisque] Cf. 1, 25 §. 1: *Caesar primum suo, deinde omnium ex conspectu remotis equis.* Quo loco quae a nobis adscripta sunt, ea ad huius difficultatem minuendam defectusque suspicionem removendam sufficere possunt. Idem de sensu vulgatae scripturae, quamquam nonnihil dubitans de eius integritate, statuit Dübnerus.

sed et equitibus Romanis atque evocatis] Equos a tribunis militum, qui in decem legionibus sexaginta erant, et a reliquis, qui propter dignitatem equo utebantur, sumptos non suffecisse ideoque non ab his solum, sed etiam ab aliis sumendos Caesari fuisse facile credas, licet de numero *reliquorum* non satis, de Germanorum vero, quibus distribuendi essent, nihil constet. Atque ea ipsa significatio est dictionis ellipticae *sed et*, cuius etiamsi forte apud antiquiores et aequales scriptores certum exemplum nullum, nullum apud Caesarem alterum exstat, ratio quidem extra dubitationem posita (cf. ad *et ipsos* c. 54, §. 1 adscripta), usus autem apud recentiores frequens et certus est. Sic Sueton. Iul. 9: *Idem Curio, sed et M. Actorius Naso, auctores sunt conspirasse eum* etc. Iustin. 2, 1 §. 12: *na-*

evocatis equos sumit Germanisque distribuit. 66. In-

Vrat. C. et a m. sec. B. Goth. AB. Vind. CDE. edd. ante Lips. Ex his *sed et* a codicibus quamquam non adeo firmum, ut videbatur Oudendorpio, quem suorum ipsius rationem minus diligenter habuisse suspicor, satis tamen tutum esse apparet. Multo autem magis per se verum et ob difficultatem, quam crearet, eiectum potius, quam perspicuitatis causa additum interpolatione indicari debet. Nam ut fuisse credamus aliquem, qualem ponit Nipperdeius, qui tribunos militum in equitum Romanorum numerum referri non posse existimaret, quid tali homini causae fuisse dicamus, cur non solum *et*, sed insuper adiiceret *sed?* Non magis probabiliter Herzogius ortum putat ex *scilicet* adverbio simplicis appositionis *equitibus Romanis atque evocatis* explicandae causa adscripto: Wahrscheinlich ist *sed et* entstanden aus *scilicet*, welches von einem Glossator dem schlichten Appositionssatze: *equitibus* etc. beigefügt wurde. Neque enim scriptoris verba eiusmodi explicationem requirebant, neque *scilicet* ita scribi solebat, ut facile in *sed et* corrumpi posset.

evocatis] *evocatos* Pal. Goth. B.

*sumit] in marg. Goth. A. *summit* Ven. f. *sinunt* Hamb. *assumit* Leid. A.

turam — animalia quoque generasse, sed et arborum atque frugum — apte genera variata. Vulcatius in vita Avidii c. 9: *Antiochensibus, qui Avidio Cassio consenserant, sed et aliis civitatibus, quae illum iuverant, ignovit.* Alia contulit Oud. ad Sueton. Tib. 59. Haec neque ab Handio Turs. 2, 511 neque a Freundio in Lexico memorata Nipperdeium quoque fugisse videntur, dum *sed* particulam una interrogatiuncula eiici posse putat: „quid ita mirabilius erat ab equitibus Romanis equos sumptos esse quam a tribunis, qua una ratione adversativa particula poni poterat?" Scilicet mirabile hac in re nihil omnino erat; sed maius et insolentius videri debebat, quod etiam ab equitibus Romanis et evocatis sumebantur equi, si aut plures ab his, quam a tribunis reliquisque, aut magis proprii his, quam illis, sumebantur. Iam quod ad *equites* attinet, si de equitatu Romanorum, qui c. 26 §. 5 dicitur, sermo esset, ut Oehlerus putabat, dubium non esset, quin multo plures sumi ab iis possent; sed ordinis quoque et census equestris homines, de quibus usu linguae atque ipsa re iubente cogitandum esse post Sincerum Morus et ceteri intellexerunt, aliquanto plures apud Caesarem, quam in exercitu eius legatos praefectosque et tribunos primorumque ordinum centuriones (nam etiam his locus in *reliquis* esse potuit) fuisse ex iis colligas, quae c. 60 et 61 de equitibus Romanis relata sunt Labieno, qui quattuor legiones ducebat, adiunctis. Qui si voluntarii equo, ut consentaneum est, militabant equosque pro facultatibus alii plures, alii pauciores alebant, simul insolentiorem ab his, quam a tribunis reliquisque stipendia merentibus equorum sumptionem fuisse non negabis. De *evocatis* vero suspicari licet et numerum eorum hoc anno certe non exiguum ad Caesarem fuisse, cum iam tertio anno belli *multos* a P. Crasso ex provincia evocatos esse traditum sit 3, 20 §. 2, et hos quoque sivo pedestri sivo equestri, de

terea, dum haec geruntur, hostium copiae ex Arvernis
equitesque, qui toti Galliae erant imperati, conveniunt.
2 Magno horum coacto numero, cum Caesar in Sequanos
per extremos Lingonum fines iter faceret, quo facilius
subsidium provinciae ferri posset, circiter milia pas-
suum X. ab Romanis trinis castris Vercingetorix con-
3 sedit convocatisque ad concilium praefectis equitum
venisse tempus victoriae demonstrat: Fugere in provin-
4 ciam Romanos Galliaque excedere. Id sibi ad prae-
sentem obtinendam libertatem satis esse: ad reliqui
temporis pacem atque otium parum profici; maiori-
bus enim coactis copiis reversuros neque finem bel-
landi facturos. Proinde in agmine impeditos adori-

Cap. 66. §. 3 concilium] *consilium* Carr. cod. Turr. Lov. Leid. B. Vrat. ABC. Hav. A. Hamb. Flor. sec. Brut. Gr. b. Petr. Hist. 18, 34. Idem ab Hotomanno, quod de praefectis tantum et magistris rei militaris sermo sit, probatum tacite edidit Dübnerus. Contra Oud., quod barbari sint et c. 75 §. 1 *concilio principum indicto* legatur, tenuit *concilium*. Cf. §. 7 et adn. cr. ad 2, 10 §. 4.

§. 4. bellandi] *belli* „Pet. Cu. And. Ox. Leid. A.“ Ald. ab. Gr. a. P. Man. Lips. Oud. *bellandi*, quod secundum Fabr. in Voss. A. Fgm. Gott., secundum Oudl. non solum in Bong. C. et Pal., sed etiam in Pet., item in cod. Turr. Bong. A. Par. A. Hav. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. A. reliquisque edd. exstat, usu quoque scriptoris magis commendatur. Cf. 1, 2 §. 3 *homines bellandi cupidi.* 3, 17 §. 4 *studium bellandi.* 4, 1. §. 4 *bellandi causa.* Nec aliter Hirtius 8, 1 §. 1: *cum a superiore aestate nullum bellandi tempus intermisisset.*

Proinde] *deinde iubet uti eos* And. Ox. ab eadem, nisi fallor, manu, quae 6, 17 §. 5 interpolavit.

in agmine] And. Ox. Oud. 2. *Agnine*, sup. a m. s. *m*, Dr. A. *agmine* cum reliquis codd. et edd. Oud. 1. Id Baumstarkius interqua Hotomannus et Lipsius Mil. Rom. 1, 8 extr. cogitabat, militiae voluntariam operam dantes suo sumptu equos habuisse, quibus aut in itinere aut in acie uterentur. Ceterum Nipperdeius hoc nomen corruptum esse mavult et a Caesare *legatis* pro *evocatis* scriptum coniicit ideo, quod de equorum usu evocatis concesso nihil usquam significatum sit; cui rationi nihil tribuendum esse patet, Kranerus tamen tantum tribuit, ut scripturam dubiam esse pronuntiaverit.

Cap. 66. §. 4 in agmine impeditos] Breviter ii, qui in agmine seu euntium multitudine ut partes in toto versantes impedimenta et sarcinas portant, *in agmine impediti* dicuntur h. l. et 3, 24 §. 3: *impeditos in agmine et sub sarcinis infirmiore animo adoriri cogitabant.* ubi *sub sarcinis* verba ante positum *impeditos* explicant. Similiter quem Hirtius Alex. 43, 3 *in agmine dimicare coactum* dicit, iter una cum suis facientem et inter euntes versantem dicit, nec aliter

rentur. Si pedites suis auxilium ferant atque in eo morentur, iter facere non posse: si, id quod magis futurum confidat, relictis impedimentis suae saluti con-

pretatur durch ihren Marsch an dem ungestörten Gebrauche ihrer Kräfte gehindert, quae sententia neque per se probabilis est neque in verbis Latinis inesse videtur. Nec magis probabiliter Metaphrastes: *ἀμφὶ τὴν ὁδὸν ἀσχολουμένοις.* Accedit quod *impeditos* impedimentorum significatione privatur, quam postulare sequentia videntur. Itaque recte et Oud. in ed. 1. *in* recipiendum ostendit, in 2. recepit, et quomodo post *proinde* excidere potuerit, secundum Drakenb. ad Liv. 37, 31 §. 4 docuit Kreyssigius.

adorirentur] Bong. A, Leid. A. Voss. B. Hav. A. Vrat. A. Goth. A. Vind. A. *adoriretur* Dr. B. *adorientur* Voss. A. Egm. Par. A. *adoriantur* reliqui codd. et edd. omnes; quod nescio qua de causa minus accurate dictum existimasse Nipp. p. 85 videtur, equidem ut non minus rectum et magis usitatum praeferrem, si per codices liceret, quorum tamen ipsorum auctoritas h. l. in dubitationem vocari potest. Ceterum cf. adn. cr. ad 5, 58 §. 4.

§. 5. pedites suis] *peditibus s.* R. Voss. Cl. Goth. AB. *p. suos* Dorv. Dr. B. Vrat. C. Hamb. Vind. E. *p. rebus s.* „nonnulli" Hotom. Vasc. St. Gr. b. (Frell.) *p. eis* Aud. Ox. *inpedimentis s.* Leid. A. *τοῖς σφῶν σκευοφόροις* Met.

facere] *conficiendi* Vind. A. *confici* V. C. Vrs. Not. „Vaticanus liber et meus" Vrs. Em. Aud. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. In. sqq. *Facere* non deteriorem sensum praebere vidit rectius, quam ostendit Herzogius ampliorem appellans magisque infinitum (allgemeiner und unbestimmter) qui simplicior et evidentior dicendus erat. Clarkio vero etiam aptius cohaerere cum eo, quod sequitur (*spoliatum iri*) videbatur. Mihi *facere* tutius, sed *confici* nihilo deterius videtur.

confidat] *confidebat* Ox. Duk. Dorv. Hav. A. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. ACFI. (Bong. C. Pal.) edd. ante Lips. exceptis

Salustius et Suetonius et Tacitus iis locis, quibus Gesnerus in Thesauro ipsum actum seu ductum exercitus hac dictione significatum esse putat. *Impeditos* autem adoriri iubens Vercingetorix non in equites Germanos, de quibus Rhellicanus, aut omnino Romanorum in equitatum, de quo cogitabat Oudendorpius, sed in pedites impetum facere equites suos iubere statuendus est. Hi enim impedimenta portabant, et in hos postero die impetum facere coepisse Galli dicuntur c. 67 §. 1.

§. 5 Si pedites suis auxilium ferant] Quod pedites potius, quam equites auxilium ferentes ponit iis, in quos impetus fieret ab equitibus, eius rationem §. 6 *Nam de equitibus* etc. reddit. *Suis,* in quo Clarkius *rebus*, quod desideraverat Hotomannus, vel *impedimentis* vel „quod iam praecesserat, *agmine impeditis*, subintelligi" posse existimabat, generis masculini et instar substantivi est, ut 1, 13 §. 4 et Civ. 3, 78 §. 4 (*suis auxilium ferre*) et 2, 10 §. 5 (*suis auxilium ferrent*) et ubicunque in Caesaris et reliquorum commentariis solitarium apparet.

id quod] Cf. adn. ad 4, 29 §. 3.

relictis impedimentis suae saluti consulant] sc. ii, quos in agmine impeditos adorti essent;

sulant, et usu rerum necessariarum et dignitate spo-
6 liatum iri. Nam de equitibus hostium, quin nemo eo-
rum progredi modo extra agmen audeat, ne ipsos qui-

inc. Ven. f. St. *credat confidebat* Leid. A. *contingat confidat* ante corr. Hamb. Cf. ad *habuerat* c. 64 §. 2 adscripta, quae si probas, Daehnio h. l. immerito *confidebat* placuisse mecum senties.

§. 6 ne ipsos quidem] „Sic Cu. S. Leid. A. Ox. And. et aliorum. Mei reliqui et Edd. pp. *et i. q. non*. Nec male. Graece *κ'οὐκ.*" *et i. q.* Lov. ab Heinsio coll. *et i. q. non* Voss. A. Pet. Egm. Gott. Lbb. Bong. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. CDFI. edd. ante Ald. (*ne*) *i. q. non* Vind. B. Qua mente Oud. lectionem ante Aldum vulgatam non malam, quidve in ea simile Graecis dictionibus *καὶ* copulae *οὐ* negationem adiunctam habentibus esse statuerit, nescio, neque cur illud Iulianum esse affirmaverit Apitzius, Dübnerus idem in ordinem receperit, ipsis tacentibus dicere possum; sed eandem iis in utraque lectione sententiam inesse nec nisi propter codices alteram vel aequiparandam vel praeferendam Aldinae visam esse suspicor. Atque ita Kranerus, qui et ipse alteram praetulit, eam interpretatus est: auch sie (wenn auch mit den Verhältnissen weniger genau bekannt, als der Feldherr) dürften daran nicht zweifeln, so bekannt sei die Untüchtigkeit der römischen Reiterei. Whittius vero, qui *et ipsos quidem non* pro *ne ipsos quidem* Latine dici non posse intelligeret, hoc, quod Aldus dedit, ex infelici emendandi conatu ortum ratus ipse *et* ut ex antecedenti verbo natum delere et ab omnibus codicibus destitui, quam eos sequi maluit, quos aliis locis necessario secutus est. Denique Nipperdeius neque Aldinae scripturae auctoritatem agnoscens aut sensum perspiciens neque in eo, quod posuit Whittius, *ipsos quidem* recte dici videns non solum *et*, quod codices habent, tenuit, sed etiam alterum ei, quo codices carent, ne forte Caesar *et ipsos* ut c. 54 §. 1 dixisse videretur, in sequentibus eiecti *id* pronominis loco subiunxit hoc modo: *Nam de equitibus hostium, quin nemo eorum progredi modo extra agmen audeat, et ipsos*

qui etsi pars tantummodo essent agminis universi, tamen quod partium nulla non factura et passura videretur, id Vercingetorix communicat cum omnibus et omnes impedimentorum ac dignitatis iacturam facturos esse praedicit. Similiter ii, quos *iter facere non posse* dixerat, non solum pedites suis auxilium ferentes et ii, quibus ferrent, sed omnino Romani intelligendi sunt, quibus si semel resistere in animo esset, impetu in partem agminis sui facto consistendum omnibus esset.

§. 6 ne ipsos quidem] quamvis a nemine doctos; ita ut ne sibi quidem opus sit illud docere et argumentis ab experientia petitis demonstrare. Cf. 1, 40 §. 9: *Cui rationi contra homines barbaros atque imperitos locus fuisset, hac ne ipsum quidem sperare nostros exercitus capi posse.* quamvis et optantem et nostrorum exercituum non admodum guarum. 6, 24 §. 6: *Paulatim adsuefacti superari multisque victi proeliis ne se quidem ipsi cum illis virtute comparant.* quamvis lubenter sese aliis praeferentes.

dem debere dubitare. Id quo maiore faciant animo, copias se omnes pro castris habiturum et terrori hostibus futurum. Conclamant equites sanctissimo iureiu- 7 rando confirmari oportere, ne tecto recipiatur, ne ad liberos, ne ad parentes, ne ad uxorem aditum habeat qui non bis per agmen hostium perequitasset. 67. Probata re atque omnibus iureiurando adactis postero die

quidem non debere dubitare, et, quo maiore faciant animo, copias se omnes pro castris habiturum et terrori hostibus futurum. Atque his verbis hanc effici dicit aptam sententiam: quin equites Romanorum progredi non auderent, ipsos quidem, etiamsi soli essent, dubitare non debere, sed quo maiore animo omnem dubitationem abiiciant, se terrorem reliqui exercitus additurum. Qua quidem sententia ego nullam minus aptam excogitari potuisse, ceterum unam veram esse Aldi lectionem puto, quam praeter codices ab Oud. significatos Hav. A. et Vind. A. praebent, in qua temere omisso *ne* imperite suffectum esse *et non* videtur.

§. 7 ne ad uxorem] Pet. Co. S. Leid. B. (Gu. Vind. DEI.) et Oud. teste a. m. sec. Bong. A. „reliquis" et Voss. A. Egm. Gott. Lov. Fabr. et tribus Cond. et Bong. A. Pi. Par. A. Hav. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Vind. ABCF. et ed. iuc. et Ven. f. deest *ne*. Cf. adn. cr. ad 6, 13 §. 5. (*uxores* And. Loid. A. Hav. A. Hamb.).

bis] „Sic Ald. et omnes, ut opinor, impressi. A Stephan. tamen abest vox *bis*. quod non puto negligendum." Hotom. „Vox *bis* non comparet in Stephanico Cod. neque in Bongars. pr. Andino, vel Oxon. rectius tamen non negligendam putat Hotomannus, et τὸ δὶς agnoscit Metaphrastes." Oud. Hotomanno non vox *bis*, sed eius vocis praetermissio non negligenda et ipsa abesse posse videbatur. Et abest etiam ab Hav. A. et Vind. A. neque agnoscit eam Petrarcha Hist. 18, 35 (*qui non Romanam aciem penetrasset*) et in Dr. B. et corr. Voss. A. Fabr. *nobis* pro *non bis*, in Leid. B. *quis habeat quin bis* legitur pro *habeat qui non bis*. Nihilominus *bis* tenendum est; nam interpolato dissimillimum et simul aptissimum est. Vt enim audax facinus, cui se obstringebant vere perfectum esse intelligeretur, perequitato agmine Romanorum eodem itinere ad suos se recipere quemque iubebant.

perequitasset] *perequitaret* Vind. A. *perequitaverit* Ox. *perequitarit* And. Hav. A. Oud. Cf. c. 61 §. 5: *quae* (manus) *tantum progrediatur, quantum naves processissent.*

Cap. 67. §. 1 iureiurando adactis] *iusiurando a.* Vind. E. *iusiurandum a.* In. *ad iusiurandum actis* Leid. A. *ad iusiurandum adactis* And. Ox. Cn. S. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. excepta Ci. Quod in In. exstat, id ante Scaligerum requisiverat Ciacconius analogia dictionum *arbitrum adigere* et *arbitrium adigere*, quibus Cicero Top. c. 10 (§. 43) et Pro Roscio Com. c. 9 (§. 25) usus est, et Caesaris usu eodemque aliorum motus, quem

Id] Cf. adn. ad 1, 1 §. 4.

§. 7 Conclamant equites] quos una cum praefectis ad concilium convocatis convenisse statuendum est.

confirmari oportere, ne] Cf. adn. ad 6, 2 §. 2 et ad 5, 6 §. 6.

in tres partes distributo equitatu duae se acies ab duobus lateribus ostendunt, una a primo agmine iter im-
2 pedire coepit. Qua re nuntiata Caesar suum quoque equitatum tripertito divisum contra hostem ire iubet.
3 Pugnatur una tunc omnibus in partibus. Consistit

pluribus docuit in adn. ad Civ. 1, 76 §. 3, ubi de Petreio verba leguntur *idem iusiurandum adigit Afranium*, et ib. 2, 18 §. 5 de Varrone *provinciam omnem in sua et Pompeii verba iusiurandum adigebat*. Ciacconii coniecturam, ut est probabilis, probans Oud. partim ob Leid. A. scripturam, partim quod *iureiurando* ab explicatione ortum putabat, nihilo minus Aldinam lectionem tenuit, de cuius Latinitate ne Ciacconius quidem dubitare potuit, quamquam praepositionem elegantius abesse existimaverit. Cf. Salust. Cat. c. 22 §. 1. Sed ablativo quoque locum in hac dictione fuisse Ciacconius ipse monstravit quattuor Livii locis allatis, quorum tribus (2, 1 §. 9. 21, 1 §. 4. 22, 38 §. 2) *iureiurando*, uno (3, 20 §. 4) *sacramento* cum verbo *adigere* constructum legitur. Nec desunt alia apud eundem, ut 10, 38 §. 9, et apud recentiores exempla. Ratio autem ablativi similis ei videtur, qua Caesar 6, 1 §. 2 *consulis sacramento rogare*, Plautus Rud. prol. 46 *iureiurando alligare* dixerunt. Itaque cum Clarkio restituendum putavi quod alterius codicum generis consensus tuetur.

tres] *treis* Ald. a. Gr. a. Turr. *tris* Oud. Cf. adn. cr. ad 6, 82 §. 3.

a primo] *a prima* Leid. A. *a* om. „MSS. multi" Pet. Voss. A. Egm. Gott. Lov.Conf. Bong. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. BCDEFI. edd. ante Ald. Cf. adn. ad 1, 23 §. 3. Qui *primo agmine* omissa praepositione interpretantur vorn am Zuge, ut Seyffertus, Doberenzius, Kranerus, linguae usui adversantur.

§. 2 tripertito] Egm. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Hav. A. Gott. Wh. et per compendium Hamb. Vind. A. Vulgo *tripartito*. Cf. adn. cr. ad 6, 6 §. 1.

§. 3 tunc] Vrsini liber is, quem suum in Emend. appellat, And. Ox. Cu. Leid. A. Hav. A. Vind. A. *tum* S. Gr. a. Turr. om. reliqui codd. et edd. ante Oud. Eo omisso id, quod fieri hic ostenditur (*pugnatur una omnibus in partibus*) non ex illo, quod iubere in praecedentibus Caesar dicitur, pendere, sed aut per se constare (cf. c. 84 §. 2) aut una et pariter cum illo accidere videtur; quorum alterum falsum, alterum ineptum est.

Consistit] Aud. Ox. Cu. Leid. A. Dorv. (Par. A.) Hav. A. Pal. Vrat. C. Goth. B. Vind. A. *constit* Vind. C. *constitit* „reliqui" Carr. cod. Turr. Pet. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Lbb. Boug. AC. Dr. AB. Vrat. AB. Goth. A. Hamb. Gu. Vind. FI. inc. sec. Eib.

Cap. 67. §. 3 una] Recte Hotomannus interpretatur *uno tempore*. Eadem significatione Cicero dixit Div. in Caecil. c. 1 (§. 1): *is, si mei consilii caussam rationemque cognoverit, una et id, quod facio, probabit et in hac caussa profecto neminem praeponendum mihi esse actorem putabit*. — Quod idem Ho-

agmen; impedimenta inter legiones recipiuntur. Si qua 4
in parte nostri laborare aut gravius premi videbantur, eo signa inferri Caesar aciemque constitui iubebat; quae

§. 4 constitui] „Bong. A. Pet. Voss. ABC. Carr. Egm. Lov. quinque alii" cod. Turr. Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Lbb. Conß. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. BCDEFI. Edd. ante Ald. *conferri* Leid. A. *converti* Hav. A. Vind. A. (Bong. A. Pl.) Ald. sqq. quamquam Oudendorpio et *converti* et *conferri* h. l. „Glossae" esse videbantur eius, quod in Bong. A. reliquisque invenerat, quod etiam exemplorum multitudine in adn. ad 2, 19 collectorum putabat commendari. Lippertus vero *signa inferri* dictionem hoc de *acie* dicto explicari putans *constitui* damnat: *aciemque converti* erklärt *signa inferri*, darum die andere Lesart *constitui* für *converti* als unstatthaft erscheint. idemque facit Heldius verborum significatione et rei natura et *eo* tomannus Plutarchum in vita Caesaris scribere ait „Caesarem in hoc proelio gladium amisisse, quem Arverni in fano ostentationis causa suspenderunt. Eum postea a Caesare conspectum neque passum esse tolli, cum id amici suaderent." sunt ista quidem a Plutarcho p. 720. E. (c. 26. Vol. 3 p. 252 Sint.) eo loco relata, ut, si gladium amisit Caesar, hoc ipso die amisisse statuendus sit: *ἐνταῦθα δ' αὐτῷ τῶν πολεμίων ἐπιπεσόντων καὶ περισχόντων μυριάσι πολλαῖς ὁρμήσας διαγωνίσασθαι τοῖς μὲν ἄλλοις καταπολεμῶν ἐκράτησε, χρόνῳ πολλῷ καὶ φόβῳ καταβιασάμενος τοὺς βαρβάρους· ἔδοξε δὲ κατ' ἀρχάς τι καὶ σφαλῆναι, καὶ δεικνύουσιν Ἀρουέρνοι ξιφίδιον πρὸς ἱερῷ κρεμάμενον, ὡς δὴ Καίσαρος λάφυρον. ὃ θεασάμενος αὐτός ὕστερον ἐμειδίασε καὶ τῶν φίλων καθελεῖν κελευόντων οὐκ εἴασεν, ἱερὸν ἡγούμενος*: sed hoc proelium, quod totum equestre fuit, Plutarchus non magis novit, quam illud, quod c. 68 §. 2 significatur, atque omnino hic, ut alibi, diverso a Caesare auctore est usus.

impedimenta inter legiones recipiuntur] Haec cum Baumstarkio intelligenda sunt ea, quae adhuc in agmine portaverant milites, qui ob id ipsum *impediti* in agmine vocati sunt c. 66 §. 4, tunc vero, cum agmen constitisset, sarcinis in iumenta et carros, quibus reliqua vehebantur, coniectis ad auxilium equitibus ferendum *expediti* sunt facti. Cf. 1, 24 §. 2, ubi Caesar *sarcinas in unum locum conferri*, et 7, 18 §. 4, ubi *celeriter sarcinas conferri*, *arma expediri* iubet. De carris et iumentis ipsis cogitari propterea non potest, quod haec secundum 2, 17 §. 2 et 19 §. 2 in agmine locum inter legiones vel unam et alteram vel plures et pauciores habere solebant, ita ut *recipi* inter legiones opus non esset. Neque vero probabile est Caesarem his paucis verbis novam quandam impedimentorum collocandorum rationem, qualem Guischardtus Mémoires critiques et historiques T. 1. p. 230 et Nastius Römische Kriegsalterthümer p. 223 excogitarunt, significare voluisse aut, quae Nipperdeii idem opinantis coniectura est, non *inter*, sed *intra legiones* scripsisse.

§. 4 videbantur] Id sine ratione Herzogius *conspiciebantur* vel, quod accuratius sit, *ex visu satis certe colligebatur*, *intelligebatur eos laborare* interpretatur. Cf. adn. cr. ad 4, 8 §. 1.

res et hostes ad insequendum tardabat et nostros spe
5 auxilii confirmabat. Tandem Germani ab dextro latere
summum iugum nacti hostes loco depellunt; fugientes
usque ad flumen, ubi Vercingetorix cum pedestribus
copiis consederat, persequuntur conpluresque interfi-
6 ciunt. Qua re animadversa reliqui ne circumirentur,

adverbio adductus: Da *constituere aciem* nur überhaupt bedeutet: *eine Schlachtordnung aufstellen*, nach dem Zusammenhange unserer Stelle hingegen die Rede ist von oftmaligen Wendungen der Schlachtordnung, je nachdem der Wechsel im Erfolge der Schlacht sie erforderte, und da endlich *converti* sich an das vorausgehende *eo* richtig anschliesst, nicht aber *constitui*, so möchte wohl die gewöhnliche Lesart im Texte zu lassen seyn. Sed explicatio, quam statuit Lippertus, minime necessaria, aciei autem constitutio, quae praecedere conversionem debebat, nusquam a scriptore significata est; neque ab re quicquam obstat, quo minus eos, qui in agmine constitissent, eam in partem, qua equitatus Romanorum premi videretur, signa intulisse, deinde tantum progressos, ut equitum Gallorum impetum excipere possent, rursus constitisse et in acie constitutos esse putemus. Ad orationem vero cf. Civ. 1, 40 §. 5: *locum capit superiorem* (Plancus) *diversamque aciem in duas partes constituit, ne ab equitatu circumveniri posset.* qui locus *eo* adverbium non repugnare verbo *constitui* docet.

§. 5 nacti] *nancti* Voss. A. sec. Oud. *nancti* idem sec. Fabr. et Par. A. *nanti* Bong. A. Cf. adn. cr. ad c. 32 §. 1.

conpluresque] Egm. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. non *comp.* (*complureisque* Ald. a. Gr. a. Turr. *pluresque* Leid. A. *complures* Carr. cod. Turr. Leid. C. Voss. C. Gott. Wh. Dr. A. Vrat. B. Vind. B. inc. om. Vind. E.)

§. 6 circumirentur] Pet. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Fabr. Pet. Consl. Bong. A. Pl. Par. A. Vrat. AB. inc. sec. Elb. *circum iren-*

spe auxilii] quod ipsum ferendum iis aut latum fuisse non videtur. Itaque non erat cur in his vocibus haereret Hotomannus. „Vbi res ipsa erat, spei locus esse non poterat.“

§. 5 summum iugum nacti] Ad dextram igitur Romanis loca erant edita, in iisque diu pugnatum ab equitibus fuisse videtur, cum Germani summum iugum nacti hostes loco superiori, ex quo adhuc male habuissent Romanos, depellerent.

ad flumen] Id post Rhellicanum plerique Ararim, alii lique probabilius aliud minus notum fuisse putant; de cuius tamen nomine, cum ipse scriptor nullum memoriae prodendum existimaverit, quaerere supervacaneum est. Krauerus nescio quo auctore posuit *Ouche*.

§. 6 reliqui] qui a primo agmine et ab latere sinistro Romanos adorti erant.

ne circumirentur] a Germanis, qui profligata tertia equitum Gallorum acie reversi a tergo invasuri essent reliquos. Quae fuit causa, cur hi in alias partes fugam capesserent et omnibus locis fieret caedes. Aliter haec inde a §. 5 intellexit Guischardtus Mémoires militaires T. 1 p. 285: *Le combat avoit déja duré quelque*

veriti se fugae mandant. Omnibus locis fit caedes. 7
Tres nobilissimi Haedui capti ad Caesarem perducuntur. Cotus, praefectus equitum, qui controversiam cum Convictolitavi proxumis comitiis habuerat, et Cavarillus, qui post defectionem Litavici pedestribus copiis praefuerat, et Eporedorix, quo duce ante adventum Caesaris Haedui cum Sequanis bello contenderant.

tur Dr. B. *circuirentur* Bong. C. Goth. A. Vind. C. et sec. Oud. praeter And. Ox. Cu. S. Leid. A. reliqui. *circunueiretur*, corr. *circuniretur*, Hamb. *circumvenirentur* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Dr. A. Vrat. C. Goth. B. (Pal. Gu.) Vind. A. Rom. a. Med. a. sqq.

§. 7 Convictolitavi] „*Convictolitabi* vel *avi* vel *ajo* MSS. rursus.“ — *tavi* Hav. A. Vind. F. — *tabi* Pet. Gott. Bong. A. Par. A. Goth. B. Gu. Dr. B, et a m. s. A. — *tabo* Egm. Vrat. A. — *tabus* Voss. A. — *tave* Rom. a. Bsr. Veu. f. — *tani* Vind. C. — *tane* Goth. A. Vrat. BC. edd. rell. *Convictobali* Vind. A. *Convitolibili* Hamb. *Coniunctolittabi* Vind. I. (*Convinct.* Vrat. B. *covict.* Ven. c.) Cf. adn. cr. ad c. 55 §. 4.

proxumis] Boug. A. Egm. et sec. Oud. Voss. A. Vulgo *proximis*. Cf. adn. cr. ad c. 3 §. 2.

Eporedorix] *Eporidorix* Veu. f. *oporedorix* (e) Goth. B. *Eporodorix* Gott. Fabr. Vind. B. *Eporedoris* Hamb. *Epordarix* Ven. cde. *Eboredorix* Voss. A. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. quod aut errore aut consilio eodem, quo *Epordarix* a Venetis factum videtur.

tems, quand César fit tourner par quelques escadrons de Germains, une montagne qui étoit à sa droite sur le flanc gauche des Gaulois, au-delà du lieu ou étoit le fort du combat. Cette manoeuvre décida l'affaire. Les Gaulois voyant les Romains prêts à fondre sur eux, et se voyant environnés, prirent la fuite et furent pour suivis jusqu' à une riviere, derriere laquelle Vercingetorix avoit rangé son infanterie en ordre de bataille. Haec cum Caesaris verbis sive cum Ablancourtii interpretatione Francogallica comparanti minus mirum accidet, si etiam apud veteres scriptores perperam aliquid ex his commentariis relatum legerit, quorum brevitas quamvis Cicerone iudice illustris omnium temporum lectoribus quibusdam obscurasse auctoris mentem videtur.

§. 7 qui post defectionem Litavici pedestribus copiis praefuerat] Is Litavici in locum tum, cum huius et fratrum eius bona publicabantur (c. 43 §. 2) suffectus esse, deinde vero recepto Bibracti Litavico (c. 55 §. 2) rursus cessisse loco videtur.

ante adventum Caesaris] Recte Baumstarkius hoc tempus illud esse docuit, quod 6, 12 demonstratum est. Metaphrastes vero de Eporedorige adolescente sermonem fieri opinatus *ante adventum Caesaris* ὀλίγῳ πρόσθεν vertit.

68. Fugato omni equitatu Vercingetorix copias suas, ut pro castris conlocaverat, reduxit protinusque Alesiam, quod est oppidum Mandubiorum, iter facere cóepit celeriterque impedimenta ex castris educi et se subse-
2 qui iussit. Caesar impedimentis in proximum collem deductis, duabus legionibus praesidio relictis secutus

§. 1 suas] om. Pet. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. A. Vrat. A. et a m. pr. B. Goth. A. Hamb. Gu. Vind. B. inc. sec. Elb. ante *copias* ponit a m. s. Vrat. B. *quas* Dok. Leid. B. Dorv. Pal. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. EF. Ven. f. s. *quas* Vind. CI. *suas* Oud. cum edd. plerisque tenuit auctoritate codicum And. Ox. Cu. S. Leid. A., quibus Hav. A. Vind. A. accedunt: reliquos eo carere testatur.
ut] om. Duk. Bong. C. Dr. B. Vind. CFI. Ven. f.
conlocaverat] Voss. A. Egm. (Bong. A.) Par. A. Vrat. A. non *coll.*
§. 2. inpedimentis] Voss. A. (Bong. A.) Par. A. non *imp.*
proximum] *proxumum* Egm. Par. A. Cf. adn. cr. ad c. 67 §. 7.
duabus] *duabusque* Hav. A. Ald. sqq. etiam Cl. et Oud. quorum tamen alter *duabus*, quod MSS. exhibeant, veriorem esse lectionem, alter copulam, quae absit etiam a Bong. Leidd. Vossianis, Petav. Egm. Lovan. ceterisque et Edd. primis, deleri posse iudicat. Io Fabr. abesse *que* a Voss. A. Pet. Gott. Egm. Lbb. ostenditur, de Co. Lov. Lb. ut in Confl. de Pet. Bong. C. Pal. tacetur. Item abest a Carr. cod. Turr. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. et, qui a m. pr. correctus *duobus* habet, ante corr. babebat *duabus*, A. Hamb. Gu. Vind. ABCEI. Itaque quin

Cap. 68. §. 1 ut] Cf. adn. cr. ad 2, 23 §. 1.

§. 2 inpedimentis in proximum collem deductis] Ex duabus verbi significationibus, inter quas optionem dat Oud. *deductis* ab loco superiore aut abductis in tutum intelligendum esse dicens, altera, etiamsi collis ille minus editus esset, quam locus is, onde agmen impedimentorum petens eum progredi coepisset, tamen, quia in collem ipsum nisi ascendendo perveniri non poterat, aliena, altera neque omnino certa et usu probata neque ad duarum legionum praesidio relictarum commemorationem satis apta neque ei, quod in *proximum* collem deducta sunt, quod celeritatis magis, quam loci muniti rationem habitam esse demonstrat, conveniens videtur. Et io ado. ad Civ. 2, 19 (§. 5) quo simul respicere lectorem iubet Oud., obi cohortes quaedam *in arcem* oppidi cuiusdam deductae memorantur, dubitat, an ibi pariter atque h. l. *deducere* nihil a simplici *ducere* differat; quae interpretatio etiam minus est probabilis. Contra ea, quae a nobis in adn. cr. ad 4, 22 §. 6 proposita est, cum usui linguae et analogiae, de qua v. ad 6, 7 §. 6 adscripta, tum rei ipsi maxime consentanea videtur. Impedimenta enim et legiones duas illo in colle pernoctasse verisimile est, cum Caesar cum octo legionibus expeditis ad vesperum usque hostes secutus medio inter collem et oppidum loco castra fecisset. Neque aliter illud, quod Civ. 2, 19 legitur, interpretandum est.

hostes quantum diei tempus est passum, circiter tribus milibus hostium ex novissimo agmine interfectis altero die ad Alesiam castra fecit. Perspecto urbis 3 **situ perterritisque hostibus, quod equitatu, qua ma-**

delendum sit, dubitari nequit: illud dubitari potest, utrum hi ablativi absoluti cum prioribus propius, quam cum singulari, quod sequitur, participio coniungendi, an priores non ablativi, sed dativi esse putandi sint, quos esse pro certo ponit Apitzius. Atque haec dubitatio impedisse Oudendorpium videtur, quo minus faceret quod per codices fieri posse censeret. Sed verborum dispositio et concinnitatis ratio pariter suadent, ut Caesar impedimenta deduxisse eoque facto, postquam duas eis legiones praesidio reliquisset, cum ceteris octo legionibus secutus esse hostes intelligatur. Cui sententiae post *deductis* incidi orationem convenit.

hostes] Cu. et margo Pet. Fabr. Boug. A. Pl. Hav. A. Vind. A. (*hostem* Oud. ex Cu. m. Pet. Bong. A. atque ex Leid. A. referens in extrema littera errasse videtur.) Vulgo omissum nomen consentientibus utriusque generis codicum principibus restituendum neque vero propterea in sequentibus *hostium*, cuius loco Pet. *hostibus*, Pal. Vrat. C. Goth. B. Vind. D. edd. ante Ven. f. *hominum* habent, cum Hav. A. Vind. A. eiiciendum putavi. Cf. 6, 7 §. 3: *Labienus hostium cognito consilio sperans temeritate eorum fore aliquam dimicandi facultatem praesidio quinque cohortium impedimentis relicto cum XXV. cohortibus magnoque equitatu contra hostem proficiscitur et mille passuum intermisso spatio castra communit. Erat inter Labienum atque hostem difficili transitu flumen ripisque praeruptis: hoc neque ipse transire habebat in animo neque hostes transituros existimabat.* et quae ad 4, 29 §. 4 adscripta sunt.

§. 3 equitatu] *equitatus* „unus alterque recentior" Bong. C. Dr. B. Vind. DF. inc. sec. Elb. et reliquae edd. ante Ald. Vasc. St. Gr. b. (Frell.) *equitatum* Vrat. A. *equitatibus* Goth. A.

qua] cod. Vrsini vetustissimus, Goth. A. Ald. a. corr. et sqq. usque ad Oud. 2. *siqua* ante corr. Ald. a. om. Dr. B. *quo* „MSS.

§. 3 perterritisque hostibus] qui si minus perterriti fuissent, obsidione laboriosa supersederi et acie decertari potuisset. Nam hanc potius ad Caesaris consilium terror hostium vim habuisse videtur, quam quae a Lipperto et a Dübnero proposita est, quorum alter haec adnotavit: Caesar glaubte die Stadt um so ungehinderter umwallen zu können, als der Feind in grossem Schrecken war; daher nur schwache Versuche zur Verhinderung des beschlossenen Baues machen würde. alter in huius capitis argumento indicando his verbis usus est: il se décide à profiter de la terreur imprimée à l'ennemi et à former le siège de la ville. Ceterum sive haec sive illa causa statuenda est, aliam habent hi atque proxime praecedentes ablativi significationem, atque ob id ipsum hysteron proteron, quod ad 1, 41 §. 3 notavi, fieri potuit.

equitatu — erant pulsi] Paulo insolentius hoc dictum ita intelligendum est, ut si esset *ea parte*

xime parte exercitus confidebant, erant pulsi, adhortatus ad laborem milites circumvallare instituit. 69. Ipsum

aliorum et mei" Carr. cod. Turr. V. C. Vrs. Not. „liber meus" idem Emend. Steph. Braut. Cu. Pet. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Conf. Par. AB. (Bong. A. Pl.) Hav. A. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. ADFI. edd. ante Ald. Oud. 2.

maxime parte exercitus] cod. Vrs. vetustissimus, St. Lips. et sqq. usque ad Oud. 2. *m. e.* Cu. Fabr. *m.* idem sec. Ond. et a m. pr. Leid. A. V. C. Vrs. Not. „liber meus" idem Emend. Steph. Hav. A. Vind. A. et a m. pr. Par. B. (*p. e.* inter versus addita habet.) *maxima p. e.* reliqui Oud. Carr. cod. Turr. Brant. Pet. Voss. A. Gott. Egm. Fabr. (Bong. A. Pl. Conf.) Par. A. (hic *maxuma*) Dr. AB. Vrat. A (*excerc.*) BC. Goth. AB. Hamb. (Gu.) Vind. I. edd. ante Lips. (excepta St.) et Oud. 2.

confidebant] And. Ox. Cu. S. Pet. V. C. Vrs. Not. „liber meus" idem Emend. Steph. Par. B. Hav. A. Dr. B. Vind. A. Ald. sqq. *confidebat* reliqui Oud. Carr. cod. Turr. Braut. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Fabr. Bong. C. Pal. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. CDEI. edd. ante Ald.

erant pulsi] *erat p.* Vrat. C. *e. depulsi* Goth. A. *erat pulsus* „unus alterque recentior" Boug. C. Vind. D. edd. aute Gr. a. (excepta sec. Elb. luc.) Vasc. St. Gr. b. (Frell.) Scripturam huius loci a Lipsio partim secundum Ald. et Gr. a., partim secundum Vrsini codicem vetustissimum exhibitam et a sequentibus editoribus servatam Oud. in adn. non necessariam iudicatam in ed. 2 ita mutavit, ut ad codices quidem optimos totum se accommodaverit, linguae vero et sententiae non optime consuluerit. *quo maxima parte* mutandum non fuisse ait, quia Caesar et alibi per adpositionem haec verba addat, ut Civ. 1, 46: *Submotis cohortibus, ac nonnulla parte in oppidum compulsis.* Et suam ad eiusdem libri c. 61 et ad 3, 41 adnotationem conferri iubet, quorum locorum priore lectionem *quibus* (fossis) *parte aliqua Sicorem averteret* alicubi pro *q. partem aliquam Sicoris a.* repertam simile ablativi usum habere dicit, altero Hotomanno, qui pro *parva parte noctis itinere intermisso* malebat *parvam partem* — ad h. l. notata obiicit. Horum omnium rationem diversam, appositionem quidem, quam hic Oud. statuit, in nullo eorum esse manifestum est. Qua licet hic concedendum sit equitatum maximam partem exercitus vocari et pronominis relativi genere ad praecedens nomen aptato *quo maxima parte exercitus confidebant* scribi potuisse eo sensu, quo nos dicamus auf welche als den größten Theil des Heeres sie sich verließen, quamquam *qua* haud dubie usitatius erat, tamen neque equitatus maxima pars erat exercitus Gallorum, neque simpliciter illi confidere equitatu, sed maxime confidere dicendi erant. Atque id ipsum Oud. voluisse et sensum eum statuisse videtur, quem Germanice enuntiet auf welche sie den größten Theil ihres Vertrauens setzten. Nam etiam *exercitus, qua maxime confidebant, erant pulsi.* eamque interpretationem scriptor ipse monstrare interiectis *qua maxime parte exercitus confidebant* videtur.

erat oppidum in colle summo, admodum edito loco, ut nisi obsidione expugnari non posse videretur; cuius 2
collis radices duo duabus ex partibus flumina sublue-

legendum videri posse dicit *quo maximam partem confidebant.* Sed nominis *exercitus* genitivum ea senteutia non admittit, quem ille tamen in ed. 2 non minus, quam in 1 tenuit. Restituenda igitur huius eademque Lipsii scriptura fuit, quam optimi codices ita mutatam exhibent, ut non calami, sed iudicii errore facta mutatio videatur.

circumvallare] Ante hoc, quod in Hamb. *circumvalare*, in Ven. ed. *circumvalere* scriptum est, vulgo addunt *Alesiam*, ut Pet. Fabr. Hav. A. Vind. A. vel, ut Dr. B. Vr. C. et a m. e. B. Goth. AB. Vind. CDEFI. et, quae ita solent, edd. ante Lips., *Alexiam*, quod teste Oud. in Bong. A. Voss. ABC. Egm. Gott. Lov. Leid. C., sec. Fabr. in Lov. Lbb. itemque in Bong. A. Pl. Par. A. Gott. Wh. Dr. A. Vrat. A. et a m. pr. B. Hamb. Gu. Vind. B. inc. omissum recte omitti potuisse docet Apitzius collato c. 11 initio hoc: *Altero die, cum ad oppidum Senonum Vellaunodunum venisset, ne quem post se hostem relinqueret, quo expeditiore re frumentaria uteretur, oppugnare instituit.* Illatum autem ex sequentibus suspicor, in quibus *Alesia* nomen ad *oppidum* adiectum in iisdem codicibus, qui h. l. *Alesiam* omittunt, alterius recensionis auctori ansam praebuisse videtur, ut hic potius insereret nomen, ubi et magis id requiri et facilius ad sequentia, si opus esset, posse adhiberi intelligeret.

Cap. 69. §. 1 oppidum] Huic Oud. codices omnes praeter And. et Ox. cum ed. inc. *Alesia* adiectum habere „e Glossa" tradens de codicibus falsus videtur. Adiectum illud est in Carr. cod. Turr. (*Alexia*) Pet. Gott. Egm. Lov. Lbb. et, qui *ae* super *e* habet, Voss. A. Fabr. Pet. et Bong. C. Confl. Bong. A. Pi. Par. A. Dr. A. Vrat. A. et a m. pr. B. Hamb. (*helesia*) Gu. Vind. B et, qui *Alexia*, Cl. omissum vero non solum in edd., sed etiam in Hav. A. Dr. B. Vrat. C. Goth. AB. Vind. ACDEF. Cu. Fabr. Pal. Confl.) Qua codicum discrepantia cum ea, quae superioris capitis in fine apparuit, collata utrobique generum diversitatem animadvertere licet. Neque vero meliori generi maiorem h. l., quam deteriori supra fidem habere possum, et *Alesia* nomen cum Oud. ex interpolatione, sed vetustiori illatum puto.

expugnari non posse videretur] In Dr. B. *non* inter versus scriptum, in Vind. A. omissum, in And. Ox. Cu. Leid. A. Hav. A. ante *videretur* positum eoque loco ab Oud. editum est, cum in reliquis codicibus omnibus *non posse* legatur, quam ipse vulgatam scripturam esse docet, mutatae rationem non reddit. Kreyssigio pro diversa orationis structura utrumque ferri posse et eodem redire videtur, neque ego non ferendum dixerim quod placuit Oudendorpio; sed alterum accuratius dictum et scriptoris usui convenientius est. Cf. c. 55 §. 10, quem locum Kreyssigius adhibuit: *ut omnino vado non posse transiri videretur.* et 5, 51 §. 3: *quod ea non posse introrumpere videbantur.* et Civ. 1, 64 §. 5: *quorum aut animus aut vires videbantur sustinere non posse.*

§. 2 cuius] *Eius* Hamb.

3 bant. Ante id oppidum planities circiter milia pas-
4 suum III. in longitudinem patebat: reliquis ex omnibus partibus colles mediocri interiecto spatio pari alti-

§. 3 id] „Sic MSS. omnes et Edd. ante Scal. praeter Vrs. et forsan Ox. vulgo deest *id.*“ Oud. „Dictio, *id*, non habetur in V. C. et certe videtur abundare.“ Vrs. Not. post *oppidum* Vind. C. *ad* Goth. A. a m. pr. om. Hav. A. Vind. A. Iu. Gr. Dav. Cl. tacente Fabr. Non temere Vrsino abundare videbatur pronomen, quod, si semel tantum in antecedentibus facta oppidi mentio aut

Cap. 69. §. 3 Ante id oppidum] Guischardtus Mém. milit. 1, 287 planitiem ad occidentem versus ab oppido positam statuit idque colligere potuisse ex eo videtur, quod supra duo *duabus ex partibus* flumina collis, in quo oppidum erat, radices subluere et infra ea in collis parte, *quae ad orientem solem spectabat*, omnem sub muro locum copiis complevisse Galli dicuntur. Sed *ante oppidum* ponens planitiem Caesar nihil amplius demonstrat, quam eam inter oppidum atque ipsum ad oppidum accedentem sitam fuisse. Neque propterea, quod deinde collis pars aliqua ad orientem spectare dicitur, planities non eodem spectasse putanda, sed scriptor castrorum situm Gallorum accuratius definiturus caeli regionem, cuius in planitie atque in fluminibus rationem habendam non existimasset, indicasse statuendus est. Planitiem re vera non in diversa a Gallorum castris parte fuisse ex iis, quae capite sequenti narrata sunt, apparet.

milia passuum III in longitudinem patebat] In his, quae c. 70 §. 1 et 79, 2 iterantur, propter illa, quae c. 79 scripta sunt, *longitudinem* Caesar eam dicere videtur, quae ad oppidum accedenti ab sinistra ad dextram et ab oriente sole accedenti a meridie ad septentriones spectabat; quam regionem ob id ipsum, quod *longitudinem* dicit, amplius patentem statuere debemus ea, quae ab ingressu ad oppidum versus sive ab oriente ad occidentem porrigebatur. Eadem ratione c. 46 §. 3 *in longitudinem* praeductus dicitur murus. Atque huic planitiei ab uno latere collem adiectum fuisse c. 79 docet: ab altero incertum est, utrum editis locis, an deiectis terminata fuerit.

§. 4 mediocri interiecto spatio] sc. inter ipsos atque oppidum; quemadmodum vertit Ablancourtius: à peu de distance de la place. Aliter Metaphrastes: οὐ πολὺ ἀλλήλων διεστῶτες, et Wagneri nostri, Franciscus: in geringer Entfernung von einander, Adolphus: in kleinen Zwischenräumen, qui numerum non mutare, sed considerare debebat. Cf. c. 73 §. 9: *mediocribus intermissis spatiis.*

pari altitudinis fastigio] Altitudinis *fastigium* cacumen est, quod altitudinem terminat eidemque metiendae inservit, ut colles *pari altitudinis fastigio* nihil aliud sint, quam *pari altitudine* colles, quam dictionem simpliciorem utique et usitatiorem scriptor partim numeri gratia amplificasse, partim quo certius colles illi altitudine non inter se, sed admodum edito ei, in quo Alesia posita erat, pares intelligerentur, commutasse cum illa videtur, in qua *fastigio* vocabulo maioris elationis notio coniuncta esset.

tudinis fastigio oppidum cingebant. Sub muro quae 5 pars collis ad orientem solem spectabat, hunc omnem locum copiae Gallorum compleverant fossamque et maceriam sex in altitudinem pedum praeduxerant. Eius 6 munitionis, quae ab Romanis instituebatur, circuitus XI. milia passuum tenebat. Castra opportunis locis 7 erant posita ibique castella XXIII. facta; quibus in

initio huius capitis *oppidum erat Alesia* scriptum esset, non maiorem, quam illa, de quibus in adn. cr. ad 1, 38 §. 4 dictum est, offensionem haberet: post *ipsum erat oppidum* vel *i. e. o. Alesia*, quae verba oppidum iam notum significant, denuo demonstrari illud nihil attinebat. Tamen, cum interpolandi occasio nulla appareat et in parte tantum codicum illius generis omissum sit, tenendum est et ad descriptionem, quae praecessit, referendum, quasi Germanice dicas vor dieser also gelegenen Stadt. Cf. 2, 33 §. 5: *reliqui in oppidum reiecti sunt. Postridie eius diei refractis portis, cum iam defenderet nemo, atque intromissis militibus nostris sectionem eius oppidi universam Caesar vendidit.*

§. 6 XI. milia] Ita cod. Petrarchae Hist. 18, 37 et Cl. *undecim milia* Egm. Fabr. Vrat. A. Ber. Ven. f. et, quae *millia*, Vasc. St. Gr. b. (Freli.) *XI. m̄.* Bong. A. Pl. *XI M.* Dr. A. Vrat. B. Ald. a. Gr. a. P. Mau. Turr. *XIm* Voss. A. Fabr. Par. A. Vind. EF. *XI* Vrat. C. Goth. B. *XI∞* Ald. b. Lips. In. Gr. Dav. *undecim milium* Gott. Fabr. Wh. Vind. D. *XI milium* Oud. *X mil'* Hav. A. *decem milia* Petrarchae ed. pr. *X milium* Ox. S. Leid. A. Vind. A. *quadraginta milia* Hamb. *ἐννενήκοντα ἓξ στάδια* (i. e. XII. m. p.) Met. *XI.* Pet. et Bong. C. Consl. Dr. B. Goth. A. Vind. Cl. *undecim* edd. ante Ber. Genitivus, quem tacite posuit Oud., etsi neque codicum suffragiis neque exemplis caret, scriptoris usu nequaquam ita commendatur, ut praeferri accusativo debuerit.

§. 7 quibus in castellis] Ita cum aliis Pet. Voss. A. Gott. Egm. Fabr. (Par. A.) Gu. inc. sec. Elb. *in quibus* V. C. Vrs. Not.

§. 5 quae pars collis — hunc omnem locum] Simile hoc illi, quod 1, 18 §. 6 legitur, *quod proelium — initium eius fugae*, quaeque ibi contulimus. Qui h. l. verbosius Caesarem idque suo, ut dictitant, more egisse et, cum sufficeret *eam* sc. partem, abundanter *hunc omnem locum* scripsisse iudicant, quid inter *partem* et *locum* intersit, non animadvertisse neque Gallos in collocandis copiis non caeli plagam, sed loci naturam secutos esse reputasse videntur; quibus rebus observatis brevitati potius studuisse et pro *eius partis omnem locum*, ut 5, 43 §. 2 *omnem locum castrorum* dixerat, concise *hunc omnem locum* dixisse indicandus erat.

§. 6 tenebat] Cf. adn. cr. ad 5, 13 §. 1.

§. 7 Castra opportunis locis erant posita] non illa, quae c. 68 §. 2 ad Alesiam fecisse Caesar dictus est, sed quae perspecto urbis situ et circumvallandae consilio capto opportunis ad id ipsum et ad obsidionem locis po-

castellis interdiu stationes ponebantur, ne qua subito

And. Ox. Cu. Leid. A. Hav. A. Vind. A. In. Gr. „reliqui cum Edd. ceteris *in quibus castellis* vel potius *quibus in c.* ut etiam Beroald. Vascos. Steph. et alii: quomodo edidi.“ *in q. c.* Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. (Conf.) Rom. a. Med. a. Ven. bode. Ber. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr.

ponebantur] *disponebantur* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. Singulis in castellis stationes singulae *pone*-

suisse et tum, cum munitionem illam XI. milium passuum in circuitu facere instituerct, iam posita et castellis XXIII. instructa habuisse existimandus est. Sed usitatam *castrorum* significationem cum plurali *opportunis locis* consistere non posse putans Baumstarkius perpetuas munitiones oppidum cingentes interpretatur: Der *Plural opportunis locis* deutet auf den Vmstand hin, dass Caesar sein Lager nicht zusammengedrängt an einem engen Orte aufgeschlagen hatte, sondern dass sich dasselbe *fortlaufend* um den Hügel erstreckte, auf welchem Alesia lag; also hier *castra* mehr in seiner ursprünglichen, zu I, 15 bemerkten Bedeutung: *fortlaufende*, *ununterbrochene* Verschanzung. Cui interpretationi praeter linguae usum opportunorum locorum non iam numerus, sed notio obstat. In castris enim per omnem circa oppidum locum continuatis nulla poterat esse unius loci maior, quam alterius opportunitas, nisi forte haec, quod magis editus alius alio maiorem et certiorem despectum haberet, ut, si tota opportunis locis posita erant, non summum tantum iugum tenuisse, sed usque ad summos colles perducta fuisse necesse sit. Tantum vero opus quis credat aut a scriptore tam paucis ac pene inanibus verbis significari aut, postquam perfectum esset, alii munitioni multo minus operosae et tamen multo pluribus deinde verbis descriptae locum relinquere potuisse? Itaque pluralis ille non sane cum Lipperto pro singulari accipiendus, sed ad numerum castrorum referendus est, quae plura Romanis fuisse c. 80 §. 2 apparet: *Erat ex omnibus castris*, *quae summum undique iugum tenebant*, *despectus.* quae verba male Baumstarkius *ex omnibus castrorum partibus* interpretatur; item c. 83 §. 2 et 8, ubi una eorum memorantur, opportuno haud dubie et ipsa, sed pene iniquo et leniter declivi loco facta. Quae cum duo legati duabus cum legionibus obtinuisse itemque c. 81 §. 6 aliis legatis duobus aliae quaedam partes ad defendendum obvenisse dicantur, omnia castra quinque numero fuisse, numerum ipsum, quem in Vercingetorigis castris c. 66 §. 2 significatum vidimus, ea de causa omissum suspicari licet, quod castellorum numerus ad docendum lectorem sufficeret. Quae quod *ibi*, h. e. in castris, facta dicuntur, quaterna aut quina magis inter se, quam cum reliquis coniuncta singulorum castrorum instar fuisse probabile est.

ne qua subito eruptio fieret] Cf. ad 6, 9 §. 5 de *motu* adscripta, quae ad hanc *eruptionem* adhibita Baumstarkium minus recte hoc *ne* ab illo, quod c. 70 §. 2 legitur, distinxisse et huic timoris, illi consilii significationem tribuisse docent. Eruptio ipsa non, quemadmodum putabat Hausius, castra Romanorum petitura, sed obsidionem irritam reddltura erat.

eruptio fieret: haec eadem noctu excubitoribus ac firmis praesidiis tenebantur. 70. Opere instituto fit equestre proelium in ea planitie, quam intermissam collibus tria milia passuum in longitudinem patere demonstravimus. Summa vi ab utrisque contenditur. Laborantibus nostris Caesar Germanos summittit legionesque pro castris constituit, ne qua subito inruptio ab hostium peditatu fiat. Praesidio legionum addito nostris animus augetur: hostes in fugam coniecti se ipsi multitudine inpediunt atque angustioribus portis relictis 2 3

bantur; sed in omnibus viginti tribus diversos scilicet locos obtinentibus non modo *dispositas stationes habere* Romani, sicut 5, 16 §. 4. Britanni, verum etiam *disponere stationes*, ut 8, 12 §. 6, recte dici et codices illi probari, reliqui praetermissione, ut saepe, corrupti videri possunt. Neque officit generis illius auctoritati quod paulo post pro *tenebantur* Leid. A. Hav. A. Vind. A. habent *detinebantur*, quae inepta est recentioris critici interpolatio. Officit vero quod paulo ante pro *quibus in castellis* plerique *in quibus* exhibent; quod licet et ipsum a Caesare scriptum esse possit, tamen editum ab eo esse nec per se tam probabile nec propter codices tam verisimile est, quam alterum.

eruptio] *abruptio* And. Ox. *irruptio* Ald. et sqq. usque ad Oud.

Cap. 70. §. 2 summittit] Bong. A. Par. A. Vind. B. Rom. a. Med. a. Ven. b. Ber. Ald. a. Gr. ab. St. Freli. Turr. non *subm. sumittit* Vind. D. *mittit* Ven. cde.

inruptio] Voss. A. Egm. (Bong. A. Par. A.) Vrat. A. non *irr. erruptio* Vind. D. *eruptio* Carr. cod. Turr. Leid. AC. Vrat. B. edd. ante Ald.

§. 3 se ipsi] *se ipsos* „MSS. 2.“ Goth. A. Ven. f.

inpediunt] Voss. A. (Bong. A.) Par. A. non *imp.* (*impedidiunt* Dr. B.)

angustioribus] *augustioribus* Hamb.

portis] *pontis* ante corr. Goth. A.

relictis] Id D. Vossio ex sequentibus (*relictis equis*) irrepsisse visum uncis quasi subditivum incluserunt In. et Gr. non assentiente Oudendorpio: „Omnes MSS. agnoscunt. Videtur ea voce

Cap. 70. §. 1 intermissam collibus] Cf. adn. ad c. 17 §. 1.

§. 2 contenditur] Cf. adn. ad 1, 13 §. 4.

legionesque pro castris constituit] non omnes pro omnibus, sed duas, ut videtur, quibuscum ipse in castris erat, pro his ipsis. Certe sufficere ad terrendum hostium peditatum, quo minus in equitatum Romanorum irrumperet, duae legiones poterant, plures vero pluribus ex castris eductas scriptorem certius significaturum fuisse consentaneum est. Iisdem ex castris Germanos laborantibus equitibus suis submisisse Caesar videtur.

§. 3 Praesidio legionum addito] sc. nostris. Cf. 2, 8 §. 3: *hortatur, ut rursus cum Bruti classe additis suis auxiliis confligant.* Ib. 3, 64 §. 2: *quodcunque addebatur subsidio* (vel, ut legitur in Vind. A., *subsidii*).

4 coartantur. Germani acrius usque ad munitiones

Caesar significare voluisse, tota castra non tantum, sed et maiores portas, fossa et maceria obductas fuisse, ita ut hae angustiores ad redeundum fuerint relictae: quare cum hic se coartabant, quidam fossam et maceriam transilire consti sunt. *Relictum* dicitur Caesari et alibi id, quod superest. Vide ad C. V. c. 19. Immo c. 41. *duabus relictis portis*, *obstruere ceteras.*" Recta hic via ad tuendum *relictis* ingressus, quod verbum Vossius, si ita, ut paulo post et vulgo, accipiendum esset, non immerito eiiciebat, in explicanda cum huius, tum comparativi significatione propius ad verum accessit, quam qui cum Lipperto, qui illum reprehendit, interpretantur die Feinde hatten in der Mauer (maceria) nur schmale Eingänge gelassen, et qui angustiores portas nimis angustas intelligunt, ut Baumstarkius. Ab iis enim, qui fecerant munitiones, portas in struendo nimis angustas relictas fuisse, quemadmodum Civ. 2, 9 §. 8 turrim exstruentes *fenestras in struendo reliquisse* dicuntur, atque hoc portarum vitium coartationis causam exstitisse equitibus eo magis perspicuis verbis docendus erat lector, quo minus utrumque per se verisimile esset. Sed pressius insistere Oudendorpius vestigiis loci ab ipso monstrati (c. 41 §. 4) debebat et maiores portas non *fossa et maceria obductas*, sed simpliciter *obstructas* a Gallis irruptionem Romanorum timentibus et ita angustiores relictas agnoscere, quae interpretatio nescio cuius viri docti est in Fabr. his verbis perscripta: forte maiores fuerunt obstructae et minores ad eos recipiendos apertae relictae.

coartantur] And. Ox. Cu. S. Leid. A. marg. Pet. Par. B. Hav. A. Vind. AF. Ald. sqq. (*coarct.* marg. Pet. Fabr. Ald. a. Gr. ab. St. P. Mau. Turr. Gr. Dav. Cl.) *coacervantur* Brant. Leid. B. Lov. Duk. Dorv. Pulm. Carr. cod. Turr. Steph. sec. Hotom Bong. C. Pal. Dr. B. Vrat. C. et a m. s. B. Gotb. AB. Vind. CD. edd. ante Ald. m. Vasc. (m. Frell.) *coacervati* „reliqui, in quibus Bongars. pr. Busiid. Petav. Egmond. Voss. prim. et Ed. Inc." Pet. Voss. A. Egm Gott. Lov. Heins. Lbb. Fabr. Boug. A. Pl. Par. A. Vrat. A. et a m. pr. B. Hamb. Gu. Vind. B. et, sup. a m. s. *l'tur*, Dr. A.

§. 4 Germani] Sic scripti editique iidem, qui *coartantur*, exceptis Vind. F. et Oud., qui *tum* praeponunt, quod in Bong. A. Pl. et Par. A. proximo *coacervati* adhaeret, in reliquis (Pet. Voss. A. Egm. Lov. Turr. Fabr. Lamb. Carr. cod. Turr. Conf. Gu. Vind. E. ceterisque a me collatis) seorsum „vel *cum*", (Steph. Ort. Gott. Fabr. Wh. et a m. pr. Vrat. B.) scriptum legitur. In Voss. A. Fabr. ante corr. erat *Germanis*.

acrius usque] *acriter usque* „MSS. 4. et Ed. Inc." Gott. Lov. Lb. Dr. A. Vrat. B. Hamb. Gu. Vind. B. *acriusque* Voss. A.

§. 4 acrius] Hoc si ita dictum est, ut audiendum sit *quam ante*, Germani initio minus acriter secuti et coartatione illa incitati esse significantur; cui sententiae *tum* ab Oud. ante *Germani* receptum valde convenire in adn. cr. demonstravimus. Cf. 3, 26 §. 4: *Tum vero clamore ab ea parte audito nostri redintegratis viribus*, *quod plerumque in spe victoriae accidere consue-*

sequuntur. Fit magna caedes. Nonnulli relictis equis 5
fossam transire et maceriam transcendere conantur.
Paulum legiones Caesar, quas pro vallo constituerat,
promoveri iubet. Non minus qui intra munitiones erant 6

Egm. Fabr. Par. A. Vrat. A. *acrius* Pet. Confl. Goth. A. *acriter* Dr. B. *usque* Vind. D. edd. ante Ber. — Oudendorpius multitudine librorum *tum* vel *cum G.* exhibentium demonstrata „Quare" inquit „Tum saltem addidi. *Coarctantur coacervati* retineri utrumque posset, quo simul eorum caedes acervatim denotetur. l. II. c. 27. *coacervatis cadaveribus. Coartatio militum* apud Hirtium de B. Alex. c. 74. Aut an scribendum *Coartantur. Catervatim tum G.* etc.?" Similis huic Lindenbrogii coniectura est in schedis Hamb. notata: *atque angustioribus portis relictis, coacervatim Germani acriusque ad munitiones.* quae verba si tolerabilem sensum praeberent, integra optimi codicis scriptura *coacervati tum Germani acrius usque ad munitiones* servari posset. Sed in hac ipsa *coacervati tum* ortum esse ex *coacervantur* et hoc genuinum esse, ut Nipperdeius putat, pariter improbabile videtur. Ut enim homines etiam vivi recte *coacervari* dicantur, quod Nipp. Livii loco 24, 39 probat, hic quidem sermo est de hominibus in equis sedentibus, quorum alii super aliorum capita ruere, ut Hennenses, quos Livius *cavea inclusos caedi coacervarique non caede solum, sed etiam fuga* narrat, *cum alii super aliorum capita ruerent atque integri sauciis, vivi mortuis incidentes cumularentur*, non possunt. Neque vero *coartantur coacervati*, ut putabat Oud., a Caesare scriptum eaque codicum discrepantiae origo videri potest, sed interpretandi verbi rarioris causa hoc illi adscribi potuit. Denique *tum*, quod Oud. recepit, etsi ad vulgarem *acrius* comparativi significationem valde aptum est, tamen propter codices cum Elberlingio omittere et integram eorum scripturam, qualem Aldus exhibuit, tenere tutius videtur.

sequuntur] *persequuntur* And. Ox. Cn. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Cf. adn. cr. ad 5, 17 §. 3. (*secuntur* Voss. A. Egm. Fabr. Par. A. Vrat. A. Goth. A.)

vit, *acrius impugnare coeperunt.* Sed rerum et personarum ratione habita verisimilius fit eos etiam acrius, *quam solerent*, vel *quam opus esset*, secutos significari.

§. 5 Nonnulli] sc. Galli. Guischardtus Mém. milit. 1, 291 de Germanis cogitabat, de quibus scriptorem non cogitasse vel interiecta verba *Fit magna caedes* indicio sunt.

Paulum legiones Caesar, quas pro vallo constituerat, promoveri iubet.] Videtur Germanis acrius usque ad munitiones sequentibus timuisse. De collocatione verborum dixi ad 5, 1 §. 1: ante *quas* audire licet *easdem*, non *eas*.

§. 6 Non minus] quam qui in planitie proelium commiserant equites. Male Metaphrastes *μᾶλλον ἔτι* vertit, Ablancourtius omisit, Franc. Waguerus pro comparativo usus est positivo: welches die innerhalb der Schanzen befindlichen Gallier nicht in geringes Schrecken setzte. Ceterum hic locus aperte docet munitiones et castra Gallorum despectum in planitiem habuisse.

Galli perturbantur: veniri ad se confestim existimantes ad arma conclamant; nonnulli perterriti in oppi-
7 dum inrumpunt. Vercingetorix iubet portas claudi, ne
castra nudentur. Multis interfectis, conpluribus equis
captis Germani sese recipiunt. 71. Vercingetorix,
priusquam munitiones ab Romanis perficiantur, consilium capit omnem ab se equitatum noctu dimittere.
2 Discedentibus mandat, ut suam quisque eorum civitatem adeat, omnesque, qui per aetatem arma ferre pos-
3 sint, ad bellum cogant. Sua in illos merita proponit

§. 6 Galli perturbautur] Cn. et S., ut videtur, Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. *p. G.* „MSS. pierique" Carr. cod. Turr. Pet. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Bong. AC. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Viud. BCD. edd. ante Aid. eaeque, ut Carr. cod. Turr. Pet. et Bong. C. Coufl. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. C., cum puucto ante *G. perturbabantur G.* Pal. Hamb. et cum puucto ante *G.* Viud. E. *Galli* om. Viud. I. Cf. adu. ad 4, 21 §. 4., ex qua apparet ordiuem verborum ab Aldo vulgatum non solum per se probabiiem, sed etiam usui scriptoris magis esse accommodatum.

veuiri] Oud. in Var iect. huius verbi varietatem cum proxima coniuugens „*pert. G.* MSS. pierique; item *venire* cum Edd. pp. et Scal. vulgatum servat Cuj. Scal." codicum Cn. et S. auctoritatem etiam ad *G. pert.* referri voluisse, editioui autem Scai. *venire* nou recte videtur tribuisse. Certe Iu. cum reiiquis edd. inde ab Aido *veniri* exhibet: *venire* aute Aldum iegebatur iegiturque iu Pet. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Fabr. Carr. cod. Turr. Boug. A. Pf. Par. A. Dr. B. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Viud. BCD. Idem post *ad se* scriptum babet Dr. A. *veniri* tueutur Hav. A. Vind. A. Goth. A. Passivi exempla Oud. ad c. 36 §. 7 collegit.

inrumpunt] Voss. A. Egm. (Bong. A.) Par. A. Vrat. A. non *irr.*

§. 7 iubet portas] *p. i.* Hav. A. Viud. A. Oud. qui quam tacite discessiouem a prioribus editoribus fecit, nou siue ratioue et auctoritate fecisse videtur.

coupiuribus] . . . Fabr. Boug. A. Par. A. non *comp. complurimis* Vrat. C. *cumpluribus* Viud. A.

Cap. 71. §. 2 possiut] *posset* Viud. F. *possent* „MSS. XI. et Edd. pp." Voss. A. Gott. Egm. Lov. Coufl. Boug. A. Par. A.

§. 7 portas] sc. oppidi, in quod nonnuili perterriti irrumpebant, non castrorum, quo Dübnerus refert, quae postmodo commemorantur.

Germani] Piures cogitari possunt causae, cur Caesar Germanos potius, quam equites suos aut simpliciter suos sese recipientes dixerit; quarum verisimillima haec videtur, quod eorum receptui timens legiones promovisset, quam rem, cum Gallis, qui intra muuitiones essent, terrorem magnum iniecisset, id ipsum, quod voiuisset, secutum esse sic significaverit.

Cap. 71. §. 2 adeat] Cf. adn. ad 6, 4 §. 2.

§. 3 proponit] Cf. adn. ad 4, 17 §. 2.

obtestaturque, ut suae salutis rationem habeant, neu se optime de communi libertate meritum hostibus in cruciatum dedant. Quod si indiligentiores fuerint, milia hominum delecta LXXX. una secum interitura demonstrat. Ratione inita frumentum se exigue dierum 4

codex Haenelii, quem contulit Herzogius, Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. BD. edd. ante Ald. Praesens ab Aldo et sqq. exhibitum et in Hav. A. et Vind. A. repertum eadem auctoritate et ratione, qua c. 2 §. 2 servandum putavi.

§. 3 optime de communi libertate] Hoc ordine Pet. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. edd. ante Ald. St. Gr. b. Frell. *de c. l. o.* Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. sqq. tacente Oud.

§. 4. Ratione] *statione* Voss. B. Goth. A. *pactione* Haen. *frumentatione* Aud. Ox.

inita] *irrita* Vind. F. *intra* Gott. Fabr. Wh.

frumentum se exigue dierum XXX. habere] And. Ox. Cn. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. (hic *secum* pro *se*) Ald. sqq. a quibus Oud. Bongarsianum A. nisi eo, quod *frumentum* cum ceteris MSS. et Edd. primis ultimo loco ponat, non discrepare ostendit. Sed Plüschkio teste Bong. A. habet *exigue dierum se habere XXX frumentum.* Reliquorum codicum plerosque et nominatim Pet. et Voss. A. Oud. *exigue dierum XXX frumentum* omissis *se habere* verbis exhibere testatur, atque ita Voss. A. Egm. Fabr. Par. A. apud Nipp., Boug. C. et Pal. Confl., Vrat. A. Vind. I. cum Ber. et sec. Eib. Ven. 1471 exhibent; sed in Pet. exemplar Fabr. *exigue se dierum XXX frumentum*, Confl. vero integram lectionem Aldinam, et in Par. A. Achaiutrius et Dübnerus *exigue se* exstare tradunt. At Lov. Carr. Dnk. Dorv. Gottorp. Voss. tert. Leid. tert. et Edd. vetustissimas *exigit d. XXX (XXV* Duk.) *frumentum* vel *exigunt* Oud. habere dicit. Et *exigit* — habent V. C. Lbb. Gott. Fabr. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. AB. Gu. Vind. E. et, qui *frumentum* praeponere dicitur, B. Med. a. Ven. bcdef. *exiit* — Vind. D. Rom. a. *exig . . .* — Hamb. *exigunt* — Carr. cod. Turr. et, qui *XXV*, Vind. CI. Idem vitium traxisse videtur codex Petrarchae, qui Hist. 18, 38 *quoniam omni parsimonia quantumlibet e x a c t a paulo amplius, quam triginta diebus, tolerari posset obsidio* scripsit. Paulo propius ad Bong. A. accedit Haenelii codex *exigue dierum tolerari XXX frumentum* exhibens, proxime vero is, ex quo Fabr. haec refert: „et ita: *Exiguo dierum se habere XXX m̄ frumentorum* VC“, fortasse idem, quo usus est Lindenbrogius, qui *ratione inita exigue dierum se h'e XXX mensura frumentorum, sed paulo . . . tolea rari* in schedis posuit. (*XXX* Dr. B. Vind. E. *triginta* Vrat. A. Gu. edd. ante Ald. b. *treginta furmentum* Hamb.) Genuinae lectioni, quam Aldus vulgavit, in qua reprehendi nihil potest,

cruciatum] Cf. adn. cr. ad 2, 31 §. 4.

§. 4 dierum XXX.] De genitivo cf. adn. ad 1, 25 §. 4.

XXX. habere, sed paulo etiam longius tolerare posse
5 parcendo. His datis mandatis qua erat nostrum opus
intermissum, secunda vigilia silentio equitatum dimit-
6 tit. Frumentum omne ad se referri iubet; capitis poe-

corrumpendae occasionem dedisse videtur in alterius codicum generis archetypo temere facta trium vocabulorum *frumentum se habere* praetermissio, quem defectum alii alio loco receptis illis, deteriores adverbio *exigue* in verbum *exigit* vel *exigunt* mutato suppleverint. Oud. vulgatam tenuit, sed locum ita refingendum esse existimabat: *Frumenti ratione inita, exigue* vel *exiguum se dierum XXX habere.* „Patet enim satis, alienum in locum inrepsisse *frumentum.* Sic saepe *pecuniae ratio, proeliorum ratio* et similia passim. *frumenti ratio* alibi et in nonnullis l. VII. c. 75. ubi vide.“ Düboerus ex coniectura *exigue esse dierum XXX frumentum*, Nipperdeius vero id edidit, quod in Bong. A. legi credebat: *se exigue dierum triginta habere frumentum.* quod etiamsi esset ibi scriptum, propter incommodam pronominis et nominis *frumentum* posituram probari non posset.

tolerare] om. Leid. A. *tolerari* „MSS. XI. et Edd. pp.“ Voss. A. Gott. Lov. Par. A. Haen. Carr. cod. Turr. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. E. edd. ante Ald. (*toll.* Voss. A. Fabr. Gott. Wb. Vrat. ABC. Goth. A. Hamb.)

§. 5 qua erat nostrum opus] „*quam* vel *quia*, vel *qua opus erat* MSS. plerique et Edd. pp. sine τῷ *nostrum.*“ *quiam opus erat* Bong. A. *quam* o. e. Voss. A. Egm. Par. A. Vrat. A. *quod o. e.* Haen. et a m. pr. Goth. A. (*qua* — a m. s.) *qua o. e.* Gott. Lbb. Carr. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Go. Hamb. Vind. CF. edd. ante Ald. *qua e. o.* cod. Torr. Bong. C. Pal. Vind. DEI. Optimorum codicum auctoritatem unice sequens *qua nostrum opus erat* a Caesare scriptum indicare et pronominis temere omissi reliquis in *m* littera ante *opus* servata agnoscere debet: alteri codicum generi nonnihil tribuentes cum integro pronomine etiam ordinem verborum ibidem exstantem pro vero habere non dubitabunt.

dimittit] „*mittit* Bong. A. Voss. A. Egm. Carr. et 3 alii. *emittit* Pet. Lov. et 4 alii cum Edd. pp.“ *mittit* Voss. A. Egm. Fabr. cod. Turr. Bong. A. Pi. Par. A. Lindenbrog. Haen. Bong. C. Vrat. A. Goth. A. Vind. CFI. *emittit* Pet. Gott. Lov. Lbb. Fabr. Pet. Pal. Cons. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Go. Hamb. Vind. D. edd. ante Ald. *demittit* Gott. Wh. Verbum simplex ea significatione, quae huic loco apta est, rerum scriptoribus inusitatum eo minus placere Caesari potuit, quo facilius post illa *his datis mandatis* de usitata eius significatione, quae h. l. inepta est, cogitari posset.

§. 5 secunda vigilia] Cf. adn. ad 5, 9 §. 1.

silentio equitatum dimittit] per eandem, ut videtur, planitiem, in qua proelium equestre c. 70 factum est. Non mirum igitur Romanos, qui collibus castra et castella imposita haberent et circumvallare oppidum instituissent, planitiem vero nondum munitionibus intersepsissent, discessum eorum vel non animadvertisse vel impedire non potuisse.

nam iis, qui non paruerint, constituit. Pecus, cuius 7 magna erat copia ab Mandubiis conpulsa, viritim distribuit; frumentum parce et paulatim metiri instituit. 8 Copias omnes, quas pro oppido collocaverat, in oppidum recepit. His rationibus auxilia Galliae exspe- 9 ctare et bellum parat administrare. 72. Quibus rebus

§. 6 iis] om. And. Ox. Vind. A. *hiis* Vrat. BC. Hamb. *his* Pet. Gott. Fabr. Hav. A. Haen. Dr. B. Goth. A. Gu. Vind. CFI. Ven. cdef.

§. 7 copia ab Mandubiis conpulsa] Sic haec disposita sunt in Pet. Voss. A. Egm. Gott. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Hamb. Vind. F. edd. ante Ald. St. Gr. b. Freil. In Hav. A. et Vind. A. et ceteris edd. *copia* non primum, sed quartum locum tenet. Pro *ab*, quod Fabr. ex uno Pet. refert, in Hav. A. Vind. AFI. St. Gr. b. Freil. *a*, in Bong. A. Pl. scriptum est *ad*. Pro *Mandubiis*, quod et ipsum ex uno Pet. affert Fabr., Voss. A. Fabr. Gott. Wb. Confl. tres, Par. A. Dr. AB. Goth. B. Gu. cum edd. ante Gr. a. *Manduviis* (Med. a. *maduniis*), Bong. A. Pl. *manduuiis* cum *b* super altero *u*, Vind. I. *manduniis*, Vrat. C. Vind. C. *Manduinis*, Gott. Fabr. *Mandinuis*, Vind. F. *mandiriis*, Egm. Fabr. Vrat. A. *Manduis*, Lov. Heins. Fabr. *Mandubriis*, denique *conpulsa* pro *comp.* habent Bong. A. Pl. et Hav. A. Oud. suae eidemque Aldinae lectioni nihil nisi „*Manduviis* MSS. multi, in quibus etiam *cop. ab M. comp.*" adscripsit, parum, ut videre licet, accurate. Nec satis causae erat, cur ordinem verborum ab Aldo exhibitum praeferret.

§. 8 recepit] „MSS. XI cum Edd. pp." Voss. A. Egm. Gott. Lov. Bong. A. Par. A. Haen. Pal. Dr. B. Vrat. ABC. (hic *recoepit*) Goth. AB. Gu. Hamb. (hic *reccepit*) Vind. D. Rom. a. Ber. Ven. f. *recipit* Hav. A. Dr. A. Vind. A. et cum ceteris edd. Oud. Cf. adn. ad 6, 9 §. 8; quo loco Oud. similem temporum varietatem sine offensione tulit et Caesari etiam usitatatam esse docuit, ex hoc vero praesens, quod utique et per se probari potest et a codicibus magis commendatur, eiicere noluit. Tamen Caesar non sine ratione ad hanc extremam Vercingetorigis actionem, simplicem illam atque absolutam et ad bellum ipsum pertinentem, aliud tempus adhibuisse videtur atque ad priores, quae omnes ad famem tolerandam spectant, ceterum prima cum secunda, tertia cum quarta magis coniunctae sunt.

§. 9 parat administrare] Voss. A. Egm. Gott. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. et corr. (*a. p.*) A. Hamb. Gu. Vind. BEFI. edd. ante Ald. St. Gr. b. Freil. Rursus igitur minus accurate egit Oud. in Var. Lect. hanc cum proxima coniungens: „MSS. XI recepit cum Edd. pp. uti et *par. adm.*" Ipse cum Aldo etc. edidit *admin. parat*, ut habent Hav. A. et Vind. A. (hic cum Gott. Wb. Dr. AB. Vrat. C. Vind. B. *ammin.*) Atque ita Caesar scripsit Civ. 2, 37 §. 6: *Itaque omnium suorum consensu Curio reliquas copias exspectare et bellum ducere parabat.* Similiter 6, 7 §. 1 Treviri Labienum — *adoriri parabant.* Civ. 3, 28 §. 2 naves Otacilius — *expugnare*

cognitis ex perfugis et captivis Caesar haec genera munitionis instituit: Fossam pedum XX. derectis lateribus duxit, ut eius fossae solum tantundem pateret,

parabat. quae sine numeri detrimento inverti non poterant. Sed idem Civ. 1, 83 §. 4: *Postero die munitiones institutas Caesar parat perficere*. et quod huic simillimum est, infra c. 81 §. 2: *crates proiicere — nostros de vallo proturbare reliquaque, quae ad oppugnationem pertinent, parant administrare*. Accedit quod in fine positum *parat* magis ex aequo pertinere ad utrumque infinitivum, penultimo loco magis afficere alterum videtur; quod eius significationi convenientius est.

Cap. 72. §. 1 cognitis ex perfugis et captivis] Oud. *cognitis* collocat secundum Aud. Ox. et, quem cum duobus aliis *profugis* exhibere docet, Leid. A., quibus accedunt Hav. A., qui *et* omittit, et Vind. A. Vulgata verborum dispositio, quam ceteri libri tuentur, ad aures gratior mihi videtur et aequabilius structum enuntiatum reddit. Cf. 5, 18 §. 4: *His rebus cognitis a captivis perfugisque Caesar praemisso equitatu confestim legiones subsequi iussit*.

pedum XX.] *latam* addunt Ald. a. Gr. a. (utraque *ped.* exhibens pro *pedum*) Vasc. Gr. b. P. Man. Ald. b. (Frell.) idque Ciacconius *pedum XX. latam* contra eos, qui *pedes* ex ingenio legendum censeant, loco Civ. 2 (c. 10 §. 1) defendens, ubi *musculum pedum LX. longum* dixerit Caesar, ex codicibus additum agnoscere videtur, quorum tamen nullus, qui nobis notus sit, non eo caret. (*viginti* Hav. A. Vrat. AC. Hamb. Vind. D. edd. ante Ald. b. Turr.) Ceterum qui *latam* adscripsit, rectius sensisse, quam Metaphrasten, qui *τὸ μὲν βάθος ποδῶν εἴκοσι* posuit, ad 5, 42 §. 1 demonstratum est. Cf. int. §. 3.

derectis] Sic Bong. A. teste Oud. (Pl. tacet) et Voss. A. sec. Oud. et Fabr. et Par. A. et Hav. A. quorum auctoritati non minus, quam 4, 17 §. 8 *derecta* exhibentibus tribuendum fuit. Cf. ibi et eiusdem cap. §. 4 adscripta. In Pet. Cons. *dirrectis*, vulgo *directis* legitur.

eius fossae] Voss. A. Pet. Gott. Lov. Fabr. Pet. et Pal. Consl. Bong. A. Pl. (hic *fosse*) Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Vind. CEF. edd. ante Ald. et Oud. 2., qui in 1. omnes suos praeter Aud. Ox. Cu. et, ut videtur, Leid. A. *fossae* additum habere docet, ipse cum Aldo et sqq. omittit. Et omissum est in Hav. A. Vind. A. (Bong. C. Gu.) neque a Brantio et Clarkio, qui paulo post additi eiusdem nominis ante *labra* mentionem faciunt, commemoratur. Praeterea *solum* (Vrat. A. *solium*) in Bong. A. et Pet. deest, et in Vind. C. quae inter *fossae* et *labra* leguntur omnia exciderunt. Itaque in adn. cr. ad 1, 38 §. 4 dubiam esse huius loci lectionem ostendi simulque earum rerum, quibus alibi motus scriptor verba similiter fecerit, nullam ut *eius fossae* diceret, movere eum potuisse significavi. Nam quod Oud. styli Caesariani perspicuitatem satis flagitare ait, ut aut h. l. aut paulo post ante *labra* addatur *fossae*, neque hic *solum* neque illic *labra* omisso eo nomine minus perspicue dici apparet. Tamen in re dubia codicum causa iudicium eius sequendum videtur.

quantum summa fossae labra distarent. Reliquas omnes 2
munitiones ab ea fossa pedes quadringentos reduxit:

somma fossae] Leid. A. Haeo. Par. A. sec. Achaiotrium, coi tacite id ipsnm edens fidem facit Dübneros. *summa* And. Ox. Cn. Hav. A. Viod. A. Ald. et sqq. excepta St. *summae* libri qoidam teste Lipsio Poliorc. 2, 1 p. 62 ed. Antverp. 1605. quamquam is videri potest non aliam scriptoram siguificare voloisse, quam quae plnrimorum librorum est, *summae fossae*, quam habent reliqui codices Oud. Pet. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Lbb. R. N. Voss. Cl. Carr. cod. Turr. Braut. Confl. Bong. A. Par. A. Nipp. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Go. Vind. BEFl. cum edd. ante Ald. et St. (*summe fosse* Bong. A. Gott. Wh. Vind. BEF. *summe fossae* Viud. F. Ven. e.) Ex his recipere *fossae* non dubitavi, cnm Caesar saepins pronominis loco nomen nsnrpare soleat; *summae* vero praeferre non potoi. Nam qua in parte fossae posita esseot *labra*, osteudi non magis attinebat, quam ubi esset *solum;* ipsorum vero pars extrema, in qoam desinereot snperne, sine tantologia demoostrari poterat. Itaque tenui *summa;* de quo v. adn. ad 1, 22 §. 1.

distarent] Pet. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Lbb. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Haen. Brant. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. CF. edd. ante Ald. *distinabant* Vind. A. *distabant* Aud. Ox. Cu. S. Pet. sec. Oud. (tres Confl.) Hav. A. Ald. et sqq. Neo aliud ex cod. Turr. et a Broto e Carr. et ed. Flor. affertur, ex qoa com ego *distarent* relatnm acceperim, quod etiam Ven. f. exhibet, Brutom hac in parte errasse et Carr. non minus, quam Flor. habere *distarent* verisimile est. Idem Oud. in sois praeter quinque nomloatos omoibus et in aliorum codicibus legi testator, ceterum ntrom legatur, nihil interesse pntat. Cooiuoctivns, qoem codices commendant, scriptorem non de certa illa, qnam ipse fossam pedum XX. dicens iodicavit, snmmornm labrorum distantia, sed de quantalibet cogitari velle significat, cui quasi normae accommodaotem sese et adaeqnaotem soli latitudioem ponit. Neque in *derectis lateribus* aliter fieri poterat. Id vero necessario sigoificandum et propterea abstinendum fuisse indicativo non videtur. Cf. 5, 19 §. 3: *Relinquebatur ut — tantum in agris vastandis incendiisque faciendis hostibus noceretur, quantum labore atque itinere legionarii milites efficere poterant.*

§. 2 pedes qnadringentos] Accnsativnm Oud. ex Boog. A. Voss. A. Pet. Pulm. Lov. Egm. et „7 aliis“ recepit pro ablativo, qoem ab Aldo volgatum seqq. edd. exceptis Vasc. St. Gr. b. (Frell.) tenoerant. Et *pedes* cum edd. ante Aldom habent Pet. Voss. A. Egm. Gott. Fabr. Brant. Confl. Bong. A. Pl. Haeo.) Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. et Vindobonenses praeter uoum A., qoi cum Vrsiui libro et Hav. A. exhibet *pedibus. quadringentos* scriptum est in Voss. A. Egm. Fabr. Bong A. Pl. Par. A. Dr. A. Vrat. A. Goth. A. Hamb. Viod. Cl. *CCCC* in Hav. A. Dr. B. Vrat. BC. Goth. B. Vind. ADEF. edd. ante Ald. b. et Turr. *CD* in Ald. b. Lips. sqq. Hos *pedes CD.* Goischardtus Mém. milit. 1, 293 in Caesaris verbis margini adscriptis intactos relinqoens in sna munitionom descriptione tacite in totidem passus mutavit: *il fit creuser à quatre cens pas de la ligne de contre-*

id hoc consilio, quoniam tantum esset necessario spa-

vallation, vers la Ville, un fossé perdu et à fond de cuve, de vingt pieds de largeur, et d'autant de profondeur, qui avoit dans sa circonférence huit mille cinq cens pas. eamque mutationem postea ut consulto factam defendere et *passus* legendum demonstrare conatus est Mém. critiques et hist. 4, 145—150. Multum triboit Metaphrastae, qui τρία στάδια, h. e. passus CCCLXXV. posuerit, plus rei naturae et Caesaris consilio, cui tam exiguum intervallom minus satisfacturum foisse contendit. Sed ei quidem consilio, quod Caesar ipse paulo post secutum se demonstrat, satisfacere pedes quadringenti haud dubie potuerunt. Et ea, quae c. 73 de munitionibus in hoc spatio institutis leguntur, ita comparata sunt, ut tam late id, qoam vult Guischardtus, patuisse non videatur. Metaphrastes utrum legerit *passus*, an pedes temere cum passibus permutaverit, dubitari, nullo vero modo auctoritas eius cum codicum nostrorum auctoritate comparari potest. Tamen Oberlinius, Kreyssigius, Moebius, Heldius ante editionem quartam, Whittius, Spencerus, Guischardto assensi sunt et *passus* receperunt.

esset necessario spatium) *s. n. e.* Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. *e. n. spatio* Boug. A. Voss. A. Pet. Lov. Egm. „7 aiii" Gott. Lbb. Carr. cod. Turr. Conn. Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. ABC.

Cap. 72. §. 2 id] Aberrasse a scriptoris mente videntur qui hoc pronomine non solum reliquarum munitionum reductionem, sed etiam fossae XX. pedum ductionem significari statuunt. Fossam illam Caesar eo consilio duxerat, ut Alesiam circumvallaret, neque alio spectabant reliquae, quas additurus erat, munitiones. Has vero fossae ipsi adiungere non poterat propterea, quod verendum erat, ne ibi opus facientes milites ab hostibus out noctu opprimerentur aut interdiu telis peterentur, quod utrumque impedire propter spatii, quod necessario complexus erat, magnitudinem iam supra c. 69 §. 6 demonstratam et militum numerum ad cingendam fossam non sufficientem difficile ei erat. Quoniam igitur tam late praesidiis tueri munitiones, dum fierent, non poterat, fossa ducta reliquas ab ea reduxit, ut iis faciendis occupati milites ipsa fossa tutiores a subita hostium irruptione essent.

quoniam — cingeretur] Haec si in parenthesi posita statuimus, cuius signa a Clarkio adiecta tenuit Oud., simul scriptorem suo nomine hanc consilii a Caesare capti rationem reddidisse et coniunctivo ita, ut 4, 1 §. 9 in *faciant*, usum esse statuere debemus. Quod cum nisi re necessario faciendum non videator, parenthesis, quae certe non est necessaria, signa cum Baumstarkio amovere, coniunctivo autem, quem hic propter sequentia nescio quo ratione adscitum existimat (die Conjunctivi *esset complexus* und *cingeretur* sind durch die enge Verbindung mit *ne — advolaret etc.* bedingt.) similem significationem tribuere praestat eius, quam in oratione obliqua habet, ut, quod Caesar secum hunc fere in modum agitaverit: quoniam tantum spatium complexus sum, nec facile totom opus corona militum cingitur, id eius ex animo tamquam ex sermone referri a scriptore putetur. Re vera enim Caesarem hoc apud eos,

tium conplexus, nec facile totum opus corona militum cingeretur, ne de inproviso aut noctu ad munitiones hostium multitudo advolaret, aut interdiu tela in nostros operi destinatos coniicere possent. Hoc inter- 3

Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. BEFI. inc. quod vitium ex proximo tractum nescio cur genitivo potius, quam accusativo illatum et a Caesare non *spatium*, sed *spatii* scriptum esse cum Bruto suspicatus sit Oud.

conplexus] Egm. Bong. A. Par. A. non *compl.* (om. Vind. E.)

nec] *ne* Ox. Cu. S. Pet. Leid. AB. Duk. Dr. B. Goth. A. Vind. ACD. edd. ante Iu. ἵνα μὴ Met. *nec*, quod reliqui codd. Oud. Voss. A. Egm. Gott. Fabr. Conf. Steph. Hotom. Hav. A. Par. A. (Bong. A. Pl. Haen.) Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. inc. Iu. sqq. exhibent, plerique iam ante Scaligerum critici verum esse intellexerunt.

opus] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Vind. AC. Ald. et sqq. usque ad Oud. om. Hav. A. *corpus* reliqui Oud. Pet. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Lhb. Conf. Carr. cod. Turr. Brant. cod. Romanus Victorii, Par. A. Haen. (Bong. A.) Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. El. edd. ante Ald. et Brantio atque Oud. testibus Vasc. (Freil. tamen *opus* habet idemque in Vasc. legi testatur Elb.) et ipse Oud. „satis gnarus *corpus* vocari posse omne id, quod ex plurimis membris in unum coaluit, unde *corpus* de Rep., exercitu, populo, libris coniunctis, et aliis rebus dici saepissime monitum est a viris Doctis.“ Idem recentioribus quibusdam et recentissimis editoribus placuit, quorum tamen nemo idoneam rationem attulit, qua Caesarem h. l. nomine hac in re certe insolitu usum esse probaret. Qui si vel maxime multis et variis partibus constaturam munitionem illam, quam parabat, *corpus* appellari posse sentiret, hic quidem non de futura partium omnium coniunctione, sed de eius partis, quae iam perfecta esset, longitudine cogitandum ei erat, quam in partem corporis nomen minime quadrabat. Neque obscurum est, quod etiam Moebius vidit, *opus* sequente *corona* facile mutari in *corpus* potuisse.

ne] *neve* „Edd. qdd. et Metaph.“ St. Gr. b. Freil. μήτ' αὖ Met. *ne ue* Dr. B. Goth. A. *nec* Bong. C. Vind. C. — In Vrat. C. pro *corona*, quod eius codicis scriba post *militum* positurus erat, et quae deinceps usque ad confusa c. 75 §. 1 leguntur, vacua pagina est.

inproviso] Voss. A. Egm. (Bong. A.) Par. A. Vrat. A. Vind. A. non *impr.*

quos reducere munitiones iuberet, dixisse 'idque coniunctivo significatum esse minus probabile videtur. Recte vero consilii declarationem verbis *ne — possent* factam praecedit rationis, qua illud nitebatur, expositio: *quoniam — cingeretur;* neque apparet, cur coniunctivum clariorem fieri dicat Kranerus, si *ne* ante *quoniam* positum cogitetur. Ad verbi extremi significationem cf. ad 6, 35 §. 9 adscripta.

misso spatio duas fossas XV. pedes latas, eadem altitudine perduxit, quarum interiorem campestribus ac demissis locis aqua ex flumine derivata conplevit.

§. 3 XV.] Gott. Fabr. (Par. A.) Bav. A. Dr. AB. Vrat. B. Goth. AB. Vind. A. Ald. b. Lips. sqq. *quindecim* Voss. A. Egm. Fabr. Vrat. A. Hamb. Vind. DI. edd. ante St. P. Man. Turr. *quinos denos* St. Gr. b. Frell. *ἑπτὰ* Met. om. Bong. A. S. Cf. adn. cr. ad 6, 14 §. 3.

conplevit] Bong. A. Par. A. non *compl.*

§. 3 eadem altitudine] „Hoc Iucundus ita accipit, quasi utraque quindecim pedes etiam alta fuerit. At ego puto Caesarem dicere, fossas duas quinos denos pedes latas fuisse, et eadem quidem altitudine inter se: caeterum quanto pedum numero, hoc eum non dicere, sicut nec primae fossae altitudinem expressit: etiamsi Iucundus postea id quoque adiecerit, non Caesaris, sed suis verbis.“ Haec Glareani interpretatio pronominis usui non minus conveuit: sed rei scitu minus dignae inferens declarationem magis dignae indicium aufert; quod si cum Iucundo factum sumimus, simul id, quod Glareanus vult, et illud, cuius exspectationem ipsa altitudinis commemoratio movat, accipimus. Huc accedit quod ei sententiae, quam statuit Glar., quoniam de altitudine nihil novi demonstratum esset, sed aequalis tantum utriusque fossae fuisse diceretur, quod idem de latitudine demonstratum est, *et eadem altitudine* vel *eademque* magis convenisset, quam *eadem*, quod ad rem auctiorem aptius videtur. Denique illam sententiam probabile est scriptorem verbis *eadem altitudine* ante *XV. pedes latas* positis sine ulla ambiguitate enuntiaturum fuisse, nisi eam, quam relinqui videret ambiguitatem innoxiam et rem per se ipsam facile intelligendam putasset. De fossa vero, quae §. 1 viginti pedum dicta est, Glareanus recte ab Iucundo dissentit.

perduxit] Cf. adn. cr. ad 3, 29 §. 3.

campestribus ac demissis locis] Metaphrastes: *ἅτε δὴ ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ πεδιάδος οὔσης.* In eandem sententiam Franc. Wagnerus vertit der auf einem flachen Felde und niedrig lag, et Kranerus interpretatur „cum loca campestria ac demissa essent.“ Sed totum spatium illud, per quod fossa ducenda fuerat, campestre ac demissum fuisse secundum ea, quae supra de locorum circa Alesiam natura dicta sunt, vix credibile est, nedum quasi verisimile et per se credendum sic obiter commemorari potuerit, et aliter illud comparatum fuisse c. 86 §. 4 docemur. Recte Ablancourtius: aux endroits les plus bas, ou dans la plaine. quem sequitur Guischardtus Mém. mil. 1, 298 (dans les endroits les plus bas) et Doberenzius (an den flachen und niedrigen Stellen). Scilicet non omnem fossam Caesar, sed eas tantum partes, quibus solum eius vel aequale fluminis alveo vel humilius erat, aqua ex eo derivata conplevit.

ex flumine] Duo duabus ex partibus flumina collis, in quo posita Alesia erat, radices subluebant; sed eorum ex altero aqua propter locorum naturam non potuisse derivari videtur.

Post eas aggerem ac vallum XII. pedum exstruxit. Huic loricam pinnasque adiecit grandibus cervis emi- 4

§. 4 Post eas] corr. Dr. A. *postea* Leid. A. Vind. A. loricam] *luricam* Leid. A. Hav. A. Vind. A. *loricas* Goth. A. Cf. adn. cr. ad 5, 40 §. 6.

§. 4 Post eas] His verbis post exteriorem fossam aggerem ac vallum a Caesare exstructum significari recte docent interpretes, sed causam non ostendunt, cur ita potius, quam *post exteriorem* dictum sit; quae haec esse potest, quod fossae illae parvo intervallo inter se distarent, ut munitio, quae aggere ac vallo constabat, ad utramque pertineret et interioris quoque fossae transitum hostium impediret, praesertim turribus ut paulo post demonstratur, toto opere circumdatis.

aggerem ac vallum] h. e. aggerem, qui simul vallum erat, valliis seu sudibus terrae ac materiae, qua agger constabat, insertis. Nec sine ratione non *vallum* tantum, sed *aggerem ac vallum* dixit, si post primam quoque fossam et post secundam seu interiorem necessario terram aggestam fuisse significare voluit. Genus dicendi illud est, quo *magistratus ac principes* 6, 22 §. 2 et ibi collata pertinent; sed *aggerem ac vallum* saepius sic dici putans Heldius fallitur, et locorum ab eo comparatorum altero (Civ. 3, 63 §. 1) non vallum, sed vallus est, cuius agger dicitur, alterum (Hirt.) in Hirtii libris frustra quaeras.

Huic] non *vallo*, quod Freundius in *Lorica* de suo adiecit, sed *aggeri*, quod nomen et paulo post iteratur et secundum nostram verborum *aggerem ac vallum* interpretationem necessario audiendum est.

loricam pinnasque] Lippertus et h. l. et 5, 40 §. 6, ubi *pinnae loricaeque ex cratibus attexi ad turres* dicuntur, loricam idem atque pinnas significare statuit, inductus dictionibus, de quibus ad 2, 19 §. 1 egimus, nec reputans utrumque vocabulum artis seu terminum technicum pariter aut clarum aut obscurum videri scriptori debuisse, neutrum alterius adiectione aut indigere aut illustrari potuisse. Atque aliud esse loricam, aliud pinnas ex Curtii loco in lexicis citato apparet 9, 4 §. 30 (c. 18 Z.): *angusta muri corona erat: non pinnae sicut alibi fastigium eius distinxerant, sed perpetua lorica obducta transitum saepserat.* Indidemque et ex eo, quod infra c. 86 §. 5 Galli falcibus *vallum ac loricam* rescindere narrantur, verisimile fit loricam in summo aggere obductam, non lateri eius ad fossam vergenti tamquam crustam iniectam fuisse, pinnas autem, quas etiam in ipso aggere poni potuisse cum per se patet, tum Virgilii versus docet Aen. 7, 159 *primasque in litore sedes Castrorum in morem pinnis atque aggere cingit*, in quo non video qua de causa Servius pinnas per synecdochen pro muro dici statuat, pinnas igitur loricae coniunctas atque impositas maius etiam propugnatoribus munimentum praebuisse.

grandibus cervis eminentibus] h. e. ita, ut grandes cervi eminerent, seu, quod eodem redit, cum grandibus cervis, qui eminebant. Vulgo ante *grandibus* incidunt; sed verba haec cum antecedentibus verbis non minus cohaerent, quam cervi ipsi cohaesisse cum lorica videntur. Quae cum pluteis, id quod se-

nentibus ad commissuras pluteorum atque aggeris, qui ascensum hostium tardarent, et turres toto opere circumdedit, quae pedes LXXX. inter se distarent. 73. Erat eodem tempore et materiari et frumentari et

aggeris] *aggeres* „MSS. multi et Edd. pp.“ Voss. A. Gott. Egm. Lov. Lbb. Samb. Confl. Bong. A. Par. A. Haeu. Dr. AB. Vrat. AB. Goth. B. Hamb. Vind. CF. Med. a. Veu. bcdef. Ber. — In Goth. A. *geris — casus com* c. 79 §. 4 excisa sunt.

Cap. 73. §. 1 eodem] Aud. Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. et teste Achaintrio Pariss. *eo* Lbb. Fabr. Boug. A. Pl. Gott. Wh. Par. A. Haeu. (Confl.) Dr. AB. Vrat. AB. Goth. B. Hamb. Gu.

quentia docent, iisque, ut supra vidimus, summo aggeri impositis constaret, cervos cum inferiore pluteorum parte coniunctos iisque affixos statuere consentaneum est. Lipsius Poliorc. 2, 2 p. 70 eos putat „in exteriore vallo eminuisse, insertos inter loricam ligneam et aggerem ipsum, simplicis coronae in modum: et vidi agrestes nostros spineas eiusmodi proiecturas in loricis terreis eidem fini usurpare.“ Etiam Guischardtus Mém. milit. 1, 290 adiecta demum lorica insertos eos putabat: *Au bas du parapet, il ficha de gros pieux avec leurs branches, taillées en pointe et un peu baissées, pour empêcher l'escalade.* Idem Mém. crit. 4, 160: *du bas de ce parapet sortoit dans toute l'enceinte cette fraise de palissades avec leurs branches taillées en pointes semblables aux bois de cerf, dont elles tiroient leur nom.* (cuius verba citans Dübnerus pro quinque extremis nescio qua auctoritate posuit *se présentant horizontalement à l'assaillant.*) Sed de figura et partibus cervorum nihil nobis constat, nisi quod *a similitudine cornuum cervi* dictos docet Varro De ling. Lat. 5 §. 117, quod Silii locus 10, 414 confirmat: *Quaque patet campus planis ingressibus hosti, Cervorum ambustis imitantur cornua ramis.*

ad commissuras pluteorum atque aggeris] Cf. adn. ad c. 25 §. 1 *Pluteos* h. l. eos intelligendos esse, quibus lorica constaret, interpretes consentiunt. Neque aliter eo nomine uti poterat scriptor, postquam loricae mentionem fecerat, pluteos vero vallo non necessarios fuisse ipse c. 41 §. 4 ostenderat. Pertinet autem pluteorum commemoratio partim ad loricae figuram demonstrandam, partim ad cervorum locum accurate definiendum; quos ad *commissuras pluteorum* atque aggeris eminere dicens vulgarium pluteorum admonet, quos ternis rotulis instructos tradit Vegetius 4, 15, quarum loco ternas hi columellas habuisse videntur, quibus aggeri insertis ipsi niterentur et consisterent. Ac de partibus quibusdam pluteorum, quae eos cum aggere coniungerent, non tantum de lucis, quibus coniuncti essent, aut de coniunctione ipsa cogitandum esse pluralis *commissuras* indicat rei concretae notionem inferens nec locum relinquens dubitationi, qua Seyffertus ambigi posse putat, utrum *ad* praepositio consilium (den Zweck), an idem, quod *apud* significet. Quamquam plura sunt, quae hanc dubitationem penitus tollant.

toto opere] Cf. adn. ad 2, 6 §. 2.

tantas munitiones *tueri* necesse deminutis nostris copiis,

Vind. CDFI. edd. ante P. Man. Frell. Turr. *uno* P. Man. Ald. b, Lips. Iu. Gr. Dav. Cl. „Sic quidem ediderunt Manutius, Plant. Scaliger et reliqui deinceps. Nec male, si e MSS. — Verum Edd. reliquae cum MSS. tum aliorum, quod sciam, tum meis exhibent *eo*: unde Hotomanno valde placeret *eodem*: si quis MS. adiuvaret. Hoc testari possum comparere in membranis primis Leidensibus, Oxoniensibus, et Audinis. *dein* (*dem?*) absurptum a *tem.* Rescripsi itaque *eodem* cum Gronovio (Obs. 4, 8 p. 601 Plat.), donec pateat *uno* esse in MSS.“ Oud. *Uno* coniecturae deberi P. Manutii, certe non in reliquis praeter Lbb. codicibus exemplaris Fabriciani exstare silentio huius contra disertum Oudendorpii de plerisque, Whittii de uno illorum testimonium credendum, sed adscripta ibidem ad *materiari* verbum, de quo nulla dubitatio est, codicum Pet. Voss. A. Egm. Gott. auctoritas huc referenda et cum Lbb. coniungenda videtur. Achaintrio vero ex Parisinis *eodem* referenti de Par. B. fidem habendam, de Par. A. plus tribuendum esse Beyerlii testimonio reliquorum codicum comparatio persuadet. *Eo*, quod Gesnerus et Forcellinus in *Materiari* corrigere neglexerunt, Metaphrastes quoque legit et tam bene, quam potuit, reddidit: *ἦν δ' ἐν τούτῳ ἀναγκαῖον τὴν τῶν Ῥωμαίων δύναμιν ἔν τε τῷ ξυλεύειν καὶ προνομεύειν τοσαῦτά τε ὀχυρώματα οἰκοδομεῖν ἐλαττοῦσθαι.*

tueri necesse] *necesse* om. Aud. Ox. valde probante Gronovio Obs. 4, 8 multisque exemplis ex Seneca, Valerio Maximo (1, 7 p. 148, 19 Kempf.), Salustio, Ateio Capitone, Petronio, Varrone, Livio, Plinio, Tertulliano, Virgilio, Silio, Catone collectis sensum hunc efficiente: „materiabantur, frumentabantur, munitiones fiebant: vel non licebat haec facere nisi uno tempore, vel licebat haec tantum uno tempore facere.“ Quem sensum si Germanice enunties man mußte gleichzeitig Holz und Getreide holen etc., non immerito probabilem dicas: sin ita convertes, ut est a Gronovio praescriptum: man konnte nur gleichzeitig etc., ei, quod res est, minus convenientem reddideris. Et tamen illud *tantum*, quod ad necessitatis significationem efficiendam adiecit Gronovius, in verbis Latinis non exstat, quae ut sunt in And. scripta, nihil aliud ostendunt, quam quod nos dicimus man konnte gleichzeitig etc. Gronovio assentitur Cortius ad Salust. Iug. 110, 3, sententiam, quam in verbis inesse putet, non demonstrans, dissentit Cellarius, nihil Andini codicis auctoritate mutans „contra ceterorum omnium consensionem, etiam Graeci, qui vertit *ἀναγκαῖον*.“ Oudendorpius vero Oxoniensis codicis suffragio accedente *necesse*, quod salva Latinitate abesse posse secundum Gronovium iudicaverat Davisius, et ipse deletum ibat, „nisi viderem, Cellarium

Cap. 73. §. 1 deminutis nostris copiis, quae longius ab castris progrediebantur] Si tria simul agenda erant copiis Romanorum, **singula quidem non ab universis, sed a tertia quaeque parte agi necesse erat, necessitas vero** agendi et coniuncta cum ea deminutio (nam tria simul agenda a paucioribus agenda erant, quam si diversis temporibus agi potuissent) **etsi gravissima accidebat iis, quibus tuendae munitiones essent, tamen pertinebat ad omnes,**

quae longius ab castris progrediebantur; ac nonnun-

repugnare: quia et Graecus *ἀναγκαῖον* addit. At is corruptis iam Codicibus usus est, ut sexcenties alibi.“ Recte tamen non delevit quod per se non minus, quam propter codices non deleri debebat; quamquam in reliquis Commentariorum locis inter *esse* et *necesse* aut nullum aut unum tantummodo vocabulum interiectum est. Magnam vero difficultatem creat *fieri* verbum, in quo et codices consentiunt et interpretes omnes acquiescunt, offensioni autem ab lingua passivum est ex eodem cum deponentibus duobus verbo pendens et suum idque diversum ab his subiectum habens, ab ipsa re gravius hoc, quod tantas munitiones *fieri* audimus, quas supra iam factas accepimus, et quod huius incommodi causa Caesar non magnitudinem munitionum deminuisse, sed *ad haec rursus opera addendum* putasse dicitur. Huc accedit quod servata codicum scriptura nec ratio reddi tam longe ab *erat* abiuncti vocabuli *necesse* nec verborum *deminutis nostris copiis* interpretatio constitui satis posse videtur. Qui si ablativi sunt, ut esse post *fieri* debent, incertum est, utrum absoluti, an ad instrumenti notionem referendi, et, si absoluti, utrum cum Moebio *propterea quod deminutae erant et deminuebantur*, an cum Sincero et Moro *ut adeo deminuerentur copiae* interpretandi, an, quod Dobereuzius mavult, concedendi significatione praediti putandi sint. His malis omnibus unius syllabae mutatione exigua remedium afferri videbatur, si pro *fieri* scriberetur *tueri*; quo recepto *deminutis nostris copiis* quin dativi sint, minus dubium, et ratio huc reiecti verbi *necesse* minus obscura est. Eadem dictione utitur Hirtius Alex. 2, 3: *hac multitudine disposita munitiones semotarum partium tuebantur*. Cf. Civ. 3, 111 §. 6 *quod tam late tueri tam parva manu non poterat.*

deminutis] *diminutis* Voss. A. Fabr. cum *e* super *di* (Bong. C. Pal.) Hav. A. Vind. A. Goth. B. et a m. s. Vrat. B. edd. ante Ald. b. Turr. Cl. „MSS. et Edd. qdd. non male.“ In Vrat. A. Vind. E. *de minutis*, in Egm. Fabr. *Deminutis* scriptum est. Nescio, qua significatione *diminutis* non displicuerit Oudendorpio; sed ea quidem, qua Comici usurpant (zersplittern, zerstückeln), h. l. iusto argutius dictum, ea vero, qua omnino divisione in partes effectam minutionem denotet, inusitatum videtur; Caesar autem dubium est num usquam *diminuere* usurpaverit. Nam Civ. 1, 52 §. 2, ubi Oud. *vires inopia frumenti diminuerat* tenuit, codices optimi iisque Vind. A. *dem.* exhibent, et Civ. 3, 2 §. 3 et 67 §. 3, ubi iidem libri *magnum numerum diminuerat* et *diminutoque militum numero* habent, vulgatum *dem.* haud dubie praeferendum est.

nostris copiis] *c. n.* Hav. A. Vind. A.

quae] *quod* Leid. B.

omnibusque omnia illa non coniunctis, sed deminutis agenda erant. Sed longior quoque ab castris progressus, etsi non universi longius progrediebantur, tamen copiarum Romanorum progressus erat et ad eosdem, quo necessitas et deminutio, pertinebat, in commodum autem rursus iis potissimum, quibus deminutionem gravissimam accidere necesse erat, novum afferebat hoc, quod,

quam opera nostra Galli tentare atque eruptionem ex oppido pluribus portis summa vi facere conabantur. Quare ad haec rursus opera addendum Caesar putavit, 2
quo minore numero militum munitiones defendi possent. Itaque truncis arborum aut admodum firmis ramis ab-

§. 2 aut] „MSS. omnes et G(ott.) V(oss. A.) Lips. Poliorc. 77.“ Fabr. „In veteribus consensu ferè, *aut admodum*, aiente sive alternante particulâ.“ Lips. Poliorc. p. 71. „Steph. et alii nonnulli.“ Hotom. *haud* (Pet. Conf.) margo Goth. B. Ald. ab. Gr. ab. Vasc. St. P. Man. (Freli.) Turr. Lips. *σκελέγξων τὰς ἀσθενεστέρας κλάδους ἀποτεμών* Met. qui et ipse *haud* legit et *truncis* pro dativo accepit cum Glareano, qui iucundum truncos non admodum firmis ramis interpretantem reprehendens, quod *abscissis* omiserit, „neque enim“ inquit „permanebant rami infirmi, sed firmi manebant, infirmi abscindebantur.“ Lipsius retinet *aut* „hoc sensu, ut aut truncos ipsos totarum arborum captos velit, sed iuniorum; aut et maiorum ramos firmiores, qui cum suâ sobole idem praestabant. Hos enim sparsos et ad latera exstantes ramos, dolabrâ aptabant et exacuebant: quod in quibusdam veterum benè *dolabratis* legitur, non *Delibratis*.“ eumque Scaliger et reliqui editores secuti sunt, ex quibus Oud. in nullo codice suo exstare *haud* testatur. Neque ego usquam scriptum id vidi aut accepi; sed Vrat. A. ne *aut* quidem habet, idque Nipperdeius etiam sine codicibus delendum censuit propterea, quod infra ab ramis eminere stipites dicantur, quos tamen ramos habuisse supra non sit commemoratum. „Id vero“ inquit „commemorandum erat necessario, cum in iis ramis, qui eminebant, tota rei ratio verteretur: reliqua enim stipitis pars terra obruebatur.“ Id vero non magis commemoratum nec per se verisimile est; neque rami eminentes *cippi* appellari a militibus, neque ii, qui eo *intraverant*, induere se *vallis* acutissimis dici a scriptore potuisse videntur. Praeterea non apparet, cur *admodum* firmis ramis trunci illi vel arbores

quo longius illi progressi essent, eo diutius hi auxilio eorum carere cogebantur. Itaque haec sic vertenda sunt: Die Nothwendigkeit gleichzeitig nach Holz und nach Getreide auszuziehen und so große Befestigungen zu vertheidigen schwächte unsere Truppen, deren Auszüge sie weiter von den Lagern entfernten. Memorabilis ob infantiae notam, quam scriptori inurit, Oehleri interpretatio est, qui *deminutis nostris* sive dativi sive ablativi sint, separandos ab *copiis* docet his verbis: Ob *deminutis nostris* als von *necesse est* abhängiger Dativ oder auch als Ablativ. absolutus gefasst wird, so ist jedenfalls doch das festzuhalten, dass nur die zuletzt erwähnte Arbeit, das *tantas munitiones fieri*, nicht aber das *materiari* und *frumentari* auf diese *deminuti nostri* geht. Die *copiae* dagegen, um welche die *nostri* eben verringert sind, sind diejenigen, *quae materiandi et frumentandi causa longius ab castris progrediebantur*. Eandem interpretationem dubitanter proposuerat Lippertus: *Copiis* scheint nicht zur Participialkonstruktion zu gehören; sondern erst von *deminutis* abzuhängen.

conabantur] Cf. adn. cr. ad 2, 12 §. 2.

scisis atque horum delibratis ac praeacutis cacuminibus perpetuae fossae, quinos pedes altae, ducebantur.
3 Huc illi stipites demissi et ab infimo revincti, ne re-
4 velli possent, ab ramis eminebant. Quini erant ordi-

filiae (nam id quoque ambiguum relinquitur) esse debuerint, neque *horum*, quod Nipp. ad ramos refert, non pari iure referri ad truncos potest.

horum] *harum* Vrat. A. post *delibratis* Hav. A.

delibratis] *deliberatis* Dr. B. inc. sec. Elb. *delabratis* Vind. D. margo Goth. B. Rom. a. Ven. 1471. sec. Elb. *delabratis*, vel, *dolabratis* cod. Turr. *dolobratis* V. C. Vrs. Not. Duk. Dorv. Bong. C. Pal. Goth. B. Ven. cde. *dolabratis* Leid. B. (Gu.) Vrat. B. a m. s. Med. a. Ven. bf. Ber. In. Gr. Dav. Cl. Oud. 1. tacente Fabr. Non temere *delibratis*, quod reliqui codices Oud. et teste Whittio Gott. et codex Gifanii et Par. A. (Bong. A. Pl. Pet. Confl.) Hav. A. Dr. A. Vrat. A. et a m. pr. B. Hamb. Vind. A. Ald. ab. Gr. ab St. P. Man. Frell. Turr. Oud. 2 habent, minus, quam *dolabratis*, placebat Lipsio, qui *horum* ad ramos sparsos et ad latera exstantes referebat; sed eo referri pronomen, si aut retinetur, non potest, nisi aut *horum* ponens scriptor non de truncis ramisque modo nominatis, sed de eorum ramis cogitasse, aut *cacumina* dixisse qui rami dicendi erant, putatur. Truncorum autem et admodum firmorum ramorum cacumina nihil impedit quo minus *delibrata* primum, deinde praeacuta dici codicibus credamus.

§. 3 ab ramis] *a. r.* Hav. A. Haen. *ab remis* Vind. E.

§. 4 Quini erant] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Ald. sqq. *Qui inierant* Vind. A. *quini* reliqui Oud. Pet. Voss. A. Egm.

§. 2 praeacutis] Cf. adn. ad 3, 14 §. 5.

perpetuae fossae, quinos pedes altae, ducebantur] parallelae, ut videtur (neque enim aliter ductae dicuntur) interiori illi, quae c. 72 §. 3 commemorata est; quae cum et ipsa, quod totum oppidum cingebat, *perpetua* dici posset et tamen dicta non sit, has, quae *perpetuae* appellantur, scrobibus illis, quas §. 5 item ad recipiendos stipites fodi videmus, oppositas cogitare et perpetuitatem propterea necessariam iis et commemoratam statuere debemus, quod stipites, qui in eas demitterentur, ab infimo revinciendi essent. Quam longe vero pertinuerint, non magis quam latitudinem earum docemur. Nimirum non eadem omnibus longitudo erat; in latitudinem vero non amplius patuisse videntur, quam stipitum crassitudo requireret.

§. 3 ab infimo revincti, ne revelli possent] Cum hoc unum, quod stipites ab infimo revincti essent (de quo verbo cf. adn. ad 4, 17 §. 7) obstitisse dicatur, ne revelli possent, demissis stipitibus fossas terra repletas esse minus verisimile videtur.

ab ramis eminebant] Reiicti enim erant rami truncis et illis ramis, qui propter firmitudinem truncorum instar erant. Id vero non ex his demum verbis colligi necesse est, cum stipites, quos abscisos accepimus, sine ramis cognatis ne potuissent quidem abscidi, nisi stantibus adhuc hi rami deiecti essent, quod factum

nes, coniuncti inter se atque inplicati; quo qui intraverant, se ipsi acutissimis vallis induebant. Hos cip-

Lov. Fabr. Carr. cod. Turr. Confl. Bong. A. Pl. Par. A. Haen. Dr. B. Vrat. AB. Goth. B. Hamb. Gn. Vind. CDF. edd. ante Ald. *quin* Vind. E. *qui* Gott. Fabr. Wh. Dr. A. Vind. B.

inplicati] Par. A. (Bong. A.) non *impl. impliciti* Lov. Dorv. Pal. Dr. B. Goth. B. Vind. E. Hamb. edd. ante Ald. Vasc. Gr. b. (Freli) *implicatis* Vind. I. *complicati* Leid. A. Vind. A.

intraverant] *intervenerant* Dr. A. *intrabant* Vind. F. (*in intraverant* Ald. b.) Imperfectum necessarium videri potuit alicui, qui *horum cacumina* eodem modo, quo Lipsius et Nipp., intelligeret.

vallis] om. Haen. *vallibus* Hav. A. In margine Dr. A. a m. s. posita est *p* littera, quasi alia lectio sit *pallis*.

cippos] *cipos* Pet Kgm. Pulm. Bong. C. Vrat. A. Vind. C. et, in quo praecedenti *hos* adhaeret, Hamb. „Quod autem est, *Cippos* esse neque legimus neque credere possumus, quia, si faciendum fuisset, facilius caesis, quam stantibus arboribus fieri potuisset. Sed ex eo, quod stipitum cacumina delibrata et praeacuta erant, hos, a quibus eminebant stipites, ramos inferioribus abscisorum partibus enatos esse colligendum est.

§. 4 Quini erant ordines] non fossarum, sed stipitum. Quamquam enim fossarum quoque non minus, quam scrobium, ordines quidam cogitari possunt pluribus singuli fossis constantes, tamen et proxime praecedentes stipites sunt, non fossae, et *coniuncti inter se atque implicati* stipitum ordines aliquanto facilius explicari possunt, quam fossarum. Stipitum igitur ordines erant *quini*, non singulis in fossis, sed singulis in partibus locisque, in quibus omnino huius generis munitiones essent. Has enim non ut fossam interiorem et exteriorem per totum oppidi circuitum continuatas, sed hic latius, illic angustius productas spatiisque intermissis disiunctas fuisse supra vidimus; hic vero nunquam locorum illorum ordines stipitum quinque seu quinque fossas cum stipitibus, quarum prima fossae interiori proxima, quinta remotissima ab ea esset, habuisse docemur. Quod si distributivum ad fossas referas, quarum in singulis quini stipitum ordines fuerint, et longitudinem et latitudinem fossarum silentio praetermissam mirari et illamne an hanc an utramque quinque partitam statuas, dubitare cogaris.

coniuncti inter se atque inplicati] *Coniunctionem* h. l. sola propinquitate sine contagione effectam significari ad 4, 17 §. 9 ostendi; sed quod additum est inplicati, eius propinquitatis spatium definit ita, ut simul contigisse inter se stipitum ordines demonstret. Scilicet ramis illis, a quibus stipites eminebant, inflexis contextisque binorum propinquitate inter se coniunctorum ordinum etiam *implicatio* effecta erat, quae fossas transgressuros impediret et perrumpere nitentes falleret, quo facilius se ipsi praeacutis stipitum cacuminibus in summis fossis exstantibus induerent.

quo qui intraverant] Cf. 2, 17 §. 4: *ut instar muri hae sepes munimentum praeberent, quo non modo intrari, sed ne perspici quidem posset.*

Hos cippos appellabant] Pronomen, ut §. 8 *id*, §. 9 *quos*,

5 pos appellabant. Ante hos obliquis ordinibus in quincuncem dispositis scrobes tres in altitudinem pedes

pos dictos, nihil equidem muto: sine fraude tamen vacillationem optimi codicis iudico, qui Torrentii antistitis fuit, in quo correctum *Cappos*. Incidebat, *Scapos*. et sanè militum lascivia hunc velut Martialem hortum habuit et consevit, et nomina etiam fortassis (ut mox *Lilia*) à re hortensi sumpsit. Alioqui *Cervos* licuisset, recepto verbo. Sed hoc in ventum dixerim." Lips. Poliorc. p. 72. „*Cappos* erat a manu emendatrice in Torrentii codice Lovaniensi." Oud. „*cappos* MS. Torr. Lips. 77. m. H" Fabr., secundum quod *cappos* in margine codicis Lov. scriptum invenisse videtur Heinsius. Lipsio *cippos* offensioni fuisse et *scapos* incidisse non miror: magis mirum est Herzogio hoc demonstranti: *das Ganze mag einem in die Erde gesteckten stachlichten Kehrbesen nicht unähnlich ausgesehen haben.* non in mentem venisse *scopas*.

§. 5 Ante hos] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Dr. A. (Carr.) Ald. sqq. *quibus* Ort. Leid. B. Bong. C. Vind. EF. edd. ante Ald. *qui* Vind. D. *quos* reliqui Oud. Pet. Voss. A. Lov. Egm. Gott. Fabr. Pet. Pal. Cuss. cod. Turr. Bong. A. Pi. Par. A. Haen. Dr. B. Vrat. AB. Goth. B. Hamb. Vind. BCI. inc. sec. Elb. *Ante* praepositionem in optimo codice a praecedente syllaba absorptam esse, ut putat Daehnius, non a vero abhorret; sed amplius nihil in eo corruptum et *ante quos* a Caesare scriptum esse, ut Nipperdeius putat, minus verisimile est, quam *hos* vinciendae orationis causa mutatum esse in *quos*, eidemque imperitiae, cuius vestigia in illo codice non ita rara sunt, deberi *obliquos*, quod pro *obliquis* legitur in Bong. A. Voss. AB. Pet. Ox. Egm. Par. A. Vrat. A. Gu. Haen. (*ob reliquis* habent Dr. B. Goth. B. *ab reliquis* Pal. Vind. CI. *ob reliquos* Duk. Dorv.) sicut *quibus* in quinque recentioribus ad veram adiectivi scripturam vitiose accommodatum videmus.

tres in altitudinem pedes fodiebantur] *trium in alt. pedum fod.* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Ald. sqq. *fod. in alt. trium pedum*

ad nomen, quod sequitur, accommodatum, nomen ipsum ex vulgari sermone ductum proprie truncum significasse videtur, si ex eo, quod hodie Itali *ceppo* vocant, et ex Graeco *κορμός*, quae Glossarii interpretatio est, coniecturam capere licet. Apud scriptores vel columnam sepulcralem vel terminum in agro positum significat. Neque a sepulcralium similitudine abhorrebant hi militares cippi, si stipites tales erant, quales supra ostendi. Nam illi quoque a summo angustiores erant, quam ab infimo. Germanice verterim Spitzsäulen.

§. 5 obliquis ordinibus in quincuncem dispositis] Cipporum ordines recti erant: scrobes obliquis iisque in quincuncem dispositis fodiebantur. Obliqui autem ordines in quincuncem dispositi necessario duo sunt:

E C
B
A D

AC et DE. Pluribus autem quincuncibus deinceps coniunctis recti ordines existunt tres:

E C G
B F
A D H

fodiebantur paulatim angustiore ad infimum fastigio. Huc teretes stipites feminis crassitudine ab summo prae- 6 acuti et praeusti demittebantur ita, ut non amplius digitis quattuor ex terra eminerent. Simul confirmandi 7

Vind. A. *in altitudine trium pedum fod.* Hav. A. *tres in alt. pedum fod.* Vind. F. *tres in alt. trium pedum fod.* Pet. Reliqui codices Oud. Voss. A. Lov. Egm. Gott. Lbb. Fabr. Bong. C. Pal. Bong. A. Pi. Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. AB. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BCDEF. cum edd. ante Aldum *tres in alt. pedes fod.*, sed Boug. A. Leid. B. Dr. B. Vind. F. *altitudine* habent, eique *ab summo* addit Dr. B. Lectio ab Aldo vulgata *scrobes trium in altitudinem pedum* exhibens magis consuetudinem refert scriptoris, qui 1, 8. §. 1 *murum in altitudinem pedum sedecim*, 2, 5 §. 6 *in altitudinem pedum XII. vallo*, 29 §. 2 *aditus in latitudinem non amplius ducentorum pedum*, 7, 8 §. 2 *discussa nive sex in altitudinem pedum*, 69 §. 5 *maceriam sex in altitudinem pedum*, Civ. 2, 1 §. 4 *aggerem in altitudinem pedum LXXX.*, 10 §. 2 *columellae pedum in altitudinem V.*, 3, 54 §. 1 *in altitudinem pedum XV. effectis operibus*, 63 §. 1 *vallum in altitudinem pedum X.* dixit, quam quae in optimo codice exstat, in qua dictio *in altitudinem* eodem modo, quo illis in locis, qui genitivum habent, mensuram definit ita, ut, quam in partem adhibenda sit, demonstret, mensura vero non pendentem ex sese rem habere, sed ipsa pendere ex actione videtur. Tamen ne haec quidem ab eius consuetudine discrepat. Nam supra c. 23 §. 5 materia perpetuis trabibus *pedes quadragenos* plerumque *introrsus revincta* dicitur, in quibus *introrsus* idem, quod *in longitudinem* significat, participium autem verbi passivi actionis notionem adiunctam habet non minus, quam h. l. imperfectum. Hanc igitur, quam etiam Oud. non male habere iudicabat, ex optimo codice, qui ita interpolatus esse non solet, recepi. Vulgatam ex margine illatam esse inde colligi potest, quod in codices Hav. A. et Vind. A. cum alio verborum ordine traducta est.

ad infimum] Id cum plerisque Vind. A., sed *ad infi* — a m. sec. correctum exhibet. *ab infimis* Haen. *ad summum* Ox. Cu. Ald. ab. Gr. ab. P. Man. Frell. Turr. Lips. In. Gr. *εἰς ἄνω* Met.

§. 6 digitis quattuor] Bong. A. Pl. Par. A. Ven. f. Reliquae edd. nomen numerale cum Dr. B. Goth. B. Vind. FI. Hamb. ante

AH et BF et EG; quorum numerus si aliis quincuncibus insuper adiunctis augetur hunc in modum:

L K N
I M
E C G
B F
A D H

simul plures nascuntur ordines obliqui: DG, AN, EK, vel DE, HL, GK; de quibus scriptor, quia nulli eorum in quincuncem dispositi sunt, cogitare h. l. non potuit.

paulatim angustiore ad infimum fastigio] Scrobium latera non erant directa, sed ad infimum et fundum versus paulatim angustiora et contractiora fiebant. Atque hanc ipsam laterum coartationem et in unum idemque punctum inclinationem Caesar h. l. *fastigium* appellare et quod vul-

et stabiliendi causa singuli ab infimo solo pedes terra
exculcabantur: reliqua pars scrobis ad occultandas in-
8 **sidias viminibus ac virgultis integebatur. Huius gene-**
ris octoni ordines ducti ternos inter se pedes distabant.

substantivum ponunt: Oud. *digitis IV* scripsit „sic MSS., non *IV dig.*, Ox. *dig. III.*“ habere testatus. Oudendorpii scripturam Voss. A. Egm. Gott. Fabr. et quod ad ordinem verborum attinet, reliqui mei exhibent, sed pro *IV* Vind. A. *IIII*or, Goth. B. Vind. Fl. *IIII*, Dr. A. Vrat. AB. Hamb. Ald. a. Gr. ab. St. P. Man. Freil. Turr. *quatuor*, pro *digitis* Med. a. Ven. b. habent *digytis*.

§. 7 pedes terra] *pedestres* Leid. AB. et *l'tres* in Dr. A. a m. sec. super *terra* scriptum est. *p. in terra* Duk. Vind. Cl. et teste Whittio Hav. A., qui Elberlingio dubium est *in* an *III* habeat. *p. tres terra* Ox. S. Par. B. (Confl.) R. Dr. B. Goth. B. Vind. AD. edd. ante Ald. (excepta sec. Elb. inc.) Gr. ab. Vasc. St. (Freil.) Turr. *p. terrae tres* Pet. sec. Oud. *terrae tres*, omissis *solo pedes*, ut videtur, Pet. Fabr. τρεῖς πόδας γῆς Met.

exculcabantur] *exculcabatur* Hamb. *culcabantur* Lov. ab Heinsio coll. Fabr. *occulebantur* Leid. B. *excultabantur* Rom. a. Ven. 1471 sec. Elb. et ante corr. Ald. a. *exocultabantur* Boug. C. *occultabantur* „Edd. qdd.“ Vrat. B a m. s. Med. a. Ven. bcdef. Ber. Gr. ab. Vasc. sec. Brant. (Freil.) Turr. ἐπεχώννυε Met.

virgultis] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. *iunculis* Carr. cod. Turr. Pulm. *vinculis* Boug. A. Pet. et reil. Oud. („vel *vinctis*“) Confl. Bong. A. Pl. Par. A. Haen. Gott. Wh. Dr. A. Vrat. AB. Hamb. Vind. BCDI. edd. ante Ald. *vinclis* Voss. A. Egm. Gott. Lbb. Fabr. Dr. B. Goth. B. Vind. E. *vindis* Vind. F.

integebatur] iidem, qui *virgultis*. *tegebatur* Bong. A. Pet. *impediebatur* reliqui Oud. Voss. A. Egm. Gott. Lbb. Fabr. Pal. Par. A. (hic *inp.*) Haen. Dr. A. Vrat. AB. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. CDF. Rom. a. Med. a. Ber. Ven. f. *impediebantur* Boug. C. Dr. B. Vind. E. Ven. bcde.

§. 8 ducti] iidem, qui *integebatur*. *vincti* reliqui Oud. („vel *iuncti*“) Voss. A. Pet. Egm. Gott. Fabr. Haen. Gu. Vind. D. edd.

go ascendentibus lateribus tribui solet, descendentibus tribuere videtur.

§. 7 terra exculcabantur] *Exculcare* Gesnerus calcando seu inculcando explere rectius, quam Forcellinus calcando firmare interpretatur; sed propria calcandi significatio, quamvis ad rem, de qua agitur, aptissima, tamen ad explendi notionem sola praepositione traduci et proprie dictum *exculcare* cum ablativo construi posse non magis videtur, quam nostrum ausstampfen, quo usus est Sincerus: So wurde von dem untersten Grunde auf ein jedwedes spatium von einem Schuhe mit Erde wieder ausgestampfet. Itaque adscita illa spissandi et densandi significatione, quae in *culcita* apparet, *exculcare* potius interpretandum est ausstopfen. Cf. c. 23 §. 2: *intervalla grandibus in fronte saxis effarciuntur*.

§. 8 octoni ordines] recti illi, ut pluribus quincuncibus inter se coniunctis exstiterant; quorum ordinum in altero quoque scrobium numerus uno minor, in sin-

Id ex similitudine floris lilium appellabant. Ante haec 9
taleae pedem longae ferreis hamis infixis totae in ter-
ram infodiebantur mediocribusque intermissis spatiis
omnibus locis disserebantur; quos stimulos nominabant.

ante Ald. *iuncti* Carr. cod. Torr. Lov. Lbb. Fabr. Confl. Bong. A. Pl. Par. A. Gott. Wh. Dr. AB. Vrat. AB. Goth. B. Hamb. Vind. BCFI.

§. 9 taleae] *taliae* „MSS. quidd." Voss. A. Lov. Dr. B. Goth. B. Vind. A. et a m. pr. Vrat. B. *talie* Bong. A. Pl. Hav. A. Gott. Wh. *aliae* Dr. A. *et aliae* Egm. sec. Oud. et Fabr. quamquam in Fabr. *ae* an *a* in extrema sit, ambiguum est. *et alia* Vrat. A. *talia* Hamb. et a m. s. Par. A. *tala* Par. A. a m. pr. *talae* Ber. *tale* Haen. Cf. adn. cr. ad 5, 12 §. 3.

infixis] And. Ox. Cu. S. Hav. A. Vind. A. Carr. cod. Turr. Ald. sqq. *infixae* reliqui Oud. Pet. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Lbb. Fabr. cod. Faërni et quem suum appellat Vrs. Emend. Confl. Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. AB. Goth. B. Gu. Vind. DI. Rom. a. Med. a. Ven. bc (haec *ifixae*) f. Ber. *infissae* Hamb. *infixe* Bong. A. Pl. Gott. Wh. Vind. CEF. Ven. de.

stimulos] *timulos* Bong. A. *famulos* Lov. Brant. Hamb. *Stimulos* approbans Lipsius Poliorc. p. 73 „quid tamen" inquit „ita longè abit et divertit optimus Torrentii codex, qui *Famulos?* An *Hamulos?* nam hamis infixas dixit. An *Flamulas?* quod genus Violae Latinis est, ut non abeamus ab horto. An nugas ago? cùm Caesar ipse mox, cùm adsultasse Gallos castris facit, ita scribat: *Galli dum longiùs ab munitione aberant, plus multitudine telorum proficiebant. posteaquàm propiùs successerant, aut se ipsi Stimulis inopinantes induebant; aut in Scrobes delapsi transfodiebantur.* Stimuli ecce repetuntur, nec vacillat ibi liber." Qui si *hamis infixas* in terram taleas intellexerit eaque mente in verbis Caesaris p. 62 propositis non cum Aldo *infixis*, sed cum prioribus *infixae* scripsit, non tam in *stimulorum* appellatione, quam in eo haerere debebat, quid omnino hostibus nocere hae taleae possent, quae totae essent in terram defossae. Sin, id quod magis verisimile est, *hamis infixas* eas intellexit, quae hamis infixis instructae essent, ab linguae usu aberravit, ceterum quid hamis commune esset cum *stimulis*, demonstrare

gulis vero pro ipsorum longitudine non omnibus locis eadem diversus erat. Nam distributivi h. l. significatio alia esse nequit atque ea, qua §. 4 *quinos* cipporum ordines dici statuimus. Ordinum autem ipsorum numerum octonarium et parem potius, quam novenarium aliumve imparem proditum esse non mirabere, si eum secundum rectos ordines initum reputaveris.

ternos inter se pedes distabant] Sic totius spatii illius, quod illa tamquam cingulum obtinebant, latitudinem et simul quantum inter singulos scrobes intercederet, docemur.

§. 9 mediocribusque] Cf. adn. ad 5, 44 §. 6.

omnibus locis] Hoc igitur stimuli differebant a liliis et cippis, qui non omnes primi et secundi cinguli locos partesque muniebant et impediebant.

74. His rebus perfectis regiones secutus quam potuit aequissimas pro loci natura XIIII. milia passuum conplexus pares eiusdem generis munitiones diversas ab his contra exteriorem hostem perfecit, ut ne magna quidem multitudine, si ita accidat eius discessu, munitio-

supersedit. Scilicet non tantum uncis, sed etiam aculeis hamos ad modum eorum, quibus piscatores utuntur, instructos fuisse credendum est.

Cap. 74. §. 1 XIIII.] Voss. A. Gott. Fabr. Bong. A. Pl. Dr. B. et, sup. *o*, A. Vrat. B. Goth. B. Vind. AFI. *quatuordecim* Vrat. A. Hamb. Vind. D. Ald. a. Gr. ab. St. P. Man. Frell. Turr. *quattuordecim* Rom. a. Med. a. Ven. bef. Ber. *quattuordecima* Ven. cd. *XIV* (Par. A.) Ald. b. Lips. sqq.

conplexus] Egm. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. non *compl.* (In Dr. A. a m. pr. omissum a m. sec. in margine scriptum est *complexus.*)

pares] *pari* „Bong. A. Voss. A. Pet. Lov. Egm. et 6 alii cum Ed. Inc. forsan pro *paris* accus.“ Pet. Voss. A. Egm. Lov. Gott. Lbb. Fabr. Pet. Pal. Cuofl. Bong. A. Pl. Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. AB. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. EF. *paris* Gott. Wh. *parari* Vind. Cl. *partes parari* inducto *parari* verbo cod. Turr. Alterum accusativi exemplum apud Caesarem non inveni: Alex. 8, 4 et 18, 3 libri in *pares* consentiunt, quod h. l. Hav. A. et Vind. A. cum reliquis praeter inc. editionibus tuentur. Neque Oudendorpius, quo auctore Nipperdeius se *paris* edidisse ostendit, tantum tribuisse coniecturae suae videtur.

generis] *generi* Goth. B.

munitiones] *munitione* Voss. B.

accidat] *accedat* Lov. Fabr. *accideret* „Lov. Gott. Voss. C. Duk. Dorv. Edd. pp. aliaeque.“ Gott. Lb. Fabr. Pal. Dr. AB.

Cap. 74. §. 1 pares eiusdem generis munitione] His verbis sunt qui non solum fossas et cippos et lilia et stimulos, sed etiam aggerem ac vallum turresque significari statuant; quibus adversatur quod pares hae munitiones contra exteriorem hostem eo consilio perfectae dicuntur, ut ne magna quidem multitudine *munitionum* praesidia circumfundi possent. Munitiones enim, quarum tutandarum causa novae factae esse dicuntur, non ipsae novae diversaeque ab illis, quae c. 72 descriptae sunt, sed eaedem videri debent. Earum vero praesidia ne ab hoste circumfundi possent, non eiusmodi munitionibus effectum dici potuit, quae ipsae praesidiis indigerent (sine praesidiis enim agger ac vallum turresque nullo usu erant) quibus praesidiis prius ne ipsa circumfunderentur, caveri deberet, quam aliis ne id accideret, caverent. Quae munitiones igitur ne illarum praesidia circumfunderentur, effecisse dicuntur, eae non aliae esse potuerunt, quam quae sine praesidiis se ipsae tueri possent, hoc est fossae, cippi, lilia, stimuli. Sed ne has quidem omnes omnino pares interioribus fuisse ex iis, quae c. 81 §. 2 et c. 82 §. 1 leguntur, apparet.

ut ne magna quidem] Cf. adn. ad 1, 48 §. 3.

si ita accidat eius discessu] Antiquiores interpretes a Graeco

num praesidia circumfundi possent; neu cum periculo 2

Vrat. B. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. CDEF. Rom. a. Med. a. Ven. be. Ber. St. Freil. *accederet* Ven. cd. *acciderit* Carr. cod. Turr. Voss. B. Boug. C. Vind. I. Ven. f. *accidisset* Pet.

eius discessu] *per eius discessum* cod. Turr. Duk. Voss. B. Boug. C. Vind. CI. Ven. f.

munitionum] *munitionem* Voss. A. Fabr. Vrat. A. Haen. (*munt.* Ven. c.)

circumfundi] *circumdi* Vind. A.

§. 2 neu] Med. a. Ven. bcdef. Ald. sqq. „MSS. fere o. et Edd. pp. *aut*. Male iunxerunt praecedentibus.“ *aut* habent Pet. Voss. A.

inde, qui *αὐτοῦ ἀπελθόντος* posuit, usque ad Guischardtum non dubitarunt, quin Caesaris hic intelligendus sit discessus; neque aliter intellexerunt nostrates Wagneri. Guischardtus vero Caesarem discedere in animo habuisse negans et hostes absente eo non secus, quam praesente circumfusuros fuisse munitionum praesidia affirmans *eius* ad *hostem*, quod praecedat, referendum et *discessum* equitum, quos Vercingetorix c. 71 §. 5 dimisisse dictus est, interpretandum esse contendit Mém. milit. 1, 299: Assurément César n'avoit pas envie de quitter ses lignes, et l'ennemi ne les auroit pas moins investies avec une grande multitude, en son absence, qu'en sa présence. Voici ce que César dit: *Afin que s'il arrivoit, qu' après le départ de la cavalerie de Vercingetorix, l'ennemi vînt en grand nombre investir les lignes de tous côtés. Si ita accidat eius discessu* ne regarde donc pas César, mais le met *hostis*, qui a précédé. *Si ita accidat*, dit-il, *hostis discessu.* Recentiores Guischardti argumentis commoti alii, ut Meres, Hausius, Moebius, Heldius, Lippertus, Dübnerus, in eius interpretatione acquieverunt, alii ferri eam per linguam non licere sentientes haec verba vel non intelligere se confessi sunt, ut Elberlingius, vel corrupta esse iudicaverunt, ut Whittius, qui omnia „ut primo in margine ad enuntiationem sequentem (*cogantur*) adscripta, deinde male h. l. invecta“ eiecit, et Nipperdeius, qui pro *discessu* a Caesare scriptum fuisse existimat *accessu*, et Kranerus, cui *eius discessu* glossema pravum ad *si ita accidat* adiectum videtur. Unus Baumstarkius et pronomen ad Caesarem referri et Caesaris discessum vel in alteram partem seu oppidum versus profectionem vel aliam in partem eruptionem eius intelligi posse animadvertit, sed simul pro *eius* legitime *suo* dicendum fuisse censens a linguae usu aberravit, in *discessu* autem id, quod res est et in oculos incurrit, non magis, quam alii, vidit, scilicet Romanis frumentandi et pabulandi causa necessario discedendum ab Alesia fuisse, frumentationem autem et pabulationem in dies longiorem et difficiliorem fieri oportuisse, exteriore vero hoste accedente, si magna pars copiarum discessisset, praesidio relictos utrinque circumfusos facilius opprimi et munitiones perrumpi potuisse, his de causis Caesarem ab utraque parte ad munitiones addidisse eoque opere perfecto tutius et minore cum periculo discedi a castris potuisse, etiamsi accideret quod accidere utique poterat, et facta discessione hostes magna multitudine hominum coacta ad libe-

ex castris egredi cogatur, dierum XXX. pabulum frumentumque habere omnes convectum iubet.

Gott. Lov. Egm. Lbb. Confl. Carr. cod. Turr. Bong. A. Par. A. Haeu. Dr. A. corr. et, qui *Imperat* praeponit, B. Vrat. A. et a m. pr. B. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. AF. Rom. a. Ber. *ut* Hav. A. Herzogius *aut* probari posse non minus, quam *neu* contendens et c. 72 et Zumptii §. 337 commemorans haec ad praecedentia referre et hanc alteram partem consilii, quo Caesar diversas munitiones contra exteriorem hostem perfecerit, intelligere videtur, ne cum periculo ex castris egredi milites cogantur, scilicet ob nimis deminutum egredientium numerum. Cui interpretationi primum sententiae inanitas atque obscuritas, tum illud, quod sequitur, *dierum XXX. — iubet*, quod prorsus carere nequit, denique ipsum obstat *aut*, cuius loco ponendum erat *neu*. Nam *ne*, quod legitur §. 1, comparari non potest cum eo, quod c. 72 §. 2 legitur, cui recte succedit *aut*. Herzogius igitur non ferre *neu*, sed praeferre, tum autem non maiore ante id, sed minore, quam ante *dierum* interpunctione uti debebat. Caesarem vero, si scripserit *neu*, alia id mente scripsisse et disiungendi significatione neglecta copulao vim tribuisse enclitico ad coniunctionem adiecto statuendum est; id quod Ovidius locis a Lipperto et ab Handio Turs. 4, 179 adhibitis haud dubie fecit. Velut Metam. 4, 800: *aversa est et castos aegide vultus Nata Iovis texit; neve hoc impune fuisset, Gorgoneum crinem turpes mutavit in hydros.* Ac ne quis putet huuc aliosque poëtas mera licentia et quod *neque* longa penultima ponere non possent, pro eo *neve* et *neu* dixisse: saepe etiam scriptoribus solam negationem suffecisse videmus, ut res natura coniunctas minimeque diversas sic disiungerent: qua de re cf. int. 4, 17 §. 10; et quam prope iisdem enclitica *ve* et *que* contingere inter se sint visa, consimilis *neve* et *neque* dictionum iteratio monstrat, de qua in adn. cr. ad huius libri c. 14 §. 8 expositum est. Atqui *neu* in *aut*, quod codices exhibent, corrumpi vix potuit: *aut* facile potuit ex coniectura in randos obsessos venirent. Ac re vera Caesarem perfectis contra exteriorem hostem munitionibus frumentandi et pabulandi causa discedere voluisse ex eo apparet, quod dierum XXX. pabulum frumentumque habere omnes convectum iussit. Id enim iubere sana mente praeditus non poterat, nisi aut ipse eos pabulatum et frumentatum educeret, aut a legatis educendos curaret. Ipsum vero sibi eam rem suscipere, quam aliis committere maluisse non magis mirandum est, quam quod hanc suam fore operam non verbis expressis demonstrat, sed tamquam notum et ab ipsis lectoribus facile intelligendum ponit. Discedere autem Caesarem statim perfectis munitionibus et prius, quam exterior hostis advenisset, constituisse cum per se verisimile est, tum verba docent *si ita accidat*, scilicet ut magna cum multitudine venirent, quibus verbis multitudinem illam nondum adfuisse, sed his ipsis diebus exspectari potuisse ac debuisse significatur. Ad dictionem cf. 5, 23 §. 3: *Ac sic accidit, uti* etc. et de ablativo *discessu* vid. adn. ad 5, 3 §. 6.

§. 2 neu cum periculo ex castris egredi cogatur] Cum periculo egressurus erat Caesar, si

75. Dum haec apud Alesiam geruntur, Galli concilio principum indicto non omnes hos, qui arma ferre

neu mutari ab aliquo, qui haec ad praecedentia referret, sed linguae magis peritus esset; et Med. a., ex qua *neu* in ceteras transisse videtur, etsi non sine codice facta editio est, hic quidem ab omnibus destituitur, nisi forte Dr. A. ante corr. habuit *neu*, aut de Vind. B. reliquisque silentium anonymi non fallit. Itaque coniecturae locum dant codices, quam alii aliter fecerunt. Oudendorpius *At ne*, Lippertus *ac ne*, idem vel *neu* vel *et ne* Nipperdeius, solum *ne* Whittius, *ne autem* Handius l. c. p. 178 et Dübnerus proposuerunt; quorum postremum simplicissimum est et sensum aptum efficit, sed dictionem insolitam praebet, primum a sensu minus probabile reliquis videtur. Etiam *ut ne* probari posset, quod non discreparet ab illo Civ. 3, 56 §. 1: *tantumque a vallo eius prima acies aberat, uti ne telo tormentove adigi (adtingi?) posset.*

cum] om. Vind. A.

cogatur] *cogerentur* Dr. B. et a m. s. Vrat. B. cum edd. ante Oud. (*congerentur* Ven. cdc.) *cogantur* N. Voss. Cl. Leid. B. et sec. Elb. cum punctis sub *n* Hav. A. Atque hunc pluralem a Clarkio commendatum Oudendorpius praetulit alteri, qui in nullo sit MSto codice, omnes praeter Leid. B. exhibere testatus *cogatur*, quod exhibent Pet. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Lbb. Fabr. Pet. et Pal. Confl. Carr. cod. Turr. Bong. A. Pi. Hav. A. Wh. Par. A. Haen. Dr. A. Vrat. A. et a m. pr. B. Gotb. B. Gu. Hamb. Vind. A.

Cap. 75. §. 1 apud] *ad* And. Ox. Cu. S. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. *apud*, quod exhibent „reliqui et Edd. pp.“ Voss. A. Egm. Gott. Confl. cod. Turr. Bong. A. Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. AB. Goth. B. Hamb. Vind. CDF. edd. ante Aldum, item locorum nominibus praepositum legitur 2, 7 §. 3: *paulisper apud oppidum morati.* et Civ. 3, 57 §. 1: *Haec cum in Achaia atque apud Dyrrhachium gererentur.* et Afr. 46, 4 et 53, 1: *apud Thapsum.* Itaque h. l. optimum codicem sequi non dubitavi, etsi *ad* in ea significatione multo est frequentius. Sic supra c. 37 §. 1 et 42, 1: *Dum haec ad Gergoviam geruntur.* Civ. 1, 56 §. 1: *Dum haec ad Ilerdam geruntur.* Ib. 24, 1: *rebus — quae erant ad Corfinium gestae.* 23, 5: *VII. omnino dies ad Corfinium commo-*

post exterioris hostis adventum egrederetur, et tamen egredi etiam tum cogebatur, si pabulo frumentoque careret. Itaque hoc ne accideret, ut cum periculo egredi ex castris cogeretur, ante hostis adventum tantum pabuli frumentique convehi iussit, ut omnes convectum haberent quod dies triginta sufficeret, si tam diu permanendum in castris esset. Ceterum haec in consilio fuisse Caesari dicuntur: quem eventum res habuerit, incertum relinquitur, et Civ. 3, 47 §. 6 milites eius *ad Alesiam magnam se inopiam perpessos* meminisse narratur. Incaute igitur Guischardtus et simul parum convenienter iis, quae de *discessu* statuit, l. c. haec scripsit: Après avoir fini tous ces ouvrages, César fit de grands fourages et ramassa des provisions et des vivres pour environ un mois.

possent, ut censuit Vercingetorix, convocandos statuunt, sed certum numerum cuique civitati imperandum, ne tanta multitudine confusa nec moderari nec discernere
2 suos nec frumenti rationem habere possent. Imperant

ratus. (unus Leid. A. *apud* habet.) 3, 62 §. 3: *quasque ad Dyrrhachium naves longas habebat.* ut alios locos omittam, qui pariter a codicibus firmi non minus *apud* praepositionem admittebant. Haec enim latius patens, quam *ad*, et cum propinquitatem omnino, tum eam, quae appropinquando effecta est, sed hanc remota actionis efficientis notione significans ubique pro illa propinquitatem motu effectam unaque motum ipsum significante adhiberi, distantiae autem, quae in propinquitate vel maior vel minor est, rationem nullam habens de rebus etiam non proximis dici potest, quibus *ad* ob motus ad finem perducti notionem minus est apta. Itaque et h. l. si *haec*, quae geri dicuntur, non modo ad munitiones, sed etiam ad frumentationem referenda sunt, *apud* etiam magis, quam *ad*, convenire et Civ. 3, 47, ubi de inopia sermo est, *ad Alesiam* recte habere, de utriusque vero discrimine Ruddimannus Instit. gramm. 2, 282 Stallb. *ad* in eiusmodi exemplis proprie *iuxta* sive *in loco proximo*, *apud* vero *circa* vel *prope* significare statuens rectius, quam Haudius Turs. 1, 90 prorsus illud contrarium esse docens statuere videtur.

hos] om. And. Ox. Cu. S. Pet. Carr. et a m. pr. Duk. Hav. A. Vind. A. Hamb. Ald. sqq. habent „reliqui cum Edd. pp.“ Voss. A. Egm. Gott. Lov. Lbb. cod. Turr. Conf. Bong. A. Par. A. Dr. B et, qui *hos* — *pos*(sent) in fine versus a m. s. addita habet, A. Vrat. AB. Goth. B. Gu. Vind. Fl. edd. ante Ald. *homines* Haen. Cf. adn. cr. ad 5, 7 §. 6.

civitati] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. (Bong. C.) Ber. Ald. sqq. *ex civitatibus* Duk. a m. pr. et Lindenbrogius. *ex civitate* „ceteri et Edd. pp.“ Carr. cod. Turr. Pet. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Lbb. Pet. et Pal. Conf. Bong. A. Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. AB. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. DEF. edd. ante Ber. Ven. f. Huic id, quod Duk. exhibet, similius est, quam quod a Beroaldo editum vulgavit Aldus; quod qui codicum causa improbandum putarunt, Nipperdeius, Seyffertus, Doberenzius, Kranerus, consultius egissent si cum illo potius, quam cum ceterorum scriptura commutassent, in qua alii *principi*, alii *populo* ad pronomen et ad verba *ex civitate* et *sua* et *conficiendum* audiri iubentes non solum dictionem infuscant, sed etiam sententiam inutili onerant additamento. Unde enim illi sive populi sive principes imperatum numerum, nisi ex sua quisque civitate conficerent? Multo minus Caesarem sic scripsisse credibile est, quam homini alicui indocto ut c. 64 §. 4 Haeduorum civitatem *provinciam*, ita h. l. Galliam universam *civitatem* appellari visam esse, ex qua cuique scilicet populo certus esset numerus imperatus.

frumenti rationem] Cu. Pet. „ni excerpta fallunt.“ Vind. A. Ald. ab. Gr. ab. Vasc. sec. Brant. P. Man. (Freil.) Turr. Lips. *frumentandi rationem* And. Ox. V. C. Vrs. Not. Hav. A. Iu. sqq. „*frumentandi* Faernus legit, et ita habet liber meus.“ Vrs. Em. *frumentationem* „reliqui cum Edd. primis, item Vascos. Steph.

Haeduis atque eorum clientibus Segusianis, Amblua-

aliisque." cod. Steph. Brant. Carr. cod. Turr. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Lb. Confl. Boug. A. Par. A. Haeu. (hic *habere* omittens) Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. (hic *furm.*) Gu. Vind. BCDEFI. edd. ante Ald. St. margo Vasc. sec. Brant. (m. Freil.) ἱκανὴν προνομὴν ἔχειν Met. *Frumentationem habere* dictionis causa ferri et simili modo atque c. 20 §. 7 *imperium habere* (victoria posse) de iis, qui frumentari possunt, vel ut *disputationem*, *quaestionem*, *dilectum habere* de iis, qui frumentantur, dici potuisse videtur; sed Gallis Gallorum et amicorum in agris res frumentaria subvectionibus et comportationibus sociorum expedienda, non, ut Romanis, frumentatione utendum et, si tamen, multitudo hominum adiumento potius, quam impedimento futura erat. Iisdem vero de causis Scaligerana quoque lectio improbanda et restituenda Aldina est etiam Oudendorpio probata et a Moebio et Herzogio et Dübnero recepta, quae pari fere codicum auctoritate nititur et facilius, quam Scaligerana corrumpi in *frumentationem* potuit. *Frumenti rationem habere*, proprie animi actionem et considerationem ad frumentum pertinentem significans, ut *providere frumentum* (4, 29 §. 4) et nostrum für Getreide sorgen h. l. et quo Oud. usus est, 8, 34 §. 1, ubi Lucterius Vxellodunenses *frumenti rationem esse habendam* monet, ad ea translatum est, quae secundum illam actionem facienda sunt et fiunt.

§. 2. Segusianis] *Secusianis* Pal. Goth. B. St. Σεκουσιανοῖς Met. *segutianis* Ber. Cf. adn. cr. ad c. 64 §. 4.

Ambluaretis] „MSS. mei omnes, quod sciam, constanter cum Edd. primis" Pet. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Lbb. Confl. Boug. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. CFI. Rom. a. Med. a. Ven. bf. Ber. *Ambularetis* S. *sambluaretis* Vind. A. *amluaretis* Hav. A. *ambluatetis* Vind. E. *ambulartis* Ven. cde. *Ambruaretis* Ald. a. Gr. ab. Freil. *Ambivaritis* Pulm. *Ambivaretis* St. Lips. Iu. sqq. Ἀμβιβαρέτοις Met. *Ambinaretis* alios sec. Vossium. *Ambuaretis* Carr., ut videtur, P. Man. Ald. b. *ambaretis* Haeu. *Ambarris*, ut coniecerunt Glareanus et Ciacconius, margo Freil. *Amberris* al. sec. Oud. Hos Haeduorum clientes Vkertus Gall. p. 322 eosdem esse statuens atque illos, in quos infra c. 90 §. 6 C. Antistius cum legione mitti a Caesare traditur, utroque loco scripturam a Stephano exhibitam et a Lipsio sequentibusque editoribus servatam tenuit et *Ambivaretos* a septentrio-

Cap. 75. §. 2 clientibus] De populis clientibus cf. ad 1, 4 §. 2 adscripta. Hotomannus h. l. *viciniis ac finitimis* subaudiendum dicit, quia alios multo plures in Haeduorum fide et clienteia fuisse alibi demonstratum sit. Id cum aliis locis, tum 6, 12 factum est, et 6, 4 §. 2 Senones quoque antiquitus in Haeduorum fide esse traduntur. Neque a vero abhorret Ambluaretos et reliquos duos non longius, quam Segusianos a finibus Haeduorum afuisse. Tamen significatio eius rei nulla h. l. exstat, neque id, quod Hot. putabat, audiendum relinquere scriptor potuit, sed inter Haeduorum clientes his quattuor non singulatim, sed quasi accessioni illorum milites imperatos esse dicit. Itaque comma post *clientibus* sustuli.

retis, Aulercis Brannovicibus, Blannoviis milia XXXV; parem numerum Arvernis adiunctis Eleuteris, Cadurcis, Gabalis, Vellaviis, qui sub imperio Arvernorum

nibus confines Haeduis fecit. Et confines Haeduis fuisse qui Haeduorum clientes essent, eos vero, in quos Antistius c. 90 missus dicitur, iam ante a scriptore memoratos esse, et ipsos finitimos Haeduorum fuisse, et codicum scripturae utroque loco discrepantiam ex Stephaniana ortam esse satis probabiliter coniecisse Vkertus videtur. Neque nimis ei coniecturae obstant *Ambivariti* trans Mosam Belgae 4, 9 §. 3 memorati, qui si forte homonymi his Haeduorum clientibus erant, quamvis exiguo penultimae vocalis discrimine, tamen cautum erat ne cum his confunderentur. Sed gravius est quod nihil impedit, quo minus duorum nominum, quae codices exhibent, alterum genuinum et utroque loco aut *Ambluaretos* aut *Ambibaretos* a Caesare nominatos esse putemus, et quod tutius semel, quam bis peccasse librarios iudicabimus.

Brannovicibus] *Blannovicibus* Lov. Heins. Lbb. Fabr. et Bong. A. (hic Pflüschkio teste, ut Ald. a. Gr. a. et aliae edd., commate utrinque apposito.): *Britannovicibus* Ven. f. *Brannonicibus* Vrat. B. *Brannonucibus* Vind. C. *Brannonocibus* Boug. C. Vind. I. *bramuovotis* Haen.

Blannoviis] „*Blannoviis* vel *Blamnoviis* MSS. 10 meliores et Vrs." *Blannoviis* Egm. V. C. Vrs. Not. Pet. et Pal. Confl. Bong. A. Par. A. Dr. B. Vrat. AC. Goth. B. Vind. AEF. *Blañoviis* Voss. A. Pet. Fabr. *Blannoniis* Hay. A. *Blanoviis* Hamb. *Blantiovіis* Vind. B. *Blantioniis* Gott. Fabr. Wh. *Blancioniis* Dr. A. *Blantionis* Gott. Oud. Voss. C. Leid. C. Vrat. B. inc. *Blanticuiis* Gu. *Blennoviis* Vind. I. *Blennoniis* Bong. C. Vind. C. *blanimoniis* Haen. *brannouis* Ven. cf. *branouis* Ven. de. *Baronnoviis* Turr. *Brannoviis* Oud. cum reliquis edd., ex quibus Iu. et Gr. secundum Ciacconium, qui alterum ex his abundare credebat, hoc tamquam subditivum includunt. *Βραννοβίοις* Met.

Eleuteris] Boug. A. Pl. Par. A. *elueteris* Haen. *Euleteris* Hamb. *heleuteris* Vind. F. St. Gr. b. Freil. Ald. b. Turr. Lips. *καὶ τοῖς Ἐλευτέροις* Met. *heluteris* Vind. E. *Eleutetis* „MSS. plerique" Pet. Voss. A. Gott. Egm. Pariss. sec. Achaintr. Vrat. A. *Eliutetis*, ut videtur, ante corr., *Eleuctetis* corr. Dr. A. *cleutetis* Vrat. B. *Eleuthecis* vel — *tis* Hav. A. *Eleuotetis* Bong. C. Vind. Cl. *elueticis* Vind. B. *elonocis* inc. *heleutetis* (Pet. Pal. Confl.) Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. AD. edd. ante St. P. Man. *Helvetetis* Leid. A. *Eleutheris* Iu. sqq. idque sine commate, quasi epitheton sit Cadurcorum. Recte improbat hoc Vkertus p. 265 et proprium populi nomen a Caesare positum arbitratur; quod cum optimi codicis scriptura praebere videretur, in ea acquiescendum putavi.

Vellaviis] Bong. A. Pl. Par. A. Haen. (Pet. et Pal. Confl.) Goth. B. Hamb. Vind. E. edd. ante St. P. Man. Turr. *Vellabiis* Vind. A.

qui sub imperio Arvernorum esse consuerunt] Cf. 1, 31 §. 7: neque *recusaturos* (Haeduos), *quo minus perpetuo sub illorum* (Sequanorum) *ditione atque imperio essent.* 5, 39 §. 1: *di-*

esse consuerunt; Sequanis, Senonibus, Biturigibus, 3 Santonis, Rutenis, Carnutibus duodena milia; Bellovacis X; totidem Lemovicibus; octona Pictonibus et

Velaviis VV. CC. sec. Voss. Lov. Heins. Fabr. Ald. b. *Velavis* cod. Casaub. ad Strab. p. 290. Amst. *Vellaniis* Bong. C. Dr. AB. Vrat. AC. Vind. CF. *Velaniis* Vind. I. *Vellanis* Vrat. B. inc. *Vallaniis* Gott. sec. Oud. *Vallanus* sec. Fabr. *Vallaniis* vel *Vell.* sec. Wh. *Vellauniis* Cu. S. Vasc. St. Gr. b. (Frell.) *Βελαυνίοις* Met. *Vellaunis* Hav. A. *Velaunis* (Aud. Ox.) Lips. sqq. tacente de reliquis Fabr. „*Vellaviis* vel *Vellavis* ceteri et Edd. primae, nisi quod nil notatum inveni ex Oxon. et Andino." Oud. Cf. Vkertus p. 268.

§. 3 Sequanis, Senonibus] „MSS. plerique" Voss. A. Egm. Gott. Bong. A. Par. A. Haen. Hav. A. Vrat. AB. *Seq. Xenonibus* Dr. A. Vind. B. Gu. *Senonis Seq.* Dorv. Lov. Fabr. Boug. C. Vrat. C. Goth. B. Hamb. *Senonibus Seq.* Vind. A. (reliqui Fabr. et Cond.) cnm omnibus edd. Cf. infra de *Ambianis* adnotata

duodena] „Sic MSS. plerique, non *XII.* quod male defendit Davis. *XXII.* Ald." *XII* Hav. A. Lips. In. Gr. Dav. Cl. cum Pet. Voss. A. Egm. Gott. Fabr. quorum tamen auctoritas non ad scriptoram numeri, sed ad numerum ipsum, qui ante Lipsium *XXII* erat, referenda videtur. Certe *duodena* testimonium Cond. in Pet., in Gott. Whittii silentium scriptum esse significat, neque aliter scriptum est in Par. A. et Vrat. A. qui cum Voss. A. et Egm. consentire solent. *XII al. duodena* Vind. F. *duo dena* Ven. d. *XV* Vind. A. *XXII* Ald. b. *viginti duo* margo Goth. B. Ald. a. Gr. a. P. Man. Torr. om. Vind. B.

milia] om. Hav. A. Vind. (A)B.

Bellovacis — Cenomannis totidem] om. Vind. D. (*Bellonacis* Hamb. *Bellovagis* Haen. Vind. A. *Belovacis* Torr.)

X.] *decem* Boug. A. Pi. Dr. A. Vrat. A. Hamb. Rom. a. Ber. Ald. a. Gr. ab. St. P. Man. Frell. Torr. *dena* Med. a. Ven. bcdef.

Lemovicibus] *Lemonicibus* Vrat. AB. Vind. I. *Lemovocibus* Ven. bcde. *Lemovitibus* Egm. Fabr. *Lemovibus* Vind. A. *Lernovicibus* Hamb. *Λεμοβίκοις* Met.

missis nuntiis ad Ceutrones, Grudios, Levacos, Pleumoxios, Geidumnos, qui omnes sub eorum (Nerviorum) *imperio sunt.* 6, 10 §. 1: *Suevos — copias cogere atque his nationibus, quae sub eorum sint imperio, denuntiare, ut auxilia mittant.* Afr. 77, 1: *Thebenenses interim, qui sub ditione et potestate Iubae esse consuessent.* Significari videtur antea tempus fuisse, cum hi aut sui iuris ditionisque, aut aliorum sub imperio essent, illo vero tempore iam assuetos Arvernorum imperio et eiusdem atque quattuor populos, qui Haeduorum clientes nominati sunt, conditionis fuisse. Ceterum cf. adn. ad 6, 2 §. 3 et ad 4, 6 §. 4.

§. 3 Bellovacis X; totidem Lemovicibus] Sic potius, quam *Bellovacis et Lemovicibus dena* scripsisse Caesarem non variandae orationis, sed ea causa credibile est, quod Bellovacis non maiorem, quam Lemovicibus numerum imperatum esse in eorum potentia, quae 2, 4 §. 5 demonstrata est, mirum et notabile

Turonis et Parisiis et Helvetiis; Ambianis, Medioma-

Turonis] *Turonibus* Cu. S. Leid. AB. Haen. (Pet. Cuall.) Veu. f. Gr. ab. Vasc. St. (Frell.) Turr. *Τούρωσι* Met. Cf. adn. cr. ad c. 4 §. 6. (*Turronis* Dr. A. *Tutonis* Dr. B. *Thurenis* Vind. F. *conturonis* Bong. C. Vind. CI. qui *et*, quod praecedit, cum Med. a. Veu. bcdef. Gr. a. Turr. omittunt.)

Helvetiis] Ita „vel *Elvetiis* MSS. omnes." Voss. A. Egm. Gott. Fabr. Cuall. Boug. A. Par. A. Dr. B. Vrat. B. Hamb. Vind. ABCEFI. Rom. a. Ber. Ald. ab. Gr. ab St. P. Man. Frell. *Ἐλβητίοις* Met. *Helveciis* Hav. A. Gott. Wh. Dr. A. Vrat. AC. Goth. B. *Helviciis* veteres codd. sec. Vossium. *Elvetiis* Med. a. Ven. bcdef. *eluctiis* Haeu. *Heleuteris* cod. Steph. ed. Lips. *Eleutheris* Iu. Gr. Dav. Cl. *Helviis* Palm. „L" Fabr. Turr. Oud. om. Cu. Pet. Fabr. Helvetios iniuria hoc loco expulsos esse recte iudicavit Nipperdeius de reparatis eorum viribus idem sentiens, quod pridem sensit Glareanus ad Lucani Phars. 1, 481. Neo sine ratione Helvios negat eorum in locum substitui debuisse, quippe quos illo tempore nondum provinciales fuisse, ut statuit Vkertus p. 293, propter ea, quae supra c. 65 narrata sunt, minus verisimile videatur.

Ambianis] Haeu. *Senonibus* Vind. A. *Senonibus, Ambianis* Oudendorpii codices plerique, Steph. Cu. Pet. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Heins. (hic *Senanonibus*) Cuall. Pariss. sec. Achaintr. Boug. A. Par. A. Hav. A. Dr. A. (hic cum Vind. B. *Xenonibus*) Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. BECI. (hi duo *Ambranis*) Rom. a. Ber. Ald. ab. P. Man. *Bissena milia Ambianis* Leid. B. Dr. B. et a m. s. margo Vrat. B. *bis sena millia. Ambianis* Veu. f. Gr. a. Turr. *bis sena millia Senonibus: ambianis* Med. a. et cum puncto post *milia* Veu. bcde. *Bis dena millia Ambianis* Vind. F. *bis dena Ambianis* cod. Samb. *Suessionibus, Ambianis* Vasc. St. (Frell.) Lips. Iu. Gr. Dav. Cl. (hae quinque sine interpunctione ante *Suess.*) Oud. 2. *Σουεσσίωσιν, Ἀμβιάνοις* Met. *Suessonibus, Ambianis* Oud. 1. Cum Senones aut hic Ambianis, aut supra Sequanis perperam coniunctos esse necesse sit, hic autem unus codex isque bonus eos omittat, supra libri tantum in loco, quem iis tribuunt, dissentiant, quae dissensio ibi ob homoeoarcton facile existere potuit, hic potius, quam supra in codicibus erratum et errorem deleudo potius, quam mutando nomine corrigendum esse verisimile est, ut sex populis maioribus duodena totidemque minoribus quina milia imperata esse dicantur. Ac Suessiones quidem, quos Glareanus h. l. positos a Caesare coniecit, ab hac expedi-

putaret. Ipsum autem illud quomodo factum sit quaerens Hotomanus verisimile esse ait eis propter dignitatem gratificatum. Itaque mox subiungi ue hunc quidem numerum misisse, sed duo tantum milia. Verum ex eo non quantum eis reliqui Galli tribuerint dignitatis, sed quantum ipsi sibi sumpserint, intelligi potest; honoris autem causa aut magnum aut certum omnino nullum imperare numerum magis conveniebat, quam parvum. Fortasse propius ad verum accedimus, si iam in concilio aliquid iactum de bello, quod suo nomine cum Romanis gesturi essent, eiusque ratione habita minorem eis ad liberandam Alesiam numerum imperatum statuimus.

tricis, Petrocoriis, Nerviis, Morinis, Nitiobrogibus quina milia: Aulercis Cenomannis totidem; Atrebatibus IIII; Bellocassis, Lexoviis et Aulercis Eburonibus

tione afuisse probabiliter statuit Nipperdeius, cui et ipsi, ut numerorum ratio constet, Senonum nomen supra tenendum, hic ut in margine Parisiorum nomini adscriptum ab eo, qui utrumque populum in insula Sequanae habitare aut ipse sciret, aut ex huius libri c. 58 §. 3 cognosset, delendum videtur. Magis crediderim negligentia librarii factum, ut *Senonibus* supra in archetypo forte eadem in versus parte, in qua *Ambianis*, scriptum hic iteraretur.

Mediomatricis] *Mediomatrites* Haen. *Mediomaticis* Hamb. *Mediomatelicis* Vind. I. *Mediomatricibus* Vind. K. St. Gr. b. Frell. *Μεδιομάτριξι* Met. Cf. adn. cr. ad 4, 10 §. 2.

Nitiobrogibus] „plerique Codd." Voss. A. Gott. Egm. Bong. A. Par. A. Hav. A. Dr. B. Vrat. AB. Hamb. Vind. CF. edd. ante St. P. Man. Ald. b. Lips. Iu. *Nithiobrogibus* Vind. A. *Nitiobregibus* Vrat. C. *Aritrobragibus* Haen. *Nitiobrigibus* Dr. A. Goth. B. St. Gr. b. Frell. Turr. Gr. Dav. Cl. Oud. *Νιτιόβριξι* Met. *Cf.* adn. cr. ad c. 7 §. 2.

Cenomannis] Voss. A. Egm. Gott. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. AB. Goth. B. Vind. AE. *Senomannis* Vrat. C. *Cenonianis* Bong. C. Vind. C. *Coenomanis* St. Gr. b. Frell. *Cenomanis* (Hav. A. Haen.) Hamb. et cum rell. edd. Oud. tacens. *Καινομανοῖς* Met. Scripturam, quam codices h. l. tuentur, etiam Plinii 4, 32 (Vol. 1. p. 322) Silligius ex codicibus restituit. Eandem Cluverius apud Drakenb. ad Liv. 5, 35 §. 1 pariter probabilem statuit atque alteram, quae apud Livium et Graecos scriptores obtinet; Ukertus vero Gall. p. 327 nullam eius rationem habens minorem in his, quam in *Marcomanis* Germ. p. 396 diligentiam praestitit.

IIII;] Voss. A. Gott. Fabr. Bong. A. Pl. Vrat. C. Goth. B. Vind. FI. *IIII^or^* Dr. B. Vrat. B. *quatuor* Haen. Dr. A. Vrat. A. St. Gr. b. Frell. *quattuor* edd. ante Ald. a. *IIII* Vind. A. *quatuor milia* Hamb. Ald. a. Gr. a. P. Man. Turr. *IV millia* Ald. b. Lips. Iu. Gr. Dav. Cl. „In MSS. omnibus, si forsan Oxon. excipias, non comparet vox *millia*, uti nec in Edd. Vett. quare eam delevi, utpote satis intellectam e superioribus." Oud. qui *IV;* scripsit. Abest etiam a Cn. Pet. Egm. Fabr. Cuiß. (Par. A. Hav. A.)

Bellocassis] „MSS. multi *Belliocassis* vel *Bajocassis*." *Bellio-*

Nerviis] Cf. adn. ad 2, 28 §. 1 p. 191 et ad 5, 38 §. 2.

Aulercis Cenomannis totidem] Seorsum hos ideo numerari dicit Glareanus, ne viderentur duo populi, cum sit unus. Cui ita assentior, ut simul *Aulercis Brannovicibus*, qui supra dicti sunt, quos Glareanus duos populos esse putabat, certiorem unius significationem addere voluisse scriptorem existimem eodem consilio, quo paulo post *Aulercis Eburonibus* tertio loco positis *et* copulam adiecit. Certe hoc seorsum facta horum mentione docemur. Causae vero eius etiam aliae cogitari possunt, veluti

4 terna; Rauracis et Boiis [MM;] X. universis civitati-

cassis Voss. A. Egm. Par. A. Vrat. A. *Bellioccasis* Pet. Fabr. *Belliocasis* Pet. Conſt. *Bajocassiis* Lov. Fabr. *Bellocasis* Hamb. *Bellicasis* Haen. *bellionisis* Bong. C. Vind. C. *belionisis* Vind. I. *Bellovacis* Vind. B. *velliocassis* Vind. A. *Velliocassiis* Hav. A. *Veliocassis* margo Vasc. (m. Freli.) de qua scriptura idem, quod supra de Stephaniana *Ambivaretis*, iudicandum est, si hi iidem sint, qui 2, 4 §. 9 *Velocasses*, et qui 8, 7 §. 4 *Velliocasses* in codicibus appellantur, *Veliocassis* hic et *Veliocasses* l. 2 et 8 scriptum a Caesare atque Hirtio videri, ex quo varietas codicum facillime explicari possit. Ut enim fieri potuerit quod Nipperdeius credit, non summa constantia Caesarem in scribendis populorum nominibus esse usum et *Velliocassos* h. l. eosdem atque l. 2 *Velocasses* appellasse, id tamen vere factum esse sine idonea ratione credere non debemus, neque si factum in hoc nomine credimus, propterea *Bellocassis*, quod optimus codex praebet, mutare cogimur, quippe in quo inconstantia certe non maior, quam in *Velliocassis* appareat. Sed hos, quibus in illo Gallorum concilio tria milia imperata sunt, eosdem illos fuisse, quos anno belli Gallici secundo cum Veromanduis decem milia pollicitos a Remis audiverat Caesar, neque nobis pro certo ponere licet et ipsi Caesari vel dubium vel incognitum esse potuit. Itaque h. l. optimi codicis scripturam tenere et populum hunc ab illo, qui l. 2 memoratur, diversum ponere, ut in adn. ad 5, 12 §. 1 feci, nunc quoque tutius puto.

et Aulercis] „MSS. plerique et Edd. pp.“ Pet. Voss. A. Egm. Gott. Bong. A. Par. A. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Rom. a. Ber. *et alercis* Med. a. Ven. bcdef. *et aluercis* Haen. *et caulercis* Hamb. *et anlectis* Bong. C. Vind. C. *Aulercis* Ald. et sqq. partim cum commate, ut In. Gr. *alercis* Vind. D. *anlectis* Vind. I. *duo et* Dr. B. Vind. F. *duo* cod. Samb. om. liber Vrsini in Em. Cn. Leid. A. Hav. A. Vind. A. De copula, qua cavetur, ne duo sequentia nomina non unum populum, sed duo significare videantur, cf. adn. cr. ad 6, 2 §. 3.

Eburonibus] *Aburonibus* Pet. Conſl. *Eburovicibus* Cl. ut Valesio Not. Gall. p. 66 scribendum videbatur propterea, quod et l. 3 (17 §. 3) a Caesare Aulerci Eburovices cum Lexoviis coniungantur, et in MSS. Plinii (4, 32) in Gallia Lugdunensi seu Celtica non ut in libris impressis legatur, Aul. Eburones, sed Aulerci Eburovices dicantur, Eburones vero in provincia Germania II. seu inferiore sint, Tungri notiore nomine appellati. Valesio assentitur Vkertus p. 328 et, qui *Eburovicibus* edidit, Nipperdeius. Sane de Eboronibus Ambiorigis, quos lectione vulgata significatos putabat Valesius, h. l. propter ea, quae l. 6 relata sunt, sermo esse nequit; sed ea de causa lectio codicis Vrsiniani et quattuor cognatorum, qui *et Aulercis* omittunt, minime vero vulgata reiicienda est, quae genus quoddam Aulercorum *Eburonum* cogno-

quod de numero Aulercis Cenomanuis imperando controversia in concilio exstitisset, quod de proximis sex populis coniunctim, de his separatim actum esset, vel quicquid eodem pertinens in Ephemeridibus scriptum fuit.

bus, quae Oceanum attingunt quaeque eorum consue-

mine ab Aulercis Brannovicibus et Cenomannis distinctum exhibet. At enim Aulerci *Eburones* nusquam nisi hic, *Eburovices* autem cognominati non solum a Caesare, et Plinio, sed etiam ab Orosio 6, 8 Caesaris librum 3 respiciente p. 394 Hav. (ubi *Eburonies* ut in quibusdam Caesaris codicibus scriptum est) et a recentioribus, quos citat Valesius, commemorantur, et Caesaris l. 3 codex Hamb. et Plinii l. 4 codex Roberti apud Silligium *Eburones* habent, quod corruptum et *Eburovices* scribendum esse ceterorum librorum consensus docet. Nihilo minus tamen h. l. propter eundem omnium consensum *Eburonibus* tenendum et aut Eburones quoque Aulercos illo tempore, quorum memoria deinde ut Brannovicum interierit, in Gallia fuisse, aut hoc nomine dictum populum ex illius concilii actis ad Caesarem relatum ab eoque vel eundem vel alium atque illum, quem l. 3 commemoraverat, existimatum et, si erratum est, ab ipso erratum esse statuendum videtur.

terna] „*trina*, *tria* nonnulli MSS. et Edd." *trina* Lov. Pal. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. DEF. edd. ante Ald. *trina milia* Hamb. om. Hav. A. Vind. ACI.

XXX] *triginta* Steph. Vrat. AC. Goth. B. Vind. D. Rom. a. Ber. Ald. a. Gr. a. P. Man. Torr. *trigena* Med. a. Ven. bcdef. *XXX* Vind. A. *treginta milia* Hamb. *CXXX* Vrat. B. *IXXX* a m. pr. Gott. Wh. *bina* MSS. quidam sec. Cl. Vaso. Gr. b. (Frell.) *bina: XXX* St. διςχιλίους· τριάκοντά τ' οὖσαι Met. Rauracis et Boiis triginta milia imperata esse cum propter ipsorum infirmitatem tum vero propter locum, quem in enumeratione secundum copiarum magnitudinem instituta occupant credi non potest. Eandem ob causam Armoricis quoque civitatibus, extremum locum tenentibus, etiamsi plures fuerint, quam nominatim significatae sunt, triginta milia parum conveniunt, is vero, qui vulgo imperatus iis fertur, sex milium numerus codicum auctoritate caret. Itaque emendandi necessitate imposita optimum visum est numerum unum, quem libri meliores h. l. praebent, ita dividere, ut prioribus duobus *X* in *M* mutatis, tertio relicto Rauracis et Boiis *bina*, Armoricis autem civitatibus *decem* milia imperata dicantur. Caesarem *MM. X.* variata numerorum significatione scribere potuisse ex iis, quae in adn. cr. ad 6, 14 §. 3 dicta sunt, apparet, nec mirum est, si ita scripsit, librarios *MM.* in *XX* mutasse. Cf. adn. ad §. 5 extremam. Quo minus pro *XXX* cum anonymo

§. 4 quae Oceanum attingunt quaeque] Haec non ita interpretanda esse, ut illa Civ. 2, 21 §. 4: *ipse iis navibus, quas M. Varro, quasque Gaditani iussu Varronis fecerant, Tarraconem — pervenit*, sed ut illa 1, 28 §. 4: *quibus illi agros dederunt quosque postea — receperunt* et 5, 29 §. 2: *naves, quibus Caesar exercitum transportandum curaverat quasque in aridum subduxerat*, Hirtii verba docent 8, 31 §. 4: *ceteraeque civitates positae in ultimis Galliae finibus, Oceano coniunctae, quae Armoricae appellantur*.

eorum consuetudine] His verbis significatur Gallos illas civitates, quae plures erant et suum quaeque nomen habebant, cunctas communi nomine appellare

tudine Armoricae appellantur; quo sunt in numero Curiosolites, Redones, Ambibarii, Caletes, Osismi,

in Fabr. *MMM*, aut cum Vkerto p. 323 *III* seu *tria* scribamus, etiam hoc impedit, quod coniunctis pluribus imperati numeri iudicium, quale in Haeduis et Arvernis et in Armoricis (*universis*) factum videmus, in Rauracis et Boiis nullum exstat; neque quod Nipperdeius de h. l. iudicat, qui Armoricis XXX. tribuit, Rauracis et Boiis imperatum numerum excidisse statuit, maiorem veri speciem habet.

§. 4 eorum] *earum* Dnk. Bong. C. Vind. Cl. Quod si consulto scriptum est, subiecti oblivione longiuscule remoti (*Galli* §. 1) scriptum videtur.

Curiosolites] *Coriosolites* „MSS. plerique" Voss. A. Egm. Gott. Lov. Lbb. Pet. sec. Conf. Bong. A. Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. CDE. edd. ante Ven. f. *Corrosolites* Pal. *Coriosolitos* Vind. A. Cf. adn. cr. ad 2, 34 et ad 3, 7 §. 4. 11 §. 4. quibus locis omnibus etiam Hav. A. *Cor.* habet, qui secundum Whittii silentium h. l. *Cur.* tueri videtur.

Redones] Bong. A. Pl. Par. A. Gott. Wh. Dr. B. Vrat. ABC. Ven. f. Ald. a. Gr. ab. St. Frell. Turr. *rodones* Lov. Fabr. Haen. Goth. B. Hamb. Vind. DE. Rom. a. Med. a. Ven. b. Ber. *rodanes* Ven. cde. *reddenes* Bong. C. *Roddenes* Vind. C. *rodenes* Vind. I. *Rhedones* (Gu. Hav. A.) Dr. A. Vind. ABF. P. Man. Ald. b. Lips. sqq. tacente de reliquis Fabr., de omnibus Oud. Cf. adn. cr. ad 2, 34.

Ambibarii] „plurimi Codd. et Edd." Bong. A. Par. A. Hav. A. Gott. Wh. Haen. Dr. B. Vrat. ABC. Hamb. Gu. Vind. BCEF. Ald. a. Gr. ab. St. Frell. Turr. *'Αμβιβάριοι* Met. *Ambiarii* Dr. A. *Ambarii* Leid. A. S. Vind. A. *Ambibavii*, ut videtur, Lbb. Fabr. *Ambilintes* margo Vasc. (m. Frell.) ut scribendum putabat Glareanus. *Ambibarri* Goth. B. *Ambibari* edd. rell. praeter Cl. in qua hoc nomen omissum est, rursus tacente de plerisque Fabr. Oudendorpius mentionem facit *Ambarrorum*, qui 1, 11 commemorantur, qui longe ab Armoricis remoti sunt. Vkertus p. 332 nihil praeter nomen, ut ab Oud. contra codices editum est, affert. Valesius Not. Gall. p. 16 non dubitat, quin h. l. mendose a Caesare *Ambibarii* vocentur qui l. 3 (c. 9 §. 8) ab uno eodem memorati sint *Ambiliates*, sed quam ob rem hic potissimum aut Caesarem aut librarios errasse putet, non ostendit. Nipperdeius, ut par erat, restituit *Ambibarii*.

Osismi] Par. A. Hav. A. Vind. B. *Ossismi* Bong. A. Pl. Gott. Wh. Vrat. AB. Gu. *Ossisini* Dr. A. *Ossissini* Voss. A. Egm. Lov. Gott. Fabr. Dr. B. Vind. F. *Ossissimi* Vrat. C. Goth. B. *Osissimi* Vind. AE. Rom. a. Med. a. Ven. bf. Ber. Ald. a. Gr. a. St. P. Man. *Osissini* Ven. cde. Gr. b. Frell. Ald. b. Turr. *'Οσισμιοι* Met. *osimi* Haen. *Ossini* Bong. C. Vind. C. *assini* Vind. I.

consuevisse. Male Sincerus *lingua consueta*, Lippertus in der Sprache der Gallier überhaupt interpretantur.

Armoricae] h. e. maritimae. Cf. Vkerti Gall. p. 332. et adn. ad 5, 53 §. 6.

Lemovices, Veneti, Unelli. Ex his Bellovaci suum

Ossisimille Hamb. *Osismii* Lips. sqq. „De *Osismiis*, qui varie in MSS. corrumpuntur, vide ad l. III. c. 9.“ Cf. adn. cr. ad 2, 34.

Lemovices] *movices* Hamb. *Lemonices* Bong. C. Haeu. Dr. AB. Vind. CDFl. edd. ante Ber. Ven. f. Ald. a. *Lemonites* Vrat. B. *Diablintres* margo Freli. quod nomen Glareano reponendum videbatur. [*Lemovices*] Iu. Gr. Lemovices Ciacconius non magis, quam Senones, qui duo non fuerint, bis commemoratos ferens aut hic, aut supra, ubi iterum cum Bellovacis et Pictonibus numerentur, mendum continere censet. Contra Davisius duo esse potuisse Lemovices monet, quorum hi in Armorica fuerint siti, alii non item, eique assentitur Oudendorpius omnino Valesium Not. Gall. p. 269 tamquam illius sententiae auctorem consuli iubens, qui propterea, quod a recentioribus scriptoribus Lemovices inter Armoricas civitates referuntur, hoc loco idem a Caesare factum atque hos Lemovices a maioribus et mediterraneis diversos partem non contemnendam Osismorum et postea Leonenses dictos esse existimat, ut de tollenda post *Osismi* interpunctione cogitasse videatur. Sed Osismos Caesar 2, 34 et 3, 9 §. 8 simpliciter dixit et h. l. certius, si hoc cognomen illorum esse voluisset, eius rei indicium facturus fuisse videtur, ipsos vero Lemovices eo, quod Armorici essent et Oceanum attingerent, satis ab alteris, quibus per se solis X. milia imperata essent, et qui secundum Hirtium 8, 46 §. 4 Arvernorum finitimi erant, distinctos arbitrari potuit. Itaque in eo, quod codices consensu tuentur, acquiescendum puto. Nipperdeius autem Lemovices in eadem atque Senones causa esse putans pro *Lemovices* hic *Lexovii*, pro *Lexoviis* supra *Lemovicibus* scribendum, Bellovacis vero alteros, quibus X. milia imperata sint, nullos adiungendos, sed verba *totidem Lemovicibus* illinc, ubi codices ea exhibent, eiicienda et inter *Bellocassis* (ipse *Velliocassis* scribit) atque *et Aulercis Eburonibus* (*Eburovicibus*) ita interponenda iudicat, ut Bellocassis pariter atque Atrebatibus quattuor, Lemovicibus et Aulercis terna milia imperata dicantur; quae omnia Krauerus pro veris amplexus est et in ordinem recepit. Ceterum cf. adn. ad c. 4 §. 6 et c. 88 §. 4.

Veneti] Vrsini liber in Emend. Lips. sqq. In S. et Hav. A. *Veneti* ante *Lemovices*, in Vind. A. *Venetes* ibidem legitur: in reliquis codd. Oud. et meis, item in Gott. Wh. (Fabr. tacet) et Haeu. et Par. A, et in edd. ante Lips. omissum eamque ob causam eiectum est a Nipperdeio, qui Venetos eo magis omitti potuisse demonstrat, quod Caesar quattuor annis antea omni senatu eorum necato reliquos sub corona vendidisset, ut ipse 3, 16 rettulit. Scilicet omitti non minus potuerunt, quam Andi, qui supra c. 4, et alii eiusdem generis populi, qui 3, 9 §. 8 et 2, 34 nominantur, et nomen eorum h. l. ex margine receptum esse codicum, qui illud exhibent, discrepantia arguere videtur. Sed tamen Venetorum summam inter Armoricos auctoritatem fuisse 3, 8 traditum est, poenam autem, qua Caesar debellatos affecerat, minime ad tollendam gentem valuisse Strabonis et Plinii memoria locis ab Vkerto p. 334 significatis docet. Itaque verisimilius est nomen Venetorum h. l. librariorum negligentia, praesertim proxime sub-

numerum non compleverunt, quod se suo nomine atque arbitrio cum Romanis bellum gesturos dicerent neque cuiusquam imperio obtemperaturos; rogati tamen ab Commio pro eius hospitio duo milia una miserunt.

sequente *Unellorum* nomine, quam scriptoris consilio omissum, in margine vero non temere illud, sed antiquioris codicis auctoritate appositum ab aliis alio loco esse receptum.

Vnelli] *Veneti* Vrsini liber in Emend. „*Venelli* scribendum, pro quo V. C. habet *Veneti*." Vrs. in Not. cuius notae vitium ex Emend. corrigendum est. *tmelli* Dr. A. *et Vnelli* Med. a. Ven. bcde. Post *Vnelli* in plerisque edd. legitur *sena*, cuius loco Ci. *sex* legendum censebat, Oud. *sex* sive *VI* reposuisse ait „auctoritate Leid. sec. Lovau. Duk. et Dorv. A reliquis MSS. et Edd. primis exsulat numerus, qui excidit per voces *Unelli Ex. Sena* Aldi, Gryph. et seqq. fere." quae non omnino vera sunt. Nam *VI* legitur in Rom. a. ut in Vrat. C. Goth. B. (Vind. CD.) *sex* in St. Gr. b. Freii. ut in (Hav. A. Wh.) Dr. B. Vind. EFI. *seni* in Ber. *sena* non modo in Ald. et reliquis ante Oud. edd. sed etiam in Med. a. Ven. bcdef. ut in margine Samb. et a m. s. in Vrat. B. omissus autem numerus est teste Fabr. in Lov. ab Heinsio collato ut in Pet. Voss. A. Egm. Gott. Bong. A. Par. A. Haen. Dr. A. Vrat. A et a. m. pr. B. Hamb. Gu. Vind. AB. Ceterum dudum est Oudendorpio aute *ex* facile excidere potuisse *sex*, eumque numerum conciliari posse cum universo, qui cap. sq. proditus est. Tamen nunc quoque, etsi pluribus in libris repertus, codicum causa improbandus et ad pravam scripturam *XXX* §. 3 extr. sustentandam ex coniectura h. l. illatus videtur.

§. 5 compleverunt] *impleverunt* R. *complerunt* Vind. DI. *contulerunt* And. Ox. Cu. S. Par. B. Hav. A. Vind. A. (hic *contuler̃*) Ald. sqq. Id Oud. his verbis praeferens: „Non enim antea iam numerus aliquis eorum, qui imperabautur, aderat, ut l. I. B. Civ. c. 25. *legiones ex novis dilectibus confecerat, atque in itinere compleverat.* et *explere* l. III. c. 4." pronominis *suum* rationem non habuit (*conpl.* Bong. A. Pl.)

dicerent] Hav. A. Vind. A. (Bong. A. Pl.) Ald. sqq. *credebant* Dr. B. Vind. F. *dicebant* „Carr. et X mei cum Edd. pp." cod. Torr. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Cond. Par. A. Haen. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BE. edd. ante Ald. Cf. adn. ad 1, 39 §. 3.

duo milia una] *bina milia* Oud. „ita bene Hotom. e MS. *una;* uti et in B. pr. Petav. in MSS. decem *XXI* vel *XXI una.* in Edd. R. M. V. *viginti duo* inepte. vulgo *II m.* vel *duo m.*" Hotomannus in MS. Steph. *una* an *una milia* invenerit, dubium

§. 5 suo nomine] Cf. adn. ad 1, 18 §. 4.

pro eius hospitio] Cf. adn. ad 1, 31 §. 7.

una] sc. cum reliquis, quibuscum facere initio recusaverant neque quicquam commune habere in hoc negotio voluerant. Cf. 6, 36 §. 3: *circiter trecenti sub vexillo una mittuntur.* et quem locum adhibuit Nipp., 7, 56 §. 2: *Labieno atque iis legionibus, quas una miserat.*

76. Huius opera Commii, ita ut antea demonstravimus, fideli atque utili superioribus annis erat usus in Britannia Caesar; quibus ille pro meritis civitatem eius immunem esse iusserat, iura legesque reddiderat atque

reliquit: in Bong. A. Pl. et Pet. Fabr. tantum *una* legitur. Quod autem Oud. in MSS. decem *XXI* vel *XXI una* esse tradit, pro altero *XXI* scribere voluisse videtur *XX*. Nam *XXI una* equidem nusquam vidi aut commemoratum inveni, sed *XX una* habent cod. Turr. Voss. A. Gott. Confl. Par. A. Dr. B. Vrat. C. et a m. pr. B. Goth. B. Gu. Vind. I. *XXona* inc. sec. Elb. *XXI* Lov. Lbb. Haeu. Dr. A. Vind. B. *viginti una al' milia* Hamb. *viginti milia una* Egm. Vrat. A. Atque secundum haec verisimile est Caesarem scripsisse *MM. una*, in quibus librarii *MM.* alii temere omiserint, alii mutaverint in *XX.* (cf. adn. ad §. 3 extr.) nonnulli pro *una* adverbio numeri signum *I.* posuerint. In reliquis codd. et edd. adverbium omissum et *duo milia* in Hav. A. Vrat. B a m. s. Vind. AE. Ven. f. Ald. a. Gr. ab. St. P. Man. Frell. Turr., *II millia* in Ald. b. Lips. ceterisque ante Oud., *XX milia* in Vind. C., *viginti duo milia* (vel *millia*) in Vind. D. Rom. a. Med. a. Ven. bcde., *XXII milia* in Samb. Vind. F. Ber. scriptum est.

Cap. 76. §. 1 ita] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. (Fabr.) Ald. ab. Gr. a. P. Man. Lips. sqq. om. reliqui codd. et edd. non sine sensus detrimento. Cf. 2, 1 §. 1: *Cum esset Caesar in citeriore Gallia in hibernis, ita uti supra demonstravimus, crebri ad eum rumores afferebantur.* Similiter *id quod* amplius significat, quam solum *quod*.

antea] om. Leid. A. *ante* Haen. edd. ante Ven. f. St. Gr. b. Frell. Cf. adn. cr. ad c. 64 §. 2. et ad 5, 6 §. 1.

Britanuia] *Britania* Par. A. Dr. B. Vrat. AC. Ald. a. P. Man. *Brittania* Bong. A. Pl. *Brittannia* Goth. B. Vind. A. *Bertania* Hamb. Cf. adn. cr. ad 3, 8 §. 1.

quibus ille pro meritis] *ille* om. St. et, qui *pro* ante *q. m.* ponunt, And. Ox. Cu. S. Leid. A. Par. B. Hav. A. Vind. A. Ald. a. et rell. ante Oud. Cf. adn. ad c. 20 §. 2. Oudendorpius id, quod nos quoque ex optimo codice recipiendum putavimus, etiam multo suavius altero esse arbitrabatur. Caesar tamen Civ. 1, 32 §. 7 *pro quibus rebus* non insuave putasse neque alibi *pro* interposuisse pronomini et nomini videtur. Quod ipsum fefellit anonymum, qui in Fabr. adscripsit *ut Lucret. Nec bene promeritis capitur.*

immunem] . . . Fabr. Par. A. (Bong. A.) Hamb. Vind. F. non *imm.* *in munem* Goth. B. *in munere* Dr. B.

Cap. 76. §. 1 superioribus annis] Cf. 4, 21 §. 6. 27 §. 2. 35 §. 1. cum 5, 22 §. 3 et nostra ad eum locum adnotatione.

atque ipsi] Recte Nipperdeius p. 69 pronomen a Metaphraste (καὶ ἐκείνῳ) ad civitatem relatum referendum esse ad Commium statuit; sed quae civitati et quae ipsi Commio acciderint, discerni, quod idem statuit, non videntur. Nam priora duo non minus ad Commium pertinent, cuius de se merita Caesar tribus beneficiis

2 ipsi Morinos attribuerat. Tamen tanta universae Galliae consensio fuit libertatis vindicandae et pristinae belli laudis recuperandae, ut neque beneficiis neque amicitiae memoria moverentur, omnesque et animo et
3 opibus in id bellum incumberent. Coactis equitum VIII. milibus et peditum circiter CCXXXX. haec in

§. 2 Tamen tanta] „MSS. plurimi et Edd. pp.“ Voss. A. Egm. Gott. Bong. A. Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. AC et, qui *tante*, B. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. CEFI. edd. ante Ald. *tanta tamen* (Hav. A.) Vind. A. Ald. sqq. quod Oud. ad 5, 35 §. 5 mutare voluisse videtur: „Solet Caesar hac voce incipere periodum: sic MSS. plerique l. VII. c. 76. *Tamen tanta:* ubi vulgo *tanta tamen.* — L. I. c. 7. *Tamen, ut spatium intercederet.* B. C. (I.) c. 45 *Tamen virtute* etc.“ Sed hanc adnotationem suam conferri iubens h. l. vulgatum ordinem tenuit, fortasse quod ita quoque solere Caesarem meminisset. Cf. 1, 20 §. 3 *Sese tamen*, 4, 4 §. 2 *ad extremum tamen.* 26 §. 1 *Nostri tamen.* 5, 12 §. 6 *haec tamen.* 7, 17 §. 3 *nulla tamen.* Nihilo minus codicum causa mutandus erat.

§. 3 VIII. milibus] Dr. B. Ald. a. Gr. a. P. Man. Cl. Oud. *IIX m.* Ald. b. Lips. In. Gr. Dav. *octo m.* Hamb. Vind. F. Ven. f. *m. VIII* Hav. A. St. Gr. b. Frell. *octo m.* Egm. Fabr. Vrat. A. Vind. E. *III VIII* Vrat. B. *militibus VIII* Vind. A. *VIII* Voss. A. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. A. Vind. B. Gu. *VII m.* Dorv. cod. Turr. et a m. s. margo Vrat. B. *septem m.* Vind. D. edd. ante Ven. f. *VII* Vrat. C. Goth. B. *septem* Pal. *VI m.* Duk. Vind. I. *sex m.* Bong. C. *XIII m.* Ox. *uni* Gott. Fabr. *uni*, corr. *VIII*, Gott. Wh.

CCXXXX.] Bong. A. Pl. et altera *C* a m. s. addita Par. A. *CCXL* Voss. A. Gott. Fabr. Vrat. BC. Goth. B. (Gu. Bong. C. Pal.)

remuneratus esse dicitur, quorum seriem in hoc tertio eoque maximo finem habere *atque* copula indicat. Cf. adn. ad c. 40 §. 6.

§. 2 tanta universae Galliae fuit consensio libertatis vindicandae] *Consensionem* Herzogius idem esse dicens atque *in quo omnes consensere consilium* et ex consilii significatione genitivum *libertatis vindicandae* repetens adiectivi *tanta* rationem non habuit; Heldius vero in codice Leid. A. ad *recuperandae* inter versus adscriptum *causa* non necessarium esse indicans et 4, 17 extr. *deiiciendi operis*, Civ. 1, 82 *impediendae rei* comparans e longinquo petit quod proximum est. Nam *consentire* verbum item ut *sentire* accusativum cum infinitivo regit, ideoque iis, qui libertatem vindicandam esse consentiunt, recte consensio libertatis vindicandae tribuitur.

omnesque] Hoc Oehlerus *et toti* interpretatur eamque notionem additis *et animo et opibus* definiri docet. Scilicet poëta dicit *Non omnis moriar:* Caesar *totus et mente et animo in bellum insistit.* (6, 5 §. 1.) *Omnes* ad *universae* Galliae consensionem, *et animo et opibus* ad *tantae* consensionis vim declarandam spectare manifestum est.

§. 3 Coactis — CCXXXX.] Male haec usque ad Nipperdeium

Haeduorum finibus recensebantur, numerusque inibatur, praefecti constituebantur. Commio Atrebati, Viridomaro et Eporedorigi Haeduis, Vercasivellauno Arverno, consobrino Vercingetorigis, summa imperii traditur. His delecti ex civitatibus attribuuntur, quorum consi- 4

edd. ante et post Ven. f. omnes. *CC. XL* Dr. A. *CC. XL. millibus* Ven. f. *ducenta quadraginta milia* Egm. Fabr. Vrat. A. Hamb. *CCXXX* Pet. sec. Fabr. et Conf. *CCLX* Samb. Dr. B. et pro v. l. Vind. F. *CCL* Ox. S. Leid. A. Hav. A. Vind. D. *CCL* Vind. A. Eundem numerum ab Orosio exhibitum (*Itaque absque eo numero, quem infinitum ante contraxerat, equitum circiter octo millia, peditum ducenta quinquaginta millia contracta sunt.* 6, 11 p. 404.) ut suae de catalogo opinioni convenientem recepit Nipp. Quem numerum si verum esse volumus, reliquis quidem civitatibus totidem, quot supra posita sunt, Armoricis vero non X. sed XX. millia imperata faciamus, quae summa aequaliter inter omnes distributa, si modo omnes plures, quam X. erant, singulis paulo tamen minorem, quam Rauracis et Boiis imperatum numerum efficit. Sed nihil est, quod optimi codicis auctoritatem deserere nos cogat. Unum dubium relinquitur, *millibus* nomen utrum ad *VIII.* an ad *CCXXXX.* addidisse scriptor putandus sit.

Vercasivellauno] „*Vercasianeuno*, *Vercassiauno* et similiter MSS. multi et Edd. Vett. et Celsus. Sed Gr. Βεργασιλαύνῳ, et sic Cuj. L. pr. Scal. Ox. Aud. c. 83, 85, 88. MSS. fere o. et Edd. pp. *Vercasivellaunus*, et L. pr. *Cassivellaunus*. At in nummo etiam *Vergas.*“ Hic nummus ab Haverkampio ad Oros. p. 403 repraesentatus VERGA exhibens capiti muliebri adscriptum a Bouteroco ad Vercingetorigem pertinere existimatur. Scriptura autem codicum And. Ox. Cu. S. Leid. A., si accurate dixit Oud., *Vergasilauno* est, quemadmodum in Hav. A. legitur, non *Vergasillauno*, quod ab ipso cum Aldo et sqq. editum exstat in Vind. A. *Vercassiauno* habet Pet. Fabr. (*Vercassiauno* Pet. Conf.) *Vercastaneuno* vero, quod in multis esse dicit, ego in uno Dr. A. inveni: *Vercassianeuno* habent Gott. Voss. A. Egm. Lbb. Fabr. (*Vercasstaneuno?* Gott. Wh.) Bong. A. Pi. Par. A. Dr. B. Vrat. AC. Hamb. Gu. Vind. BEF. *Vercassiaueuno* Goth. B. Vind. D. Rom. a. Med. a. Ven. b. Ber. *Vercassiaverno* Ven. cde. (in m. Ven. c. ut b. habet *Vercassiaueunus.*) *Vercassianenno* Vrat. B. *Vercassianemio* Lov. Fabr. *Vercassialleuno* Vind. CI. *Vercassiallae uno* Bong. C. *Vercassidueuno* Pal. *Vercassiameno* Haen. *Vercasivellano* Ven. f. Petrarchae 18, 43 sec. cod. Hamb. *Vercasivelanus*, sec. ed. pr. *Vercasianenus* vocatur. Quod ad reliquos tres locos attinet, quibus Oud. item cum Aldo et sqq. *Vergasill.* scribens nihil nisi suam ad h. l. adnotationem conferri

prioribus coniuncta ferebantur ob ignorationem, ut opinor, eius ablativorum absolutorum usus, de quo dictum est ad 4, 21 §. 6; quibus non modo accusativum pronominis demonstrativi, sed etiam nominativum recte succedere posse hic locus monstrat.

5 lio bellum administraretur. Omnes alacres et fiduciae
6 pleni ad Alesiam proficiscuntur, neque erat omnium quisquam, qui aspectum modo tantae multitudinis sustineri posse arbitraretur, praesertim ancipiti proelio, cum ex oppido eruptione pugnaretur, foris tantae copiae equitatus peditatusque cernerentur.

77. At hi, qui Alesiae obsidebantur, praeterita die, qua auxilia suorum exspectaverant, consumpto omni frumento inscii, quid in Haeduis gereretur, concilio coacto de exitu suarum fortunarum consultabant.
2 Apud quos variis dictis sententiis, quarum pars dedi-

iubet, 83, 6 *Vercasivellaunum* habent edd. aute Ven. f., *Vercasivellanum* Ven. f., *Vercassivellaunum* Voss. A. Egm. Lov. Lbb. Fabr. Pai. Bong. A. Pi. Par. A. Hav. A. Vrat. AC. Goth. B. Vind. BD. Gu. (?) *Vercassi ullaunum* Gu. (?) Vrat. B. Gott. Fabr. (*Vercassiullanum* Gott. Wb.) *Vercassivellanum* Haen. Dr. B. et corr. A. Vind. EF. *Vercassivelanum* Goth. A. *vercassinelanum* Hamb. *Vercassilaunum* Vind. A. Pet. Conf. (*Vertassilaunum* Pet. Fabr.) *vercasillanum* Vind. I. *vercasillarum* Vind. C. *Vergasilaunum* Lips. *Cassilanum* Bong. C. itemque 85, 4 et 88, 4 editiones et Boug. A. Par. A. Voss. A. Vrat. A. cum pluribus eiusdem generis codicibus idem, quod 83, 6 exhibent (*Vergasill.* Lips.), sed priori ioco in Hav. A. *Vercassilaunum*, in Vind. A. *Vercasilaunum*, posteriori vero in utroque et in Lov. Fabr. *Cassivellaunus*, in Haen. *Vercassuillanus* iegitur. Itaque probabiliter Nipperdeius Aidinam scripturam cum ea commutandam indicavit, quae hoo nomen eadem ratione atque *Vercingetorix* compositum faciat ex communi *Ver* (cf. adn. ad 1, 16 §. 4) et proprio *Cassivellaunus* vei *Casiv.*, ut libro 5 codicum causa scribendum fuit. Cf. adn. cr. ad 5, 11 §. 6. Hoc igitur recepi.

Cap. 77. §. 1 hi] Egm. Gott. Lov. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Hav. A. Dr. AB. Gu. Vind. ABCFI. Ven. cdef. *hii* Voss. A. Fabr. Vrat. ABC. Hamb. *illi* Haen. *ii* Goth. B. Rom. a. Med. a. Ven. b. Ber. Ald. sqq. Cf. adn. cr. ad 5, 7 §. 6.

auxilia suorum] „MSS. piurimi“ Voss. A. Egm. Gott. (tacente Wb.) Bong. A. Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. FI. edd. ante Aid. *s. a.* (Hav. A.) Vind. A. Ald. sqq.

suarum fortunarum] „MSS. piurimi.“ Voss. A. Egm. Gott. Lov. Bong. A. Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BI. edd. ante Aid. *f. s.* (Hav. A.) Vind. A. Ald. sqq.

§. 2 Apud quos] And. Ox. Cn. Leid. A. Voss. C. Par. B. Hav. A. Vind. A. *et* Leid. B. Haen. *ac* reliqui (Pet. Gott. Egm. Fabr.) cum edd. ante Oud. quasi aut sententiarum dictionem non Critognati oratio, sed scriptoris de ea indicium exceperit, aut sen-

§. 6 ancipiti proelio] Cf. adn. ad 1, 26 §. 1.

Cap. 77. §. 1 suarum fortunarum] Cf. adn. ad 3, 12 §. 3.

§. 2 Apud quos] Hoc ponens scriptor cogitasse videtur de *habita* in concilio, postquam variae sententiae dictae essent, a Cri-

tionem, pars, dum vires suppeterent, eruptionem censebat, non praetereunda oratio Critognati videtur propter eius singularem et nefariam crudelitatem. Hic 3
summo in Arvernis ortus loco et magnae habitus auctoritatis Nihil, inquit, de eorum sententia dicturus sum, qui turpissimam servitutem deditionis nomine appellant: neque hos habendos civium loco neque ad consilium

tentiae non a Gallis in concilio, sed a scriptore in Commentario sint dictae, ut factum est a Petrarcha 18, 44: *Dicuntur sententiae pro animorum varietate dissimiles: his deditio, his placet eruptio; his vita pacifica, his honesta mors. Erat inter consiliarios vir unus, magnae inter suos opinionis: origo illi Alverna, clarum genus, durus animus, inflexibile propositum; nomen viro Tritognatus.* Quibus ille praemissis recte subiicere potuit haec: *Propter quae non ab re fortasse fuerit, auditis aliorum sententiis, quid iste suaserit, audire.* Ao remoto etiam et utcunque explicato anacolutho, quod neque ab antiquioribus criticis et interpretibus neque ab Oud. neque a Nipp. et recentissimis editoribus, qui *ac* revocarunt, animadversum esse miror, tamen inconcinna manet partium orationis iunctura: *consultabant, ac variis dictis sententiis non praetereunda oratio Critognati videtur.*

censebat] „MSS. XI." Voss. A. Egm. Gott. Lov. Confl. Bong. A. Par. A. Hav. A. Dr. A. Vrat. ABC. Hamb. Gu. Vind. ACFI. inc. sec. Elb. Ven. f. Vasc. sec. Oud. St. *censebant* Haen. Dr. B. Goth. B. Rom. a. Med. a. Ven. bcde. Ber. Ald. ab. Gr. ab. P. Man. Frell. Turr. (haec, ut Haen., adiecto puncto) Lips. sqq. Cf. adn. cr. ad 5, 45 §. 1.

oratio Critognati videtur] „Iidem MSS." Voss. A. Egm. Gott. Haen. (hic *Titognati*) Bong. A. Par. A. Hav. A. (hic *ecritogn.*) Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. (hic *Oritogn.*) Gu. Vind. BF. edd. ante Ald. St. Gr. b. Frell. *v. o. C.* Vind. A. Ald. sqq. (*critognati* Vind. E.)

et] „Iidem MSS." Voss. A. Pet. Egm. Goit. Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Hamb. Gu. edd. ante Ald. *ac* (Par. A.) Goth. B. Vind. A. Ald. sqq.

§. 3 consilium] „MSS. 5 et Edd. pleraeque male." Gott. Hav. A. Dr. B. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. (Gu.) edd. ante Ald. P. Man. Ald. b. Lips. In. Gr. Cl. *concilium* (Bong. A. Pi. Par. A.

tognato *oratione*, quam propter singularem eius crudelitatem integram proponendam putabat. Deinde vero sententiis illis summatim relatis ita facit verba, ut eas non dictas tantum a Gallis, sed etiam relatas a se dixisse, *apud quos* autem nisi cum *dictis* construi noluisse videatur. Quo minus enim *oratio* cum illo construatur, partim omissum *habita* participium, partim praepositum *non praetereunda* impedit. Quibus rebus anacoluthon effectum est, sed nec ratione carens illud nec perspicuitati officiens nec sicut id, de quo in adn. cr. diximus, partium iunctura laborans.

§. 3 habitus] Cf. adn. cr. ad 4, 21 §. 6.

4 adhibendos censeo. Cum his mihi res sit, qui eruptionem probant, quorum in consilio omnium vestrum consensu pristinae residere virtutis memoria videtur.
5 Animi est ista mollitia, non virtus, paulisper inopiam ferre non posse. Qui se ultro morti offerant, facilius
6 reperiuntur, quam qui dolorem patienter ferant. Atque

Coufl.) Dr. A. Vind. A. Ald. a. Gr. ab. St. Frell. Turr. Dav. Oud. Qui iam adhibiti ad concilium essent in eoque sententiam dixissent, eos Critognatus non adhibendos fuisse vel eiiciendos esse censere poterat: non adhibendos esse frustra censebat. Ad consilium vero non adhibendos et quamvis consultandi causa venissent, tamen non consulendos recte censebat eos, qui ne civium quidem loco habendi essent. Ad dictionem cf. 1, 40 §. 1: *omnium ordinum ad id consilium adhibitis centurionibus*. 6, 13 §. 1: *plebes nullo adhibetur consilio*. Ex recentioribus unus Whittius discessione ab Oud. facta scripsit *consilium* conferrique iussit, quae sequuntur, *cum iis mihi res sit, quorum in consilio*. quibus tantum tribuendum non videtur.

§. 4 his] Voss. A. Pet. Gott. Lov. Lbb. et inter versus Egm. Fabr. Hav. A. et int. vers. Gott. Wh. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. B et corr. A. Vrat. A. Gu. Vind. ABCFI. Ven. cdef. St. *hiis* Vrat. BC. *in hiis* Hamb. *iis* Goth. B. et edd. rell.

§. 5 mollitia] Aud. Ox. Pet. sec. Oud. (*mollicia* Fabr.) Leid. A. et sec. Oud. a m. emendatrice Bong. A. Par. B. Hav. A. Vind. A. et a m. s. Vrat. B. Med. a. Ven. bcde. (hae quinque *mollicia*) Ven. f. Oud. 2. *mollities* Carr. Duk. Dorv. Leid. B. „forsan et in Cuiac. ac Scalig." (Pet. et Bong. C. Coufl.) Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. C. (hic *molicies*) Rom. a. Ven. 1471 sec. Elb. Ber. Ald. a. Gr. a. (hae tres *mollicies*) et sqq. usque ad Oud. 2. *molestia* „MSS. octo et Bong. a m. pr." Steph. Hot. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Lbb. Bong. A. Pl. (qui de manu emendatrice tacet) Par. A. Pal. Haen. Dr. A. Vrat. A et a. m. pr. B. Hamb. Gu. Vind. B. inc. sec. Elb. Cf. Schneideri Gramm. 3, 483.

paulisper inopiam] „MSS. plerique" Pet. Voss. A. Egm. Bong. A. Par. A. (hic *inoppiam*) Gott. Wh. Haen. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. F. edd. ante Ald. (Ven. e. *paulis i.*) St. Gr. b. Frell. *i. p.* (Hav. A.) Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. sqq.

reperiuntur] *reperiantur* „Lov. V. pr. Egm. et 7. recentiores cum Edd. pp." Voss. A. Gott. Egm. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC.

§. 6 Atque] Lippertus in hac particula simili modo, quo in *neque* c. 45 §. 4, inesse *tamen* statuens scriptoris usum, ut in adn. cr. ad 4, 25 §. 3 demonstratum est, adversantem habet, nec quae praecedunt, qua mente dicta sint, perspexisse videtur, dum *omnium vestrum consensu* interpretatur *wie ihr alle mit mir einverstanden seyn, wie ihr alle zugestehen werdet*, ante *ista* autem desiderat *et* seu *etiam*: *doch auch das ist Schwäche des Geistes, beweist einen unmannhaften Sinn.* Critognatus nequaquam illius consilii auctores pristinae virtutis memores esse consentit, sed ab animi mollitia potius profectum illud indi-

ego hanc sententiam probarem (tantum apud me dignitas potest) si nullam praeterquam vitae nostrae iacturam fieri viderem; sed in consilio capiendo omnem Galliam respiciamus, quam ad nostrum auxilium concita-

Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BE. edd. ante Ald. Gr. b. Frell. (*repp.* Voss. A. Egm. Fabr. Par. A. Hav. A. Vrat. A.) Coniunctivus a Dübnero tacite receptus certo et confirmato orationis generi, quo uti coepit Critognatus, minus convenire et quoniam optimus Boug. A. cum altera codicum parte indicativum tenet, librariorum negligentia e vicinia irrepsisse videtur.

§. 6 tantum apud me] *nam apud me multum* And. Ox. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. Iu. Gr. Dav. Cl. *tamen apud me multum* Boug. C. *nam tantum apud me* Vrat. A. *nam apud me tantum* Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Oud. „Maxima MStorum turba *Tantum* exhibent sine *nam.*“ *tantum apud me* Gott. *apud me tantum* Vind. D. *tantum apud me* Samb. cod. Turr. R. N. Voss. Cl. Pet. Voss. A. Egm. Lbb. Pal. Haen. Boug. A. Par. A. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BCEFI. edd. ante Ald. St. Gr. b. Frell. Lectionem a se receptam Oud. iusto confidentius haud dubie veram pronuntiat. „Ex hac enim lectione alii *nam* eiecerunt, alii *multum* pro *tantum* finxerunt. Gr. *τοσοῦτον γάρ* l. V. c. 54. *Tantum apud barbaros valuit.* Ita quoque *Tam* ponitur. V. ad l. I. B. Civ. c. 47. Nec enim hic, credo, usu venire potest locutio ista *tantum non*, id est, fere, propemodum.“ *Nam* ita comparatum est, ut aliena manu adiectum potius in iis codicibus, qui habent, quam ex iis, qui non habent, eiectum videri debeat. *Multum* probabiliter statuit factum ex *tantum*, quod ipsum recte intelligit ita, ut libri 5 loco eo, quem confert, non esse intelligendum vidimus. Sed *tantum non* dictionem hic adhiberi non potuisse tam manifestum est, ut mirer, quid eius mentionem fecerit.

cat. Deinde vero facilius reperiri dicens qui se ultro morti offerant, quam qui dolorem patienter ferant, simul causam significat, qua factum sit, ut haec sententia omnibus placuerit, *atque* eam se dignitatis causa probaturum fuisse demonstrat, si nullam praeterquam vitae suae iacturam fieri videret.

tantum apud me dignitas potest] sc. quantum ad illam probandam sententiam vel sufficit vel requiritur, ut in adn. ad 5, 7 §. 1 explicitum est. *Dignitas* optime a Sincero et Fr. Wagnero redditur die Ehre; quo sensu Cicero Att. 2, 19 §. 1, cum contentiones quasdam vel subire se summa cum dignitate vel declinare nulla cum molestia posse dixisset, Atticum *Dignitatis ἅλις* tamquam *δρυός: saluti, si me amas, consule* respondentem facit. Eodem sensu contrarium supra c. 56 §. 2 *infamia atque indignitas rei* vocatur. Recentiores alii eorum, qui ita senserint, alii sententiae ipsius dignitatem interpretantur, quarum neutra sic absolute dici poterat.

respiciamus] Primae personae vim rectius Metaphrastes, qui *πάσης τῆς Γαλατίας φείδεσθε*, quam Lippertus, qui *respicere debemus* interpretatur, declaravit.

7 vimus. Quid hominum milibus LXXX. uno loco interfectis propinquis consanguineisque nostris animi fore existimatis, si paene in ipsis cadaveribus proelio de-
8 certare cogentur? Nolite hos vestro auxilio exspoliare, qui vestrae salutis causa suum periculum negle-

§. 7 hominum] „Bong. pr. Voss. pr. Petav. Leid. pr. Egmund. Lovan. et quatuor alii cum Ed. Iuc. *In hominum.* Vt ponatur pro erga, propter, circa eos mortuos ita animatum, et ob caedem inflammatum esse. Certe non putem esse de nihilo istud *in.* Adi omnino ad l. I. c. 6. *Bono animo in populo Romano esse.*“ In Bong. A. teste Pl. scriptum est *inominum*, *in hominum* praeter ceteros ab Oud. iudicatos habent Gott. Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. AB. Hamb. Gu. Viud. BEF. Id ea significatione, qua putabat Oud., nec dici potuisse videtur nec si poterat, huic loco conveniebat, cum ob caedem inflammatos eo fortius proelio decertaturos esse consentaneum esset. Non magis ad linguae usum probabilis est Dübneri opinio, qui illud, quod ex Par. A. ascivit, idem esse statuit atque *in caede hominum milium LXXX.* quod si scriptum exstaret, rursus interpretatione indigeret. Neque quod Petrarcha 18, 45 posuit, *inter suorum tot cadavera*, a Caesare *in* praepositione significatum esse potest. Quae quo errore in illam codicum partem venerit, nunc retecta optimi eorum scriptura minus obscurum est.

i

existimatis] *existumatis* Voss. A. Fabr. Par. A. *existumatis* Bong. A. Pl. (*extim.* Hamb.) Cf. adn. cr. ad 5, 28 §. 3. 6, 1 §. 3. 11 §. 8. 7, 40 §. 5.

§. 8 hos — qui] *hoc — eos qui* Cu. Ox. Leid. A. Hav. A. Viud. A. (*hoc* etiam Vrat. B. a m. s. babet.) Cf. adn. cr. ad 5, 7 §. 6.

§. 7 Quid hominum — animi fore] Similis huius loci conformatio est atque eius, quem in Mantissa significavit Oberlinus, Ciceronis De imp. Cn. Pomp. c. 5: *maiores nostri saepe mercatoribus aut naviculariis nostris iniuriosius tractatis bella gesserunt: vos tot milibus civium Romanorum uno nuntio atque uno tempore necatis quo tandem animo esse debetis?* Similis item ab Herzogio adhibitus eiusdem locus est Pro rege Dei. c. 2 (§. 7): *tuum est, Caesar, qui pro multis saepe dixisti, quid nunc mihi animi sit, ad te ipsum referre.* et hic, quo usus est Lippertus, Ovidii Met. 1, 358: *Quid tibi, si sine me fatis erepta fuisses, Nunc animi, miseranda foret?* et Livii 22, 59 §. 16: *cum ii pro nobis proque iis, qui absunt, ita suspensi ac solliciti sint, quem censetis animum ipsorum esse, quorum in discrimine vita libertasque est?* Quibus tribus pariter atque hoc Caesaris loco Latinae dictioni Germanica respondet wie zu Muthe.

si — cogentur] id quod interfectis ipsis futurum ponit. Cf. Cic. Att. 5, 20 §. 7: *vereor enim, ne, cum de provincia agetur, si Caesar resistet, nos retineamus.*

§. 8 suum periculum neglexerunt] Cf. Cic. Fam. 14, 4 §. 2: *qui periculum fortunarum et*

xerunt, nec stultitia ac temeritate vestra aut animi inbecillitate omnem Galliam prosternere et perpetuae servituti addicere. An quod ad diem non venerunt, de 9 eorum fide constantiaque dubitatis? Quid ergo? Romanos in illis ulterioribus munitionibus animine causa

neglexerunt] „MSS. et Edd. qdd.“ Pet. Voss. A. Egm. Gott. Carr. Pal. Hav. A. Bong. A. Par. A. Dr. B. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. ABDEF. edd. ante Ald. St. Gr. b. Frell. *neglexere* Haen. *negligerunt* Dr. A. *neglexerint* cod. Turr. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. sqq. Secundum haec Oud. indicativum non quibusdam MSS., sed simpliciter MStis et quibusdam editionibus aut debuisse aut voluisse tribuere aut re vera tribuisse videtur, coniunctivum quidem quamvis tolerabilem, si genus hominum cogitatione comprehensum significet, tamen non maiori, quam compluribus libri 6 locis, ratione et iure tenuisse iudicandus est. Cf. adn. cr. ad 6, 16 §. 5 et 28 §. 2. E recentioribus Dübnerus et Whittius et Nipperdeius et in quarta ed. tacens Heidius indicativum receperunt.

animi inbecillitate] Voss. A. Egm. Gott. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BDE. edd. ante Ald. St. Gr. b. Frell. *cum i.* Vind. F. *i. a.* (Hav. A.) Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. sqq. tacente Oud. (*inb.* Egm. (Bong. A.) Vrat. A. Vind. A., non *imb.*)

addicere] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. *subiicere* reliqui codd. Oud. Steph. Carr. cod. Turr. Pet. Egm. Lov. Lbb. Fabr. Bong. C. Haen. Gu. Vind. BCDEF. edd. ante Ald. *subicere* Voss. A. Gott. Fabr. Pet et Pal. Cousl. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vtrumvis bonum, sed *subiicere* magis vulgare, *addicere* magis proprium, codicum autem, quales cum in toto hoc libro, tum in hoc capite se praebeant, ratione habita verisimilius videtur *addicere*, cum tres primae litterae casu excidissent, in *subicere* mutatum, quam temere in huius locum esse substitutum. Iterum legitur Civ. 2, 18 §. 5: *eorum bona in publicum addicebat.*

§. 9. Romanos] And. Ox. Cu. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. *romanorum* Vind. I. *Romanorum animus* Vind. D. *Romanos animos* Gu. *Romanorum animos* reliqui codd. et edd. ante Ald. et a m. s. correctus Par. B.

in] om. Bong. A. „et Leidenses.“

animine] And. Ox. Cu. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. *animi* Vasc. sec. Brant. et Oud. *animos sine* Vind. I. *sive animi* Samb. *sine* iidem, qui *Romanorum animos*, et Steph. Gu. Vind. D. cum edd. ante Ald. et marg. Vasc. (m. Freil.) et correcto a m. s. Par. B. Pro *Romanorum animos*, quod ferri non posse liquet, Oud. *Romanorum manus* scribendum suspicabatur ita, ut *animine causa* ex altero codicum genere retineretur, Dübnerus vero et *Romano-*

capitis sui prae mea salute neglexit. Idem Pro Cael. c. 22 (§. 54): *an ille vir — illius ipsius periculum, quem propter haec ipsa studia diligebat, negligere potuisset?*

§. 9 ad diem] Cf. adn. ad 2, 5 §. 1.

10 **cotidie exerceri putatis? Si illorum nuntiis confirmari non potestis omni aditu praesepto, his utimini testibus adpropinquare eorum adventum; cuius rei timore ex-**
11 **territi diem noctemque in opere versantur. Quid ergo mei consilii est? Facere quod nostri maiores nequaquam pari bello Cimbrorum Teutonumque fecerunt; qui in oppida conpulsi ac simili inopia subacti eorum cor-**

rum manus scripsit et *sine causa* ex iisdem libris, qui *animos* habent, recepit, *animine*, credo, coniecturae acceptum referens alicuius critici, qui *Romanorum animos*, quod vitiosum esse intelligeret, licentius partim mutaverit in *Romanos*, partim ad comendam et ornandam orationem transtulerit. Sed *manus*, quod Oud. ita, ut c. 84 §. 3 *Romanorum manus tantis munitionibus distinetur* dictum putabat, a scriptore ambiguitatis osore positum et a librariis in *animos* corruptum esse iuxta a vero abhorret. Iustius de Caesare et de criticis iudicabimus, si *animos* ex margine, ubi *anim* lacunae inter *munitionibus* et *ine* explendae adscriptum fuerit, immigrasse eoque admisso *Romanos*, quod unus Gu. intactum reliquit, iu *Romanorum* conversum esse statuemus. *Animi causa*, quo Caesar etiam 5, 12 §. 6 de Britannis utitur, quos *animi voluptatisque causa* alere galiinas et anseres dicit, h. l. tam aptum et *animine* tam scitum est, ut ab eo abiudicare et emendatori addicere nefas sit.

§. 10 his] Pet. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Lbb. Fabr. Par. A. Hav. A. Haen. Dr. AB. Vrat. A. Vind. ABCFI. Gu. Ven. edef. *hiis* Vrat. BC. Hamb. *hys*. inc. sec. Eib. *iis* (Conff. Bong. A. Pl.) Goth. B. et cum rell. edd. tacens Oud. Id Morus propterea, quod ad Romanos referatur, iu *his* mutandum censebat, mutaruntque Elberlingius, Whittius, Dübnerus, Nipperdeius suffragantibus, ut nunc videmus, codicibus longe plurimis. His utique obsequendum fuit, quamquam *iis* quoque de Romanis dici potuisse videtur: nehmet sie als Zeugen.

adpropinquare] Voss. A. Egm. Fabr. (Bong. A. Pl.) Par. A. Vrat. A. non *appr*.

§. 11 mei] *ei* Bong. A. Pl. Cf. ado. ad 1, 21 §. 2 et quae Ciacconius adhibuit D. Bruti verba in Cic. Fam. 11, 1 §. 3: *Quid ergo est*, *inquis*, *tui consilii?*

coupulsi] . . . Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Goth. B. non *comp*. *inpulsi* Vrat. A.

§. 11 Cimbrorum Teutonumque] Cf. adn. ad 2, 4 §. 2. Ceterum nescio, qua mente Horkelius Die Geschichtschreiber der deutschen Urzeit p. 228 exposita Germanorum opera, qua Caesarem in bello Vercingetorigis demeriti sint, hunc, ut opinor, locum respiciens haec scripserit: Bei einer so wunderbaren Umkehrung der Verhältnisse mag es kaum befremden, wenn die nie erlöschende Erinnerung an die Cimbern und Teutonen jetzt so gewendet erscheint, daß ein Gallier den Angriff der Römer mit dem Andrängen jener wilden Heerhaufen vergleicht. An Cimbrorum Teutonumque mentionem non cum fide ex Critognati oratione relatam, sed fictam a Caesare existimavit?

poribus, qui aetate ad bellum inutiles videbantur, vitam
toleraverunt neque se hostibus tradiderunt. Cuius rei 12
si exemplum non haberemus, tamen libertatis causa in-
stitui et posteris prodi pulcherrimum iudicarem. Nam 13
quid illi simile bello fuit? Depopulata Gallia Cimbri
magnaque inlata calamitate finibus quidem nostris ali-
quando excesserunt atque alias terras petierunt: iura,
leges, agros, libertatem nobis reliquerunt. Romani 14
vero quid petunt aliud, aut quid volunt, nisi invidia
adducti quos fama nobiles potentesque bello cognove-
runt, horum in agris civitatibusque considere atque his
aeternam iniungere servitutem? Neque enim umquam

ad bellum inutiles] Pet. Voss. A. Egm. Gott. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. edd. ante Ald. Gr. b. Frell. *i. ad b.* (Hav. A.) Vind. A. edd. rell. (tacente Oud.)

§. 13 inlata] . . . Fabr. (Bong. A. Pl.) Par. A. Vrat. A. non *ill.*

petierunt] *petiverunt* Ox. Leid. AB. S. Hav. A. Vind. A. St. Cf. adn. cr. ad 4, 27 §. 4 (*potierunt* Rom. a.)

§. 14 umquam] „Sic Cui. Scal. L. pr. Ox. And. *illi* Pet. Reliqui et Edd. pp. *u. ulla.* Sed Metaph. *ἄλλως οὐπώποτε.*“ In his non solum *ó*, sed etiam *u.* ante *ulla* errore operarum positum est. Non *umquam ulla*, sed solum *ulla* pro *umquam* legitur in Carr. cod. Turr. Voss. A. Egm. Lov. Gott. Lbb. Bong. A. Par. A. Haen.

vitam toleraverunt] Cf. adn. ad 1, 28 §. 2. „Plura eorum sunt exempla, quos bellorum ultima, casus extremi, longae dira obsidionis egestas, ut de Vasconibus Iuven. XV, 95. carne humana vitam tueri coëgerunt. De Celtis, Iberis aliisque id adfirmant Strabo L. IV. p. 89. Idem Critognati consilium apud Caes. b. G. L. VII. c. 77. *κατά τινα πικροτάτην συμφορὰν* sic fieri dicit Athenag. de resurr. mort. p. 63.“ Rhoer. ad Porphyr. de abst. 2, 57.

§. 13 Nam quid illi simile bello fuit?] *Illi bello* dativus pendet e verbo substantivo, is vero, ad quem referatur adiectivum *simile*, audiendus relinquitur, ut apud Cic. Att. 12, 18 a §. 2: *sed tamen quid simile?* et ib. 40 §. 2: *sed quid simile?* eademque sententia dici poterat *Nam quid illud bellum simile habuit huic?* quemadmodum Cicero dixit Fam. 9, 21 §. 1 *Quid enim simile habet epistola aut iudicio aut concioni?*

quidem] Cf. adn. ad 5, 43 §. 6.

§. 14 adducti] Cf. adn. ad 1, 9 §. 3.

civitatibusque] Sincerum an hoc uno loco *civitates* Caesar pro *oppidis* dixerit dubitantem *agrorum* mentio ad eam opinionem adduxisse simulque fefellisse videtur non de uno quodam populo sermonem esse, sed de omni Gallorum natione pluribus illa civitatibus constante, in quibus considere volentes Romani iura et leges civibus ita, ut in agris considere volentes possessoribus bona eripere velle significantur. Non magis 3, 20 §. 2 *Tolosa, Carcaso et Narbo civitates* cum Davisio, aut 2, 34 *maritimae civitates* cum Oehlero urbes interpretandae sunt.

15 alia conditione bella gesserunt. Quod si ea, quae in longinquis nationibus geruntur, ignoratis, respicite finitimam Galliam, quae in provinciam redacta iure et legibus commutatis securibus subiecta perpetua premitur servitute. **78.** Sententiis dictis constituunt, ut hi, qui valetudine aut aetate inutiles sunt bello, oppido excedant, atque omnia prius experiantur, quam
2 ad Critognati sententiam descendant: illo tamen po-

Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BCDEF. edd. ante Ald. *umquam* praeter eos, quos nominat Oud., Vind. A. et Hav. A. atque Ald. et sqq. (hae usque ad Ald. b. *unq.*) exhibent. Hoc tenens Oud. illud, quod ante Aldum edebatur, non argumentis, sed sola Metaphrastae auctoritate, qui *ἄλλως γὰρ οὐπώποτε ἐπολέμησαν* vertit, impugnat. Ac poterat hic locus silentio tramitti, nisi Nipperdeius *ulla* pro vero haberi et ad *bella* referri iussisset, eique Heldius et Kraucrus in utroque, Seyffertus et Doberenzius in priore dicto audientes fuissent. Scilicet *ulla alia conditione* bellasse Romanos negans orator non modo honestiore, sed ne turpiore quidem, quae cogitari tamen posset, conditione bella gessisse affirmaret. Quod cum alienum ab eius mente sit, ita dicentem facere scriptor *non* potuit. Sin autem adiectivum non ad proximum, sed ad remotius substantivum referri voluisset, haud dubio aut *aliis conditionibus*, aut *ullum bellum* scripturus fuisset.

§. 15 finitimam] *finitumam* Oud. 2.

Cap. 78. §. 1 hi] „vel *ii* MSS. 10. et Edd. pp. aliaeque.“ Pet. Voss. A. Egm. Gott. Boug. A. Par. A. Haen. Dr. B. Gu. Vind. I. Ven. cdef. *hii* Dr. A. Vrat. ABC. Hamb. Vind. E. *ii* Goth. B. Vind. D. Confl. Rom. a. Med. a. Ven. b. Ber. St. Gr. b. Frell. om. Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. sqq. Cf. adn. cr. ad c. 75 §. 1.

valetudine] Par. A. a m. pr. Ven. f. et sqq. usque ad Oud. qui *valit.* scripsit, quemadmodum etiam in Hav. A. et a m. s. in Par. A. et in edd. ante Ven. f. scriptum est. Ceterum cf. adn. cr. ad 5, 40 §. 7.

sunt] Cf. adn. cr. ad 5, 11 §. 2.

ad Critognati sententiam descendant] Ald. sqq. (Carr.) *ad C. s. discedant* Ox. *ab C. sententiam discedant* Gott. Wh. („si recte descripsi“ *ab C. sententia (descendant)* Vind. I. *(ad) C. sententia discedant* Vind. F. *ab C. sententia discedatur* And. *a C. sententia discedant* Samb. *ab C. sententia discedant* reliqui codices, etiam Gott. Fabr., cum edd. ante Aldum, praeterquam quod in Cu. et Hav. A. *discedant* ante *sententia* vel, ut Hav. A. sec. Wh. habet, *sentia* positum, et pro *Crit.* in Hav. A. Goth. B. Boug. C. Pal. *ecritognati*, in Boug. A. Pl. Voss. A. Fabr. Par. A. *egritognati*, in Hamb. *Orignatognati*, in Haen. omissa praeposi-

§. 15 securibus subiecta] Cf. Tac. Ann. 12, 34: *quorum virtute vacui a securibus et tributis intemerata coniugum et liberorum corpora retinerent* (Britanni).

tius utendum consilio, si res cogat atque auxilia morentur, quam aut deditionis aut pacis subeundam con-
ditionem. Mandubii, qui eos oppido receperant, cum 3
liberis atque uxoribus exire coguntur. Ii, cum ad 4
munitiones Romanorum accessissent, flentes omnibus precibus orant, ut se in servitutem receptos cibo iuva-
rent. At Caesar dispositis in vallo custodibus recipi 5
prohibebat.

tione *acci cognati* scriptum est. De crebra verborum *discedere* et *descendere* commutatione cf. Garaton. ad Cic. Planc. c. 14 p. 85 ed. Orell.

§. 2 tamen] Aud. Ox. Cu. S. (Voss. A. Fabr.) Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. *tempore t.* Vind. I. *t. tempori* Lov. sec. Oud. *t. tempore* reliqui Oud. Samb. Cousl. Carr. cod. Turr. Pet. Gott. Egm. Lov. Heins. Fabr. Lbb. Bong. A. Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BCDEF. edd. ante Ald. Cuius glossematis sensus non fugisse videtur Petrarcham, qui 18, 47 sententiam Critognati dilatam dicit *in tempus ultimae necessitatis.*

§. 4 orant] *orabant* Aud. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. Id nec rationem, quam alibi, velut 4, 11 §. 1, 16 §. 5, habet et propter sequentia imperfecta magis suspectum est. Praesens, quod reliqui codices et edd. ante Aldum tuentur, etiam a Dübnero receptum a Nipperdeio nescio quare non admissum est.

§. 5 At] *ac* Carr. cod. Turr. Gu. *tunc* cod. Steph. *hos* Dr. B. Ald. a. et sqq. usque ad Oud.

custodibus] *custodiis* codices iidem, qui *orabant*, et Lov. cum Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. sqq. tacentibus de Bong. A. Pl. et de Gu. et Vind. BCEFI. anonymis Dresd. et, cui minus tri-

Cap. 78. §. 2 utendum] Cf. adn. ad 2, 10 §. 4.

§. 5 recipi prohibebat] De pronominis ellipsi cf. adn. cr. ad c. 68 §. 3 et adn. ad 6, 43 §. 1. Nam ita hoc dictum interpretari, ut si Germanice dicatur das Aufgenommenwerden, aliquanto durius videtur. Imperfectum autem prohibendi actionem tam diu continuatam significat, quoad illi id, quod agere instituerant, ut reciperentur, agebant. Ceterum quem illi exitum habuerint, neque in Ephemeridibus scriptum fuisse neque postea cur inquireret, satis causae putasse Caesar videtur: a neutris receptos fame perisse Dio significat 40, 40: *ἐν τῷ μέσῳ τῆς πόλεως καὶ τοῦ στρατοπέδου μηδετέρων σφᾶς δεχομένων οἰκτρότατα ἀπώλοντο.* Idque verisimilius est, quam quod Hotomannus opinatur, qui sapienti aposiopesi usum scriptorem, quod dictu gravius esset, occisos a Caesarianis reticuisse dicit. Iniquiora vero et quid inter commentarios atque historiam intersit, parum curantis ea sunt, quae Leopoldus Vaccà Berlinghieri in *Examen des opérations et des travaux de César au siége d'Alesia*, qui liber a. 1812 post mortem auctoris editus est Luccae apud Bertinium, ad hunc locum adnotata reliquit p. 142: *On ne dit point quel fut le sort de ces malheureux; c'est une des circonstances qui donnent à ce*

79. Interea Commius reliquique duces, quibus summa imperii permissa erat, cum omnibus copiis ad Alesiam perveniunt et colle exteriore occupato non lon-

buendum Vind. *costodibus* Voss. A. Fabr. *custodibus* reliqui Oud. Pet. Egm. Gott. Fabr. Conf. Carr. cod. Turr. Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. D. edd. ante Ald. St. Gr. b. Freil. Davisius et Oud., qui abstractum pro concreto ut elegantius a scriptore positum et a librariis imperite mutatum putabant, nullam significationis differentiam statuisse videntur. Sed tamen abstractum de pluribus coniunctis, concretum de singularibus potius militibus in vallo ad prohibendos oppidanos dispositis ut cogitemus, efficit. Cf. 1, 20 §. 6 *Dumnorigi custodes ponit.* Ib. 53, 5 *cum a custodibus in fuga trinis catenis vinctus traheretur.* 7, 55 §. 5 *interfectis Novioduni custodibus.* De utris vero cogitari scriptor voluerit, secundum codices diiudicari neque id, quod aliis locis, ut 4, 4 §. 4. 5, 58 §. 1. 7, 19 §. 2. 27 §. 1. 55 §. 9, intactum a librariis reiictum est, hoc loco temere ab iis mutatum existimari debet.

Cap. 79. §. 1 reliquique] „MSS. plurimi et Edd. pp." Pet. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Boug. A. Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Gu. *et que* inter versus a m. pr. adscripto Hamb. edd. ante Ald. Cl. *et reliqui* Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. ab. P. Man. St. Freil. Turr. Lips. In. Gr. Dav. Oud.

récit un air fabuleux. Une ville, qui peut recevoir à l'improviste 80 mille hommes, et qui a de quoi leur assurer la subsistance pendant un mois, doit contenir une grande population; on chasse les hommes, les femmes et les enfans, c'est — à dire, tout le monde, et cette multitude reste entre la ville et le camp des Romains. On annonce ce fait, et on ne parle plus de ce qui s'ensuit. Certes, si la population de Bordeaux, de Marseille, ou seulement même de Grenoble, se trouvait aujourd'hui obligée de mourir de faim, ou de se frayer un chemin à travers une contrevallation, je pense que l'historien de cet événement aurait quelque chose de plus à dire que „Caesar, hos, dispositis in vallo custodiis, recipi prohibebat." Qui quod inopinantibus Mandubiis et re frumentaria non provisa Vercingetorigem venisse Alesiam putat, rem in huius diligentia vix credibilem et scriptoris partim silentio, partim testimonio c. 71 §. 7 de magna pecoris a Mandubiis compulsa copia prodito contrariam ponit neque alio certiore fundamento magnam illam eiectorum multitudinem instruit, quam miraculi causa monstratam et subito e conspectu remotam indignatur.

Cap. 79. §. 1 ad Alesiam] Cf. adn. ad 1, 7 §. 1.

colle exteriore] abiuncto illo ab iis collibus, qui secundum c. 69 una parte excepta reliquis ex omnibus partibus oppidum quasi interiore cingulo ambiebant, quorum ratione habita hic *exterior* dictus planitiem interioribus collibus intermissam ab uno latere terminabat. Baumstarkius, cui Lippertus et Heldius assentiuntur, eum unum ex his ipsis fuisse et exteriorem vocari putat, quia extra munitiones Romanorum positus esset. Sed munitiones, ca-

gius mille passibus ab nostris munitionibus considunt. Postero die equitatu ex castris educto omnem eam planitiem, quam in longitudinem III. milia passuum patere demonstravimus, complent pedestresque copias 2

mille] *D* Aud. Ox. Ald. b. Lips. sqq. *quingentis* Ald. a. Gr. a. P. Man. Turr. et margo Frell. *millibus* Gu. *quam mille* S. et post verba *a nostris munitionibus* Vind. A. *mille* reliqui Oud. Samb. cod. Turr. Cend. cod. Ciacc. (hic ∞) Cu. Pet. Voss. A. Egm. Gott. Lbb. Pariss. sec. Achaintr. Boug. A. Par. A. Hav. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. CDEFI. edd. ante Ald. margo Gr. a. Vasc. St. Gr. b. (Frell.) ὀκτὼ στάδια Met. Atque huic numero propter codices utique pro vero habendo Guischardtus *Mém. crit.* 4, 168 etiam locorum adumbrationem, quam ipse secundum Cassinii tabulam exhibuit, cui similem Moebius suae editioni adiecit, ad amussim respondere dicit. Nimirum non difficile erat Romanorum munitiones ita delineare, ut aliquo loco mille passus a colle aliquo exteriori abessent. Sed ille collis, quem Caesar a Gallis occupatum dicit, qua in parte positus fuerit, incertum est, neque Guischardtus, qui eum ab oppido ad occidentem, a planitie ad meridiem versus collocavit, argumentum certius aut aliud, quam in planitie c. 69 §. 3 secutus videtur.

§. 2 III. milia passuum] Pro *III.* Oud. *IV.* in B. pr. Pet. Lov. Egm. Ox. et aliis 9 cum Samb. et Edd. pp. esse dicit, et *IV. M.* ex V. C. refert Samb. Sed in Boug. A. Pl. Egm. Fabr. Vind. I. edd. ante Ven. f. *quattuor* —, in Dr. A. Vrat. A. Hamb. Vind. BC. *quatuor* —, in Vind. E. *IIII*^{or} —, in Gott. Fabr. Dr. B. Vind. F. Gu. *IIII* —, in Vrat. C. Goth. B. $\overline{IIII}$ *p.*, in Pet. Fabr. Vind. D. *quatuor milium p* scriptum, in Pal. et Rom. a. *milia* omissum est. *tria m. p.* habent (Par. A.) Ven. f. Ald. a. Gr. ab. P. Man. St. Frell. Turr. *mil' pass. III* Hav. A. *mille passus tres* Vind. A. Numerum ternarium codicum c. 69 §. 3 et c. 70 §. 1 consensus, verborum dispositionem vulgatam optimorum h. i. auctoritas satis tueri videtur.

stra et castella, Romani etiam in illis habebant, et collem a Gallis occupatum non intra munitiones Romanorum fuisse lector docendus non erat.

ab nostris munitionibus] in planitie factis, quae c. 81 §. 1 et 83, 8 *campestres* dicuntur. Ad planitiem enim pertinuisse collem, in quo Galli consederant et castra posuerant, ex sequentibus intelligitur. Inter haec castra et exteriorum munitionum campestrium partem extremam mille passuum spatium interiectum erat.

§. 2 omnem eam planitiem — complent] scilicet non usque ad oppidum, inter quod et castra Gallorum munitiones illae erant, quas perrumpere eos oportuisset, sed usque ad contrariam et collis exterioris radicibus oppositam partem extremam planitiei, cuius longitudo si ita dicta est, ut ad c. 69 §. 3 statuimus, neque iterata eius significatio h. l. inutilis est, et recte ea planities, quae quantum patebat, equitatu complebatur, *omnis* compleri dicitur.

**paulum ab eo loco abditas in locis superioribus con-
3 stituunt. Erat ex oppido Alesia despectus in campum.
Concurrunt his auxiliis visis; fit gratulatio inter eos,
4 atque omnium animi ad laetitiam excitantur. Itaque
productis copiis ante oppidum considunt et proximam**

paulum] *paulo* Bong. A. Duk. *paululum* Haen. S. Leid. A. et *lu* inter versus super *lum* posito Vind. A. (Oud., ut solet, *paullum* scripsit et *ll* tribuit quattuor illis codicibus, quorum primus teste Pl. habet *l*.) Cf. adn. cr. ad c. 45 §. 5.

abditas] *additas* „MSS. septem“ Voss. A. Gott. Egm. „LD“ (an Lov. Torr?) Fabr. Par. A. Dr. AB. Vrat. AC et a m. pr. B. Goth. B. Gu. Pal. *adductas* Pet. Bong. C. *auditas* Vind. C. *editas* „frustra coniiciebat Vir Doctus, ad sui libri marginem.“ Eam Lipsii coniecturam fuisse litteris LC significat Fabr.

§. 3 Concurrunt] *c omnes* Pet. *contutundunt* Hamb. *concurritur* And. Ox. Cu. S. Hav. A. Vind. A. cum edd. excepta inc. et Ven. f. omnibus. Sic supra c. 4 §. 2 *cognito eius consilio ad arma concurritur*, et infra c. 84 §. 2 *quae minime visa pars firma est, huc concurritur.* quae exempla Oudendorpio sufficere ad condemnandum activum visa sunt. Etiam 2, 20 §. 1 *ad arma concurri* et ib. 33, 3 *eo concursum est* legimus, activo autem reliquis in locis (1, 48 §. 6. 3, 22 §. 4. 5, 39 §. 3. 55, 4. 6, 13 §. 4. 7, 3 §. 1. 24, 5. 38, 8. 43, 1.) subiecti significationem additam videmus. Hoc tamen loco sermonem esse de iis, qui Alesiae obsidebantur, facile intelligitur, et scriptorem de his cogitasse sequentia docent. Itaque *concurrunt* nihilo deterius iudicari et propter codices praeferri debet.

§. 4 proximam] „*proximam* B. pr. V. pr.“ Oud. „an *proxumam?*“ Nipp. Sed Pl. et Fabr. tacent. (*in pr.* Dr. A.)

paulum ab eo loco abditas] Oudendorpius commate, quod vulgo post *loco* ponebatur, recte sublato *abditas* minus recte seiunctas, abstractas interpretatur remota *occulti* significatione, quae reliquis in locis huic verbo, praesertim participio coniuncta est. Quidni ex eo loco Gallos, unde equitatum in planitiem eduxerant, peditatum vel partem peditatus eductam in locis superioribus sive consulto, ut Romanos fallerent, sive casu ita constituisse putemus, ut ex planitie et munitionibus Romanorum conspici non possent, ex Alesia vero, unde despectus esset in campum, possent conspici? De adverbio cf. adn. ad 4, 17 §. 3.

§. 3 omnium animi] Cf. adn. cr. ad 6, 41 §. 3.

§. 4 proximam fossam] Eam Guischardtus *Mém. milit.* 1, 302 et Berlinghierius *Examen* etc. p. 144 illam esse putant, quam Gallos castris suis praeductam habuisse c. 69 §. 5 demonstratum est. — At remotiores fossae, quas Caesar *proximam* dicens in animo habebat, haud dubie ab ipso factae erant, neque hanc, quam Gallis quo modo liberet, transire licitum esset, in eodem genere atque illas ponere potuit. Non magis eos, qui sub muro oppidi intra castra in parte collis ad orientem spectante versarentur, productis copiis ante oppidum consedisse dicere potuit.

fossam cratibus integunt atque aggere explent seque ad eruptionem atque omnes casus comparant. 80. Caesar omni exercitu ad utramque partem munitionum disposito, ut, si usus veniat, suum quisque locum teneat et noverit, equitatum ex castris educi et proelium committi iubet. Erat ex omnibus castris, quae summum undique iugum tenebant, despectus, atque omnium mi- 2

Cap. 80. §. 1 munitionum] *munitionem* Voss. A. Fabr. Vind. C. P. Man. *munitionis* Leid. A. Hav. A. Goth. B. Vind. AD. edd. ante Ven. f.

disposito] *disposita* Voss. A. a m. s. Fabr. Dr. B. *exposito* Vind. A.

si usus veniat] *si usu v.* Haen. *suis subveniat* Leid. A.

noverit, equitatum] *moveri eq. et* Samb. Leid. B. Dr. B. Vind. F. et, de quo cf. adn. cr. ad c. 72 §. 4. Goth. A.

educi] *educit* Hav. A. Vind. A.

§. 2 omnium militum intenti animi] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. sqq. o. *m. intentati a.* Carr. o. *m. i.* Lov. Heins. Lb. Fabr. Vind. E. *omnes milites i. a.* Lbb. Fabr. *omnes milites i. animis* Vasc. St. Gr. b.

Illae vero fossae, quas Galli c. 82 §. 3 explere dicuntur, quas Berlinghierius ab hac diversas statuebat, non impediunt, quo minus h. l. eam, quae c. 72 §. 1 descripta est, significatam putemus.

seque ad eruptionem atque omnes casus comparant] Cf. Terent. Eun. 1, 1 v. 2: *an potius ita me comparem, Non perpeti meretricum contumelias?* Afr. 14, 1: *simulque ad circumeundum comparare se coeperant.* quod ad huius loci exemplum factum, hoc autem loco *comparant* pro *parant*, quod Caesari usitatum est, numeri causa positum videtur. Cf. adn. cr. ad c. 71 §. 9.

Cap. 80. §. 1 ad utramque partem munitionum] Videntur alii ad oppidum, alii ad exteriorem hostem versus constituti, utrique vero in aggere ac vallo c. 72 §. 4 descripto suum quisque locum cepisse. Dispositio ipsa non tam ad proxime instantem pugnam, quippe quae equestris futura esset, quam ad eruptionem, quae ab interioribus parabatur, et ad irruptionem exterioris hostis spectabat.

si usus veniat] Cf. adn. cr. ad 4, 2 §. 3.

teneat et noverit] Non magis hoc ὕστερον πρότερον est, ut Moebius putat, quam illud, quod comparat, Ciceronis De leg. 1, 22 (§. 59): *quantaque* (homo) *instrumenta habeat ad obtinendam adipiscendamque sapientiam;* sed *noverit* additum est ad *tenendi* significationem, quod ad *locum* vulgo aliter adhiberi solet, definiendam. *Noscere locum*, cuius consequens est *nosse*, Livius ita dixit 22, 5 §. 3: *tantumque aberat, ut sua signa atque ordinem et locum nosceret miles, ut vix ad arma capienda aptandaque pugnae competeret animus.*

§. 2 ex omnibus castris] Cf. ad c. 69 §. 7 adscripta.

omnium militum] Si omnis exercitus ita, ut §. 1 demonstratum est, dispositus erat, ea tantum pars eius, quae locum in campestribus munitionibus cepe-

litum intenti animi pugnae proventum exspectabant.
3 Galli inter equites raros sagittarios expeditosque levis armaturae interiecerant, qui suis cedentibus auxilio succurrerent et nostrorum equitum impetus sustinerent: ab his conplures de inproviso vulnerati proelio
4 excedebant. Cum suos pugna superiores esse Galli confiderent et nostros multitudine premi viderent, ex omnibus partibus et ii, qui munitionibus continebantur, et

(Frell.) *omnes milites i.* R. N. Voss. Ci. plerique Oud. Confl. Pet. Voss. A. Egm. Gott. Fabr. Steph. cod. Turr. Bong. A. Pl. Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. (hic *intēpti*) Gu. Vind. BCDFI. edd. ante Ald. Usum scriptoris in adn. cr. ad 6, 41 §. 3 expositum respicienti et codicum hoc in libro indolem consideranti dubium esse vix potest, quin Aldina scriptura genuina et praetermissione primum, qualis in Lov. Lb. Vind. E. apparet, deinde emendatione rudi in optimo codice sit corrupta.

§. 3 conplures] Egm. Fabr. Bong. A. Pl. non *compl.* (*cum plures* Dr. A. *quam plures* Pet.)

inproviso] Egm. Par. A. (Bong. A.) Vrat. A. Vind. A. non *imp.*

§. 4 pugna] *pugnae* And. Leid. A. Par. B. Hav. A. Vind. A. Oud. 2. In Gott. Fabr. Dr. A. Vrat. B. Gu. Vind. B. *pugna* post *superiores* positum est. Ad commendandum genitivum pro ablativo positum adhibitae ab Oud. dictiones Virgilii Georg. 4, 491 *victusque animi*, Statii Silv. 5, 3 v. 109 *famaeque obscura iaceres*, Silii 11, 26 *veteresque doloris*, Velleii 1, 3 *acer belli iuvenis* et 2, 5 *disciplinae clarissimus*, Flori 3, 17 *aegrumque rerum temere motarum* vel a poëtis vel a scriptoribus recentioribus usurpatae de Caesare fidem facere non possunt, et tamen in nulla earum comparativo coniunctus est genitivus. Neque *dubius animi*, quod ex Alex. c. 56 affert, aut *furandi melior* apud Tacitum Ann. 3, 74, *fati melior* apud Silium 5, 333, *melior dextrae* ib. 7, 619, *aevi floridior* ib. 12, 482, et quae his similia proposuit Ruddimannus Inst. 2, 76, aut certam eandemque omnia rationem aut ullam ad hunc Caesaris locum constituendum auctoritatem habent. Cf. 5, 26 §. 3: *cum — nostri — equestri proelio superiores fuissent.* ib. c. 34 §. 2: *erant et virtute et numero pugnando pares nostri.*

ii] *hii* Gott. Egm. Fabr. Vrat. ABC. Hamb. *hi* Pet. Voss. A.

rat, prospicere in planitiem poterat: qui ex castris eodem despectum haberent, nulli esse poterant, nisi qui necessario praesidio in iis relicti essent; quos, si omnis exercitus extra castra versabatur, admodum paucos fuisse, neque eorum causa mentionem castrorum despectum habentium factam esse consentaneum est. Ut igitur recte *omnium militum* intenti animi pugnae proventum exspectare dicantur, maximam exercitus partem in castra reductam statuere, castra ipsa autem iis locis posita existimare debemus, ut ex omnibus despici in planitiem posset.

§. 3 sagittarios expeditosque levis armaturae] qui secundum c. 18 §. 1 inter equites proeliari consueverant.

ii, qui ad auxilium convenerant, clamore et ululatu suo-
rum animos confirmabant. Quod in conspectu omnium 5
res gerebatur, neque recte ac turpiter factum celari
poterat, utrosque et laudis cupiditas et timor ignomi-
niae ad virtutem excitabat. Cum a meridie prope ad 6

Lov. Fabr. Haen. Dr. B. Goth. A. Vind. ACFI. Ven. cde. om. Vind. D.

ii] *hii* Vrat. ABC. Hamb. *hi* Lov. Fabr. Par. A. Haen. Dr. B. Goth. A. Vind. ABFI. Ven. cde. om. Vind. C.

convenerant] *venerant* Hamb. *convenerunt* Par. A. idque tacite recepit Dübnerus.

§. 5 recte] *recti* Voss. AC. Gott. Par. A. Vrat. B. Hamb. Gu. *regi* Ber. *tegi* Egm. Duk. Bong. C. Vrat. A. Goth. A. Vind. CI. Ven. 1471 sec. Elb. Ven. f.

ac] „est e B. pr. V. pr. L. pr. Lov. Egm. et aliis et Edd. pp. vulgo *aut*.“ om. Vind. I. *aut* Hav. A. Gott. Wh. Haen. Vrat. B. inc. sec. Elb. Ald. et sqq. usque ad Oud. qui non nisi codicum causa *ac* praetulisse et significationem utriusque particulae h. l. eandem statuisse videtur. Whittius vero, qui *aut* restituit, quod etiam in Gott., de quo Oud. et Fabr. tacent, legatur, non nihil codicibus, sed plus tribuisse videtur usui, cui post negationem convenit *aut*, quod praeterea saepe a librariis perperam in *ac* mutatum esse constat. Tamen et Hirtius 8 praef. §. 8 *atque* similiter dixit: *mihi ne illud quidem accidit, ut Alexandrino atque Africano bello interessem.* et Caesarem 3, 14 §. 3 insolentius *neque satis Bruto vel tribunis militum constabat* posuisse vidimus. Atque h. l. si scripsit *ac*, recte facti et turpiter facti rationem eandem fuisse, ut illud pariter atque hoc celari non posset, significasse videtur; quam particulae vim in affirmatione notavit Haudius Turs. 1, 462, 4, similem illam Graecae *καί*, de qua in adnotationibus ad Platonis Civitatem Vol. 1 p. 304 dixi.

factum] „*actum* Lov. *quidquid* Egm. deest MSS. 9. et Edd. pp. uti et *poterat* in MSS. 7.“ *actum*, idque ante *ac turpiter*, . . . Fabr. *aut* Vind. I. om. Voss. A. Egm. Gott. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Haen. Bong. C. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Vind. CDEF. edd. ante Ald.

poterat] *quicquid p.* Egm. Fabr. Vrat. A. om. Voss. A. Gott. Fabr. Haen. Bong. A. Pl. Par. A. Dr. AB. Vrat. C et a m. pr. B. Goth. B. Gu. Vind. BEFI. Ex eo, quod in Par. A. *factum* et *poterat* omissa sunt, Dübnerus non valde dubiam huius loci scripturam, sed de codicum bonitate aliter iudicandum esse, quam ipse indicavit, colligere debebat.

excitabat] Bong. A. Pl. Hav. A. Vind. A. Goth. A. Ven. f. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. In. Gr. Dav. Cl. *incitabat* Voss. B. *excitabant* „MSS. plerique et Edd. Vett.“ Voss. A a m. pr. Egm. Gott. (Par. A.) Bong. C. Pal. Gu. Vind. F. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. edd. ante Ven. f. St. Gr. b. Frell. Oud. Cf. c. 23 §. 5: *quod et ab incendio lapis et ab ariete materia de-*

§. 4 clamore et ululatu] Cf. adn. ad 5, 37 §. 3.

§. 6 Cum a meridie] De asyndeto v. adn. cr. ad 5, 33 §. 3.

solis occasum dubia victoria pugnaretur, Germani una in parte confertis turmis in hostes impetum fecerunt
7 eosque propulerunt; quibus in fugam coniectis sagit-
8 tarii circumventi interfectique sunt. Item ex reliquis partibus nostri cedentes usque ad castra insecuti sui col-
9 ligendi facultatem non dederunt. At ii, qui ab Alesia processerant, maesti prope victoria desperata se in oppidum receperunt. 81. Uno die intermisso Galli atque hoc spatio magno cratium, scalarum, harpagonum numero effecto media nocte silentio ex castris egressi
2 ad campestres munitiones accedunt. Subito clamore sublato, qua significatione qui in oppido obsidebantur, de suo adventu cognoscere possent, crates proiicere, fundis, sagittis, lapidibus nostros de vallo proturbare.

fendit. 2, 26 §. 5: *quantoque in periculo et castra et legiones et imperator versaretur.* qui locus singularem magis placuisse scriptori demonstrat. Eodem usus est Hirtius Alex. 7, 3: *cum vero uno tempore et natio eorum et natura cognoscatur.* Pluralem vero, quem Caesar 5, 27 §. 2 posuit, *quodque ei et filius et fratris filius ab Caesare remissi essent*, propter sequentia *quos Aduatuci obsidum numero missos apud se in servitute et catenis tenuissent posuit.*

§. 9 maesti] Par. A. P. Man. Ald. b. Lips. In. *mesti* Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Vulgo *moesti.* Cf. Vossii Etym. p. 303. Cellarii Orthogr. ed. Harl. 1, 281. Schneideri Gramm. 1, 54 not. et 56. Varro De l. L. 6, 50 verbum *a marcere* dictum dicens, *quod etiam corpus marcesceret*, etiamsi in notatione falsus sit, tamen scripturae illa aetate receptae testis idoneus est.

Cap. 81. §. 1 harpagonum] Voss. A. Fabr. (Hav. A. Gott. Wh. Haen. Vind. CD. Gu. Confl.) Med. a. sqq. *harpagoum* Rom. a. *arpagorum* Hamb. *arpagonum* „MSS. fere o.“ Pet. Egm. Gott. Lov. Bong. A. Par. A. Dr. B. et corr. A. (*ac pag.* ante corr.) Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. ABEFI. Civ. 1, 57 §. 2 et Hisp. 16, 2 vulgatam scripturam tacite ab Oud. servatam ex meis Vind. A. et priori loco Goth. A. tuentur: Plaut. Trin. 2, 1. v. 13, Liv. 30, 10 §. 16, Curt. 4, 2 §. 12, Plin. N. h. 7, 56 extr. (Vol. 2 p. 66 Sill.) codices de aspirata dubitare non sinunt.

§. 2 proturbare] V. C. Vrs. Brant. Bong. A. Voss. A. Egm. Leid. B. Par. A. Hav. A. Vind. A. *perturbare* Leid. A. (hic adscripto cum punctis *ceperunt*) Pet. Lov. „sex alii“ Gott. Bong. C. Pal. Haen. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. F. Rom. a. Med. a. Ven. bf. Ber. *derturbare* Ven. c. *deturbare* And. Ox. Cu. S. Ven. de. Ald. sqq. Sic 5, 43 §. 7: *tum ex*

turmis] Cf. adn. ad 4, 33 §. 1.

§. 8 sui colligendi] Cf. adn. ad 3, 6. §. 1.

Cap. 81. §. 1 Galli] De collocatione nominis cf. adn. ad c. 17 §. 1.

§. 2 crates proiicere] Hinc apparet exteriorum munitionum, quas c. 74 §. 1 interioribus pares atque eiusdem generis fuisse dictum est, ordinem tamen alium

reliquaque, quae ad oppugnationem pertinent, parant

omni parte lapidibus coniectis deturbati, turrisque succensa est. et, quos Oud. adhibuit locos, c. 86 §. 5: *multitudine telorum ex turribus propugnantes deturbant.* Civ. 3, 21 §. 1: *eum de tribunali deturbavit.* Ib. c. 67 §. 4: *Pompeianos ex vallo deturbavit.* Afric. 39, 2: *ad proximum collem propere occurrerent praesidiumque inde deturbarent.* Sed 2, 19 §. 6 de equitibus suis verba faciens Caesar *his facile pulsis ac proturbatis* scripsit, et h. l. conatum Gallorum, qui sibi Romanos non solum de vallo deiecturi, sed etiam perturbatos propulsuri viderentur, eodem verbo significare potuit.

reliquaque, quae] *reliqua quaeque* Lov. Fabr. Par. A. Vind. C. *reliqua queque* Vrat. ABC. Goth. B. *reliqua quae* Dr. B. Hamb. Vind. E. *relique quaeque* Haeu. *reliqui quoque quae* Vind. A.

parant] *parent* „Buslid." Lbb. Fabr. *parat* Hamb. *pararent* Leid. A. *pariter* Ox. om. Ald. ab. Gr. a. P. Mau. Turr. Lips. sqq. Oudendorpius, ut *parant* ex interpolatione accessisse existimaret, praeter codicum discrepantiam, quae tanti non erat, maxime hoc movebatur, quod illud non posse ad praecedentia referri putaret. „Non enim parant Romanos deturbare, sed deturbant." Atque hunc (*deturbare*) et *proiicere* infinitivos absolute seu elliptice dictos statuenti solum *administrare* magis placere debebat. Nam infinitivo historico verbum finitum coniungere ut belli Africi scriptor, de quo ad eius c. 25 §. 5 monuit Oudendorpius, Caesar non solet, neque si h. l. coniungere voluisset, *parant administrare*, sed aut *parant* aut *administrant*, quod ipsum Haeu. post *parant* puncto interposito exhibet, scripsisset. *Crates* autem *proiicere* scribentem rem fieri coeptam potius, quam quae pararetur, in animo habuisse a vero non abhorret; ac fundis quoque et sagittis et lapidibus deturbari iam tum a Gallis ii, qui in munitionibus excubabant, dici non minus poterant, quam reliqua, quae ad oppugnationem pertinerent, administrari, scalae ad ascendendum vallum, harpagones ad detrahendam loricam pinnasque expediri et adhiberi. Sed eadem omnia etiam *parari* dici poterant, et Romani postea demum ad munitiones accedere dicuntur, et custodias eorum primo statim impetu Gallorum de vallo esse deturbatas, ut c. 86 §. 5 ex turribus propugnantes multitudine telorum deturbati sunt, minus verisimile videtur. Quare coepta harum rerum descriptio recte paulum mutari et ita absolvi potuit, ut *parant* verbum, etsi proxime coniunctum infinitivo *administrare*, quemadmodum c. 71 §. 9, simul ad *proturbare* et ad *proiicere* referretur; idque factum esse codicibus credendum atque hoc exemplum ex numero eorum, quae in adn. cr. ad 3, 21 §. 1 significata sunt, et fossas, quae in his secundum c. 72 §. 3 proximae vallo erant, in illis longius ab eo, quam illa et stimulos remotas fuisse. Ad haec enim Galli c. 82 §. 1 postmodo venisse, hic vero crates primum vel proiicere parasse vel proiecisse dicuntur, quae nisi ad fossas integendas nullum praebere usum potuerunt. Fossae ipsae cipporum loco, quorum etiam nulla deinde mentio fit, fuisse, certe ab ramis eminentes truncoa, si cratibus integi potuerunt, non habuisse videntur.

3 **administrare. Eodem tempore clamore exaudito dat tuba signum suis Vercingetorix atque ex oppido edu-**
4 **cit. Nostri ut superioribus diebus suus cuique erat locus attributus, ad munitiones accedunt, fundis libri-**

eximendum, addenda vero eodem duo sunt ab Oud. ad h. l. monstrata, Civ. 3, 12 §. 2 (*negare*) et ib. 17 §. 5 (*recipere*).

§. 4 ut] om. Vind. B. inter versus habet Dr. A. *sicut* Dr. B. Goth. A. Metaphrastes *ut — attributus* vertere omisit.

suus] And. Ox. Cn. S. Leid. A. Egm. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. *sicut* R. *ut* N. Bong. A. Voss. A. Pet. „6 alii" Gott. Par. A. Bong. C. Haen. Dr. AB. Vrat. AB. Goth. A. Gu. Vind. BCFI. inc. om. Lov. Heins. Fabr. Pal. Vrat. C. Goth. B. Hamb. edd. ante Ald. Secundum optimum codicem Romani et superioribus diebus ita, ut cuique locus attributus erat, ad munitiones accessisse et hac nocte idem fecisse superiorumque dierum consuetudinem servasse dicuntur; quorum neutrum ferri potest. Superioribus enim diebus, ut ex c. 80 §. 1 intelligitur, suus cuique locus nondum attributus et notus fuerat, sed id ipsum agebatur, ut suum quisque teneret et nosset, si usus veniret, neque haec nocturna ob subitos hostium impetus facta ad munitiones accessio cum illa superiorum dierum consuetudine locum in iis capiendi comparari debebat. Itaque *ut* errore iteratum et pronominis forte omissi loco positum videtur.

cuique] *cuiusque* S. *unicuique* Dorv. et Lov. et reliqui, qui *suus* omittunt.

erat locus] Bong. A. Pl. Par. A. Hav. A. Haen. Dr. B. Vrat. C. Goth. AB. Hamb. Vind. C. edd. ante Gr. *l. e.* Gott. sec. Elb. et Wh. Dr. A. Vrat. AB. Gu. Vind. A. inc. Gr. sqq. tacente Oud. et Fabr.

attributus] *definitus* And. Ox. Dav. Cl. Oud. ut auctoritate codicis Andini scribi iusserat Gronovius ad Liv. 35, 7 §. 3.

librilibus] *librilibusque* Vind. A. Hamb. *libralibus* Ald. ab. Gr. ab. P. Man. St. Frell. Turr. Lips. *librilibus* inc. sec. Elb. om. Cn. Hav. A. fortasse quod in archetypo scriptum esset idem, quod in Vind. A.

§. 3 educit] De praetermissione obiecti cf. adn. ad 5, 17 §. 3.

§. 4 superioribus diebus] proximis duobus, ut videtur, quorum unus c. 80 §. 1, alter huius cap. verbis primis significatus est. Ceterum cf. ad 4, 35 §. 1 adscripta.

librilibus] Primum tenendum est hoc nomen secundum auctoritatem et analogiam pro substantivo haberi oportere. Ex Festo Paulus ed. Müll. p. 116: *Librile scapus librae. Librilla* (ita legendum esse quod in codd. scriptum est *librilla*, viri docti inde a Ciacconio consentiunt) *appellantur instrumenta bellica, saxa scilicet ad brachii crassitudinem in modum flagellorum loris revincta.* Gellius 20, 1 ed. Conr. p. 497 (§. 34): (*ut talionem*) *in librili perpenderent.* Glossarium Labbei: *Librile*, *ῥοπή*. Ut igitur *hastile* ab *hasta* et *cubile* a *cubando*, ita a *libra* ducitur *librile*, a *librando* autem plurale hoc *librilia*. De significatione vero ita statuendum videtur, neque sola saxa sive tela neque sola instrumenta, quibus illa mitte-

libus sudibusque, quas in opere disposuerant, ac glandibus Gallos proterrent. Prospectu tenebris adempto 5
multa utrinque vulnera accipiuntur, conplura tormentis tela coniiciuntur. At Marcus Antonius et Gaius Tre- 6
bonius, legati, quibus hae partes ad defendendum ob-

ac glandibus Gallos] „*ac* deest MSS. 9. et Edd. pp. leguntque *Gallos gl. grandibus* Ed. V. M.“ *et G. gl.* Dr. B. Vind. F. *et gl. G.* Ven. f. *G. grandibus* Rom. a. Med. a. Ven. bcde. *G. gl.* Voss. A. Egm. Gott. Bong. A. Par. A. Haen. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Vind. CDEF. Ber. *gl. G.* Hamb. et, quibus certe *ac* deest, Pet. Pal. Conf. Vind. B. Lectionem ab Aldo vulgatam tuentur Hav. A. et Vind. A. in eaque acquiescendum videtur, quamquam alterum *ac* particulae ante *g* positae exemplum, ut ad 1, 44 §. 4 dictum est, apud Caesarem non exstat. Sed ex Cic. Fam. 12, 7 *dignitati ac gloriae* attulit Handius Turs. 1, 458.

proterrent] V. C. Vrs. Bong. A. Voss. ABC. Egm. Gott. Dorv. Lov. Palm. Pal. Pariss. sec. Achaintr. Par. A. Hav. A. Dr. A. Vrat. AC. Goth. B. Vind. AE. *proterunt* Pet. Conf. ‡*terrent* (*propert.* vel *perprot.*) Hamb. *perterrerent* Vind. I. *perterrent* (reliqui Oud. Bong. C. Gu.) Haen. Dr. B. Vrat. C. Goth. A. Id cum ceteris editionibus tenuit Oud., quod e seqq. pateat Gallos non recessisse hoc terrore, quae vis sit verbi *proterrere*, et non modo tenuisse locum, sed et magis adpropinquasse, et sub lucem demum se ad suos recepisse. Verum non de universis h. l. Gallis, sed de prioribus et iis, in quos tela ex vallo missa incidissent, cogitandum est, quos sequentia non impediunt quo minus territos etiam pedem retulisse credamus. Magnum vero aut repentinum illum terrorem fuisse, qualem *perterrere* verbum significare solet, nihil est quod credere nos cogat. Ceterum cf. adn. cr. ad 5, 58 §. 4.

§. 5 adempto] *adempto* Oud.

conplura] Egm. Fabr. Bong. A. Pi. Par. A. non *comp.* (*cumplura* Vind. A. *cum plura* ante corr. Dr. A.)

§. 6 At] om. Hav. A. Vind. A.

hae] Voss. A. Egm. Lbb. Fabr. Bong. A. Pi. Par. A. Haen. Dr. A. Vrat. A. Goth. A. Vind. ABF. Ven. cdef. St. Gr. b. Frell. *hee* Gott. Fabr. Vrat. BC. Hamb. *hec* Dr. B. *eae* Goth. B. (Hav. A. Gott. Wh. Gu. Pet. et Pal. Conf.) edd. rell. *eas* Leid. A. om. Dorv. Bong. C. Vind. CF.

rentur, sed utraque coniuncta proprie dicta esse *librilia*, instrumenta autem fundis similia proprium hoc habuisse, quod complura simul saxa excuterent.

sudibusque] Cf. adn. ad 5, 18 §. 3.

§. 5. tormentis] maioribus, quam quibus sudes coniiciebantur. Pertinere autem hoc pariter atque id, quod de multitudine vulnerum quamvis utrinque acceptorum dictum est, ad significandam difficultatem videtur, qua Romani premerentur, ut omnibus machinis pugnandum iis esset. Itaque minore post *accipiuntur* interpunctione utendum. De tormentis cf. adn. ad c. 41 §. 3.

§. 6 At] Hoc indicatae in superioribus difficultati allatam sublevationem demonstrat.

venerant, qua ex parte nostros premi intellexerant, iis auxilio ex ulterioribus castellis deductos summittebant. 82. Dum longius ab munitione aberant Galli, plus multitudine telorum proficiebant; posteaquam propius successerunt, aut se ipsi stimulis inopinantes induebant, aut in scrobes delati transfodiebantur, aut ex vallo

iis] *hiis* Vrat. BC. Hamb. *his* Pet. Voss. A. Egm. Gott. Fabr. Par. A. Hav. A. Haen. Dr. AB. Vrat. A. Gu. Vind. ABCFI. Ven. cdef. St. Gr. b. Freil. In Vind. E. *iis* — *summittebant* omissa sunt.

summittebaut] Bong. A. Pl. Par. A. Vrat. AB. Vind. B. Rom. a. Med. a. Ven. bcf. Ber. Ald. a. Gr. ab. St. Freil. Turr. uon *subm.* (*summi tenebant* Vind. A. *sumitt.* Goth. B. *summiteb.* Ven. bc. Ald. a. *sumiteb.* Ven. de.)

Cap. 82. §. 1 posteaquam] Cf. adn. cr. ad 5, 3. §. 5.

ipsi] Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. om. codices decem Oud. Carr. cod. Turr. Pet. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Lbb. Fabr. Confl. Boug. A. Pl. Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gn. Vind. BCDEFI. edd. ante Ald. Cf. c. 73 §. 4: *quo qui intraverant, se ipsi acutissimis vallis induebant.* quo qnidem loco nemo non aegrius, quam hoc, *ipsi* desideraret. Ac potest prouomen ex illo iu hunc interpolatione illatum videri, siquidem huius quoque generis additamenta in illis libris reperiuntur. Tamen ineptum ne hic quidem videtur. Actionis enim paulo plus impertit his, qui se stimulis induebaut, quae a secundis tertiisque prorsus remota est, ad eamque quadrat quod *inopinantes* induere se dicuntur. Temere praetermissa autem ab optimi codicis scriba hac in parte haud pauca deprehendimus. Itaque *ipsi* cum dubitatione tenendum tamen putavi.

delati] *delapsi* Aud. Ox. Cu. S. Leid. A. Par. B. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. Id Oudendorpius partim quinque codicum, partim Metaphrastae, qui *καταπεσόντες* posuit, auctoritate teuens *delati*, quod in reliquis exaretur, suas habere veneres concedit eademque significatione in improviso progressis aliquo et delapsis dictum a Curtio

ulterioribus] quae non ad ipsorum, sed ad aliorum legatorum castra pertinerent. Cf. adn. ad c. 69 §. 7.

Cap. 82 §. 1 proficiebaut] Cf. adn. cr. ad 4, 19 §. 4. Hoc autem loco *plus proficere* idem est, quod c. 80 §. 4 *pugna superiores esse.*

aut ex vallo — iuteribant] Qui fieri potuerit, ut cipporum h. l. mentio nulla iniecta sit, in adn. ad c. 81 §. 2 ostendi. Ac re vera cippos, quales c. 73 descripti sunt, in his exterioribus munitionibus fuisse nullos verisimilius est, quam eos, qui ibi essent, aut scrobium nomine, quemadmodum Berlinghierius *Examen* p. 94 statuit, comprehensos aut, quod magis placere alicui possit, propterea non commemoratos esse, quod Galli inter stimulos et scrobes ab his incolumes versati ad cippos tamen non pervenissent, sed prius ex vallo ac turribus traiecti pilis muralibus interissent. Haec enim pila, si manu conilciebantur, id quod ipso nomine verisimile fit et

ac turribus traiecti pilis muralibus interibant. Multis 2 undique vulneribus acceptis, nulla munitione perrupta, cum lux adpeteret, veriti, ne ab latere aperto ex superioribus castris eruptione circumvenirentur, se ad suos receperunt. At interiores, dum ea, quae a Ver- 3 cingetorige ad eruptionem praeparata erant, proferunt, priores fossas explent, diutius in his rebus administran- 4

demonstrat 5, 4 §. 18: *praeter invias rupes — nix cumulata vento ingredientes fatigabat; quippe velut in foveas delati hauriebantur.* Neque vero Caesaris usua discrepat. Cf. 6, 42 §. 3: *maxime admirandum videbatur quod Germani ad castra Germanorum delati optatissimum Ambiorigi beneficium obtulerant.* Ceterum in Bong. A. Pi. scriptum est *deluti*, quod adhibita licentia Aldinae scripturae occasionem dare potuit.

ac] „Sic MSS. vetustiores al. *et* vel *aut.*“ *et* Bong. A. Pl. edd. ante Oud. exceptis St. Freil. et, quae om., Ald. b. *aut* Haen. *a* Hamb. et a m. pr. Goth. A.

§. 2 adpeteret] Voss. A. Egm. (Bong. A.) Par. A. Vrat. A. non *app.* (*appareret* Carr. Leid. AB. Duk. Dorv. „et alii“ Haen. Dr. B. Vrat. C et a m. a. B. Goth. B. Hamb. Vind. C. edd. ante Lips. exc. inc. sec. Elb. et St.)

§. 3 At interiores] om. Vind. A. *ac* i. Duk. Voss. B. Goth. A. Vind. CI.

a Vercingetorige] *ad Vercingegorem* Hamb.

praeparata erant] *sperata erant* Goth. A. *praeparabantur* Ven. e. *praeparaverant* Bong. A. Leid. ABC. Voss. AC. Egm. Gott. Lov. Duk. Dorv. Confl. Parisienses sec. Achaintr. Par. A. Hav. A. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. ABCDEI. Rom. a. inc. Med. a. Ven. bcd. Ber. Mirum id Oudendorpio et an *a Vercingetorige* notet *a parte eius*, *ubi is erat*, ut in dictionibus *ab labris* 6, 18, *ab ramis* 7, 73, *a porta* 2, 24, *a populo R.* 5, 54, *ab utrisque ducibus* Afr. 29 §. 1, dubium est visum. Sed a qua parte aut in quo loco *interiores* aliquid praeparassent, demonstrare supervacaneum, ea vero, quae haud dubie iussu Vercingetorigis facta essent, *ab eius parte* facta dicere ineptum erat. Neque lenius aut melius menda corrigi posse videtur, quam in c. 81 §. 4 et 5 dictis nec non iis, quae 5, 40 §. 6 leguntur (alia exempla desunt) convenit, non facile tam longe adigi et cipporum ramis protectos attingere et traiicere poterant; neque tam mirum casum scriptor minus memoria dignum existimaturus fuisset, quam illum, de quo c. 25 multa verba fecit.

§. 2 ex superioribus castris] non unis et certis quibusdam, sed aliquibus vel pluribus vel omnibus. Omnia enim, ut c. 80 §. 2 demonstratum est, superioribus locis posita erant, et ex omnibus ii, qui campestres munitiones oppugnabant, ab latere aperto sive dextro sive sinistro sive utroque eruptione poterant circumveniri.

§. 3 priores fossas explent] *Priores* nominativum esse primus, quod sciam, docuit L. Schmitz., editor Edinburgensis a. 1847, cuius adnotationem Spencerus hanc refert: a nominative,

dis morati prius suos discessisse cognoverunt, quam munitionibus adpropinquarent. Ita re infecta in oppidum reverterunt. 83. Bis magno cum detrimento repulsi Galli quid agant, consulunt: locorum peritos adhibent: ex his superiorum castrorum situs munitiones-

codicibus Voss. B. Dr. B. Vind. F. Haen. et in archetypo Gothani A. et in ed. Ven. f. et sqq. correcta est.

§. 4 his] Boug. A. Pl. Par. A. Hav. A. Gott. Wh. Haen. Dr. AB. Goth. A. Hamb. Gu. Vind. ABCI. edd. ante P. Man. Turr. *hiis* Vrat. ABC. *iis* Goth. B. P. Man. Ald. b. sqq.

adpropinquarent] Voss. A. Egm. (Boug. A.) Par. A. Vrat. A. non *appr*.

Cap. 83. §. 1 ex his] *ab his* Aud. Ox. Cn. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. *Cognoscere* verbum Caesar in personis significandis promiscue cum *ex* atque *a* praepositionibus construxisse videtur. Cf. 2, 17 §. 2: *ut postea ex captivis cognitum est.* item 5, 9 §. 1. 48 §. 2. 52 §. 4. 6, 39 §. 4. 7, 18 §. 1. 72 §. 1. 4, 23 §. 5: *quae ex Voluseno cognosset*, 5, 6 §. 2: *id factum ex suis hospitibus Caesar cognoverat.* et 2, 5 §. 4: *neque iam longe abesse* (omnes Belgarum copias) *ab his, quos miserat, exploratoribus et ab Remis cognovit.* 4, 19 §. 1: *haec ab iis cognovit.* item 5, 21 §. 2. 45 §. 4. 7, 38 §. 3. 58 §. 6. Civ. 3, 18 §. 5. 5, 18 §. 4: *his rebus cognitis a captivis perfugisque.* 57 §. 2: *a Cingetorige atque eius propinquis oratione Induciomari cognita.* Itaque h. l. *ab his*, quod in parte

before which *et* must be supplied. *Et*, quo Clarkius et Hansius non sine ratione desiderabant, Schmitzius supplere non debebat: *priores* accusativum esse recte negavit. Quod qui statuunt, ii primum res diversas quasi eiusdem generis sint, simul ab eisdem administratas faciunt, deinde aut comparativo cum Sincero et Hausio significationem tribuere superlativi, aut trium, quas Caesar duxerat, fossarum unam tollere et cum Hotomanno in c. 72 §. 3 haerere simulque *priores fossas* interpretari prioris fossae partes, aut hostes eosdem, qui paulo post appropinquasse munitionibus negantur, valde eis propinquos factos et spatium illud pedum quadringentorum, quod inter fossam primam et secundam interiectum et stimulis, liliis, cippis consitum erat, transgressos sumere coguntur. Si vero nominativus est, interiores sive obsessi in duas partes dividuntur, alii praeparata proferre, alii iique *priores* et illos antegressi fossas explere dicuntur. Cf. 2, 11 §. 4: *cum ab extremo agmine ad quos ventum erat, consisterent* —, *priores*, *quod abesse a periculo viderentur* —, — *omnes in fuga sibi praesidium ponerent.* *Fossas* autem iam non cum ceteris interpretibus unius eiusque primae seu proximae partes duriter et obscure dictas scriptori imputabimus, sed omnes, quotquot erant, explendi negotium his, qui antecesserant, mandatum ab iisque administrari coeptum intelligemus. Cuius operae initium cum necessario ut c. 79 §. 4 in prima esset factum, ipsorum tarditate et auxiliorum discessu ad finem perduci non potuit.

que cognoscunt. Erat a septentrionibus collis, quem 2
propter magnitudinem circuitus opere circumplecti non
potuerant nostri, necessarioque paene iniquo loco et

codicum legitur, verum esse potest: *ex his*, quod ceteri praeeunte Bong. A. (*hiis* Vrat. BC. Hamb. *iis* Pet. Fabr.) et edd. ante Ald. exhibent, pro vero haberi debet.

§. 2 quem propter] *q. quia p.* Vrat. B. (hic *quia* inter versus a m. s. adiecto) et edd. ante Ond. Hoc iis, qui in sequentibus legunt *necessario*, commendamus. *Quem quia* etiam Hirtius 8, 23 §. 4 scripsit, *quia* Caesar Civ. 3, 30 §. 4, scriptor B. Afr. bis posuit, 71, 3 et 72, 1. Et post *quem* excidere illud potuisse quis negabit?

opere] om. Pal. Goth. B.

circumplecti] *circumpleti* Boug. A. Pi. Hamb. Ber. *circumpleri* Haen. *complecti* Leid. A.

potuerant] *potuerunt* Lov. Heins. Fabr. Dr. B. Vrat. C. Goth. AB. Hamb. Vind. I. edd. ante Ald. et quattuor MSS. Oud. qui perperam iis *potuerant* tribuit. *poterant* Leid. AB. Haen. Hav. A. Vind. A. inc. sec. Elb. Gr. b. Freil.

necessarioque] And. Ox. S. Leid. A. Hav. A. sec. Elb. Vind. A. Oud. *necessario* reliqui codd. et edd. ante Oud. Cf. adn. cr. ad c. 43 §. 5 et Civ. 1, 48 §. 3: *castra cum essent — inter flumina duo, — neutrum horum transiri poterat, necessarioque omnes his angustiis continebantur.*

iniquo] *in quo* ante corr. Dr. A.

loco] om. cod. Turr. Haen.

Cap. 83. §. 2 a septentrionibus] De praepositione cf. adn. ad 1, 1 §. 4.

opere circumplecti] i. e. vallo fossaque circumdare, quae usitata castrorum munitio erat, qua ne illa quidem castra carebant; sed cum reliquorum in collibus positorum munitiones simul collium, in quibus posita erant, superiores partes circumplecterentur, ut nulla ex parte desuper impetus in ea fieri posset, horum castrorum munitiones tanto collis circuitu undique circumduci atque ipsa superiori collis parti exaequari non potuerant. Plerique *opere* ad exteriores munitiones referunt c. 74 significatas, ut Siucerus, qui vertit in die Circumvallation mit einschließen, Guischardius Mém. crit. 4, 171: *une colline, qu'on n'avoit pas renfermée dans les lignes à cause de sa vaste étendue*, Berlinghierius Examen p. 151: *une colline qui n'avait pû être environnée par la ligne de circonvallation, à cause de l'immensité du circuit qu'il aurait fallu parcourir pour l'y comprendre*, Heldius: *Dieser nördlich gelegene Berg war von zu weitem Umfange, als dass die Römer ihre Verschanzungslinie um denselben hätten herumziehen können*: quae interpretatio cum ob ea, quae supra c. 69 §. 7 de situ castrorum et 74, 1 de munitionum ratione dicta sunt, tum ideo improbanda est, quod, si hunc collem unum circumvallatum esse negantem scriptorem de exterioribus munitionibus cogitasse statuimus, reliquos colles, in quibus castra erant, illis munitionibus cinctos statuere debemus; quo sumpto nec ratio mensurae

8 **leniter declivi castra fecerant. Haec C. Antistius Reginus et C. Caninius Rebilus, legati, cum duabus legio-**

leniter] *leviter* „MSS. Urs. (V. C. Not.) Brant. et 11 mei cum Edd. quibusd.“ Voss. A. Egm. Lov. Confl. Bong. A. Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. Cl. inc. sec. Eib. St. Gr. b. Cf. 2, 8 §. 2. 29 §. 2. 7, 19 §. 1.

fecerant] And. Ox. S. Leid. A. Hav. A. Oud. *fecere* Haen. *fecerunt* reliqui codd. In iisque Vind. A. (*fecer̃* Bong. A. Pi.) et edd. ante Oud. Has Nipperdeius ut in *necessario* secutus in *quia* tamen deseruit et integram optimi codicis scripturam sic interpunctam exhibuit: *collis*, *quem propter — nostri: necessario paene — fecerunt*. Quae si ita intelligenda sunt, ut interpretes eius Seyffertus et Kranerus ipso tacente demonstrant, hanc necessitatem Romanis eo impositam esse, quod collem illum opere circumplecti non potuissent, idque asyndeto significari, primum non apparet, cur in colle quamvis magni circuitus iniquo loco poni castra necesse fuerit; quod ipsum facit, ut *quia* inter *quem* et *propter* insertum probari nequeat; deinde temporis mutatio, cuius vim recte declarat Kranerus *fecerunt* enuntiationi absolutae magis convenire docens (für die selbstständige Fassung des Satzes ist auch das Perf. *fecerunt* angemessener, als *fecerant*) in re, quae minime per se constaret, sed aliunde penderet, inepta, et hac ex parte editionum ante Oud. scriptura probabilior est hac, quae *quia* coniunctione caret. Neque vero alius sensus melior ex optimi codicis lectione erui potest, cum is, quem alterius generis lectio ab Oud. recepta praebet, optime et rebus et verbis respondeat. Vide int.

§. 3 duabus] *II* (Par. A.) Ald. b. Lips. sqq.

69, 6 et 74, 1 definitae constare videtur, nec circumvallationis istius pars ea, quae ad oppidum spectaret, quem usum Romanis adversus exteriorem hostem praebere potuerit, intelligitur. Nam quod Guischardtus p. 172 *opere circumplecti collem* rursus interpretatur per summum eius iugum sive cacumen munitiones perducere (faire passer les retranchemens au-dessus de son sommet) nec verbi *circumplecti* nec nominis *circuitus* significationi convenit.

necessarioque] partim collis natura, partim castrorum ponendorum ratione ita ferente. Quae si despectum in planitiem et interiores munitiones non habuissent, opportuno loco posita dici c. 69 §. 7 non potuissent; cum vero summus collis despectum eiusmodi non haberet, paulo inferius et ob id ipsum *paene iniquo loco* ponenda fuerant. Iniquitas autem loci non eo, quod in plano poni non potuissent, id quod cum reliquis castris commune habebant, sed eo continebatur, quod desuper oppugnari poterant, quod reliquis propter munitiones collibus circumdatas timendum non erat. Cui vitio etsi plane mederi castrorum metatores non potuerant, tamen quantum posset, occursum ab iis esse consentaneum est. Itaque *paene iniquo loco fecisse castra dicuntur*; quod adverbium Clarkius male adiecto commate ad proxime praecedens retulit, Berlinghierius immodice auxit: *Les Romains avaient donc fait passer*

nibus obtinebant. Cognitis per exploratores regionibus duces hostium LX. milia ex omni numero delegunt earum civitatum, quae maximam virtutis opinionem habebant; quid quoque pacto agi placeat, occulte inter se constituunt; adeundi tempus definiunt, cum meridie esse videatur. His copiis Vercasivellaunum Arvernum, unum

4 5 6

§. 4 delegunt] Voss. A. Egm. Par. A. Haen. Vrat. AC. Goth. B. Hamb. Vind. E. Oud. non *delig.* *diligunt* Bong. A. sec. Oud. P. Man. *dilegunt* Bong. A. Pl. *delegerunt* Leid. B. Cf. adn. cr. ad 3, 18 §. 1 et ad 7, 16 §. 1.

§. 5 meridie] Bong. A. Voss. A. Lov. And. Leid. A. S. quattuor recentiores Oud. Gott. Par. A. Pet. Confl. Pal. Hav. A. Vrat. C. et a m. pr. B. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. AB. inc. Oud. 2. *meredie* Dr. A. *meridiei* Voss. B. Dr. B. Goth. A. a m. s. *meridiem* Ox. *meridies* Haen. (Egm.) Vrat. A et a m. s. B. Goth. A. a m. pr. (Bong. C. Vind. CDEF.) Rom. a. Med. a. et sqq. usque ad Oud. 2. *Meridie*, quod ab utriusque generis codicibus antiquissimis oblatum non temere abiiciendum esse intelligebat Oud., pro genitivo tamen, quem esse statuebat, Caesar in eius terminationis insolentia et ambiguitate h. l. ponere vix potuit. Cf. adn. cr. ad 2, 23 §. 1 et 7, 11 §. 5. Sed ablativo tamquam adverbio ad tempus meridianum significandum uti eumque cum *esse* verbo construere potuisse videtur ita, ut B. Afr. scriptor c. 70 §. 1 *cum iam ad solis occasum esset* eodem sensu dixit, quo nos da es bereits gegen Abend war. Etiam Planti Most. 3, 1 v. 119 codices omnes habent *iam adpetit meridie*, non *meridies*, idque verum puto.

§. 6 His] Bong. A. Pl. Hav. A. Gott. Wh. Haen. Dr. A. Vrat. A. Goth. A. Gu. Vind. ABF. Ven. cdef. St. Gr. b. Frell. *hiis* Vrat. BC. Hamb. *hi his* Vind. CI. *hi iis* Bong. C. *iis* Goth. B. (Fabr. Par. A. Pet. Pal. Confl. Vind. DE.) Rom. a. Med. a. Ven. b. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. sqq. tacente Oud. om. Dr. B. cum *copiis*.

Vercasivellaunum] Cf. adn. cr. ad c. 76 §. 3.

leurs lignes au pied de cette colline dans un endroit légèrement incliné et très désavantageux: insuper falsus ille in eo, quod in collis radicibus castra ponit; quod Dübnerus quoque in epitome capitis facit.

§. 4 Cognitis per exploratores regionibus] Ab locorum circa oppidum peritis incolis castrorum omnium situs munitionesque edocti Galli, cum una eorum ad oppugnandam maxime opportuna esse iudicassent, per exploratores suos etiam regiones, per quas aditus ad ea castra esset, cognoscendas curaverant, iisque cognitis duces consilium captum exequi parant, magnam manum deligunt, partes cuique agendas distribuunt, tempus agendi commune constituunt. De *regionibus* cf. adn. ad 6, 23 §. 5.

ex omni numero] cuius haec quarta pars erat. Cf. c. 28 §. 4 Qui numerum *earum civitatum* dictum putant, eum sine ratione *omnem* dictum faciunt. Genitivus ille pendet ex nomine *milia*.

§. 5 quoque pacto] Cf. c. 4 §. 7 *quodque ante tempus*.

ex quattuor ducibus, propinquum Vercingetorigis, prae-
7 ficiunt. Ille ex castris prima vigilia egressus prope
confecto sub lucem itinere post montem se occultavit
8 militesque ex nocturno labore sese reficere iussit. Cum
iam meridies adpropinquare videretur, ad ea castra,
quae supra demonstravimus, contendit; eodemque tem-
pore equitatus ad campestres munitiones accedere et
reliquae copiae pro castris sese ostendere coeperunt.
84. Vercingetorix ex arce Alesiae suos conspicatus ex
oppido egreditur; a castris longurios, musculos, falces
reliquaque, quae eruptionis causa paraverant, profert.

quattuor] Boug. A. Pl. Par. A. Rom. a. Med. a. Ven. def. Ber. *quatuor* Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. Hamb. Vind. A. Ven. bc. Ald. a. Gr. ab. P. Man. St. Freil. Turr. *IIII*or Dr. B. Vind. F. *IIII* Gott. Fabr. Vrat. C. Goth. B. Vind. I. *IV* Ald. b. Lips. sqq.

§. 8 meridics adpropinquare] *meredies appr.* Dr. A. *ad meridiem propinquare* And. Ox. S. Leid. A. *ad meridiem approp.* Hav. A. Vind. A. (*adpr.* Voss. A. Egm. [Bong. A.] Par. A. Vrat. A. non *appr.*)

Cap. 84. §. 1 a castris] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Ald. a. Gr. ab. Vasc. (Freil.) Oud. *a castri* Vind. A. *e. c.* P. Man. Ald. b. Lips. et asterisco praefixo Iu. Gr. Dav. c. „plurimi" Voss. A. Egm. Gott. Lov. Lbb. cod. Glareani, Brantii, Lipsii Pol. 1, 9 (qui optimum vocat) Confl. Bong. A. Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. BEI. edd. ante Ald. Turr. *rastros* margo Vasc. (m. Freil.) ut voluerat Glar. *ac rastros* St. *ἁρπαγῶνάς τε* Met. *ac crates* Parisiensis liber sec. Ciacconium et Cl. *et crates* Vrsinus sec. Vossium, *crates* Lipsius (Pol.) *cratis* Nipperdeius, praeeunte ut perhibet, Ursino. De castris, quae Glareano hic nihil ad sensum facere, Ciacconio autem nulla Vercingetorigi fuisse videbantur, meliora secundum c. 70 §. 7 docuit Morus: praepositionem, de qua minus recte idem vir doctus sensit nihil differre ratus, sive *castris* sive *a. c.* sive *e. c.* legatur, cum exempla tueantur, velut Civ. 1, 78 §. 1: *quod dierum XXII. ab Ilerda frumentum iussi erant efferre.* ib. 3, 42 §. 2: *eo — frumentum commeatumque ab Asia atque omnibus regionibus, quas tenebat, comportari imperat.* et quae Handius Turs. 1, 12 ex Livio contulit, tum evidentia commendat descriptionis, si, id quod rei maxime convenit, omnia illa in castris parata et ad portas castrorum locata sumimus, unde ea egressus ex oppido Vercingetorix secum abduxerit et in campum protulerit.

paraverant] *paraverat* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Pet. Hav. A. Vind. A. cum edd. excepta inc. omnibus. (*paiav.* Med. a.) Pluralis et a codicibus tutior et exquisitior et, si *a castris* verum est, huic accommodatior videtur.

§. 7 prima vigilia — sub lucem] De his dictionibus cf. int. 5, 9 §. 1 et adn. cr. ad 2, 33 §. 1.

Pugnatur uno tempore omnibus locis, atque omnia tentantur; quae minime visa pars firma est, huc concurritur. Romanorum manus tantis munitionibus distinetur nec facile pluribus locis occurrit. Multum ad ter- 2 3 4

§. 2 uno tempore omnibus locis] o. *l.* *u.* *t.* Vind. A. *u.* *t.* *o.* Vind. D. *u.* *t.* o. *l.* *occurrit* S. *u.* *t.* *o.* *l.* *acriter* Leid. A. quod recepit Oud. sine idonea ratione. Nam quod *occurrit* in S. corruptum ex *acriter* statuit, quidni illud *occurrit*, quod §. 3 item post *locis* legitur, quod in eiusdem generis codice Vind. A. omissum est, in margine alicuius libri positum ab eo, qui codicem S. exaravit, perperam huc relatum vel temere hic iteratum statuatur? Ac si ipsum *acriter* in S. legeretur, tamen duo codices instar omnium illius generis haberi non deberent. Quod autem Graecum *ὡς ἠδύναντο* addidisse dicit, neque accurate dictum est, cum metaphrasis haec sit: *ἐμαχήθη δὲ ἐν ταὐτῷ χρόνῳ πάντοθεν, πάντων τε, ὧν ἠδύναντο, ἀμφότεροι πεῖραν ἐποιήσαντο*, neque ulla illi interpreti auctoritas tribui debebat. Denique aliquoties ita loqui Caesarem vere docet, sed h. l. minus id aptum et ad rem satis erat *uno tempore omnibus locis* pugnatum demonstrare. Neque vero *acriter* in *atque* abisse et *ἀσύνδετος* fuisse oratio, ut idem suspicabatur, videri potest. Remota enim copula tam inaequalia fierent membra orationis, ut *acriter* potius ad sequentia, quamvis adversante horum sententia, referendum videretur. Itaque temere interpolatum in uno codice vel ex male in altero iterato *occurrit* correctione factum iudicari debet.

quae] *qua* Pet. *ᾗ τε* (*τοὺς σφῶν ἀσθενεστέρους ἑώρων*) Met. cui rursus nimis tribuens Oud. *qua* recepit. Cf. adn. cr. ad 5, 44 §. 4.

Cap. 84 §. 2 uno tempore] Cf. adn. ad c. 67 §. 3.

omnibus locis] qui §. 1 et c. 83 §. 8 singulatim sunt significati.

omnia tentantur] non ab utrisque ut Metaprastes vertit, sed a Gallis iisdem, quos modo demonstratum est uno tempore omnibus locis pugnare coepisse, cuius pugnae quidem Romani necessario participes fiebant, sed tentandum his nihil erat, nisi ut impetus Gallorum repellerent. Galli vero nihil intentatum relinquebant, quo perrumpi munitiones posse viderentur. Ad *omnia* cf. adn. cr. ad 4, 35 §. 8.

quae minime visa pars firma est] sc. Gallis. *Pars* autem munitionum Romanarum, non cum Metaphraste copiarum utrarumque intelligenda est.

huc concurritur] Ad haec interpretes alii aliud addendum putaverunt: Graecus *ταύτῃ πάντες ἐβοήθουν*, Sincerus darauf geschahe der stärckeste Anlauff, Franc. Wagnerus zu dem lief man am stärksten, Adolphus läuft alles herbei. Sed *concurritur* nihil amplius significat, quam Gallos communi omnium, qui impetum faciunt, commodo usos iis copiis, quae ad perrumpendam munitionem aliquam aggressae essent, coniunctis firmioribus eius partibus omissis impetum in minime firmam visam fecisse.

§. 3 pluribus locis] quam qui singulis erant attributi; quod tamen faciendum eis erat, quoties hostes coniunctis copiis unam in partem impetum faciebant, cui parti auxilium ferri debebat ab his, qui aliis in partibus statio-

rendos nostros valet clamor, qui post tergum pugnantibus exstitit, quod suum periculum in aliena vident virtute constare. Omnia enim plerumque quae absunt,

§. 4 valet] om. Vrat. A. *valuit* And. Ox. Cn. et edd. praeter inc. omnes.

exstitit] *existit* cod. Ciacc. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Gr. Praesens eidem exaequandorum temporum studio, cui perfectum *valuit*, acceptum referendum, Caesar *valet clamor*, *qui exstitit* simili modo scripsisse videtur atque 4, 18 §. 3 *legati veniunt*, *quibus pacem atque amicitiam petentibus liberaliter respondit.* Civ. 1, 3 §. 3 *multi ex duabus legionibus*, *quae sunt traditae a Caesare*, *arcessuntur.* Hirtius Alex. 10, 6 *naves*, *quas potuit*, *Caesar ad terram detrahit.* scriptor Afr. cum alia, tum 21, 2 *Labienus saucios suos*, *quorum maximus numerus fuit*, *iubet — deportari.* Hisp. 40, 7 *complures nando ad naves*, *quae in salo fuerunt*, *se recipiunt.*

in aliena vident] *in* om. Haen. *v. i. a.* Vrat. A. *i. a. videunt* Ven. b. *i. a. videant* Leid. A. Ven. cde. *i. a. videtur* Leid. B. *i. a. viderint* Bong. C. Pet. Confl. *i. a. viderit* Vind. Cl. *i. a. salute* Ven. f.

virtute] *salute* Bong. A. Voss. ABC. Leid. AC. S. Lov. Pet. Egm. Gott. Duk. Steph. sec. Hotom. Lbb. Bong. C. Par. A et a m.

nem habebant, quam alio conversis hostibus relinquere et modo huc, modo illuc longius saepe discurrere in tantis munitionibus cogebantur. Metaphrastes πάντη, Sincerus an so vielen Orthen, Franc. Wagnerus an mehreren Orten zugleich interpretati neque significationem tenuerunt comparativi neque probabilem sententiam effecerunt.

§. 4 quod suum periculum in aliena vident virtute constare] In aliqua re *constare* seu *consistere* ea dici solent, quae aliquo tamquam fundamento nituntur, quo deficiente vel summoto ipsa tollantur vel concidant. Cf. Civ. 3, 89 §. 3: *monuitque eius diei victoriam in earum cohortium virtute constare.* Gall. 2, 33 §. 3: *cum in una virtute omnis spes salutis consisteret.* et quae ibi ex 3, 14 et 7, 86 et Civ. 3, 111 exempla adscripsi, quae omnia res *consistere* dictas laetas et optabiles habent. Sed etiam incertae res et ancipites consistere et positae esse et poni in item incertis ita dicuntur, ut non una et pariter cum his aut esse aut non esse, sed exitum et eventum ex his pendentem habere significentur. Cf. Civ. 2, 5 §. 4: *neque erat quisquam omnium*, *quin in eius diei casu suarum omnium fortunarum eventum consistere existimaret.* et Gall. 3, 14 §. 8: *reliquum erat certamen positum in virtute.* et Civ. 1, 70 §. 1: *erat in celeritate omne positum certamen*, *utri prius angustias montesque occuparent.* et, quem Herzogius citavit, Liv. 7, 8 §. 1: *vulgus aliud armatorum velut delegata primoribus pugna eventum suum in aliena virtute ponit.* Similiter h. l. quorum pugnantium periclitantiumque eventus incertus ex aliorum virtute incerta pendebat, eorum *periculum* in aliena dicitur virtute *constare*.

§. 5 Omnia enim plerumque] In his adverbio affici notionem

vehementius hominum mentes perturbant. 85. Caesar idoneum locum nactus quid quaque ex parte geratur,

s. B. Haen. Dr. AB. Vrat. AB. Hamb. Gu. Vind. BCI. inc. Ber. *vident* Ven. f. *Salute* ineptum videtur propterea, quod salus etiam fuga quaeri et parari potest, ut, si vel maxime post tergum illis pugnantes alii salvi evaderent, illorum tamen periculum ea re affici et mutari non necesse esset. Accedit quod *salus* ex fortuna non minus, quam ex virtute pendet et in pugna necessario periclitatur. Itaque non erat cur illi terrerentur eo, quod suum periculum in aliena potius, quam in sua fortuna constare viderent.

constare] codd. Oud. exceptis And. Cu. Lov. Dorv., cod. Urs. Em. Pet. Voss. A. Gott. Egm. Fabr. Bong. C. Hav. A. Par. A. (Boug. A.) Haeu. Dr. A. Vrat. AB. Gu. Vind. ACFI. inc. sec. Elb. Oud. 2. *consistere* (And. Cu. Lov. Dorv.) Dr. B. Vrat. C. Goth. AB. Hamb. Rom. a. Med. a. sqq. usque ad Oud. 2.

Cap. 85. §. 1 quaque ex parte] Oudendorpius *qua* in MSS. undecim et ed. inc., *ex* in MSS. tredecim et Edd. pp. legi testatur, ipse ab Aldo vulgata *quaque in parte* tenuit, quibus favere And. Ox. Cu. S. Leid. A. dicit. Eadem Hav. A. et Vind. A. et omnes post Aldum editiones exhibent. Ante Aldum *quaque ex parte* legebatur, quod est in Bong. C. Pal. Dr. B. Vrat. C. Goth. AB. Vind. DEFI. *qua ex parte* habent Pet. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Lbb. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Haen. Dr. A. Vrat. AB. Gu. Vind. B. *ex qua parte* Hamb. *qua* (*i. p.*) Pet. Conf. *Quaque* errore in optimo codice decurtatum ab altero genere ex integro fonte ductum videtur. Nam quod Dübnerus, qui codices, ut ait,

adiectivi et *plerumque* idem, quod *paene* significare in adn. cr. ad 2, 30 §. 2 docentem me corripuit Nipperdeius p. 54 nihil impedire causatus, quo minus *plerumque* pervagata significatione verbo coniungatur. Impedit vero et vocabulorum positura et quod adverbio ad verbum relato adiectivum aut inutile aut ineptum fit: inutile, si hoc docemur, nullam rem absentem esse quin plerumque vehementius praesente nos perturbet: ineptum, si hoc, omnes ita comparatas esse, ut neque raro neque semper, sed plerumque id efficiant. Etiam Haudio Turs. 4, 473 *plerumque omnes*, cuius exemplum ex Lucretii 4, 1045 citat, coniungendum et linguae vulgari proprium visum est. Ceterum *omnia quae absunt* ea, quae terribilia sint, intellige et hac sententia rationem reddi puta, cur clamor iste post tergum pugnantibus ortus *multum* ad eos terrendos valuerit.

Cap. 85. §. 1 quaque ex parte] Cum tribus maxime locis uno tum tempore pugnaretur (c. 84 §. 2) Caesari idoneum ad cognoscendum, quid in unoquoque gereretur, locum nancisci non tam difficile fuisse videtur, quam Berlinghierius *Examen* p. 153 putat. In munitiones enim contra interiores atque exteriores hostes perfectas ex omnibus castris despici potuisse c. 80 §. 2 demonstratum est. Horum igitur castrorum ea, quae simul in castra Antistii et Caninii prospectum haberent, et ex quibus facillime et celerrime auxilium laborantibus summitti posset, delegisse et ibi in castello vel magis edita parte locum cepisse Caesar putandus est.

2 **cognoscit, laborantibus summittit. Utrisque ad animum**

secutus *qua parte* edidit, Latinis pariter ac Graecis duo pronomina relativa coniungere et verbi causa *Exposuit mihi, quid qua ratione invenerit* dicere licuisse ostendit, non modo id a Caesaris usu, sed etiam ab hac sententia abhorret, cum ad cognoscendum, qua in parte aliquid geratur, idoneus locus quaeri non soleat, neque quid geratur, cognoscens facile non simul eademque opera ubi id geratur, cognoscat. In praepositione vero optimum codicem sequendum putavi, quamquam *in* non minus bonum et multo magis usitatum est. Cf. 4, 32 §. 1: *pulverem maiorem, quam consuetudo ferret, in ea parte videri, quam in partem legio iter fecisset.* 7, 15 §. 2: *in omnibus partibus incendia conspiciuntur.* 61, 3: *sonitumque remorum in eadem parte exaudiri.* 67, 3: *pugnatur una tunc omnibus in partibus.* ib. §. 4: *si qua in parte nostri laborare aut gravius premi videbantur, eo signa inferri — iubebat.* 80, 6: *Germani una in parte confectis turmis in hostes impetum fecerunt.* Et *ex* huic nomini praepositae alia adiungi verba solent, ut ex adn. cr. ad 5, 17 §. 2 intelligi potest, *geri* adiunctum nusquam inveni. Nihilo minus *clamore ab ea parte audito*, quae verba 3, 26 §. 4 leguntur, cum illis conferenti, quae ex 7, 61 §. 3 citavi, dubium esse nequit, quin Caesar h. l. *ex* scribere eadem significatione potuerit, sicut Iustinus ab Handio Turs. 2, 632 adhibitus 4, 4 extr. *ex utraque parte summis viribus dimicabatur* scripsit. Et alibi quoque codices, qui *quaque* servarunt, genuinis falsa admiscent.

summittit] *subsidium s.* Pet. sec. Oud. *s. subsidium* idem sec. Fabr. *auxilium s.* Brant. Ox. Lov. sec. Oud. (in Fabr. *perfringerent s.* referri ex Lov. a Torrentio collato videtur.) Egm. Vrat. A. Cl. Oud. quemadmodum Davisius secundum Brantii codicem scribendum censuerat, cum Ciacconio *subsidia* ante *laborantibus* inserendum, Cortio vero ad Salust. Iug. 54 extr. et Drakenborchio, quem in Add. citavit Oud., ad Liv. 6, 6 §. 4 *submittit* sufficere visum esset. Equidem, si per codices liceret, *auxilium* tenerem, non quod plenus ubique, ut Oud. dicit, Caesaris stylus sit, sed quod aures aliquid desiderant, cuius tamen absentia facilius fertur, si artius hoc *laborantibus summittit* cum antecedente *cognoscit* coniungitur. *Praemittere* eadem brevitate usurpatum Kranerus monstravit 4, 11 §. 2: *uti ad eos equites, qui agmen antecessissent, praemitteret:* ipsum *summittere* Drakenborchius attulit ex Cic. Verr. 2, 1 c. 41 (§. 105): *iste, tametsi singulari est audacia, tamen ad pupillae matrem summittebat.* (*summ.* Bong. A. Par. A. Vind. B. non *subm. summit* Ven. e.)

§. 2 Utrisque] *utrimque*, sed ab eadem manu correctum *utrisque*, Par. A. *u. quae* Ven. b. *Utriusque* Freli.

animum] *omnia* And. Ox. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr.

§. 2 Utrisque ad animum occurrit] In his *animum* loci instar habendum, non cum Sambuco *dandum et excitandum* supplendum esse extra dubitationem positum est: illud dubitari potest, *ad* praepositio motumne, an, sicut *apud*, quietem, sed quae motum excipiat, significet. Sed prius magis convenit verbo *occurrere*,

occurrit unum esse illud tempus, quo maxime contendi
conveniat. Galli, nisi perfregerint munitiones, de omni 3
salute desperant: Romani, si rem obtinuerint, finem
laborum omnium exspectant. Maxime ad superiores 4
munitiones laboratur, quo Vercasivellaunum missum
demonstravimus. Exiguum loci ad declivitatem fasti-

esse iilud] Pet. Voss. A. Egm. Gott. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. BCEFI. edd. ante Ald. *i. e.* Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. tacente Oud.

tempus] *t. praedicat* Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr.

§. 4 Vercasivellaunum] Cf. adn. cr. ad c. 76 §. 3.

Exiguum] And. Ox. Hav. A. Vind. A. Ald. ab. Gr. a. margo Vasc. (m. Frell.) P. Man. Turr. Lips. sqq. *linquum* Vind. C. *iniquum* „reliqui omnes" cod. Ciacc. Brant. Turr. Carr. Steph. Pet. Voss. A. Egm. Gott. Lbb. Fabr. (tacet de Cu. et Lov.) tres Conff. Parisienses sec. Achaintr. Bong. A. Pl. Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. BDEF. edd. ante Ald. Vasc. St. Gr. b. (Frell.) Quod qui nuper reduxerunt, Dübnerus et Nipperdeius, quia credibile non est scriptorem hoc, quod nemo ignorat, docere voluisse, loci iniquitatem in oppugnationibus magni esse momenti, *habet* praesens historicum et sententiam hanc statuere debent, loci illius iniquitatem multum valuisse, ut ibi maxime laboraretur. In qua sententia nec satis apte ad repraesentandam rem factam electum *habere* verbum est, nec recte rei iniquae et detrimentosae simpliciter magnum tribuitur *momentum*, quod tribui rebus ancipitibus et in utramque partem valentibus solet. Cf. Civ. 3, 70 §. 2: *ita parvae res magnum in utramque partem momentum habuerunt.* Praeterea *fastigium* eadem significatione *iniquum* dici atque *locum* usus et ratio vix patiuntur, neque vero aut per se solum aut illo epitheto auctum cum *ad* praepositione construi potuit eo sensu, quo Seyffertus et Doberenzius et Kranerus volunt, qui vertunt *die ungünstige Neigung des Hügels (Ortes) zur Abschüssigkeit.* nec magis ad linguae et ad Caesaris loquendi usum probabilis est Dübneri interpretatio *ad declivitatem* idem esse docentis, quod *praeter declivitatem: se joignant à la pente, outre cette pente.* Denique ipsa sententia, quam hac lectione utcunque interpretantes efficimus, talis est, ut praecedenti potius verbis usitatis *propter loci iniquitatem* vel *declivitatem* vel similibus inseri, quam per se poni debuisse videatur.

declivitatem] Huic omnium editionum scripturae Fabr. nescio qua de causa auctoritatem adiecit Voss. A. Egm. Gott. Oudendor-

cui Caesar etiam adverbia motum significantia *eo* et *quo* (3, 4 §. 2 et 7, 24 §. 4) Livius eodem sensu *ad* iungit 31, 29 §. 2: *Atheniensium quoque legati ad id concilium occurrerunt.* Itaque similis locutio videtur ei, qua vox alicui *ad aures* accidere vel advolare (Plaut. Amph. 1, 1, 169. Rud. 2, 3, 2) dicitur, optimeque Ad. Wagnerus vertit Beiden tritt es vor die Seele.

§. 4 Exiguum loci ad declivitatem fastigium magnum habet

5 gium magnum habet momentum. Alii tela coniiciunt, alii testudine facta subeunt; defatigatis in vicem inte-

pius vero Egmondanum eius loco *adscensus* habere dicit, quod infra §. 6 tacente de Egm. Oudendorpio pro *adscensum* legitur in Egm. Fabr. et Vrat. A., cuius ipsius loco quod Oud. in Ox. scriptum notat *declivium*, id huc referendum videtur. (*eclivitatem* Vind. A. *aclivitatem* Pet. Cond.)

momentum.] Haec sententia cur pro communi habenda sit, in adn. crit. ostendi. Neque vero non continuat rei gestae declarationem, sed quod tale fastigium semper et ubique habeat momentum, id tum quoque et illo in loco apparuisse ideoque rem ita, ut evenerit, evenisse significat. *Ad declivitatem* verba vel propter collocationem alio, quam ad definiendum *exiguum loci fastigium* referri non possunt et comparanda sunt cum illis, quae 2, 26 §. 5 (*nihil ad celeritatem sibi reliqui fecerunt*) et Civ. 1, 85 §. 2 (*ut quam integerrima essent ad pacem omnia*) et 3, 85 §. 2 (*insolitum ad laborem Pompei exercitum*) leguntur, quod genus Haudius Turs. 1, 106 tractavit, falsus ille in his, quae ib. p. 119 *habet* cum ceteris interpretibus pro tempore historico accipiens vertit *die bei der Abschüssigkeit geringe Höhe*. Similiter erraruut Sincerus et Hausius, quorum alter post *ad declivitatem* supplens *adiectum* die geringe Höhe über dem abhängigten Terrain, worauf das oberste Lager befindlich war, alter *ein kleiner Hügel, der sich auf der abhängigen Seite des Berges erhob*, explicandi causa adscripsit. Egebat autem *fastigium exiguum* definitione. Illius enim loci, cuius genus hic describitur, quem ipsum respiciens et non de quovis loco declivi, sed de tali, qualis ille esset, cogitans scriptor pro *exigua loci declivitas*, quod erat simplicius, *exiguum loci ad declivitatem fastigium* posuit, illius igitur loci fastigium cum subiecta planitie collatum haud dubie magnum, quia vero descensum non praeruptum, sed molem ac leniter declivem (c. 83 §. 2) habebat, ad declivitatem erat *exiguum:* eine in Hinsicht auf Abschüssigkeit unbedeutende Erhebung des Bodens: et tamen magnum habebat momentum, quod habere eiusmodi fastigium quamvis exiguum in oppugnatione ad impetum faciendum et defendendum solet. *Exiguum* et *magnum* inter se opponi etiam Heldius statuit, et tamen cum Baumstarkio non declivitatem quamvis exiguam, sed ipsam eius exiguitatem magno momento praeditam dici putat: *Dass die Abschüssigkeit des Hügels nur gering war, das hatte einen grossen Einfluss auf den Kampf, indem sie den Galliern das Herankommen an das Röm. Lager leichter machte, als dies bei einer steilern Höhe würde gewesen seyn.* Qua interpretatione non solum rem per se improbabilem poni, sed etiam oppositionis illius vim frangi apparet.

§. 5 Alii tela coniiciunt] in vallum castrorum et ipsa in castra, quae, si in aequo loco posita fuissent, nisi aggere exstructo telis peti non potuissent, declivitate autem tribus ex partibus locum hostibus superiorem praebente sine labore impugnabantur.

alii testudine facta subeunt] quarta ex parte eaque inferiore; quod cum per se probabile est, tum verbo *subire* et testudinis usu (cf. 2, 6 §. 2 et 5, 9 §. 6) probatur; qua una in parte decli-

gri succedunt. Agger ab universis in munitionem coniectus et ascensum dat Gallis et ea, quae in terra occultaverant Romani, contegit: nec iam arma nostris nec vires suppetunt. 86. His rebus cognitis Caesar Labienum cum cohortibus sex subsidio laborantibus 6

§. 6 Agger] *ager* Vrat. A.

munitionem] *munitione* Hav. A. Goth. A. Vind. ACI.

coniectus] *coniectis* Haen. et ante corr. Dr. A. *convectus* Gu.

dat] *dant* Vind. A.

in terra] *interea* Hamb. *in terram* Rom. a. et sqq. exceptis Ber. Ven. f. St. Gr. b. Freii. et de quibus Elberlingius dicit, Ven. 1471 et inc., quae ablativum habent cum „MSS. praeter Pet. Cu. Aud. Ox. omnibus" Voss. A. Gott. Egm. Lbb. tribus Consl. Boug. A. Par. A. Hav. A. Haen. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Vind. ABCF.

vitas oppugnatis utilior, quam oppugnantibus tamen ne hos quidem impediebat, quominus castra adorirentur.

§. 6 Agger ab universis in munitionem coniectus] Hanc munitionem non castrorum vallum fossamque, sed exteriorum, quae c. 74 §. 1 significatae et c. 87 §. 4 hoc ipso nomine appellatae sunt, munitionum aliquam intelligendam esse partim ex eo, quod coniectus in eam agger in terram a Romanis occultata contexit, partim ex iis, quae c. 86 §. 1 et 2 et quae c. 87 §. 5 tradita sunt, inter se collatis efficitur. Itaque *universi*, a quibus in eam coniectus est agger, si ii sunt, qui cum Vercasivellauno missi erant, aut castris iam potiti aut repulsi ab iis in aliam partem se contulisse statuendi sunt. Quorum cum neutrum in silentio scriptoris credibile sit, et utrumque cum praecedentibus et sequentibus puguet, de illis Gallorum copiis cogitandum est, quae sub Commio reliquisque ducibus remanserant. Qui quod c. 83 §. 5 occulte inter se constituerant, hoc ipsum fuisse videtur, ut eam partem munitionum exteriorum aggrederentur, quae ad Antistii et Caninii castra pertineret atque his eodem modo, quo Antonio et Trebonio illa, de qua c. 81 sermo fuit, tuenda obvenisset. In hanc igitur, quae quodammodo pars erat castrorum illorum ideoque singulari numero a *superioribus munitionibus* §. 4 ut pars a toto distinguitur, non alii alium impetum faciebant, sed *universi*, qui quidem eo missi essent, aggerem coniiciebant eoque magis, ut laborarent legiones, quibus simul et castra et munitionem defendere necesse erat, efficiebant.

Cap. 86. §. 1 subsidio laborantibus mittit] Ad superiores munitiones et Antistii et Caninii legionibus subsidio missum esse Labienum ex praecedentibus liquido apparet, sed utrum castris an munitioni exteriori ad castra pertinenti auxilium ferre iussus sit, incertum est. Ipsius iudicio imperator id permisisse, in castra vero a sexaginta milibus hominum undique oppugnata legatus cum sex cohortibus neque per portam decumanam, ut Heidius statuit, neque alia via pervenisse, sed mox quod imperatum erat, si sustinere hostium illo in loco impetum non posset, facere coepisse videtur.

2 mittit: imperat, si sustinere non possit, deductis cohortibus eruptione pugnaret: id nisi necessario ne faciat.
3 Ipse adit reliquos: cohortatur, ne labori succumbant: omnium superiorum dimicationum fructum in eo die
4 atque hora docet consistere. Interiores desperatis campestribus locis propter magnitudinem munitionum loca praerupta ex ascensu tentant: huc ea, quae paraverant,

Cap. 86. §. 2 possit] *posset* Lov. Pal. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb.

pugnaret] *pugnet* V. C. Vrs. And. Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ci. Oud. Cf. adn. cr. ad 5, 58 §. 4. De *ut* coniunctione, „quam suprascripsit quidam in Bong. pr.“ Pl. tacet.

§. 3 Ipse] om. And. Ox. Hav. A. Vind. A.

adit] *addit* Voss. B. Dr. A. Vind. B. Ven. bcdef. *ad id* And. S. Leid. AB. Haen. *At id* Vind. A. *ad hoc* Ox. *id* Hav. A.

reliquos:] sine interpunctione Vind. A. et teste Elb. Hav. A. (*alios* Leid. C. Vrat. B. inc. sec. Elb.)

§. 4. praerupta] *perrupta* Dr. A. Vind. B. *p. atque* V. C. Vrs. Pal. sec. Fabr. et Oud. (tacet Confl.) Hav. A. Vind. A. et *atque* inter versus a m. s. posito Goth. A.

§. 2 deductis cohortibus eruptione pugnaret] Primum deducere ex loco, qui teneri non posset, cohortes, quae ibi praesidio essent, deinde omissa loci defensione erumpere iubetur. Quod si fieret, etiamsi ipsi salvi discederent, tamen ex illa parte irrumpentibus hostibus obsidionem Aleciae ad irritum cadere necesse erat. Cf. c. 69 §. 7. Itaque nisi necessario id facere vetatur.

§. 3 reliquos] qui in munitionibus contra interiores atque exteriores hostes item summa contentione pugnabant. De interioribus plura §. 4 dicuntur; quibus collatis cum iis, quae c. 83 extr. et c. 81 §. 1 dicta sunt, verisimile fit exteriores, quorum tantus numerus erat, praeter eam partem, quo Labienus missus est, etiam campestres munitiones impugnasse.

§. 4 desperatis campestribus locis propter magnitudinem munitionem] Haec igitur loca interiores aliquamdiu frustra tentasse et a propugnatoribus in vallo constitutis magnitudine munitionum auxiliante repulsi esse putandi sunt. Quae magnitudo quibus rebus contineretur, ex c. 72 §. 3 et c. 73 §. 2 et 4 et 8 et 9 colligi potest. Scilicet ibi fossa interior aqua ex flumine derivata completa, cipporum ac liliorum ordines densissimi, stimuli plurimi disseiti erant.

loca praerupta ex ascensu tentant] Campestria loca quasi ex itinere tentari ab interioribus ex oppido egressis potuerant: haec praerupta prius ascendenda eis erant, quam ad munitiones ibi factas pervenirent. De dictione *ex ascensu*, quam Morus in Indice et Baumstarkius ad *praerupta* referunt, quibus et verborum collocatio et sententiae inanitas advereatur, cf. ad 2, 6 §. 1 adscripta. Handius Turs. 2, 640 eam idem, quod *ascendendo*, Lippertus, quod *ascensu* significare parum accurate docent. Quod autem Heldius propter haec cippos et lilia et stimulos in illa parte munitionum nullos fuisse

conferunt. Multitudine telorum ex turribus propugnantes deturbant, aggere et cratibus fossas explent, falcibus 'vallum ac loricam rescindunt. 87. Mittit primo

§. 5 deturbant] *perturbant* „L." Leid. A.? Cf. adn. cr. ad c. 81 §. 2. (*deturbent* Ven. bcde.)

aggere] *aggeri* Vind. A.

fossas explent] *f. implent* Steph. sec. Hot. *f. replent* ed. Flor. sec. anonymum Vind. *f. expediunt* Pet. sec. Fabr. et Oud. *aditus explent* Lov. Heins. sec. Fabr. *aditus expediunt* And. Ox. Ald. ab. Gr. a. margo Frell. P. Man. Turr. Lips. In. Gr. Dav. Cl. *fossas explent*, *aditus expediunt* Oud. Etsi ad codicum discrepantiam explicandam commodissimum est cum Hotomanno et Oudendorpio, cui etiam Dübnerus tacite suffragatur, a Caesare utrumque, *fossas explent, aditus expediunt*, vel potius *ad. exp. f. expl.* positum statuere, quorum deinde alterum aut ut abundans a criticis vel exquisitius vel simplicius suo more praeferentibus eiectum sit, aut librariorum negligentia exciderit, tamen tutius est cum ceteris edd. alterutrum tenere. Nec sine ratione Elberlingius et Whittius ab Aldo exhibitum tenuerunt, quippe quod non solum exquisitius, sed etiam argutius et glossemati minus simile altero videri debeat. Sed si semel expungi alterutrum necesse est, rursus tutius cum Nipperdeio et recentioribus alterum tenebimus, quod maiorem haud dubie auctoritatem habet et ad sententiam reprehendi nequit. Ceterum cf. int. §. 4.

vallum ac loricam] *v. ac luricam* Leid. A. Vind. A. Cf. adn. cr. ad 5, 40 §. 6. (*v. ac lorica* Dr. B. *v. et l.* Vrat. B. *v. alloricam*, corr. *—can*, Hamb. *v. adorti iam* Bong. C. Goth. A. Vind. Cl. *adorti v. iam* Leid. B. Voss. B.)

Cap. 87. §. 1 Mittit] *Caesar mittit* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq. Aptius *mittit* primum, ut *adducit* extremum locum tenet.

primo] *primum* Bong. A. sec. Oud. (tacet Pl.) S. Leid. A. Vind. A. *promo* cum *i* super *pro* Voss. A. Fabr. Cf. adn. ad c. 48 §. 1.

existimat, sane nominatim turres tantum et fossae et vallum ac lorica commemorantur, de reliquis siletur; sed huic silentio non tantum tribui debet, quantum tacito c. 73 §. 2 testimonio, quo non ad partem quandam operum, sed *ad haec rursus opera*, quorum circuitus XI. milia passuum tenebat, addendum putasse et addidisse cippos et reliqua Caesar traditur. Quae si in locis praeruptis, ut consentaneum est, rariora et pauciora erant et impetum hostium minus retardare potuerant, ob id ipsum silentio praetereunda videri scriptori poterant. Heidio vero, dum auctam ab Oud. lectionem *fossas explent, aditus expediunt* tenebat, eo minus causae erat dubitandi, quo probabilius Oud. *aditus* ad eas res retulerat, quae praeter fossas aditum ad vallum impedirent.

Cap. 87. §. 1 Mittit] eodem ex loco, ut videtur, ex quo cum ceteris laborantibus, tum Antistio et Caninio auxilium miserat, in quem ab cohortatione reliquorum se recepisset, ut porro quid quaque ex parte gereretur, cognosceret.

Brutum adulescentem cum cohortibus Caesar, post cum
2 aliis Gaium Fabium legatum: postremo ipse, cum vehementius pugnaretur, integros subsidio adducit.
3 Restituto proelio ac repulsis hostibus eo, quo Labie-
4 num miserat, contendit: cohortes IIII. ex proximo ca-

adulescentem] Voss. A. Egm. Par. A. Vrat. A. et cum *o* super *u* Bong. A. Pl. non *adol.* (*adolosc.* Dr. AB. Hamb.)

cohortibus] c. *sex* Ald. a. Gr. ab. P. Man. St. Frell. Turr. c. *VI* Ald. b. Lips. sqq. *ἓξ σπείραις* Met. „deest numerus MSS. tantum non omnibus." Deest vero Pet. Voss. A. Gott. Egm. Lov. Lbb. Fabr. tribus Cousl. Samb. Carr. cod. Turr. Boug. A. Pl. Par. A. Haen. Hav. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. ABCDEFI. editisque ante Aldum omnibus.

Caesar] „MSS. et Edd., qui supra nomen omiserant, hic inculcant." Pet. Voss. A. Egm. Lov. Lbb. Fabr. Carr. cod. Turr. Gott. Wh. Bong. A. Pl. Par. A. Haen. (hic littera singulari *C.*) Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. CDF. edd. ante Ald. (om. And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. sqq.)

aliis] *a. septem* Ald. a. Gr. ab. P. Man. St. Frell. Turr. *a. VII* Ald. b. Lips. sqq. *ἄλλαις ἑπτὰ* Met. „*VII* abest a MSS. et Edd. pp." et ab omnibus, quibus *VI* post *cohortibus* deesse demonstratum est. Numeros ab Aldinae recensionis auctore Iucundo ex coniectura adiectos non credo, neque in codicem, quem ille eundem atque in *Caesaris* nomine collocando secutus videtur sine auctoritate receptos puto, sed a scriptore in Ephemeridibus positos deinde ut scitu minus necessarios inductos esse suspicor. Cf. 5, 58 §. 4: *summittit cohortes equitibus subsidio.* quarum numerus item incertus est.

§. 2 pugnaretur] *pugnaret* Haen. *pugnarent* Oud. Qui cum adnotaverit nihil, non videtur ab omnium edd. et quantum constat, codicum scriptura discedere voluisse.

§. 4 IIII.] . . . Fabr. Bong. A. Pl. Vrat. C. Goth. B. Vind. I. *IIII^or* Dr. B. Vind. AF. *quattuor* Goth. A. Rom. a. Med. a. Ven. bcdef. *quatuor* Dr. A. Vrat. AB. Hamb. Ber. Ald. Ald. a. Gr. ab. St. P. Man. Frell. Turr. *IV* (Par. A.) Ald. b. Lips. sqq.

Brutum adulescentem] Cf. 3, 12 §. 5.

§. 2 integros] Hinc suspicari licet illis, quos cum Bruto et cum Fabio miserat, iam pluribus locis occurrendum et vires minus integras et ab labore intritas fuisse. Quamquam si quis *ipse* pronomen maiore ictu pronuntiandum putat, aeque integros illos statuere licet. Sed suae adducentis personae Caesarem plus, quam militum adductorum integritati ponderis tribuisse non tam probabile videtur.

§. 4 ex proximo castello] quod contendenti ab eo loco, quo hostes repulerat, ad eum, quo miserat Labienum, proximum erat, ex quo quidem deduci cohortes possent. Minime enim omnia XXIII. castella illo tempore suum cohortium numerum integrum habebant. Eo ipse adisse atque cum cohortibus inde deductis et cum parte equitatus se sequi iussa rursus ad munitiones descendisse et per campum recta contendisse ad Labienum existimandus est. *Deducit*

stello deducit, equitum partem se sequi, partem circumire exteriores munitiones et ab tergo hostes adoriri iubet. Labienus, postquam neque aggeres neque fossae vim hostium sustinere poterant, coactis undequa-

partem se] Hav. A. Vind. A. *se p.* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Ald. sqq. *sese p.* V. C. Vrs. Reliquis et editis ante Aldum deest pronomen, quasi pars equitum sequi exteriores munitiones, pars circumire iubeatur. Nec satis apte illud inter *equitum* et *partem* instar enclitici delitescit, et ante *sequi* excidere facillime potuit. Idem visum est Apitzio.

§. 5 vim] *v. una* Hav. A. Vind. A.

coactis] *coactus* Pet. sec. Oud. et Confl. (tac. Fabr.)

undequadraginta] Ber. sec. Brant. Vasc. St. Gr. b. (Freil.) Oud. 2. *unde XL* Boug. A. Pl. *una de quadraginta* Boug. A. sec. Oud.

enim cohortes, non *deduci iubet*, et per *declivia et devexa* eo, quo tendebat, venit c. 88 §. 1. Iisdem vero in castris, quo proximum illud castellum pertineret, aut inde ab initio aut illo die iussu Caesaris vel omnem Romanorum equitatum vel partem eius fuisse non magis a vero abhorret, quam ubicunque castrorum equites essent, inde et sequi Caesarem et alium quemlibet locum petere iuberi et iussa facere potuisse. Tamen Berlinghierius p. 163 inter incredibilia, quae huius pugnae descriptioni fidem derogent, hoc primum notat, quod non appareat, quomodo Caesar equites suos in unum locum cogere potuerit.

circumire exteriores munitiones] Aliter hoc dictum esse patet atque *circumitis hostium castris* 3, 25 §. 2. Non omnem illi munitionum circuitum emetiri, sed partem circumire eam iubentur, quae inde, unde egrederentur, usque ad hostes, quos adorirentur, pertineret. Cum vero exteriores munitiones XIV. milia passuum in circuitu tenentes (c. 74 §. 1) tribus ex partibus collibus Alesiam cingentibus, quarta ex parte planitie continerentur, locorum distantia, etiamsi is, quem peterent, ex diametro oppositus eis esset, nihil impediebat, quo minus in tempore illic adessent. Ab hostibus autem, qui alibi occupatissimi et paulo ante (c. 80) magna equitatus clade affecti essent, iter eorum vel non animadversum vel non impeditum iri, iure sperare Caesar poterat. Itaque ne haec quidem recte notavit Berlinghierius p. 165; quem cum reliquis interpretibus maxime hoc fefellit, quod equites collem ab Antistio et Caninio occupatum ascendere et ibi hostes a tergo adoriri iussos esse putarunt.

§. 5 neque aggeres neque fossae] castrorum atque exteriorum munitionum ad castra ita pertinentium, ut c. 85 §. 6 significatum est. De solis castris cogitari neque pluralis numerus neque id, quod facere et fecisse Labienum accipimus, patitur. Sed castra quoque vim hostium sustinere non potuisse res ipsa docet, quam scriptor non dissimulans tamen expugnata castra non ostendit, sed ita verba facit, ut vel eiectae vel eductae a legatis legiones coniunxisse se Labieno videantur. Illud vero dubium est, quo erga legatos animo Caesar mentionem eorum post c. 83 §. 3 omnino nullam fecerit.

poterant] Imperfectum ex *postquam* coniunctione pendens ad

draginta cohortibus, quas ex proximis praesidiis deductas fors obtulit, Caesarem per nuntios facit certiorem,

Vind. B. Ald. ab. Gr. a. (haec *una*) P. Man. Turr. Lips. Iu. Gr. Dav. Cl. Oud. 1. *una de XL* Lov. Heius. Lbb. Fabr. Dr. A. *una quadraginta* Bong. C. Pel. cod. Ciacc. Vrat. A. Hamb. Gu. Vind. D. edd. ante Ven. f. *una XL* Voss. A. Egm. Gott. Fabr. cod. Brent. cod. Turr. Par. A. Vrat. BC. Goth. B. Vind. E. *una et LX* Goth. A. *una sexaginta* Semb. Ven. f. *una LXa* Dr. B. Vind. F. *una LX*. Voss. B. Duk. Vind. C. *cum quadraginta* Pet. sec. Fabr. et Oud. qui *una* e S. Ox. Leid. A., *de* a MSS. reliquis, tum aliorum tum suis et Edd. primis abesse tradit. *de XL* Hav. A. *de LX* . . . Cons. (Pet.?) *XL* Vind. A. *LX*. Vind. I. Probatam ab Oud. in ed. 1 et in 2 receptam lectionem non solum linguae usus in huiusmodi numero unum vocabulum requirens, sed etiam codicum auctoritas minus accurate illa ab eo proposita tuetur. Nam *una*, quod in alterius generis archetypo non omissum, sed alieno loco (post *vim*) positum fuisse videtur, ab *unde*, quod optimus exhibet, originem ducere verisimillimum est. Pro adverbio vero illud ponere et *una XL* scribere, ut Nipperdeius et recentiores scripserunt, Caesar, si intelligi voluit, non potuit. Neque enim *una*, sed *in unum locum* cogi copiae, legiones, naves, eaeque diversis et longius inter se distantibus locis versantes dici solebant. Cf. 2, 5 §. 4. 6, 10 §. 1. 7, 9 §. 5. 3, 16 §. 2. Ac ne id quidem h. l. aptum erat.

initium referendum est status eius, in quem perducta res erat; quod simul atque Labienus animadvertit, cohortes coëgit et ad Caesarem nuntios misit. Similiter Civ. 3, 58 §. 5: *Sed postquam non modo hordeum pabulumque omnibus locis herbaeque desectae, sed etiam fructus ex arboribus deficiebant, corruptis equis macie conandum sibi aliquid Pompeius de eruptione existimavit.* Magis ad continuationem eius spectat ib. c. 60 §. 5, quem locum Kranerus adscripsit, et Afr. 78, 3 (*postquam diutius in uno loco Scipio commorabatur*) et 79, 1 (*postquam nulla conditione cogere adversarios poterat*).

quas ex proximis praesidiis deductas fors obtulit] Has non sua sponte stationes reliquisse, ut Guischardtus opinabatur, sed ipsius Labieni iussu deductas esse probabiliter statuit Berlinghierius p. 169. Nec fugere eum potuit alias aliarum legionum fuisse, Labienum eas cogentem nullam nisi propinquitatis rationem habuisse; sed aliud illum in deducendis, aliud in cogendis spectasse non animadvertit. Denique haec quoque ut fide indigna notat p. 170, quibus recte intelectis nihil ad fidem faciendam deest. Scilicet Labienus, postquam munitiones, quo missus erat, teneri non posse vidit, potestate a Caesare data usus non solum ex Antistii et Caninii castris, sed etiam ex aliis, quae ab his minime longe abessent, eruptionis causa deduci cohortes iussisse, deinde mutato consilio undequadraginta earum coëgisse et sibi adiunxisse, ut omnino XLV. secum haberet, putandus est. Plurium castrorum significatio inest in verbis *ex proximis praesidiis*; quae verba etsi ad munitionum praesidia, quae c. 74 §. 1 dicta sunt, referri possunt, quorum partem deduci Labienus iussisset, tamen cohortium ab eo coacta-

quid faciendum existimet. Adcelerat Caesar, ut proelio intersit. 88. Eius adventu ex colore vestitus cognito, quo insigni in proeliis uti consuerat, turmisque

faciendum] *faciundum* Hamb. Ald. a. Gr. a. Oud. Cf. adn. cr. ad 5, 54 §. 2.

Adcelerat] Voss. A. Par. A. (Bong. A.) non *acc.*; *adceleret* Egm. Fabr. *ad celeret* Vrat. A. *acceleret* Leid. A. Egm. sec. Oud. *accederat* Dr. B. *accellerat* Hamb.

Cap. 88. §. 1 insigni] *insignis* Voss. A. Fabr. *in signa* Hamb. in proeliis] *in* om. Ox. *in pilis* idque ante *insigni* Haen.

consuerat] „MSS. 9. et Edd. pp." Voss. A. Egm. Gott. Bong. A. Par. A. Dr. B. Vrat. ABC. Goth. B. Gu. Vind. EF. Rom. a. Med. a. Ven. f. *consueverant* Lov. Heins. Fabr. Hamb. *consueverat* Haen. Hav. A. Dr. A. Goth. A. Vind. A. Ven. bcde. Ber. Ald. sqq. Cf. adn. cr. ad 4, 24 §. 4.

rum numerus maior est, quam qui hinc deductis et ad eas, quae in castris Antistii et Caninii fuissent, additis effici potuisse videatur. Et munitiones non adeo nudatas praesidiis fuisse infra docemur. Mutati autem consilii significationem habet id, quod coactis cohortibus fecisse Labienus traditur. Cui quod eas, quas ipse deduci iussisset, *fors obtulisse* dicitur, de qua locutione cf. adn. cr. ad 2, 21 §. 1, ad numerum cohortium et ad legiones, quarum eae essent, pertinet et forte factum demonstrat, ut tot potissimum, nec plures nec pauciores, et has potius, quam alias item deductas cogeret.

quid faciendum existimet] Recte Kranerus ab Heidio hoc elliptice dictum putante et quaesitum ex Caesare, quid faciendum existimaret, interpretante dissentit; sed quod ipse putat ad c. 86 §. 2 respici et Caesarem de eruptione iamiam facienda certiorem fieri, etsi ad linguae usum magis, quam illud probabile est, tamen verba ita comparata sunt, ut aliud potius, quam quod postremum fieri Caesar voluisset, faciendum existimasse Labienus videatur. Et sicut multis locis, quibus imperator quid fieri velit, ostendere dictus est, id ipsum quid sit, non ostenditur, sed ex sequentibus colligendum relinquitur, ita h. l. Labienum non eruptione, quam Caesar extremam salutis viam tentari iussisset, sed proelio et acie de victoria contendendum existimasse idque Caesari nuntiasse ex sequentibus apparet, quorum proxima probatum esse imperatori legati consilium significant, reliqua quemadmodum res gesta sit quemque eventum habuerit, exponunt.

Cap. 88. §. 1 quo insigni in proeliis uti consuerat] *Quo* non masculinum est, sed neutrum, ut *insigni*, et color vestitus insigne fuisse dicitur, quo utens in proeliis agnosci et a ceteris distingui voluerit imperator. Id iam pridem docuit Henr. Stephanus Schediasm. 5, 5; quem neque Frotscherus in Herzogii ed. priore citans satis intellexisse videtur, cum interpretationem eius (quo colore vel cuius coloris vestita uti in proeliis consueverat, *ut insigne esset*) ad amussim respondere Caesaris verbis negat, neque iure reprehendit Dukerus ad Liv. 24, 5 §. 3: *qui per tot annos Hieronem filiumque eius Gelonem nec vestis habitu nec alio ullo insigni differen-*

equitum et cohortibus visis, quas se sequi iusserat, ut de locis superioribus haec declivia et devexa cernebantur, hostes proelium committunt. Utrinque clamore
2

hostes] „Iurinius vult *nostri.*“ Oberiinus in Mautissa. Eo probato Caesaris adventum a Romanis ex colore vestitus cognitum turmasque et cohortes, quas se sequi iusserat, ab iisdem de locis superioribus visas incitasse eos ad proelium committendum statuere debemus. Cui repugnat primum quod per nuutios potius de suo et copiarum adventu Caesarem suos certiores facturum atque hos adventum eius exspectaturos fuisse consentaneum est; deinde quod loca superiora a Gallis tenebantur, contra quos proelium commissuris Romanis despectus in declivia et devexa nullus esse poterat. Huc accedit quod *nostri*, si h. l. legitur, §. 3 male iterari videtur. Tamen Nipperdeius Iurinii coniecturam probavit at *nostri* scripsit, *hostes* damnavit, primum quod incredibile sit adventum Caesaris et auxilium Romanis additum hostibus causam committendi proelii fuisse, deinde, inquit, hostes nequaquam tum demum proelium commiserunt, sed id longe antea fecerant, cum munitiones Romanorum oppugnare incipiebant, neque ex eo tempore impetum remiserant. Quid vero magis credibile esse potest, quam Gallos, quibus res prosperrime cessisset, cum Labienus omissa munitionum defensione cohortes cogeret, Caesar alias et

tes a ceteris civibus vidissent: quo ille loco vestem quoque *insigne* vocari, quo rex a ceteris civibus differret, verissima dixerat. Quodsi pro adiectivo accipias *insigni*, non solum verborum collocationem, de qua Froeschérus monuit, adversantem habeas, sed etiam *quo* pronomen, quod iam non neutrius, sed masculini generis sit, dubites utrum ad colorem vestitus, an ad vestitum referas, deinde, si colorem insignem appellari velis, hoc ipsum adiectivum abundare, sin vestitum, ut Berlingh. p. 156 (*ayant été reconnu à la couleur de son habit, qu'il était en usage de porter très magnifique dans les batailles*) aut colorem aut totum hoc *quo insigni in proeliis uti consuerat* parum apte commemorari sentias. Ipsum colorem coccineum fuisse Lipsius De mil. Rom. 2, 12 ex Plinio, a quo Nat. hist. 22, 3 *coccum imperatoris dicatum paludamentis* praedicatur, multisque aliis auctoribus probabilitar docuit. Causam vero, qua ductus Caesar hoc se insigni uti consuevisse monendum putaverit, quam idem vir doctus in Analectis p. 384 nullam dari potuisse existimans haec verba eius germana esse negabat, si quis eam, quam ad 2, 20 §. 1 sufficere videri ostendimus, minus probandam censeat, ab Herzogio in ed. pr. propositam substituat et quo insigni alii imperatores, velut Scipio B. Afr. c. 57, omni tempore belli uterentur, id Caesarem *in proeliis* gestare solitum significari putet.

nt] Cf. adn. ad 5, 43 §. 5.

haec declivia et devexa] per quae sequi se iussas a Caesare turmas et cohortes visas esse ab hostibus modo dictum est. Eo enim spectat pronomen. De adiectivis pro substantivis positis cf. adn. ad 2, 19 §. 4. Quo minus enim *loca* ex *locis superioribus* suppleudum putemus, cum delitescens in his genus neutrum, tum duorum adiectivorum coniunctio obstat, et quod Caesar hoc substantivum supplendum re-

sublato excipit rursus ex vallo atque omnibus munitionibus clamor. Nostri omissis pilis gladiis rem gerunt. 3

turmas adduceret, impetum in munitiones, quas defenderet nemo, facere destitisse et id, quod Romanos in animo habere viderent, ut proelium committerent, praeoccupasse? Ceterum tam parvo momento antecessisse Galli tamque parati ad confligendum Romani fuisse videntur, ut mirum non sit, si fuerunt qui hos, non illos proelium commisisse traderent. Quorum fortasse aliquem auctorem habuit Polyaenus barbaros multitudine fretos Romanorum impetum cum risu excepisse narrans Strat. 8, 23 §. 11: *τῷ πλήθει θαῤῥοῦντες γελῶντες ἐδέχοντο.*

§. 3 omissis] *obmissis* Goth. A. Vind. E. *omnibus* Haen. *commissis* Dr. B. Vind. C. *missis* Vasc. St. (Freil.) *emissis* And. Ox. Cu. S. Leid. AC. Hav. A. Vind. A. et a m. pr. Vrat. B. inc. sec. Elb. Ald. ab. Gr. ab. P. Man. Turr. Lips. in. Gr. Dav. Cl. Id Oudendorpius improbat propterea, quod Caesar, si ita scripsisset, nihil singulare adnotasset. Cui reponi potest aut nihil hanc pugnam singulare habuisse, aut quod haberet, id non hoc, sed quod sequitur, quod ad equitatum pertinet, fuisse, praeterea mirandum esse, si Romani in Gallos de loco superiore in se incurrentes pila non emiserint. Nam quod Sambuco id in loco angusto absurdum videbatur, adeo angustum hunc fuisse nec reliqua credi patiuntur, nec credi ab eo debebat, qui *omissis* probaret, quod ipsum suadet, ut pila etiam non omitti, sed emitti potuisse putemus. Quod autem Herzogius *emissis* ideo nihili facit, quod Caesar *integros* adduxerit, obscurum est, qua vi praeditum id existimaverit, nisi forte cum Sincero *emittere* h. l. idem esse putavit, quod nos dicimus verschießen. Horum igitur nihil impedit, quominus cum Daehnio et Eiberlingio *emissis* teneamus. Impedit vero quod additum est *gladiis rem gerunt*, quod pilis eos ad rem gerendam non esse usos significat. Qui si essent usi, emissis iis *gladios stringere* vel *ad gladios redire* dicerentur, ut Civ. 3, 93 §. 1 in proelio Pharsalico Caesariani *pila miserunt celeriterque gladios strinxerunt*, §. 2 Pompeiani *pilis missis ad gladios redierunt*. Itaque recte Oud. *omissis* praetulit apteque comparavit Salust. Cat. 60, 2 *pila omittunt; gladiis res geritur.*

linquere non solet. Cf. Civ. 3, 45 §. 4: *Caesar, cum suos ex omnibus partibus vulnerari videret, recipere se iussit et loco excedere. Erat per declive receptus.* ib. 51, 6: *Nam ex iniquo progressi loco in summo constiterant: si per declive sese reciperent, nostros ex superiore insequentes loco verebantur.* In quibus *summo* eiusdem generis est ac *declive.*

§. 2 ex vallo atque omnibus munitionibus] Haec verba ab Heidio ad castra Antistii et Caninii et proxima iis castella referuntur, quorum neutris satis conveniunt. Cum Vercingetorix secundum §. 5 post caedem demum et fugam suorum copias a munitionibus reduxerit, de vallo circum oppidum ducto et de Romanis in vallo dispositis deque Gallis munitiones interiores denuo aggredientibus sermonem esse consentaneum est. Parum accurate Beringh. l. c. *des cris s'élèvent de tous côtés*, lepide vero Sincerus vertit gab es von Seiten des Walls und aller Schanzen ein Echo.

Repente post tergum equitatus cernitur; cohortes aliae adpropinquant: hostes terga verterunt. Fugientibus
4 equites occurrunt: fit magna caedes. Sedulius, dux et

adpropinquant] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Goth. A. Vind. A. Ald. sqq. *appropinquabant* „reliqui" Pet. Voss. A. Egm. Gott. Lov. Confl. Bong. A. Par. A. Haen. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. E. edd. ante Ald. (*adpr*. . . . Fabr. [Bong. A.] Par. A. Vrat. A. non *appr*.)

verterunt] „plerique" Pet. Egm. Gott. Lov. Steph. Bong. A. Par. A. Hav. A. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. Hamb. Gu. Vind. B. inc. sec. Elb. *verterant* cum *u* a m. s. super *a* Voss. A. Fabr. *verterent* Haen. *vertunt* (Bong. C. Pal. Confl.) Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. A(CDEFI). Rom. a. Med. a. sqq. Nimirum inter bina praesentia interiectum praeteritum non videbatur ferendum. Sed et aliis locis Caesar utrumque coniungit (cf. adn. cr. ad c. 71 §. 8) et hic rei gravitas erat respicienda, cui tempus absolutam rem significans maxime convenit. His tribus enim verbis pene summa continetur belli Gallici. Nec sine causa etiam alterius generis codices Hav. A. et quod ex Oudendorpii adnotatione suspicari licet, Leid. A. praeteritum tenuerunt. Itaque cum Dübnero *verterunt* recepi: *appropinquabant*, quod idem recepit, ab re, quantum video, nullam, ab codicibus non tantam commendationem habet. Praeterea interpunctio mutanda fuit. Dübnerus post *verterunt* pariter ac post *cernitur* colon posuit.

§. 4 Sedulius] „MSS. et Edd. quidd. *Asedullus*, *Ascedullus*, *Asedulus*. *Sedilius* L. pr." *Asedullus* Pet. Voss. A. Egm. Bong. A. Par. A. Vrat. AC. *Ascedullus* Gott. Ort. Gu. *Asedulus* Pal. Goth. B. Vind. D. edd. ante Ald. *Asudullus* Lov. Heins. et Torr. *Asedulius* Hamb. *Ascedulus* Vind. B. *Astedullus* Vrat. B. *Assedulus* Samb. Bong. C. Haen. Dr. AB. Goth. A. Vind. CFI. Secundum haec *Asedullus* scripsisse Caesar iudicandus esset, nisi codicum illorum auctoritati derogaret quod in *Lemovicum* nomine aperte corrupti sunt, quod nomen ex coniectura positum ab iis-

§. 3 cohortes aliae] Argute Lippertus in Append. ad c. 87 *alios*, *alias partes exercitus*, *et quidem cohortes* interpretatur easque simul et equitatui repente a tergo conspecto et iis, qui in fronte rem gladiis gererent, opponit. Et cohortium quoque circumire munitiones exteriores et ab tergo hostes adoriri iussarum vestigium cernitur apud Polyaenum Strat. 8, 23 §. 11, secundum quem Caesar *νύκτωρ ὁπλίτας τρισχιλίους καὶ τοὺς ἱππέας πάντας διελὼν ἐκ πλαγίου μέρους ἑκατέρωθεν ἐκέλευσεν ἀναχωρήσαντας τῆς ὑστεραίας ἀμφὶ δευτέραν ὥραν κατόπιν τῶν πολεμίων ἐπιφανέντας ἔργου ἔχεσθαι*. Sed quae a Caesare c. 87 §. 4 relata sunt, et quae h. l. de fugientibus dicuntur, quibus *equites* occurrerint, a tali eius consilio pariter abhorrent; cohortes autem *alias* appropinquare dicens nihil amplius, quam ab illis, quas ex proximo castello deductas cum parte equitum sequi se iussisset, distinguere et has quoque, sed post illas, deductas ex castellis et se secutas esse significare videtur. Itaque rectius, quam Lippertus interpretatur Berlingbierius l. c. *d'autres cohortes viennent renforcer César de l'intérieur du camp.*

princeps Lemovicum, occiditur; Vercasivellaunus Arvernus vivus in fuga comprehenditur: signa militaria LXXIIII. ad Caesarem referuntur; pauci ex tanto numero se incolumes in castra recipiunt. Conspicati ex 5
oppido caedem et fugam suorum desperata salute copias a munitionibus reducunt. Fit protinus hac re audita ex castris Gallorum fuga. Quod nisi crebris 6
subsidiis ac totius diei labore milites essent defessi,

dem, qui *Sedulius* habent, non videtur. Hos igitur in utroque sequendos putavi, etsi Latini nominis speciem critico, qui etiam apud Britannos *Carvilium* nomine regem fuisse ex 5, 22 §. 1 nosset, arridere potuisse, ob codicum discrepantiam autem *Asedulius*, ob nominis formam *Sedilius* magis probabilia esse, denique populi, cuius hic dux et princeps fuerit, nomen aliud in optimorum codicum scriptura latere posse non nego.

Lemovicum] Aud. Ox. Cu. S. Leid. A. Voss. C. margo Pet. Par. B. Vind. A. (Hav. A. Wh.) Ald. sqq. *Lemonicum* Hav. A. sec. Elh. *Remorum* Samb. „MSS. 6" N. Par. A. sec. Achaintr. Gott. Bong. C. Pal. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BCEF. *Remotum* Par. A. sec. Beyeri. *rhemorum* Vind. I. Ven. f. *Remorum tum* Voss. A. „*Remustum* Bong. Egm. Petav. et alii" *remus tum* Pet. Egm. Fabr. Bong. A. Pl. Vrat. A. Goth. A. *Rhemiis tum* Haen. *Remis* Pet. Coufl. *Remurum* Dr. A. *Sequanorum* „MSS. duo" Ort. Vrat. B. inc. *Germanorum* Vind. D. edd. ante Ven. f. Cum *Remorum* propter c. 63 §. 7 et c. 75 improbandum sit, Lemovices autem secundum c. 75 §. 3 et 4 alii maiores, alii minores fuerint, Caesarem *Lemovicum Armoricorum* scripsisse, librariis autem *A* litteram in archetypo ancipiti loco inter versus positam (*caedes sedul.* perperam ad ducis nomen pertinere visam
vicum ^{a}*rmor.*)
et hoc et populi nomen corrumpendi occasionem praebuisse, *Lemovicum* vero ab iisdem temere omissum ab alterius recensionis auctore solum receptum, alterum ut corruptum deletum esse suspicor.

Vercasivellaunus] Cf. adn. cr. ad c. 76 §. 3.

§. 4 signa militaria] Cf. adn. ad 4, 15 §. 1.

§. 5 Gallorum] qui in castris remanserant, cum reliquarum, quae c. 83 §. 8 dicuntur, copiarum pars ad exteriores munitiones, quae ad castra Antistii et Caninii pertinerent, adisset. Hi nunc cum paucis illis, qui ex proelio incolumes se in castra receperant, fugam capessunt.

§. 6 Quod nisi] Cf. adn. ad 3, 23 §. 7.

totius diei labore] Hinc ductum esse potest quod apud Polyaenum post illa, quae ad §. 3 adscripsimus, legitur: *αὐτὸς δὲ ἀρχομένης ἡμέρας ἐξῆγε τὴν στρατιὰν ἐς μάχην.* Totius enim diei labore defessi nisi qui a primo mane pugnassent, dici non potuisse videbantur. Tamen meridie demum ad superiores munitiones pugnari coeptum et Vercingetorigem quoque, cum ex oppido egrederetur, suos, qui usque ad meridiem partim post montem latuissent, partim castris se te-

7 omnes hostium copiae deleri potuissent. De media
nocte missus equitatus novissimum agmen consequitur:
magnus numerus capitur atque interficitur: reliqui ex
fuga in civitates discedunt. 89. Postero die Vercin-
getorix concilio convocato id bellum se suscepisse non
suarum necessitatum, sed communis libertatis causa
2 demonstrat, et quoniam sit fortunae cedendum, ad
utramque rem se illis offerre, seu morte sua Romanis
3 satisfacere seu vivum tradere velint. Mittuntur de his
rebus ad Caesarem legati. Iubet arma tradi, principes
4 produci. Ipse in munitione pro castris consedit: eo

Cap. 89. §. 1 concilio] *consilio* „MSS. 5. Edd. pp.“ Voss. A. Egm. Bong. AC. Pet. Conf. Par. A. Hav. A. Haen. Dr. AB. Vrat. ABC. Hamb. Vind. F. edd. ante Ber. Gr. Cf. adn. cr. ad 2, 10 §. 4.

id] *et* Hav. A. Vind. A. quo probato *et se illis offerre* §. 2 siue ellipsi dicta, sed nec apte collocata nec ea, quam habent, vi praedita reddideris.

bellum se] Voss. A. Egm. Gott. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Haen. Dr. A. Vrat. AB. Gu. Vind. BEF. Hamb. et a m. s. Goth. A. Ven. *f. b. non se* Vind. I. *b.* Dr. B. et a m. pr. Goth. A. *se* Vrat. C. Goth. B. In Hav. A. Vind. A. *se* post *suscepisse*, in edd. praeter Ven. f. omnibus ante *bellum* positum est. Ond. tacet. Cf. adn. cr. ad c. 87 §. 4.

suscepisse non] *n. s.* Goth. A. a m. pr. Ven. f. *s. nisi* Dr. A. Vind. B. *suscoepissent* ante corr. Voss. A. Fabr. *s.* a. m. pr. Par. A.

necessitatum] *necessitatium* Voss. A. Par. A. quae auctoritas sufficere visa est Nipperdeio. Cf. adn. cr. ad 4, 3 §. 1.

§. 2 offerre] *offert* Pet. Conf. Goth. A. Hamb. *obfert* Vind. F.

nuissent, iam conspicatum esse c. 83 §. 8 et c. 84 §. 1 clare demonstratum neque ullum aliud pugnae antemeridianae aut loci, ubi eam commissam putes, indicium a Caesare factum est. Hunc igitur *totius diei laborem* duplicem potius dixisse, a mane usque ad meridiem milites in opere versatos et munitionibus faciendis reficiendisque exercitos significasse credas. Cf. c. 77 §. 9 et 10.

Cap. 89. §. 1 suarum necessitatum] sive ullius rei sibi necessariae, quam bello impetrare voluerit.

§. 2 se illis offerre] Haec eum locum tenent, ut infinitivus non ex ipso verbo *demonstrat*, cuius obiectum est *se suscepisse*, sed ex similis actionis notione inde supplenda pendere et alterum verbum dicendi omissum esse videatur. Cf. adn. ad 6, 42 §. 1. Item omissum *se* subiectum et hoc, quod adest, pro obiecto habendum est, ut 2, 3 §. 2.

Romanis satisfacere] Cf. adn. ad 1, 41 §. 2.

§. 4 in munitione] Nescio, qua ratione Heldius interpretatus sit *in dem inneren Raume seiner Belagerungswerke, vor seinem Lager. Munitio* nihil aliud nisi vallum castrorum significat, castra vero ipsius Caesaris una ex pluribus c. 69 §. 7 demonstratis intelligenda sunt.

duces producuntur. Vercingetorix deditur, arma proiiciuntur. Reservatis Haeduis atque Arvernis, si per 5
eos civitates recuperare posset, ex reliquis captivis toto exercitui capita singula praedae nomine distribuit.
90. His rebus confectis in Haeduos proficiscitur; civitatem recipit. Eo legati ab Arvernis missi quae impe- 2
raret, se facturos pollicentur. Imperat magnum numerum obsidum. Legiones in hiberna mittit; captivorum 3

§. 5 recuperare] *reciperare* Bong. A. Pl. et, in quo *u* a. m. sec. super *i* scriptum est, Par. A. *recipere* Duk. Bong. C. Vind. C. Cf. adn. cr. ad 3, 8 §. 3 (*recuperari* Vind. A et, qui deinde cum Egm. Vrat. A. *possent* exhibet, Leid. A. — *possit* Gott. Voss. C.)

toto] *toti* Vrat. B.

exercitui] *exercitu* Ox. Voss. C. Gott. Wh. Pet. Confl. Dr. B. Iu. Gr. Dav. Cl. Oud. *Toto exercitu* Scaliger ex coniectura, ut videtur, ponens haud dubie ablativos esse voluit, quod reliquis in locis Caesarem dativum adiectivi non minus, quam genitivum legitime flectere videret (*toti Galliae* 1, 30 §. 2, ubi unus Vind. F. *tote*, et 7, 66 §. 1, ubi Ox. Cu. Leid. A. Par. B. Hav. A. Vind. A. *tota Gallia*, et *toti bello* 5, 11 §. 7, ubi Vind. E. *toto bello*, Vind. F. *toti belli* habent) et ablativum idem, quod *per totum exercitum* significare statueret. Oudendorpius vero in adn. ad c. 66 Scaligeranam scripturam, sive ablativi sive dativi sint, mutari opus esse negat. Sed codices *exercitui* a Scaligero non debuisse mutari probant, neque certae dictioni praeferri ambigua debebat. Cf. adn. cr. ad c. 29 §. 6. *Toto*, quem dativum Oud. secundum auctores a Vossio De anal. 2, 3 et 4, 6 citatos etiam apud Lucanum 2, 383 (*toto genitum se credere mundo*) probari posse putabat, quo loco ita scribendum esse docuit Cortius, quemque apud Propertium 3, 11, 57 (*toto quae praesidet orbi*) vulgo omnes probant, etsi codex Groninganus *toti* exhibet, Caesar analogiae causa item, ut alia minus iam usitata semel pro *toti* ponere potuit.

Cap. 90. §. 3 Legiones] *legionem* Leid. A. Hav. A. Vind. A.
mittit] *mitti* Vind. A.

Vercingetorix deditur] De hac deditione plura narrant Plutarchus Caes. c. 27, Dio Cassius 40, 41, Florus 3, 10 §. 26 et ex Floro Petrarcha Hist. 18, 52; quorum nihil propterea, quod a Caesare in Commentarios relatum non sit, pro falso et ficto habendum, et quod apud Plutarchum legitur, satis verisimile videtur: quae Dio habet, minus per se verisimilia sunt; quae vero Florus verba facientem Vercingetorigem producit, *Habes. Fortem virum, vir fortissime, vicisti* (Petrarcha *Habe haec*, sc. phaleras et arma ante Caesaris genua proiecta) moribus eius a Caesare propositis minime conveniunt.

§. 5 praedae nomine] Cf. adn. ad 3, 2 §. 5.

Cap. 90. §. 3 Legiones in hiberna mittit;] Hoc illi, quod sequitur de captivis, antepositum non alia de causa videtur, quam

4 circiter XX. milia Haeduis Arvernisque reddit. Titum
Labienum duabus cum legionibus et equitatu in Sequa-
nos proficisci iubet: huic Marcum Sempronium Ruti-
5 lum attribuit. Gaium Fabium legatum et Lucium Mi-

reddit] *redit* Hamb. *reddidit* S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Ald. a. Gr. a. Turr. *restituit* Dr. B. Goth. A.

§. 4 equitatu] *equitatum* ante corr. Goth. A. *parte equitatus* Egm. Fabr. Vrat. A.

Rutilum] *Ruptilum* Hamb. *Ruttilum* Dr. B. *Rutulum* Vind. A. *Rutilium* „MSS. uno alteroque excepto, et Edd. Vett. ac Metaph.“ Pet. Voss. A. Egm. Cousl. Par. A. Hav. A. Haen. Vrat. AC. Goth. AB. Vind. CD. Petr. Hist. 18, 54. Rom. a. Med. a. Ber. Ven. f. St. Gr. b. Freil. Turr. *Ῥουτίλιον* Met.

§. 5 legatum] Non sine ratione Oud. hoc nomen, quod in „Cu. Sc. pr. (S. et Leid. A?) And. Ox. Dorv.“ et edd. plerisque omissum et Labieni aliorumque item legatorum nominibus propriis non adiectum videret, in ordinem recipere dubitavit. Nec mihi non dubia res esset, si ad illorum librorum, quibuscum Hav. A. Vind. A. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. (Pal. Vind. DEF.) et Flodoardus a Nipp. citatus editionesque praeter inc. (Eib.) St. Gr. b. Freil. omnes consentiunt, auctoritatem accedere Boug. A. satis ex Plüschkii silentio constaret. Nam Caesari Fabium, quem et supra aliquoties et proxime c. 87 §. 1 legatum nominasset, a Minucio, qui non esset legatus, distinguere non minus, quam quo munere Minucius fungeretur, demonstrare supervacaneum videri potuit. Sed quoniam „reliqui“ teste Oud. *legatum* habent, in iis autem, qui non habent, temere omissum potius, quam in reliquis interpolatum iudicari debet, cum Pet. Voss. A. Egm. Gott. Par. A. Boug. C. Haen. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. Gu. Hamb. Vind. BCI. inc. St. Gr. b. Freil. et Petrarcha, qui Hist. 18, 54 Fabium et Minucium *legatos* appellat, recepi. Idem fecit Nipperdeius.

quod tempore hoc prius, illud posterius fuisset; coniunctum vero utrumque ideo est, quod nisi receptis Haeduis et Arvernis fieri neutrum potuisset. Itaque post *mittit* neque minima cum Oud. neque maxima cum Nipp. interpunctio facienda videbatur.

§. 4 Titum Labienum etc.] Haec omnia Caesarem postquam legiones in hiberna misisset missionemque eis concione habita iudicasset et Haeduis atque Arvernis captivos reddidisset, legatis praefectisque in consilio proposuisse et constituisse verisimile est.

cum equitatu] non omni, sed duarum legionum, quibuscum in Sequanos mittebatur. Etiam reliquos legatos cum equitatu missos esse per se intelligi potest.

attribuit] Cf. 8, 48 §. 1: *Erat attributus Antonio praefectus equitum C. Volusenus Quadratus, qui cum eo hibernaret.* Eodem munere, quo apud Antonium item duabus, ut credibile est, legionibus praepositum Volusenus, apud Labienum Sempronius, apud Fabium functus esse Minucius videtur, quorum uterque binarum legionum turmis praeesset proximumque a legato dignitatis locum teneret. Ac Minucium equitum praefectum fuisse Nipp. probabiliter ex 6, 29 §. 4 collegit: Orellius Onom. Tull. p. 401 legatum Caesaris appellat.

nucium Basilum cum legionibus duabus in Remis collocat, ne quam ab finitumis Bellovacis calamitatem accipiant. Gaium Antistium Reginum in Ambibaretos, Ti- 6

Minucium] *Minutium* Voss. A. Egm. Fabr. Beng. A. Pl. Par. A. Guth. B. Hamb. Gu. Gott. Wh. Med. a. Ven. bcdef. Ber. Ald. a. Gr. ab. P. Man. St. Frell. Turr. *Minuti** Gott. Fabr. *Mimitium* Rom. a. *Munitium* Vind. C. *municium* Hav. A. *minicium* a m. pr. Vrat. B. *numitum* Vind. l. *M.* Vrat. A. In Goth. A. nomen cum praenomine abscisum, in Gott. Fabr. Dr. A. Vind. B. Gu. praenomini antepositum, in Gott. Wh. praenomine destitutum est.

Basilum] *Basilium* „multi" Gott. Fabr. (Wh. *basilum* ex eo refert) Haen. Dr. AB. Vrat. C. Goth. B. et, in quo duae priores syllabae abscisae sunt, A. Hamb. Vind. CD. Petr. edd. ante Lips. *Βασίλιον* Met. om. And. Ox. Hav. A. Vind. A. Flod. Cf. adn. cr. ad 6, 29 §. 4.

legionibus duabus] Hoc ordine Voss. A. Egm. Gott. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Hav. A. Haen. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. AE. Flod. St. Gr. b. Frell. *d. l.* Rum. a. Med. a. Ven. bcdef. Ald. a. Gr. a. P. Man. Turr. *II. l.* Ald. b. Lips. sqq. tacente Oud.

finitumis] Bong. A. Egm. Oud. 2. non *finitimis*. Cf. adn. cr. ad 6, 43 §. 1.

§. 6 Ambibaretos] Voss. A. Egm. Gott. Fabr. Bong. A. Pl. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Vind. ABCEF. (Gu. Bong. C. Pal.) Rum. a. Med. a. Ven. bcdef. Ber. Ald. ab. Gr. ab. P. Man. Turr. *Ambibatetos* Vrat. A. *Ambibaredos* Hamb. *Ambibractos* Pet. Consl. et Fabr. *Ambibarcos* Petrarchae cod. Hamb. 18, 54. *Ambibaricos* eiusdem ed. pr. *Ἀμβιβαρήτων* Met. *Ambivaretos* (Hav. A. Gott. Wh. Haen.) St. Lips. Iu. sqq. In Goth. A. nomen una cum praecedentibus *tium Reginum in* abscisum, in Dr. A. una cum sequentibus usque ad *Rutenis* in margine a m. s. scriptum est. *Ambilaretos*, quod Oud. in Var. Lect. e MSS. et Edd. Vett. et Nipperdeius ex Par. A. referunt, ab Oud. falso relatum esse Fabr. et Pl. et ipsae edd. vett. arguunt. Ceterum cf. adn. cr. ad c. 75 §. 3, in qua scripturam huius loci incertam esse docui eo, quod eundem populum hic atque illic a Caesare nominatum esse verisimile sit, nomen ipsum autem utrum hic an illic in codicibus corruptum et quo modo corrigendum sit, constitui nequeat. Neque enim novo Caesar et inaudito nomine, quale *Ambibaretorum* erat, si c. 75 *Ambluaretis* scripserat, quo missus esset Antistius, docere potuit, sed hunc populum ut ceteros, quos hic nominat, aliquatenus certe notum lectoribus sumpsisse et, si supra eundem in clientela Haeduorum iisque adiunctum esse ostenderat, sumere potuisse videtur, etiamsi qua ex parte finitimus Haeduis esset, incertum reliquisset. Ac re vera hos, in quos Antistius missus est, non longe ab Haeduis remotos fuisse ex 8, 2 §. 1 colligi potest. Nam quae ibi memoratur legio undecima, quae proxima fuisse dicitur decimae tertiae in Biturigibus collocatae, eam non, ut Kranerus putat, in Rutenos cum Caninio missam, sed Antistio traditam significari cum propter Rutenorum maiorem, quam Haeduorum a Biturigibus distantiam probabile est, tum ex 8, 24 §. 2

tum Sextium in Bituriges, Gaium Caninium Rebilum
7 in Rutenos cum singulis legionibus mittit. Quintum
Tullium Ciceronem et Publium Sulpicium Cavilloni et
Matiscone in Haeduis ad Ararim rei frumentariae causa
8 conlocat. Ipse Bibracte hiemare constituit. His rebus

verisimile fit, quo loco Hirtius Caninium non cum una, sed cum duabus legionibus in hiberna missum statuisse videtur.

§. 7 Cavilloni] Leid. A. Hav. A. *Cavillonni* Vind. A. *Cabilloni* „MSS. plerique" Egm. Fabr. Pal. Haen. Dr. B. Vrat. AC. Goth. B. Vind. EF. Rom. a. Med. a. St. Frell. Oud. *Cabillonii* Ber. *Cabillonni* Voss. A. Gott. Fabr. Bong. A. Pl. Par. A. Gu. et corr. in *—onni* Dr. A. *Cabiloni* „al." Pet. Fabr. et Confl. Hamb. Vind. D. Ven. bcdef. P. Man. Ald. b. Lips. In. Gr. Dav. Cl. *Cabilonni* Ald. a. Gr. a. Turr. *Cabillonem* Bong. C. Vind. B. *Cabilonem* Vind. I. *Cabillone* Vind. C. et a m. pr. Vrat. B. Petr. 18, 54 *in Cabillone* Vrat. B. a m. s. *ἐν Καπιλῶνι* Met. In Goth. A. *Ciceronem — Ma* abscisa sunt. Cf. adn. cr. ad c. 42 §. 5.

conlocat] Par. A. (Bong. A.) non *coll. colocat* Hamb.

§. 8 His rebus litteris Caesaris cognitis] „ita se reperisse in antiquo libro notavit Faernus." Vrs. Emend. „Extrema verba huius libri Faernus ex V. C. ita legebat: *His rebus litteris Caesaris cognitis, Romae dierum XX supplicatio indicitur.*" Vrs. Not. „Placet Faerni liber: *His rebus Caesaris literis cognitis.*" Hotom. Ut Faerni liber antiquus apud Vrsinum, ita Aldo nepote teste Gryphii liber ad oram et (Vind. D.) a m. s. Vrat. B. Rom. a. Med. a. Ven. bcdef. Ber. Oud. *H. r. C. l. c.*, quam Hot. Faerni lectionem esse dixerat, Lips. In. Gr. Dav. Cl. *H. r. l. C. cogitur* cod. Turr. *H. r. c.* Voss. B. *H. C. l. c.* Duk. *Harum rerum l. c.* Dr. B. Vasc. Gr. b. (Frell.) *His l. c.* „Bong. pr. sec. (cuius excerpta hic rursus incipiunt) Petav. Voss. pr. Egm. Lovan. Scalig. et 6 alii; ut et Brant. ac Samb. et Hotom." Bong. AB. Pet. Voss. A. Egm. Gott. Lbb. Fabr. Confl. Bong. A. Pl. Par. A. Haen. Steph. sec. Hot. Dr. A. Vrat. AC. et a m. pr. B. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BCEFI. inc. St. (*hiis* Vrat. BC. Hamb. *iis* Goth. B.) *Huius anni r. c.* And. Ox. Leid. A. Par. B. Hav. A. Vind. A. margo Goth. B. Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. In Goth. A. *constituit — Romae di* abscisa sunt. *Hisce per litteras senatui nunciatis dierum viginti supplicatio Romae fuit.* Petr. 18, 54. *ἔκ τε τῶν αὐτοῦ γραμμάτων οἱ Ῥωμαῖοι ἐπ' εἴκοσιν ὅλας ἡμέρας ἔθυσαν, ὃ ἐπ' ἄλλῳ οὐδενὶ οὐδέποτε ἐπεποιήκεσαν.* Met. Optimi codicis scripturam *His litteris cognitis* corruptam esse intelligens Nipperdeius cruce praefixa notavit, emendandam aliis reliquit. Atque Kranerus in *his litteris*, quae verba Dübnero idem, quod *his per litteras*, Seyfferto et Doberenzio quod *harum rerum litteris* significare posse videbantur, *litteris* abundare putans et ex libri 2 extremis illatum suspicans uncinis circumscripsit; cui suspicioni optimi codicis indoles non minus, quam Dübneri et Seyfferti interpretationibus dicendi genus adversatur. Propius ad verum accedit quod Voss. B. exhibet, *His rebus cognitis*, quod placebat Apitzio, qui tamen *litteris* et *Caesaris* non magis probabili, quam cui Kranerus indulsit, coniectura ex initio Civ. 1 ducta opinabatur.

litteris Caesaris cognitis Romae dierum XX. supplicatio editur.

Neque ex eo, quod Aldus secundum codicem, ut videtur, edidit *Huius anni rebus cognitis*, quod et ipsum minime ineptum est, qui *litteris* oriri potuerit, intelligitur. Itaque cum Oud. acquiescendum in Faërni lectione putavi. In qua si *Caesaris* nomen, fortasse littera singulari ut c. 87 §. 1 in Haen. notatum, per librarii negligentiam exciderat, ab Aldinae recensionis auctore *rebus*, quod temere ut multa in alterius archetypo omissum esset, ut magis necessarium servatum, *litteris* eiectum, denique *his* ut minus aptum ad praecedentia licentius ut permulta in *huius anni* amplificatum esse verisimile videtur. In Ephemeridibus quidem locus his non erat.

editur] *reditur* Haen. Ven. cde. *redditur* Steph. et alter antiquissimus sec. Hotom. Samb. Braut. Cu. Bong. AB. Pet. Voss. A. Gott. Egm. Fabr. Coufl. cod. Turr. Hav. A. Par. A. Bong. A. Pl. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. ABDFl. Rom. a. Med. a. Ven. bf. Ber. *redditus* Vind. C. *indicitur* (Carr. Vind. E.) Ald. a. sqq. (*inciditur* St.) In Goth. A. una cum sex praecedentibus syllabis abscisum est. „*Indicitur* inveni pro varia lectione in solo Leidensi secundo, ut testatur in suo esse Faërnus; atque etiam Vascos. Basil. et deinceps reliqui ediderunt. In ceteris omnibus ac Edd. primis exstat *redditur*. Sed debuisse saltem addi videtur *Diis sive Dis*." Oud. qui de Faërno non quod res est, dixisse et codicis eius auctoritatem, quam proxime praecedens adnotatio nostra demonstrat, iusto longius ad hoc extremum, in quo Faërnus Aldum sequebatur, extendisse, ceterum Aldinam scripturam iure praetulisse ei, quam codices praebent, videtur. Nam *reddere supplicationem* non solum inusitatum, sed etiam ineptum est, si redditae gratiae significationem habere putatur, quippe quam gratiam Caesar aut rebus a se gestis aut litteris suis aut sibi ipsi quasi iam inter deos relato redditam dixisse statuendus esset. *Indicitur*, si in illo Faërni libro aut in pluribus eius generis, quo Aldina recensio nititur, exstaret, teneri posset, etsi qua ratione in *redditur* corruptum esset, non intelligeretur. Nam quod Apitzius hoc quoque ex Civ. 1, 1 petitum existimat, minime verisimile est. Ad coniecturae vero, cui deberi videtur, probabilitatem non melius comparatum est, quam *decernitur* aut *edicitur*, quae Oud. proposuit. Itaque cedere illud iussimus ei, quod ad codicum scripturam proxime accederet et linguae usui in dictionibus *ludos*, *gladiatores*, *munus gladiatorium*, *spectaculum edere* conspicue convenire et a Suetonio eadem significatione usurpatum in eius codicibus eodem modo depravatum videretur Domit. 4: *collegium instituerat, ex quo sorte ducti magisterio fungerentur redderentque eximias venationes et scenicos ludos superque oratorum ac poëtarum certamina.*

CORRIGENDA ET ADDENDA.

Libri quinti capita non tot, quot Iungermannus numeris distinxit, sed rerum ratione habita haec esse voiueramus: 1—7. 8—11. 12—14. 15—23. 24—37. 38—58.

In verbis scriptoris p. 41, 2 deie 2 et versui tertio appone. || 66, 2 scribe esse, pro esse (item cum commate 185, 5 possent, 190, 4 numero, 228, 3 redditur, 258, 5 ducuntur, 297, 3 locum, 299, 6 duce, 307, 2 periculo, 5 praecipiatur, 317, 5 ut, 428, 6 existimavit, 429, 2 esset, 450, 7 dubitamus, 455, 1 iussisset, 536, 3 pacaverat, 612, 4 fundis,) || 101, 5 impulsi pro inp. || 106, 6 deie 9 et v. 5 appone || 123, 1 scr. impedimentis pro inp. || 125, 2 accedant, et pro accedant et, || 183, 10 finitimarum pro finitum. || 200, 6 Gaio pro Caio || 208, 7 miserant, pro miserant; || 225, 1 marg. appone 5 || 243, 3 scr. finiunt, pro finiunt; || 244, 8 inlustriore pro ill. || 255, 1 ne pro ne, || 263, 2 sedibus pro aedibus || 269, 5 existit pro exsistit || 274, 2 interficiunt. pro interficiunt || 275, 1 marg. appone 6 || 276, 9 scr. Gaium pro Caium || 297, 2 milibus pro militibus || 298, 5 morantur. pro morantur || 300, 8 siquidem pro si q. || 301, 4 mittit pro misit || 303, 1 dele 3 et v. 2 app. || 7 deie 6 et v. 6 app. || 9 scr. castra iam pro i. c. || 304, 1 pronuntiat pro pronunc. || 308, 3 paucitate pro paucitate, || Paginae 311 inscribe 41 pro 40 (item 313 42 pro 41, 339 5 pro 4, 395 22 pro 21, 499 55 pro 54, 509 58 pro 57, 519 61 pro 60, 521 62 pro 61, 537 66 pro 65, 559 72 pro 71) || 315, 3 scr. tran-sierant pro trans-ierant || 318, 3 dele 5 et v. 2 app. || 326, 2 deie 5 et v. 1 app. || 333, 3 scr. civitate pro civitato || 330, 3 marg. app. 8 || 5 marg. app. 9 || 343, 1 scr. itinere pro int. || 351, 3 pervagentur: pro pervagentur; || 359, 5 dele 6 et v. 4 app. || 365, 2 scr. instituerat. pro instituerat, || 10 post civitatem insere Biturigum || 368, 5 scr. periculo pro pericula || 380, 4 i-nopiam pro in-opiam || 390, 6 nullum pro nuliam || 399, 4 sunt: pro sunt. || 415, 7 dele 3

et v. 6 app. || 425, 2 dele 2 et v. 3 app. || 428, 5 dele 2 et v. 6 app. || 465, 7 post esse insere eius || 503, 1 scr. Liger pro Liges || 508, 8 inpedimentis pro imp. (item 546, 5) || 545, 3 perducuntur: pro perducuntur. || 555, 7 intellegebat pro intellig. || 614, 4 proficiebant: pro proficiebant; || 615 in marg. dele 4.

In adnotatione critica p. 1, 11 a f. scr. *ut* pro *uti* || 5, 4 *multum*, Hamb. pro *multum* Hamb. (item cum commate 12, 7 a f. et, 33, 6 a f. posset, 34, 5. 47, 10. 73, 15. 75, 7. 98, 8. 120, 27. 123, 2. 146, 8. 156, 18. 157, 7. 169, 20 potius, 42, 12 consentiunt, 43, 10 frequentiorem, 52, 6 a f. 153, 4 a f. 156, 4 a f. maiorem, 67, 19 *Ateguam*, 71, 7 a f. *conflixerunt*, 78 ult. contra, 82, 3. 103, 4. 120, 12 magis, 82, 5. 180, 6 a f. 630, 19 videtur, 82, 20 Pal., 9 a f. meliorem, 85, 11 plura, 22 fuerint, 88, 2 nescio, 103, 3. 109, 10 scripti, 104, 6 bona, 111, 6 h., 113, 24. 157, 3. 312, 11 sit, 113, 30 fonte, 115, 16 esset, 123, 1 secundo, 130, 4 librariis, 147, 10 constat, 149, 14 a f. longius, 150, 8 ante, 154, 5 a f. Plüschkii, 165, 2 faciendum, 13 aut, 172, 17 hibernorum, 178, 8 *quia*, J. 179, 10 *nihil*, 206, 1. 576, 10 omissum, 213, 10 *Samulocenis*, 226, 6 Reliqui, 267, 6 Caesar, 280, 7 *sicut*, 302, 1 Fabr., 307, 21 contraxit, 317, 5. 5, 330, 11. *dunno*, 359, 17 est, 415, 7 occurrere, 429, 20 regione, 434, 15 tenuisse, 439, 2 *quantis*, ib. *castris*, 444, 10 *perspeculatus*, 447, 1 iidem, 473, 21 *qui*, 541, 27 obstringebant, 587, 14 a f. infirmitatem, 13 a f. occupant, 604, 1 buendum, 620, 18 praeeunte, 641, 15 a f. hic,) || 8, 13 A. pro A., (item sine commate 20, 2 sunt, 67, 9. 124, 7 a f. 358 17), 81, 9 a f. *observabat*, 105, 10 Accedit, 110, 4 utitur, 164, 8 putaverint, 179, ult. Cod., 184, 13 a f. *id*, 12 a f. *necessario*, 196, 14 praesens, 205, 2 adscribens, 205, 4 a f. Contra, 210, 19 A, 277, 4 facit, 317, 14 *hominum*, 361, 30. 35. 55, 374, 9, 33, 416, 8 a f. infra, 495, 13 alterum. 582, 9 discrimine, 597, 20 fere) || 10, 7 *mitium* pro *initium* || 8 A. pro A || 11, pen. efficit pro effecit || 16, 4 *finitimi* pro *—me* || ante v. 10 a f. insere possent] Pluralem And. Ox. Cu. Leid. A. et ed. Ven. f. cum sqq. habent; in reliquis est *posset* (quod tamen Pl. ex Bong. A. non enotavit) quod facili lapsu invectum teneri potuit ab iis, qui hoc de Induciomaro dictum putarent. || 19, 3 a f. scr. A pro A. (item 66, 1. 102, ult. 104, 14. 109, 15. 112, 4. 178, 7. 268, 5. 271, 6. 290, 11. 402, 2. 404, 3 a f. 435, 15 a f. 476, ult. 549, 13. 28) || 20, 8 189 pro 189. || 32 4. 6, pro 5. 6; || 25, 11 aliquanto pro —do || 28, 13 a f. Lov. pro Liv. || 31, 11 a f. Convictolitavis pro —tanis || 36, 1 *neglexerunt* pro *—rint* || 41, pen. 98 pro 97 || 44, 11 Cl. pro et Cl. || 46, 7 *anchoram* pro *ancoram* || 52, 10 Vind. B. inc. pro inc. || 53, 10 *ut hi* pro *ut* || 56, 13 *Belgis* pro *Belgio* || 61, 1 14 pro 4 || 62, 3 B pro B. (item 158, 9. 177, 12. 178, 3 a f. 203, 8. 254, 4 a f. 331, 15. 451, 10. 458, 11.

481, 17. 546, pen. 576, 4. 594, 5. 610, 18) || 63, 23 De pro de (item 243, 7. 251, 12. 258, 4 a f. 261, 8 et 7 a f.) || 7 a f. D pro D. || 65, 2 dele; || 66, 2 scr. (Frell.) P. pro Frell. || 68 post v. 11 insere a]. Cf. adn. cr. ad 6, 28 §. 5. || 71, 4 scr. Cf. pro cf. || 73, 8 adde Cf. adn. cr. ad 7, 23 §. 2. || 76, 8 a f. scr. .III. pro III. || 79, ante v. 7 a f. insere §. 2. animum advertit] Cf. adn. cr. ad 7, 25 § 1. || 81, 8 scr. *paullulumque* pro *paulul.* || 7 a f. *adficiebat* pro *aff.* || 85, 27 auctoritas pro auctoribus || 28 *Sĕ magni* pro *Sĕmagni* || 86, 3 *Crassi* pro *Cassi* || 87, 3 6 pro 5 || 88, 14 BC. pro Pel. || 29 *Lugotorix* pro *Lugat.* || 6 a f. margo pro margo. || 5 a f. C pro C. (item 156, 10. 178, 8. 218, 10. 297, 6 a f. 307, 16. 319, 1. 10. 425, 3. 461, 9. 501, 3 a f. 515, pen. 537, 1. 549, 9. 591, 5. 619, 6. 642, 19 a f.) || 90, 11 a f. A et pro A. et (item 95, 3 a f. 315, 20. 318, pen. 331, 3. 424, 7 a f. 443, 9 a f. 449, 5 a f. 546, 2. 554, 11 a f. 570, 12. 578, 2. 579, 14 a f.) || 92, 7 tran-siret pro trans-iret || 8 *faciat* pro *faciant* || 9 *habet* pro *habent* || pen. omnes. pro omnes: || 94, 11 a f. .) pro). (item 97, 5. 196, 7) || 95, 6 *Q*. Vind. F. pro *Q*. Vind F. || 98, 18 CF pro CF. || 100, 7 a f. poëtico pro poet. (item 137, 12 poëtarum, 141, 15 a f. 142, 5 et 4 a f. 143, 15. 25 bis. 643, 19 Faërnus, 142, pen. 170, 11. 17 Faërni, 145, 7 *coëgerant*, 157, 7 *coëgisse*) || 101, 4 B et pro B. et (item 133, 15. 281, 16. 19. 340, 8. 533, 12. 545, 8. 559, 10 a f. 641, 9) || ib. Med. a. pro Med. A. || 13 A a pro A. a || 16) pro). || 102, 13 *convenerunt.* pro *—runt:* || 103, 6 (§. pro §. || 104, 8 probabilis pro tuta || 107, 7 antedictorum pro ante d. || 12 ex. pro ex (item 323, ult.) || 108, 9 a f. *orta est* pro *orta — est* || 109, 17 Hotomannum Copias pro Hotomannum || 110, 6 ſeyn pro ſein || 19 adietivi *magnus* pro adiectivi || 112, 4 Gu. pro Gr. (item 274, pen.) || 14 *contemptione* pro *contempt.* || 5 a f. *spectarem.* pro *spectarem* (item cum puncto 124, 5 periodus. 197, 4 *pe-racto.* 200, 5 IIII. 204, 14 a f. *centurionibus.* 249, 6 Mss. 263, 1 3. 6 BC. 281, 7 a f. Basilus. 295, 11 a f. videantur. 298, 14 BEF. 299, 11 32. 305, 10 a f. X. 315, 4 a. 7 191. 17 3. 320, 3 a f. 37. 368, 1 1549. 386, 12 a f. al. 416, 3 a f. CC. 430, 3 a f. Clarkii. 446, 15 *adolosent.* 465, 1 *m.* 510, 21 *Meci.* 554, 16 a f. Hotom. 583, 14 adnotata. 597, 18 *γάϱ.* 615, 8 vetustiores.) || 4 a f.) pro). (item 128, 19. 450, 13) || 123, 11 adde infra c. 57 §. 2: *equitesque undique evocat.* || 127, 3 a f. scr. ea pro *ea* || 128, 20 interpretem. Vt pro interpretem, ut || 131, 3 L.) pro L. || 132, 4 *inprudentiam* pro *impr.* || 133, 17 Dedicat. pro dedicat. || 4 a f. post *Garumnae* adde et *Garumnorum* 3, 27 §. 1 || 137, 3 post 4 adde Leid. A. Hav. A. Vind. A. || pen. scr. ad pro in || 144, 18 parte pro parte. || ult. adde Cf. 6, 41 §. 2. || 147, ult. scr. *accerime* pro *accerrime* || 148, 8 irreptitium esse, pro irrepticium

esse || 151, 17 *u.* pro *ut* || 152, 13 a f. „ceteri pro ceteri || 155, 7 a f. a pro a. || 156, 12 *faciundum* pro *faciendum* || 158, 3 adde Cf. adn. cr. ad 7, 14 §. 6. || 160, 8 scr. 2 pro 2: || 162, 4 Whittium pro Nipperdeium || 169, 1 Pulm. pro Palm. || 170, 15 Goth. pro Gott. || 171, 7 a f. Declination pro Decl. || 172, 16 6 pro 7 || 19 *Samorobrivam* pro *Samar.* || 173, 2 Bong. A. pro Bong. || 175, 6 post *faciundo* adde 7, 56 §. 2 *faciundum,* || 173, 3 a f. scr. belli pro bell. || 179 post v. 14 adde aliicere] Cf. adn. cr. ad 7, 31 §. 1. || pen. scr. Glossemate pro gloss. || 185 ante v. 1 insere summittit] Bong. A. Pi. Par. A. Vrat. ABC. Goth. B. edd. ante Oud. non *subm.* (*sūmit* Ven. d. *summit* Ven. e.) || 186, 3 et 7 scr. Dr. A pro Dr. A. || 7 est pro *est* || 190, ult. adde ab proximis] Cf. adn. cr. ad c. 21 §. 3. || 191, 9 a f. post possum adde Praeterea cf. adn. cr. ad 7, 75 §. 3 *et Aulercos.* || pen. adde Cf. Lucret. 5, 47: *Quidve superbia, Spurcitia ac petulantia? quantas Efficiunt clades?* || 193, 5 a f. scr. BE pro BE. || 196, 9 *virtute* pro *salute* || 198, 8 *vetus* pro *retus* || 10 ob pro ab || 199, 12 agitur; pro agitur, || 18 *lacesceret* pro *lacesseret* || 19 *lacescerat* pro *lacesserat* || 20 Brantius, pro Brantius. || 200, 11 E pro C || 203, 16 *equitatum* pro *equitatum* || 205, 1. AB. pro A. B. || 10 a f. Labienus pro Lav. || 209, 13 B. pro R. || 24 In pro Iu. || 3 a f. reliquae edd. pro sqq. || 210, 2 *Ubii* pro *Ubii* || 14 2 pro 3 || 215, pen. . pro ‚ || 217, 12 *institutum* pro *antiquitus* || 218, 5 *duas* pro dnas || 220, 10 dele et a m. pr. Dr. A. || 221, 1 scr. adaequare pro ada quare (222, 11 prior pro priori (13 sq. (Hav. A.) Ald. et sqq. praeter St. Gr. b. Frell. Id pro ab Aldo — editum || 224, ult. BC. pro BI. || 226, 7 post Hav. A. adde et pro v. l. margo Vrat. C. a m. pr. || 19 scr. 5 al. pro Gal. || 23 reliqui pro reliqui. || 227, 11 sequi pro se qui || 228, 10 Vrat. pro Vratt. || ante v. 4 a f. adde aut] *at* And. Ox. (Par. B.) Ald. ab. Gr. a. P. Man. Turr. Lips. et sqq. || 231, 7 a f. adde Cf. adn. cr. ad. 7, 72 §. 3 et 75 §. 3. || 5 a f. scr. *re...* pro *r...* || 234, 5 D. pro S || 237, 6 a f. 18 pro 20 || 238, 19 „MSS. duo" pro MSS. duo „ || 239, 6 l. 7, pro 17, || 241, ult. 1 pro 7 (item 298, 19. 300, 19. 319, 16.) || 243, 1 Par. A pro Par. (item 246, 27) || ult. *ass.* pro ass. || 244, 7 post Vind. C. adde (*in vita superarit* legendum censet Vrs. Not. et ita habere Vett. CC. dicit.) || pen. scr. inlustriore pro ill. || 246, 18 cerimonias pro cerem. || 20 Leichenbegängnisse pro Begräbnisse || 22 wurden pro würden || 27 *aud f.* pro *audef.* || pen. Huc pro Huic || 247, 10 Vrat. C. pro Vrat. || 251, 5 dele et || 12 scr. l. pro L. || 14 *ut* pro *ut* || 16 Salustii pro Sall. (item 22) || 17 383 pro 383. || 27 ῥῆνες· pro ῥῆνες, || 8 a f. *agri culturae* pro *agric.* || 253, 2 Egm. pro Egm. || 258, 4 plerosque pro pierosque || 8 AD. pro Ad. || ib. ABCFI. pro AB. CFI. || 11 a f. §. 5 pro §. 5. || 259, 9 a f. *santos* pro *sanctos* || 3 a f. rell. pro sqq. || 262, 18 a f. Bonq. pro Bong. || 6 a f. N. H. pro NH. ||

3 a f. *x* pro k || 263, 3 consederunt] pro consid. || 265, 8 a f. *Paullatimque* pro *Paulat.* || 266, 6 Goth. pro Gotb. || 267, 7 a f. post *Nasartium* adde ut Lipsii coniectura || 268, 2 scr. consuerat Faërnus. pro consuerat. Faërnus || 270, 14 23 pro 25 || 271, 5 F pro F. || 272, 2 *mutilaequae* Ald. a. pro *mutilae quae* Ald. || 4 *multilacque* pro *mut.* || 7 a f. s. pro S. || pen. cod. Turr. pro cod. || 274, 4 Dr. A. Vrat. B. pro Dr. A. || 7 20 pro 21 || 275, 6 a f. dicit pro dixit || 5 a f. dele colon (item 347, 25. 359, 15. 436, 4 a f.) || ib. scr. G e r m a n i s pro *Germanis* || 276, 3 *CC*orum pro *CCorum* || 8 *IIII*or pro *IIIIor* || 8 a f. *adolesc.* pro *adolesc.* || 278, 15 τετραχιεχιλίων pro τετραχιςχ. || 279, 10 ACI. pro ACF. || 280, 2 Aio. pro Aco. || 282, 15 *eredis* pro *credis* || 17 conprehensis pro compr. || 283, 11 *x* pro *X* || 284, 10 respiciendus pro — dum || 285, 11 Caussam pro Causam || 7 a f. *insulis.* pro *insulis;* || 3 a f. *effusi* pro *effugi* || 286, 4 24 pro 25 || 5 *Catavolcus* pro *Catavulcus* || 6 *Catavulcus* pro *Catuvolcus* || 7 *Catavolcus* pro *Catavolcus* || 287, pen. adde Quamquam 7, 9 §. 2 *omnis partes* cum Oud. scribendum videtur. || 288, 5 scr. 'Ατονάκοντον pro 'Ατονάκοντον || 289, 16 *XIIII*am pro *XIIIIam* || 290, 4 *attingit* pro attingit || 291, 1 a pro a. || 5 post Met. adde: cui iusto plus tribuit Bruiningius Comm. de rebus Belgicis p. 177. || 18 scr. Wh. pro Wch. || 292, 2 A a pro A. a. || 293, 14 a f. (*considerat* pro *cons.* || 12 a f. ode.) pro ode. || 295, 6 Id pro Id. || 4 a f. 4 pro 4. (item ult. 312, 13. 533, 3) || 296; 6 *VI*tus pro *VItus* || 10 *afferrat* pro *afferat* || ult. adde Cf. 7, 3 §. 2. || 297, 12 a f. scr. XXX pro XXX. || 9 a f. Gott. " pro Gott. || 6 a f. *inp.* pro *imp.* || 298, 2 §. 2. pro §. 1. || 4 praepone §. 8. || 6 scr. *libet* — pro *libet* (item 358, 18 *qui* — 376, 7 *continente* — 438, 1 hatte, — 602, 15 *ullum* —) || 9 *fortunatissimis* pro — *mus* || pen. Pro pro pro (item 308, 5. 380, 9. 416, 1. 497, 14) || 299, 2 AEF. pro AEF, || ib. III pro III. || 6 *Varutam.* pro *Varutam,* || ib. Gr. pro Gu. || 18 *murus* pro murus || 300, 18 *Sine varietate* corrige secundum adn. cr. ad 7, 65 §. 3 || 19 scr. *suos fines* pro suos || 23 *VII*° pro *VII*o. || ib. VII pro VII. || 301, 5 *V* pro V. || 4 a f. CCC pro CCC. || 305, 6 *e-tiam* pro *et-iam* || 308, 7 6 pro 5 || 3 a f. *ab* pro (*ab* || pen. dele). et adde de quo cf. adn. cr. ad 7, 12 §. 1. || 309, 7 scr. *et* pro et || pen. *ut* pro ut || 310, 7 *ante* pro *ante* || 311, 11 *demiser̄* pro *demiser* || 3 a f. *traductei* pro traductei || ult. a. pro a.) || ib. B.) pro B. || 312, 24 Antwerp. pro Antverp. || 313, 8 5: pro 5. || 315, 3 a pro a. || 4 *indicarint* pro *ind.* || 17 *iudicare* pro *iudicare.* || 25 dele §. 4. || 316, 3 scr. *b* pro *b.* || 317, 13 §. 1 pro §. 1. || 318, 3 a. pro *a.* || 319, 4 iulata] pro inlata || 320, 3 IIII pro IIII. || ib. IV pro IV. || 3 a f. de pro De || 321, 5 MXXXI. pro MDXXXI. || 17 a pro a. || 24 'Αγηδικὸν pro 'Αγεδικὸν || ult. 42 pro 42. || 327, 12 adde 71, 2. || 328, 8 scr. *posset* pro *possit* || 329, 13 Cerimonien pro Cerem. || 15 *cerimoniae* pro *cerem.* ||

331, 3 *Citan* pro *Citam* || 5 a f. *rem* pro *rem.* || 332, 18 CL pro CL. || 23 *Vercingentorix* pro *Vercinget.* || 332, 2 3, 7 pro 3. 7. || 334, 9 a f. i. pro 1. || 335, 13 *Gabannitione* pro *Gob.* || 10 a f. bede. pro hede. || 9 a f. *Virgingentorix* pro *Verc.* || pen. 5 pro 5. || 337, 15 35, pro 35. || 18 Voss. A. pro Voss. || 334, ult. *narbouem* pro *narbonem* || 345, 1 *Vobcis* pro *Volcis* || ib. *x* pro k || 347, 17 Civ. pro Liv. || 18 *nix* pro nix || 349, ult. affert, pro affert. || 357, 6 dele ( ) || 16 scr. AC pro A. C || 358, 4 a f. *tunc* pro tunc || 359, 6 (§. pro § || 360, pen. *multitudini* pro *multidutini* || 361, 20 sq. Biturigum—Noviodunum] initio versus novi pone. || 364, 3 a f. scr. *CCCC^os* pro *CCCC^v3* || 367, 11 a f. *aboia* pro *abvia* || 368, 8 a f. *pussuum* pro *possuum* || 370, 13 a f. 53 pro 53. || 379, 4 a f. 1, pro 1. || 381, 11 pecuniaria) pro pecuniaria (|| 3 a f. *incoeptam* pro *in coeptam* || pen. Voss. AB. pro Voss. A. || 382, 4 *paterentur* pro *paterentur.* || 386, 3 *recusasent* pro *recusarent* || 396, 15 *quae ab* pro *ab* || 399, ult. casuum pro casum || 401, 5 *hec* pro *hec* || 12 Carrariensis pro Carranensis || 402, 5 a f. dele A || 404, 8 a f. scr. *cùm* pro *cum* || 7 a f. .] pro). || 3 a f. BEI pro BCI || 405, 12 dele And. || 13 praepone Leid. A. || ib. scr. *cohortabatur* est *hortabatur* pro *hort.* est *cohort.* || 4 a f. *eodem* pro eodem || 407, 4 demonstret pro —strat || 410, 17 F pro I (item 430, 7. 495, 10 a f. 556, 7. 557, 21) || 414, ult. tuendam h. l. pro tuendum || 416, 19 *delegunt* pro *deligunt.* || 9 a f. *Haeduos* pro *Haeduas* || 417, 7 *sic* pro *sic.* || 419, 9 A a pro A. a || 420, 5 *arbitrabantur.* pro —*tur,* || 424, 5 a f. *initio* pro *Mitio* || 428, 16 dele §. || 430, 3 scr. B et pro Bet || 435, 6 a f. P. pro p. || 437, 7 fiebat ut pro fiebant, ut || 438, 3 indigno pro —gne || 10 *defenderet* pro —*rat* || 440, 3 *agendum*) pro *agendum* || ult. et pro et et || 442, 10 a f. om. pro *om.* || 446, 16 Hamb.) pro Hamb. || 447, 17 *detineri* et pro *detineri* || 449, 13 *Virdomárus* pro *Vind.* || 6 a f. cod. Turr. cod. pro cod. || 451, 13 Dr. pro Gr. || 16 P. Man. pro Man. || 452, 9 a f. *a* pro *a.* (item 474, 16. 620, 22. 638, 5 a f. 639, 1) || 456, 1 ABCF. pro AB. CF. || 461, 8 6 pro 5 || 13 quem ablativum pro quem || 15 dele §. 6 || 462, 12 scr. positum, pro positum (|| 13 est.) pro est. || 472, 4 *paulum* eum *lu* super *m* pro *paululum* || 473, 10 *à* pro *á* || 27 Voss. A. pro Voss. || 476, 4 a f. *Τουτόμανος* pro *Ταυτ.* || 477, 11 *agnoscant* pro —*scunt* || 481, pen. Pl.) pro Pl. || 488, 2 XLIX. pro XLIX, || 11 BEF. pro BCF. || 21 Cic. pro Civ. || 490, 4 experti pro erp. || 492, 16 dele Boug. A. || 17 scr. Lbb. et Boug. A. pro Lbb. || 495, 7 *Pontes* pro *Pontes.* || 8 a f. *excerc.* pro *exerc.* || 6 a f. Vrsini, pro Vrsini. || 496, 1 praesens habent, pro praesens, habent || 10 a f. *ipsum* pro ipsum || 7 a f. Petrarcha pro —chae || 497, 9 (§. pro §. || 500, 6 a f. —*ven* pro ven. || 505, 20 *tunc* pro *hunc* || 25 *cum* particulae usum pro u. c. p. || 5 a f. 1, pro 1; || 507, 9. *Agedincum* pro —*dinium* || 509, 1 A in pro A. in || 510,

11 *de* pro *de* ‖ 5 a f. a pro a. (item 541, 12) ‖ pen. et *Medodone* pro *Med.* ‖ 511, 3 *Meledeno* pro *Meledone* ‖ 513, 4 spatium. pro spatium, ‖ 5 *qui a* pro *quia* ‖ 514, 7 a f. *contra* pro *contra* ‖ 516, 1 *ante.* pro *ante,* ‖ 521, 14 id pro ad ‖ pen. *progrederteur* pro *progrederetur* ‖ 525, 14 B a pro Ba ‖ 530, 7 addito, pro addito. ‖ 534, 6 maiusculam pro —lum ‖ 535, 8 *Dōnot.* pro *Donot.* ‖ 538, 10 Egm. pro Fgm. ‖ 541, 12 Reliquis pro rel. ‖ 17 Bis pro bis ‖ 26 Nihilo minus pro Nihilom. ‖ 546, 6 a f. iudicat pro ind. ‖ 549, 8 *circunualere* pro *circumvalere* ‖ 554, 5 l. pro C. ‖ 15 a f. C et pro C. et ‖ 6 a f. Samb. pro Lamb. ‖ 555, 4 *Tum* pro Tum ‖ pen. dele cr. ‖ 557, 12 scr. I pro F (item 561, 11. 573, 2. 613, ult.) ‖ 28 B pro E. ‖ 558, 14 a f. reliquias pro reliquis ‖ 559, 20 *ad* pro *ad* ‖ 13 *maduuiis* pro *maduniis* ‖ ib. *manduuiis* pro *manduuiis* ‖ 560, 9 *cognitis* post *captivis* pro *cognitis* ‖ 561, 10 a f. (Bong. pro Bong. ‖ 563, 4 a f. *confusa* pro confusa ‖ 567, 23 fieri pro *tueri* ‖ 570, 11 *aut* pro aut ‖ 574, 7 *pedes tres* pro *pedestres* ‖ 575, 11 a f. *successerunt* pro —*rant* ‖ 8 a f. intellexit pro —xerit ‖ 578, 6 a f. *disiungerent;* pro —*rent:* ‖ 580, 18 a f. quod pro quòd ‖ 587, 5 *ronices* pro *ronies* ‖ 588, 2 indicium pro iud. ‖ 17 a f. *Ambiliates* pro —*lintes* ‖ 592, 10 *tamen.* pro *tamen,* ‖ 593, 23 Bouteroeo pro —roco ‖ 28 *Vercassianno* pro —*auno* ‖ 595, 8 *auditis* pro *auditis* ‖ 597, 11 *tantam* pro *tantum* ‖ 600, 19 *hys* pro *hys.* ‖ 601, 4 a f. *οὐπόποτε* pro *οὐπώπ.* ‖ 602, 8 a f. ") pro " ‖ 605, 4 ∞ pro ∞ ‖ 607, 8 4, pro 4. ‖ 610, 8 posuit pro *posuit* ‖ 612, 3 a f. *libribus* pro *librilibus* ‖ 613, 9 a f. *ademto* pro *adempto* ‖ 616, 13 *cognosset.* pro —*set,* ‖ 619, 8 et 9 A a pro A. a ‖ 620, 7 ( ) pro [ ] (item 636, 4) ‖ 620, 10 et 23 e pro *e.* ‖ 624, 16 *confertis* pro *confectis.*

In interpretatione p. 5, a 19 scr. *poterat.* pro *poterat* ‖ 8, a 5 4 pro 1 ‖ 10, a 5 a f. portum pro Portum ‖ 3 a f. *ἐστὶ* pro *ἐστι* ‖ 12, b pen. 13 pro 12 ‖ 14, b 7 ſeyn pro ſein ‖ 25, b pen. esset, pro esset (item cum commate 41, a 8 ferebat, 59, a 3 a f. *καταστάθμεύουσιν*, 65, a pen. possit, 66, a 9 a f. noctes, 67, b 7 a f. rectius, 80, a 20 etiam, 89, a 3 invenit, 96, b 2 quoque, 105, b 7 a f. 161, a 4. 162, a 9. 182, a 12 a f. potius, 115, b 4 assignaverit, 130, b 6 a f. eo, 142, b 3 a f. minus, 153, b 4 *certamen,* 155, a 4 potuit, 161, a pen. ea, 162, a 1 omnes, an 167, b pen. accidit, 168, a 16 6, 182, b 11 noceretur, 223, b 25 *futura,* 233, a 10 scriptorem, 249, a 2 hominum, 252, b 8 dicit, 285, b ult. *qui,* 294, a 7 ita, 10 videtur, 297, b 3 esset, 300, a 2 eorum, 307, b 8 32, 308, a pen. autem, 316, a 1 beneficium, b 9 ea, 319, b 2 quam, 366, a 4 qualitatis, b 2 causa, 369, b 11 mulosque, 489, b 7 a f. cohortes, 512, a ult. ripam, 565, a 14 turribus, 598, b 2 *miseranda,* 621, a 7 que, 627, b 21 castris,) ‖ 27, b 9

omnium pro *omnis* || 30, a 16 a f. *perequitasset* pro —*tarit* || 32, a 17 2 pro 3 || 7 a f. quo minus pro quom. (item 627, a 3) || 37, b 20 est pro est. || 38, a 6 a f. contemptus pro comt. || 47, b 5 erant. pro erant || 48, a 14 4, pro 5, || 60, a 4 a-dirent pro ad-irent (item 65, a 2 i-deoque, 166, a 8 praete-rea, 181, a 4 praete-ritum, 221, b 6 *a-daequare*, 240, b 19 i-nitia, 242, a 9 *supe-resse*, 243, b ult. i-nitium, 255, a 21 i-nest, 275, b 3 i-nopia, 296, b 13 *tran-sisse*, 302, b 14 *supe-ressent*, 455, a 2 i-nusitate, 461, a 4 i-nesse, 515, b 4 a f. *i-nopiae*, 579, b 3 *i-nopiam*) || ult. fluminis pro ium. || 61, b 9 9 pro 10 || 62, a pen. promuntorium pro promont. || 65, b 17) pro). || 66, b 8 a f. 32 pro 31 || 68, b 4 a f. *druides* pro *Dr.* || 72, a 5 *summotis* pro *subm.* || 78, b 3 a f. 41 pro 42 || 79, a 11 dele comma (item 182, b 15. 300, b 1. 305, b 4. 310, b pen. 324, b 3. 355, b 3. 379, a 16. 390, b 1. 456, a 10 a f. 515, a 12. b 18. 524, a 8 a f. 631, b 7) || 80, b 5 a f. scr. cf. pro Cf. || 81, b 6 *adtribuit* pro *attr.* || 87, b ult. Handius pro Hand. || 91, a 6 *peterent* pro *petant* || 96, a 5 dele comma post) (item 131, b 3) || 101, b 5 scr. *moritur.* pro —*tur:* || 105, b 3 adde Cf. adn. ad 7, 64 §. 1. || 108, b 3 dele dicere || 109, a 2 scr. De pro de (item 151, a 7. 217, a 11. 223, b 15. 224, b 20. 33. 260, a 23. 265, a 5 a f. 270, b 7. 314, a 11. 318, b 5 a f.) || b ult. adde Cf. adn. ad c. 49 §. 6. || 111, a 4 scr. *Eburones* pro —*nes,* || 112, a 4 etiam tum pro etiamtum (item 465, a 5) || b pen. De inv. p. 5 pro de Inv. p. 5. || 124, b 6 *impediebat* pro *inp.* || ult. adde Cf. Wopkensii Lect. Tull. I, 8 p. 64 Hand. || 126, b 4 et pen. scr. poëtis pro poetis (item 158, b pen. *coëgisses*, 160, a 3 poëtae, 223, b 27 δρυΐδας) || 127, a ult. *apud* pro *ad* || 132, b 2 internicionem pro —neo. || 133, a post v. 1 adde 2, 17 §. 2: *neque esse quicquam negotii—hanc* (legionem) *sub sarcinis adoriri.* || 134, b 5 a f. adde Cf. Senec. Epist. 9, 6: *ut habeat — quem ipse circumventum hostili custodia liberet.* || 136, a 3 a f. scr. proterruisse pro pert. || 137, a 10 nocte dixit pro nocte || b 8 a f. adde quo refert Nipperdeius p. 114. || 143, b post v. 2 adde falces testudinesque] Hae falces eiusdem generis atque arietes et sub testudinibus ad scindendos muros adhiberi solitae fuisse videntur. Cf. adn. ad 7, 22 §. 2. || 145, b 9 scr. *nonnullos Gallos* pro *nonnullos* || 146, a 12 post ita adde infra 6, 42 §. 2 *paene ab ipso vallo* et || 148, b pen. scr. Cf. pro cf. || 151, a 7 Lat. pro lat. || 160, a 6 gramm. pro Gramm. || 161, b ult. *ultro,* pro ultro || 163, b 15 3 pro ib. || 165, a 9 *vix erat* pro *vixerat* || 170, a 6 post ut adde 3, 9 §. 3: *hoc maiore spe, quod multum natura loci confidebant.* || 176, a 13 a f. scr. *reperiebatur.* pro —*tur* || 177, b pen. adde De tempore cf. adn. cr. ad 7, 35 §. 5. || 178, b 5 a f. scr. *Viriati* pro —*thi* || 181, b 2 adde Cf. adn. cr. ad 6, 13 §. 7. || 185, a 4 dele cr. || 6 scr. ad pro in || 192, a 7 a f. *Eleuteris,*

pro — *theris* || b ante v. 3 a f. adde §. 3. rursus — reduxit] Cf. adn. ad 7, 9 §. 6. || 194, b 13 a f. scr. 4 pro 7. || 195, a 10 a f. videatur. Velut pro videatur, velut || b 8 a f. Haeduis pro — is. || 196, b 8 1 pro 7 (item 203, b 7. 228, a 5. 243, a 16. 248, b 10 a f. 249, a 9. 287, b 12 a f. 295, b 4) || 197, b 11 insistit pro Instititit || 203, a 6 a f. dele colon (item 253, a 25. 303, b 5. 313, b 7. 526, a 12) || 204, a 2 scr. 21 pro 21, || 206, a 2 *sequi* pro *sequi,* || b 1 9: pro 9, || 208, a 10 Treviris pro — ros || b 14 *re publica* pro *rep.* (item 247, b 5) || 210, b 3 ἀϑῷοι pro ἀϑῷοι || 6 a f. nostrum pro nostrum, || pen. adde et ad 7, 43 §. 5. || ante v. ult. adde pro nocentibus] Cf. adn. ad 3, 18 §. 3. || 213, b ult. scr. malet pro — lit || 217, a 7 dicitur pro *dicitur* || 224, b 23 appellat, pro — lat; || 225, a 9) pro), || b 5 praepositione pro praeposit one || 16 l. 4 pro 4 || 227, b 5 *communicet.* pro — *cet* || 228, a 3 *consueverat* pro *consuererat* || 232, b 3 a f. ad pro *ad* || pen. *fere.* pro *fere* || 233, b 8 a f. adde et 7, 11 §. 8 *perpaucis ex hostium numero desideratis.* || 234, b 10 scr. *Κελτῶν.* pro — τῶν· || 235, a 6 a f. impediunt pro — unt, || 237, a 4 a f. int. pro int || 239, a 13 statuere pro statuae || 240, b 14 *Alabandenses* pro — *danses* || 31 praesens pro praes ens || 241, b 4 a f. dele bello || 242, a 11 scr. inprimis pro impr. || 243, a 20 12 pro 13 || 25 auctores pro ductores || b 2 7 pro 7. (item 292, b 2) || 244, a 12 a f. *τάρων* pro *ἀρων* || ante v. pen. adde §. 3. sicuti in liberos] Gaius Instit. I, 55: *nec me praeterit Galatarum gentem credere in potestate parentum liberos esse.* || b ult. scr. *plurimis* pro — mi || 246, b 5): pro). || 247, b 5 haud — pro haud (item 289, a 10 ὀχυρώσεις — 316, a 7 Germanen — 463, a 16 *quod* —) || 248, b 5 *per* pro per || 249, a 9 *suorum* pro *suarum* || 250, a 16 ubi pro *ubi* || 18 Germanis pro germ. || 252, a 11 dixerit. pro — rit || 253, b 6 *principes* pro — *pem* || 254, b pen. *conloquantur;* pro — *tur,* || 256, a 7 differrent pro differunt || 261, b 5 a f. 5 pro 55 || 263, a ult. *αὔτως* pro *αὔτ.* || b 4 1 pro 57 || 265, b ult. Pro pro pro (item 385, b 8) || 266, a pen. auch pro auch || 269, b 10 existit pro exs. || 276, a ante v. pen. adde §. 2. ripas] Cf. adn. ad 7, 55 §. 1. || 279, a 4 a f. scr. fiat pro fiat. || 285, a 3 *proxumi* pro — *imi* || b 4 vidimus pro — emus || 290, a 3 praepone Cap. 33. || 292, b 12 scr. 2 pro 2. || 294, b 5 ad pro ad. || 295, a post v. 3 adde §. 7. ut potius] Cf. adn. ad 7, 16 extr. || 296, b 5 scr. das ist, es gieng pro dasist, es ging || 298, a 9 *venerant,* pro — *runt;* || b 3 4 pro 4. (item 325, b 7 a f.) || 299, a ult. *opus* pro *corpus* || b pen. qui] De pro De || 300, a 2 33 pro 33. || 303, a 18 Sed pro *Sed* || 4 a f. pronuntiantem pro pronunc. || ib. alium pro *alium* || 305, a 7 commemoratur; pro — tur, || 307, b 8 Petr. pro Petr, || 311, a 6 3. pro 3: || b 9 a f. dele *glebas — proiiciebat:* || 313, a 5 a f. scr. Vid. pro Vind. || 316, b 3 6 pro

6. || 7 a f. *reliquias* pro *reliqiuas* || 3 a f. *incendit,* pro *—dit,,* || ult. adde Cf. adn. ad 7, 11 §. 1. 68, 3. 78, 5. || 318, a 6 a f. dele ,, || 320, a 3 a f. scr. *reducere* pro reducere || b 9 *εἰς θάνατον* pro *εἰς* || 324, a 12 dele ib. || 328, b 16 scr. l. 1. pro l. l. || 7 a f. c. pro c, || 330, a 5 a f. *volui?* pro *volui;* || b 11 Cavillono pro Cab. || 332, b 3 a f. quam pro quum || 333, b 3 dicitur pro dicatur || 342, a 7 a f. huiusmodi pro huius m. || 343, b 4 a f. vel pro *vel* || 351, b 18 Reiterey pro Reiterei || 357, a 2 Walckenaerium pro Valck. || 360, a 5 a f. 51 pro 55 || 363, a 10 a f. *reliqua* pro *requa* || 366, b 1 posset, pro posset; || 369, a 3 *inpedimentis* pro *imp.* || 376, b 7 a f. declarandae pro *declarandae* || 377, b 15 a f. Andere pro Andere || 378, b 9 illam aut pro illam || 379, b 1 (§. pro §. || 6 *reo* pro *res* || 382, a 5 adde Similiter Catullus 64, 82: *Ipse suum Theseus pro caris corpus Athenis Proiicere optavit potius, quam talia Cretam Funera Cecropiae nec funera portarentur.* || 4 a f. scr. quos pro quod || b 3 adde Cf. o. 80 §. 3 et 7. || 384, a 7 scr. ut nuno distinguere, pro ut || b 6 eam pro eum || 385, a 8 *Marte* pro *marte* || 388, a 4 3, pro 3. || 390, b 5 a f. *poenitet,* pro *—tet:* || 396, a 1 praepone Cap. 22. || 399, a 3 scr. uniuscuiusque pro unius o. || b 7 repente pro —tae || 400, b ult. 322 pro 322. || 405, a 3 a f. caverent pro caverat || b 7 *intermittere* pro *—retur* || 407, a 1 *absidis* pro *obs.* || 410, b 1 ad pro ad. || 419, a 2 ipsos pro psos || 424, b ult. Hoc pro Hos || 433, a 1 uterque utrique pro uterque || 444, b 8 4. pro 4 || 452, a ante v. 1 insere in equitum numero convenerant] Caesarem omnem equitatum Haeduorum sibi celeriter mitti iussisse c. 34 §. 1 dictum est. Horum igitur equitum in numero et inter eos Eporedorix et una cum Eporedorige Viridomarus ad eum convenerant. Male Lippertus *convenerant* interpretatur *erant* (*hatten ihren Dienst bei der Reiterei, hatten sich bei ihr eingefunden*) itemque male alii *waren mitgekommen.* || 454, a 6 scr. *φρονεῖδι·* pro *—δι.* || 457, b 7 a f. *wiederum* pro *wieder* || 470, b 5 quarum pro quorum || 17 clitellis pro clitelis || 482, b pen. retulit pro re tulit || 483, a 6 *primò,* pro *primo,* || 485, b 14 Unsern pro unsern || 486, b 10 a f. quidam pro —dem || 494, a 7 ac si pro acsi || 499, b 6 a f. v. pro c. || 503, a 1 earum pro eorum || 2 sq. poterat: terrere poterat eos, qui ex illis partibus frumentum pro poterat eos, qui ex illis partibus terrere poterat frumentum || 506, a 5 a f. *confecerant* pro *—runt* || b 10 Quamquam pro Quam quam || 507, a ult. hostes secundum pro secundum || 516, b 3 a f. *timebat:* pro *—bat;* || 518, b 13 sammt pro sammt || 524, a 11 alter pro Aiter || 525, b 8 a f. ut pro ubi || 526, b 7 a f. *sententiam* pro *—tiam* || 533, b 2 4. pro 2. || 534, b 12 a f. Clv. pro Liv. || 536, b 6 a f.) pro), || 538, a 2 cogitabant pro —bat || 544, a 4 : pro . || b 5 a f. *omnibus locis* pro omnibus locis || 545, a 12 *poursuivis* pro *pour suivis* || 546, a 1 dele er. || 547, a 3 a f.

scr. , pro ; ‖ b 5 siége pro siège ‖ 550, a 11 a f. III. pro III ‖ 558, b 8 Civ. 2, pro 2, ‖ 568, b 3 incommodum pro in c. ‖ 571, b 8 quinquepartitam pro quinque p. ‖ 16 *inplicati* pro inplicati ‖ 576, a 2 munitiones pro —ne ‖ 577, b 3 ascripta pro adscr. ‖ 578, b 4 a f. dele vid. ‖ 592, a 7 scr. consensio fuit pro f. c. ‖ 597, b 5 *tamquam* pro tamquam ‖ 598, b 4 a f. *retineamur* pro —*mus* ‖ 600, b 6 Anbringen pro Anbrängen ‖ 606, b 9 dele — ‖ 610, a 3 scr. 6 pro 6. ‖ 615, b 3 a f. Schmitz pro Schmitz. ‖ 616, a 2 quod pro quo ‖ 619, a 5 a f. oppugnandum pro —dam ‖ b 9 4. pro 4 ‖ 621, a 10 ; pro ,.



HALIS,

FORMIS EXPRESSUM ORPHANOTROPHEI.

